UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01362882 1

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/bullarumdiplomat02cath

BULLARIUM

ROMANUM

HE001
B

BULLARUM
DIPLOMATUM ET PRIVILEGIORUM
SANCTORUM ROMANORUM PONTIFICUM
TAURINENSIS EDITIO

LOCUPLETIOR FACTA

COLLECTIONE NOVISSIMA PLURIUM BREVIUM, EPISTOLARUM, DECRETORUM ACTORUMQUE S. SEDIS

A S. LEONE MAGNO USQUE AD PRAESENS

CURA ET STUDIO

COLLEGII ADLECTI ROMAE VIRORUM S. THEOLOGIAE ET Ss. CANONUM PERITORUM

QUAM

SS. D. N. PIUS PAPA IX

APOSTOLICA BENEDICTIONE EREXIT.

33071

TOMUS II

ab ALEXANDRO II (an. MLXI) ad ALEXANDRUM III (an. MCLXXXI)

AUGUSTAE TAURINORUM
SEBASTIANO FRANCO ET FILIIS EDITORIBUS
M DCCC LXV.

Huiusce operis Editores Taurinenses Legum beneficio se uti velle, maxime pro additionibus, notis et indicibus declarant, ita ut, sine eorum facultate, aliquid praelo iterum committere liceat nemini.

Exhausta prima editione secundi voluminis Bullarii Augustae Taurinorum impressi, alteram eiusdem editionem iteramus, mendis, quae in eam irrepserant, expurgatam.

Kalendis aprilis, MDCCCLXV.

Sebastianus Franco et Filii.

BX
850
A3

PRAEFATIO

TAURINENSIS EDITIONIS.

I. Quod olim ad Corinthios Paullus effatus est: *Praeterit figura huius mundi* [1], illud universis sub caelo positis, quae orta occidunt et aucta senescunt, adamussim quadrat, iis tamen exceptis, quae divina Iesu Christi religio spiritu vivificat suo, illustrat fulgore, potentia communit. Quam, praeter omnium creatarum rerum ordinem, stabilitatem diuturnitatemque singulari Dei providentiae tribuendam nemo negabit, qui perpendat, naturae leges nulla posse superari virtute, nisi ab earum Conditore, qui *respicit terram et facit eam tremere; tangit montes et fumigant* [2]. Magnae igitur a nobis Deo grates agendae, quod depositum fidei Ecclesiae suae concreditum, longa nec interrupta saeculorum serie, ad nos usque manaverit sanctum, integrum, incorruptum, Romanis Pontificibus custodibus ac vindicibus.

Nihil in hac rerum universitate non perire, una excepta Catholicae Religionis veritate, quam I. C. Ecclesiae suae concredidit.

Et re quidem vera, maxima in Oriente atque Occidente imperia penitus evanuerunt: imperatorum fortissimorum memoria, illustrium hominum institutiones, philosophorum inventa multo plausu ad caelum evecta, nullum fere liquerunt vestigium, *sicut foenum tectorum, quod priusquam evellatur, exaurit* [3]. Una Domini veritas immobilis perseverat, una manet in aeternum, Iesu Christo testante: *Caelum et terra transibunt; verba autem mea non praeteribunt* [4].

Quod exemplis ex historia petitis, breviter declaratur.

(1) I *Cor.*, VII, 31.
(2) Ps. CIII, 32.
(3) Ps. CXXVIII, 6.
(4) MATTH., XXIV, 35.

Quem, revera, latet nihil contra catholicam veritatem profecisse Iudaeorum perfidiam, idololatrarum furorem, consilia haereticorum? Ipsa namque et natura intrinsecus sua, quae divina est, et providentis Dei adiutorio, quo nusquam vacat, nec obscurari, nec minui, nec interire potest; ipsa quo gravius premitur, eo assurgit sublimius, quo maiori adnisu oppugnatur, eo altius radices figit. Hinc factum est, ut quae ab christiani nominis osoribus ad ruinam parabantur arma, ea divinitus ad defensionem et salutem omni aevo conversa sint.

Illam insuper defendunt Ss. Eccles. Patres et Doctores

Namque Ecclesiae Patres et Doctores, qui strenue dimicarunt ut fidem ab hostium incursibus defenderent, numquam profecto tam copiose eloquenterque scripsissent, nisi effraenis haereticorum audacia eos ad scribendum impulisset: inde orthodoxa doctrina, novo quodam obiecto aggere, nec diripi potuit, nec cuiuslibet incursioni patere. Sancti illi homines, quum spiritu sapientiae ac timoris Domini pleni essent, nihil non attigerunt sacrae doctrinae, fundamentaque omnium rerum tam stabilia et inconcussa posuerunt, ut nihil optandum superfuerit; exque eorum scriptis et institutis, cum omnis veritas fidei, omnis Evangelii explanatio, omnis ecclesiastica eruditio sumi potest; tum tanta fluit varietas atque efficacia dicendi, ut nemo, sine illis, ad sacra studia satis ornatus possit accedere. Vis nihilominus illorum, quae est certe maxima, in ea nititur, quae est *columna et firmamentum veritatis* [1], una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia, Romano Pontifice capite visibili, Iesu Christi in terris Vicario, *indefectibilis* et errare nescia; in qua, schola veritatis, Petri cathedra, in Vaticano monte locata est, ubi Pontifex Maximus docens solvit vel ligat, curamque habens ovilis, pascit oves, pascit et agnos.

Ecclesiae magisterium in catholica veritate tradenda adoriuntur haeretici:

II. Veritatis licet haec sit indoles et natura, ut proprio quodam fulgore mentes hominum collustret, omnemque caliginem depellat, ut videant sublimia et infima, vera secernant a falsis, a turpibus honesta; eaque, cum cognoscitur, ardentes excitet amores sui, nihilo tamen minus quis illam gentes docebit? quis ab adversariorum impetu defendet? quis omnium captui accommodabit? quis opinionum nubila dissipabit, gliscentes errores deteget, compescet audaces, pusillos confortabit? Totum hoc, quantumcumque est, magnum opus et arduum, magisterium praestat Catholicae Ecclesiae, *custae et incorruptae veritatis sacrarium* [2], quam qui non audierit, sicut ethnicum et publicanum habendum, Christus in Evangelio docet [3]: magisterium et dictatura prorsus necessaria ad doctrinam, amotis praepedimentis, inviolate servandam. *Erit enim tempus*, ut Apostolus loquitur, *cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* [4]. Haeretici equidem, vaferrimi homines et scelestissimi, ut populo Dei illuderent, cum placuit, ad dialecticae regulas omnia exigere se velle effutierunt; cum rursus placuit, omnem doctri-

(1) I *Tim.* III, 15.
(2) LIRIN., *Comm.* XXIII.
(3) MATTH., XVIII, 17.
(4) II *Tim.*, IV, 3 et 4.

nam reiicientes, nec intra fidei cancellos se contineri passi sunt. Quid, re vera, sibi non licere putarunt? in quae non manus intulerunt? quos non exsudavere labores, ut Ecclesiam Catholicam funditus everterent? Nihil tamen illorum profuit malitia. Scriptum est enim: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum* [1]; et alibi: *Portae inferi non praevalebunt adversus eam* [2]. Haec est Ecclesia docens, coetus nimirum Episcoporum, inter quos honoris et potestatis primatum obtinent iure merito Sancti Petri successores, quibus in illius persona dictum est: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* [3]; et iterum: *Ego autem roguvi pro te ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* [4]. Utque omnis ambigendi tolleretur occasio, uni Cephae inter omnes Apostolos, post trinam amoris confessionem, Iesus ait: *Pasce oves, pasce agnos* [5]. Hisce oraculis fulti Patres Ecclesiae, doctores ac theologi non modo divinae institutionis Sedem Pontificiam esse, ac supremum fidei morumque tribunal; sed etiam utroque honoris potestatisque primatu eam praefulgere fassi sunt.

Sed nil proficiunt contra illius inerrabilitatem.

III. Sublimia porro Ecclesiae Catholicae dogmata, veritates nimirum illae certissimae quae, Deo revelante, hominibus palam factae sunt, fidei speique nostrae fundamentum, nec non regula morum inerrabilis, militantis Ecclesiae vitam, mentem, cor ipsum, si ita loqui fas est, constituunt; ut unusquisque iure merito cum regio Psalte queat canere: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis* [6]. Hanc vero lucernam accendunt, ponuntque super candelabrum Ecclesiae Patres in conciliis, praesertim oecumenicis, congregati, in quibus credenda sperandaque proponunt, iubentque agenda aut fugienda; qui sacri conventus docentem repraesentant Ecclesiam, quae, Spiritu Sancto afflante, nec falli nec fallere potest; quaeque multa et varia canonice definiens, verissime dicit: *Visum est Spiritui Sancto et nobis* [7].

Ecclesia docens, in conciliis, praesertim oecumenicis, adunata, fidelibus omnem aperit doctrinam.

Sed concilia, maxime oecumenica, nec quotidie nec ubique gentium possunt celebrari; quin et eorum nec semper necessaria nec opportuna convocatio. Non itaque satis fidelibus populis provisum fuisset, nisi Pontifices Romani, totius pontificatus culmen et fastigium, quotidianis Ecclesiarum hominumque necessitatibus, quotidianis item auxiliis irent opitulatum. In Romano igitur Pontifice resideat necesse est omnium Ecclesiarum sollicitudo, suprema in christianum gregem eiusque pastores iurisdictio, universarum rerum definiendarum potestas. Ipse sane convocat concilia, iis per se vel suo legatos praesidet, eorumque acta confirmat; ipse custos canonum, executor et dispensator est; ipse dirimens dubia, vim sensumque legum declarat, definit controversias,

Romani vero Pontifices totius Ecclesiae regimen in se ipsis habent.

(1) Prov., xxi, 30.
(2) Matth., xvi, 18.
(3) L., s. n.
(4) Luc., xxii, 32.
(5) Ioan., xxi, 15, 16 et 17.
(6) Ps. cxviii, 105.
(7) Act. xv, 28.

leges ad fidei tesseram sancit. Perbelle itaque ad rem S. Irenaeus: *Ad hanc Ecclesiam, propter potiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, omnes qui undique sunt fideles, in qua ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis traditio* [1]. Quod apertissimis verbis ad Damasum Hieronymus innuit: *Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuae, id est Cathedrae Petri, communione consocior: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comedit, profanus est* [2]. Quo nihil verius dici excogitarique potest.

Ex quorum actis nonnulla obiter describuntur.

Romani siquidem Pontifices errores sensim in doctrinis gliscentes eradicarunt; novitates periculi plenas detexerunt, ostendentes qua eisdem occurri posset via; libri noxiis opinionibus infecti ab ipsis censura notati, flammis damnati; abusus in loco sancto erumpentes sollicite deleti. Ab ipsis monachorum instituta sancita, ad commune commodum propagata; moxque, labentibus saeculis, a primaeva sanctitate desciscentia optimis legibus instaurata [3]; ab ipsis militum Ordines, vel ad Loca Sancta e Turcarum tyrannide vindicanda, vel ad piratarum rapinas coërcendas, vel ad barbarorum incursus propellendos adlecti, favoribus cumulati, perque orbem terrarum Domus Israël vindices positi [4]. Academiae ad scientiarum bonarumque artium cultum confovendum, dilatandum, passim constitutae, doctoribus undique conquisitis, pingui ditatae censu: gymnasia et seminaria alumnis sacrorum pietate ac studiis nutriendis aedificata, omnique supellectile amplissime instructa [5]. Templa a

(1) *Contra haer.* l. III, c. III.

(2) *Epist.* XV.

(3 et 4) Ex historiis peculiaribus cuiuscumque Ordinis seu monasticae institutionis apparet quae quantaeque utilitates bonis artibus, litteris, scientiis hominumque societati, inde emanaverint. Argumentum hoc tam amplum tamque luculentum brevis praefationis non capiunt angustiae: lector assertionis nostrae probationem sumet, *indicem* cuiuscumque voluminis Bullarii evolvens: ibi nomina discet tam Ordinum institutorum, quam Pontificum instituentium. Hic, coronidis loco, unum aut alium legentium meditationi commendamus auctorem, in primis autem: *Storia degli Ordini monastici, religiosi e militari, e delle congregazioni secolari dell'uno e dell'altro sesso, con le vite dei loro fondatori e riformatori; trad. dal franc. del P.* GIUSEPPE FONTANA (Lucae 1737) — J. MABILLON, *Annales ordinis S. Benedicti* (Parisiis 1703-39, 6 *vol. in fol.*) — AUGUSTINUM CAUCHY, *Considérations sur les Ordres religieux* (Parisiis 1844) — I. M. PRAT Soc. Iesu, *Essai sur la destruction des Ordres religieux en France au dixhuitième siècle* (Parisiis 1845) — AUBERTUM MIRÆUM, *Origines equestrium sive militarium Ordinum* (Antuerpiae 1609) — *Militarium Ordinum origines et statuta, iconibus additis genuinis* (Maceratae 1823) — BERNARDUM GIUSTINIANI, *Historie cronologiche della vera origine di tutti gli Ordini equestri e Religioni cavalleresche, dove si contengono tutte le imprese, croci, stendardi, abiti e capitolari di ciascun Ordine e Religione* (Venetiis 1672).

(5) Consule, Lector, historias omnes litterarias, tam universales quam particulares, videbis profecto, nullum fuisse Lyceum parvum aut magnum, nullam Academiam, Universitatem studiorum nullam, idque generis instituta, quae non fundaverint, aut probaverint, vel privilegiis ac favoribus prosequuti sint, gratiis divitiisque cumulaverint Romani Pontifices. Et quoniam longum esset seriem fundationum hic retexere, satius erit unum aut alium innuere scriptorem, quem ad rem utiliter quisque poterit adire. — HURTER FRIDERICUS EMMANUEL, *Rome* (Probatopolis 1855), et *Geschichte des Papst Innocent III, etc.* (Hamburgi 1834-42) — RENAZZI, *Storia dell'Università degli studi di Roma, che contiene anche un saggio storico della letteratura romana dal principio del secolo* XIII *sino al declinar del* XVIII. — BETTINELLI XAVERIUS, *Risorgimento d'Italia negli studi, nelle arti e nei costumi dopo il mille* (Bassani 1786) - MURATORI ANTONIUS LUDOVICUS, *Dissertazioni sopra le antichità italiane*

Romanis Antistitibus a Dei honorem erecta, amplitudine mirabilia, picturae atque musivi operis varietate exornata, micantia auro et gemmis [1]. Obelisci, columnae idque generis aegyptia et graeca monumenta effossa e terra, in plateis evecta urbibus ornandis: statuae, pretiosaeque totius antiquitatis reliquiae accuratissime collectae, in musea ad studentium utilitatem conlatae; ut dici merito possit pulcherrimas artes, partim temporum iniuria attritas, partim barbarorum manibus deletas, Romanorum Pontificum cura, quasi ex inferis

(Mediolani 1751), in quibus perlegendae sunt praesertim XXIV, XL — XLIII et XLIX — DU BOULAY CÆSAR ÆGASIUS, *Fondation de l'Université de Paris par l'emp. Charlemagne; De la propriété et jurisdiction du Pré-aux-Clercs; Mémoires historiques des Bénéfices qui sont à la présentation et collation de l'Université de Paris* (Ibid. 1656-73) — MORONI CAIETANUS, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* (Venetiis 1839-61) — DE SAVIGNY, *Histoire du Droit Romain au moyen âge* (Parisiis 1839) — MAZZETTI SERAPHINUS, *Memorie storiche sopra l'Università e l'Istituto delle scienze di Bologna, e sopra gli stabilimenti e corpi scientifici alla medesima addetti* (Bononiae 1840 — THOMAS VALLAURI, *Storia delle Università degli studi del Piemonte* (Augustae Taurinorum 1845-1846) — IOANNES DE GIOVANNI, *La Storia de' Seminari clericali* (Romae 1747) — THEINER AUGUSTINUS, *Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten* (Maguntiae 1835) — Eminent. Card. MORICHINI, *Degli Istituti d'istruzione in Roma*, aliique fere innumeri.

(1) Perpauca hic ex pluribus, quae dici possent, adnotabimus. Ecclesiam *S. Hadriani* Romae Honorius I (630) aedificavit, ampliavit Hadrianus (780), ornavit Anastasius III (912): *S. Agatae in Suburra* (seu *Suburbio*) vetustate collabentem refecit Gregorius Magnus (593): *S. Agnetis extra moenia* musivo opere egregio, quod et hodie miramur, honestavit Honorius I (628). Paulus V ciborium marmoreis columnis (1616) extruxit, Card. Alexander Medicæus (postea Leo XI, 1605) picturis decoravit parietes: *S. Angeli in Summo Circi* (aut in *Piscinula*) reaedificavit Symmachus (500) qua diruta, splendidiorem erexit Stephanus III (752) in antiqua Octaviae porticu. Pelagius I basilicam *Ss. XII Apostolorum* disiectam ac fere deletam de novo condidit, pretiosis columnis multoque alabastrite ac porphyrite, concedente Narsete, ex Constantini thermis ablatis; quam postea ditarunt Leo III, Martinus V, Sixtus V et Clemens XI, qui an. MDCCII novam, veteri vastata, amplioremque evexit, in qua admiranda sunt quae pinxere *Melozzo da Forlì* et *Sandro Botticelli*, quaeque sculpsit aetatis nostrae Phidias, Antonius Canova. *S. Clementis in via Labicana*, ubi domus eiusdem Pontificis, basilica illustris aedificata est, pulcherrima structura, musivo opere et alexandrino, numidico marmore, alabastrite et leucostico, ornata postea picturis percelebris florentini magistri *Masaccio*, curantibus Clemente I, Silvestro, Leone, Gregorio M., Pasquali II, Clemente XI, aliisque. *S Crucis in Hierusalem*, *in aedibus Sessorianis*, post Constantinum M., reaedificarunt, amplificarunt, ditarunt Gregorius II et Lucius II, nec non Innocentius VIII, Sixtus V et Benedictus XIV; fornicem absidis pictura investivit *Pinturicchio*. *S. Georgii in Velabro*, quae et basilica *Semproniana*, Gregorius IV augustiorem reddidit, porticum marmoream fecit, picturis venustavit; Bonifacius VIII (1295) absidem inlustrari pictura *Giotti* voluit. *Lateranensem Basilicam cunctarum matrem et caput ecclesiarum* a Constantino M. et S. Silvestro, an. CCCXXIV, erectam, sequentibus saeculis auro, gemmis, pictura, marmore, vermiculato opere magnificentissime excoluerunt, locupletarunt Leo I, Theodorus I, Sergius I, Ioannes XII. Nicolao IV regnante, *Iacobus* seu *Minus da Torrita* absidis musivum opus duxit, perfecitque *Iacobus da Camerino*. Martinus V opere vermiculato stravit, picturis *Petri Pisaurensis*, veteribus evanescentibus, exornavit; Pius IV duas turres adstruxit: Sistus V porticum, conclavia, aedes Sacri Palatii aliaque complura: Clemens XI, inter alia, duodecim apostolorum marmoreas statuas dedicavit: Benedictus XIII, tectorum contignationibus quaquaversus refectis, sacras aedes addidit: Clemens XII frontem basilicae cum pronao extruxit pulchritudinis vere admirandae, adposita Constantini M. statua marmorea ex eiusdem imperatoris thermis defossa; ali que pontifices Maximi certatim operam navarunt ut novo cultu hoc templum decorarent, quos inter Pius IX, qui *Sancta Sanctorum* murario opere decoravit.

At artium pulchrarum asylum Vaticana Basilica et Sacrum Palatium vere dici possunt, in quibus columnae leucosticae ac porphyreticae, cenotaphia ex alabastrite aut numidico marmore, statuae ex pario, vel aere deaurato, ornamenta innumera ex onychio lapide, iaspide et topazio, argento auroque

revocatas, in novam lucem fuisse prolatas [1]. Bibliothecae libris, codicibus manu exaratis, tabulis refertissimae omnium fere linguarum, sumptu sane regio, Romae publicatae: illudque vere admirandum ephebeum *De Propaganda Fide* fundatum, adscitis hominibus inflammatis desiderio communis boni,

mire caelato, aliaque id genus pretiosa ita abundant, ut praesentibus posterisque sit obstupescendum. Hic *Raphaël Urbinas, Petrus Perusinus, Iulius Romanus, Titianus Vecellius, Leonardus Vinci, Guido Reni, Dominicus Zampieri, Fr. Bartolomaeus Della Porta, Andreas Vannucchi, Michaëlangelus Buonarroti:* hic *Arnolfus di Lapo, Minus a Fesulis, Antonius Pollaiuoli, Andreas Pisanus, Gullielmus Della Porta, Laurentius Bernini, Antonius Canova, Albertus Thorwaldsen;* hic *Carolus Bramante, Iulianus a S. Gallo, Balthassar Peruzzi, Iacobus Vignolius, Dominicus Fontana, Iacobus Della Porta, Carolus Maderno, Laurentius Bernini* monumenta bonarum artium reliquerunt multitudine fere innumerabilia, praestantia cum graecis comparanda. Quo in argumento plura prosequi nihil opus est. Unum addemus: Pontifices Romanos omni aevo pulchrarum artium monumenta aut vetustate collabentia, aut barbarorum manibus deleta, aut incendiis absumpta, aut motibus terrae quassata, restituisse noviterque amplificasse. Hoc praestitit Innocentius I post Alarici depopulationem, an. CCCCX; hoc S. Leo M. post Genserici incendia; hoc Clemens VII, Paulus III aliique post depopulatam Urbem ab exercitu Caroli V. S. Symmachus, saeculo V labente, mille quadringentas sex et nonaginta pondo libras argenti pro templis exornandis fudit; quod et de S. Hormisda (515, et de Honorio I (628) nec non de S. Zacharia (750) legimus. Hadrianus I, qui diem obiit supremum an. DCCXCV, bismille quingentas octoginta auri pondo libras, ac nongentas septem argenti in unam Vaticanam basilicam contulit; fere totidem in Ostiensem! Atque si a priscis ad recentiores Pontifices oculos convertamus, suppares hos illis inveniemus. Satis sit nominavisse Leonem XII Pium VIII, Gregorium XVI et Pium IX, fel. reg., qui S. Paulli extra moenia incendio penitus absumptam basilicam ex cineribus in novam lucem revocarunt, quae non modo veterem a Constantino M. an. CCCXIV aedificatam, sed omnes alias, si Vaticanam excipias, longissime superat.

Lector, si vacat, adito sequentia: IOANNIS CIAMPINI, *Vetera monumenta in quibus praecipue musiva opera, sacrarum profanarumque aedium structura, ac nonnulli antiqui ritus disputationibus iconibusque illustrantur, una cum synopsi historica de sacris aedificiis a Constantino Magno constructis* (Romae 1690-99, 2 *in fol. vol.*) — MARTINELLI, *Roma ex Ethnica Sacra* (Ibid. 1653) — OCTAVII PANCIROLI, *I tesori nascosti dell'alma città di Roma* (Ibid. 1600) — PETRI DE SEBASTIANI, *Viaggio sacro e curioso delle chiese principali di Roma, ove si nota il più bello delle pitture, delle sculture, ed altri ornamenti* (Ibid. 1683) — IOSEPH VASI, *Tesoro sacro, cioè le basiliche, le chiese, i cimiteri e i santuari di Roma* (1771) — FRANCISCI HIER. CANCELLIERI, *Descrizione della Basilica Vaticana* (Ibid. 1788); *De Secretariis Bas. Vatic.* (Ibid., eodem anno, 4 vol.) — DOMINICI FONTANA, *Del modo tenuto nel trasportare l'obelisco Vaticano, e delle fabbriche di N. S. Sisto V, fatte dal Cav. Dom. Fontana* (Ibid. 1590) — VEIDLING, *De templis summis sumptibus extructis* (Leucop. 1711) — Fr. BONAVENTURAE MALVASIA, *Storia della ven. Basilica dei Ss. XII Apostoli* (Romae 1765) — PHILIPPI RONDININO, *De S. Clemente Papa et martyre eiusque basilica in urbe Roma* (Ibid. 1706) — Fr FRIDERICI A S. PETRO, *Memorie istoriche del sacro tempio, ossia diaconia di S. Giorgio in Velabro* (Ibid. 1791) — Cardinalis RASPONI, *De basilica et patriarchio Lateranensi* (Ib. 1656) — IOANNIS DIACONI, *De Ecclesia Lateranensi*, ap. MABILLON, *Musei Italici* (t. II, p. 575) — IOAN. MAR. CRESCIMBENI, *Della sacra Chiesa papale Lateranense illustrata, per cura di Agostino Valentini e comp.*, etc (Ibid. 1832-40) — PISTOLESI ERASMI, *Il Vaticano descritto ed illustrato* (Ibid. 1829-40); ac demum, ne nimii simus in re apertissima, FRANCISCI ALBERTI, *De mirabilibus novae et veteris Romae* (1515); NICOLAI MARIAE NICOLAI, *Della Basilica di S. Paolo* (Ibid. 1815) et PETRI PAULI GINANNI, *Della fondazione della basilica di S. Paolo, e delle pitture e mosaici di essa.*

(1) Inter plura, quae possent hic memorari, digna sunt quae legantur Petri Massi opuscula inscripta: *Museo Pio-Clementino al Vaticano; Museo Chiaramonti, indicazione antiquaria; Nuovo braccio del Museo Vaticano* (Romae 1840-44) — ENNII QUIRINI VISCONTI, *Il Museo Pio-Clementino* (Ibid. 1782-96, sex in fol. vol.) — *Museo Chiaramonti aggiunto al Pio-Clementino con la dichiarazione di Antonio Nibby, ed i monumenti Amaranziani descritti da* LUIGI BIONDI — *Musei Etrusci, quod Gregorius XVI P. M. in aedibus Vaticanis constituit, monumenta etc.* (Romae in aed. Vaticanis 1842, 2 vol. in fol.), nec non MICHAELIS MERCATI opus, quod inscribitur: *Degli obelischi*

qui, longissimis et periculosis confectis itineribus, plurimos *in tenebris sedentes et umbra mortis* ad cognitionem veri luminis adduxerunt, *omnibusque omnia facti*, innumeros labores exsudarunt ut Christo permultos lucrifacerent [1]. Suntne barbarae gentes, quae Loca Sancta per vim sibi usurpata

di Roma (Ib. 1589) — PETRI GALESINII, *Ordo dedicationis obelisci, quem D. N. Sixtus V P. M. in foro Vaticano ad limina Apostolorum erexit etc.* (Ibidem 1587) — GEORGII ZOEGA, *De origine et usu obeliscorum* (Ibidem 1787) — IOAN BAPT. CIPRIANI, *Sui dodici obelischi egizii che adornano la città di Roma* etc. (Ibid. 1823) — ANGELI MARIAE BANDINI, *De obelisco Caesaris Augusti e Campi Martii ruderibus nuper eruto commentarius* (Ibid. 1750) — THOMAE GABRINI, *Annotazioni storico-critiche sull'obelisco Sallustiano* (Ibid. 1789) — DOMINICI FONTANA, *Della trasportazione dell'obelisco Vaticano* (Ibid. 1590, et Neap. 1604), ac demum MARANGONI, *Delle cose gentilesche e profane trasportate ad uso e ad ornamento delle chiese.* — Reliqua consulto omittimus; etenim nemo historiam honarum artium, rei litterariae, Universitatum, ut vocant, Academiarumque, illustrium monumentorum rerumque admirandarum ullam aut fere ullam perleget, quin alicuius Romani Pontificis nomen occurrat. Ex quo fit, ut qui addiscere cupiat res optime per eos domi forisque gestas, is perbelle consulat horum biographos, in quibus, missis accuratissimis monographiis, iuxta mentem nostram plurima inveniet revolvens CAIETANI MORONI, opus iam supra notatum cui titulus: *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica etc.* (Venetiis 1839-1861), ubi omnia sunt descripta quae ad artes, ad scientias, ad bonum promovendum atque amplificandum gessere hi sancti homines; deinde BARTOLOMAEUM PLATINAM, *In vitas summorum Pontificum*, etc., Panvinium, Baluzium, Burium, Sandinium, Sangallum, Pagium, Ciacconium, Oldoinum, Guarnaccium, Ciampinium, Palazzium, Novaesium aliosque quorum et nomina recensere longum esset.

(1) Quum de omnibus loqui nequeamus quin in immensum excrescat oratio, aliquid de una *Vaticana Bibliotheca* innuisse satis sit. Illa, si fidem habeamus PANVINIO (*De Bibl. Pontif. Vatic.*, Tarraconae 1587), originem ducit a S. Clemente I, qui primo Ecclesiae saeculo eam erexit (RASPONI, *De Biblioth. Lateran.* c. XIV, p. 241). In *Libro Pontificali* ANASTASII bibliothecarii legitur S. Ilarium Pont. Maxim. duas Bibliothecas aedificavisse ad *S. Ioannis ad Fontem*, quibus tertiam postea Gregorius III, saeculo VIII, addidit. Haec, quae *Bibliotheca Sanctae Sedis* dicta est, in Laterano fuit quamdiu inibi Romani Pontifices morati sunt: qui, ubi primum aedes Vaticanas incoluerunt, illuc eam transtulerunt. Hanc S. Zacharias anno DCCXLII, instauravit, caeterique Pontifices, usque ad Clementis V tempora, qui anno MCCCV Avenionem duxit cum Cathedra Pontificia bibliothecam; unde Martinus V (1417-1431) Romam reduxit, illius reliquiis huc demum asportatis sub Pio V et VI (1566 et 1784). Post transmigrationem Avenionensem nominandi veniunt Nicolaus V qui, bonis artibus revocatis, primus hanc bibliothecam vetustissimis codicibus, Graeciae et Orientis exuviis (1447-1455), exornavit (V. ÆNEAM SILVIUM, *De statu Europae sub Friderico III*, inter *Scriptores RR. German.* FREHERI, t. II, p. 156 et seq.); Callixtus III (1456), Sixtus IV (1480), Leo X (1515), qui illam ditarunt, amplificarunt, instruxerunt munificentia vere regali. Post Urbem a militibus vastatam Contestabilis Borbonii (anno 1527), Pius V, Gregorius XIII et Paullus V Vaticanam Bibliothecam magna ex parte direptam et incensam renovarunt: cuius nihilominus parens dicendus est Sixtus V, qui anno 1586, centum caementariis adlaborantibus, et centum pictoriae artis magistris exornantibus, novas aedes construxit (Vide ANGELI ROCCA opus inscriptum, *Bibliotheca Vaticana*). Paullus V tabularium addidit, et officinam librariam in easdem aedes voluit, quam Pius IV prius dedicarat, Paullo Manutio curante (V. AUGUSTINI TAIA, *Descrizione del Palazzo Apostolico Vaticano*, Romae 1750). Gregorius XV illam ditavit libris, quos *Palatina Heidelbergensis* capiebat, misso ad hoc in Germaniam Cl. Leone Allaccio: Alexander VII omnes libros, quos Duces Urbinatium longo studio congesserant, emptos decem millibus aureis, in eam deportavit: Alexander autem VIII variarum linguarum codices, quos regina Svedorum Christina lectissimos reliquerat, adiunxit (V. BONNANI, *Numismata Pontificum*, t. II, p. 804) Clemens XI omnium fere linguarum volumina, an. MDCCI, addidit, nec non codices orientales plurimos, missis in Ægyptum et Assyriam doctis viris, praesidente Assemanno, qui illos magno pretio emerent. Quod et Clemens XII, et Benedictus XIV, et duo Clementes XIII et XIV, et omnes sequentes Pontifices ad hanc diem, semper novo studio continuarunt, ut videre est, inter alios, in hisce scriptoribus quos libenter hic referimus, ut bonorum consensus rerum veritatem ultro firmet. GREITH, *Gregor XVI; sein Leben und sein Wirken, Trauerrede u. s. w.* (S. Gall. 1846); BERG FRIDERICUS,

abominationibus foedent, christianorum vitam adpetant ferro et iniuriis? suntne principes terrae, qui aciem ingenii in subditorum perniciem intendant? toparchae, qui vectigales dolo malo opprimant, Ecclesiarum iura invadant, tyrannidem exerceant, agitentque discordiae facem? En Romani Pontifices, qui nunc christianorum centuriis, cruce signatis, in Orientem missis; nunc gladio Domini evaginato et Vaticano fulmine improbis deterritis nefandisque consiliis repressis; nunc divinam misericordiam implorando ut iniquorum corda ad poenitentiam verterentur, paterna charitate haec mala ab christianorum republica averterunt, atque apostolica providentia propulsarunt [1].

Acta vero pontificia maxima ex parte in Bullario locum obtinent.

IV. Quae profecto omnia cursim raptimque adumbrata, tam pro Ecclesia universa, quam pro peculiaribus imperiis, regnis, ecclesiis, monasteriis, urbibus, domibus, proque omni personarum genere a Pontificibus Maximis praestita; quaeque non exornari verbis, nedum in seriem digeri possent, quin in immensum succresceret oratio, maxima ex parte in ea collectione descripta

Die verwaiste Christenheitam Grabe ihres Oberhirten, des Papstes Gregor. XVI (Antuerpiae 1846); T. (S. N.), *Vida de Gregorio XVI, y anales de su pontificado etc.* (Matriti 1847).

Quod spectat ad ea quae dici possent de *Ephebeo christiano nomini propagando*, cum illa brevis notula haud posset continere, lectorem monemus ut verset opus egregium anno MDCCCXXXIX inchoatum Romae, cui titulus *Bullarium Pontificium Sacrae Congregationis de Propaganda fide* (Typis Collegii Urbani), nec non sequentia: *Gregorii XI constitutio erectionis S. Congregationis de Propaganda Fide* (Bruxellis 1623); *Breve compendium historiae Congregationis Cardinalium de Propaganda Fide*, a Teoph. Sigifrido Bayero et Carolo Menzelio editum (Regiomonte 1721); *Libellus divisionum provinciarum orbis terrarum pro cardinalibus de Propaganda fide* (Romae, typis eiusdem S. Cong.); Bartolemaei Piazza, *Opere pie di Roma*, et Cancellieri, *Elenchus librorum qui omnigenis formis impressi prodierunt e Propaganda* (Perusiae 1817).

(1) *Primum*, huiusmodi bellum indictum fuit christianorum hostibus sub Urbano II (1095 ad 1099); *secundum*, sub Eugenio III (1145 ad 1148); *tertium*, sub Clemente III (1187 ad 1191); *quartum*, sub Caelestino III (1195 ad 1198); *quintum*, sub Innocentio III (1198 ad 1204); *sextum*, sub eodem Innocentio, deinde sub Honorio III, et demum sub Gregorio IX (1213 ad 1240); *septimum*, sedentibus Innocentio IV et Alexandro IV (1254 ad 1261). Id ipsum modis omnibus tentarunt, licet non secundo exitu, Benedictus XI (1304), Clemens V (1311), Ioannes XXII (1334), Clemens VI (1345), Innocentius VI (1356); in id incubuerunt Urbanus V (1363), Pius II (1464) et eius successor Paullus II, Sixtus IV (1479), Innocentius VIII (1486), Alexander VI (1492 ad 1503). — Vide *Gesta Dei per Francos, sive orientalium expeditionum et regni Francorum Hierosolymitani historia, a variis scriptoribus litteris commendata* (Hanoviae 1611, 2 vol. in fol.) — Maimbourg P. Aloysium, *Histoire des Croisades*, Parisiis 1675-76, 2 vol. in 4°) — Navarette D. Martinum Ferdinandum, *Disertacion historica sobre la parte que tuvieron les Españoles en las guerras de ultramar o de las cruzadas, y como influyeron estas expediciones desde el siglo XI, hasta el XV, en la estension del comercio maritimo, y en los progresos del arte de navegar* (Matriti, 1816 in 4°) — Michaud Iosephum, *Histoire des Croisades* (Parisiis 1813 ad 1822, 7 vol. in 8°) — Milis Carolum, *History of the Crusades* (Londini 1822, 2 vol. in 8°) — *De bello a Christianis contra barbaros gesto pro Christi sepulchro et Iudaea recuperandis* (Groningae 1531).

Contra haereticos, schismaticos et id genus homines plurimum adlaborarunt Romani Pontifices, inter quos hic nominandi: Gregorius IX (1228) contra imper. Fridericum II; Alexander IV (1256) contra Ezzelinum a Romano; Urbanus IV (1261 ad 1264) contra Manfredum Siciliae regem; Martinus IV (1282) contra Petrum III Aragonensem; Bonifacius VIII (1294 ad 1303) contra Sanctae Sedis hostes; Innocentius VI (1359) contra Ordelaffum, dominum Fori Livii; Urbanus V (1363) contra ducem Bernabò Viscontium; Urbanus VI (1382) contra Ludovicum Andegavensem, Ioannem regem Castiliae et Leonis, fautorem antipapae Clementis VII; Bonifacius IX (1390) contra eosdem; Martinus V (1418) contra Hussitas et Wiclefitas, et ita porro.

habentur, quae Magni Bullarii Romani nomine venit. Bullae namque, diplomata pontificia, constitutiones, declarationes doctrinales, definitiones circa fidem et mores, leges dein atque ordinationes, quibus mysticum Ecclesiae corpus coalescit vigetque, quid, quaeso, sunt aliud quam certissimum illustreque testimonium officii pastoralis in Dei Ecclesia rectissime administranda? Testimonium sane, ex quo apparet evidentissime in Sancti Petri successoribus nunquam, ne ad horam quidem, defuisse prudentiam singularem, iustitiam incorruptam, admirandam fortitudinem, scientiam, pietatem, consilium, timorem Domini, caeterasque virtutes in regenda tuendaque humana societate. Conciliorum generalium sive peculiarium acta, quae amplissimis collectionibus continentur, universalis Ecclesiae consensum in dogmatibus profitendis, profligandis haeresibus, schismatibus arcendis, profanis novitatibus vitandis uberrime demonstrant, supernumque Sancti Spiritus afflatum ne fallatur aut fallat. Bullarium vero a Conciliorum collectionibus hoc maxime differt, quod acta Pontificum praeseferat, quae non modo generale conservandae fidei studium, sed et quotidianae sollicitudinis formam ostendunt. In eo veluti in imagine spiranti, militantis Ecclesiae vitam in dies magis adolescentem et ad caelestem patriam properantem, quis, nisi prorsus caecutiat, non videt? Verbo dicemus; quidquid admiramur in ordine magnificum, in extensione immensum, personis rebusque accommodatum, temporibus aptum, nulli noxium, pluribus conveniens in Ecclesia toto terrarum orbe disseminata, illud non minus universis quam singulis providere mentem unam, rerum omnium moderatricem et gubernatricem, Iesu Christi nimirum in terris Vicarium, hisce scriptis monumentisque docemur.

Laudandi qui pontificiis actis colligendis animum applicuerunt. Collectionum praecipuarum brevis historia.

V. Qui igitur vetustissimas pontificias tabulas conquirit, eruit ex archiis, vel inter incredibilem vim voluminum latitantes studiose legit, multa cura exscribit, ad trutinam revocat, purgat erroribus, animadversionibus dilucidat, editque ad communem utilitatem, non hunc laudibus prosequemur? non benevolentia complectemur? non de sana doctrina deque studiis gravioribus bene meritum praedicabimus? In qua palaestra omnium primi veniunt Gregorius IX et Bonifacius VIII, quorum ille, iam ab saeculo Ecclesiae decimotertio iussit [1] pontificiarum constitutionum collectionem fieri, hisce verbis: « Sane diversas « constitutiones et decretales epistolas praedecessorum nostrorum in diversa « dispersas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, et quaedam « propter contrarietatem, nonnullae etiam propter sui prolixitatem, confusionem « inducere videbantur; aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta, « quae tamquam incertae frequenter in iudiciis vacillabant, ad communem et « maxime studentium utilitatem, per dilectum filium Fr. Raymundum, capel- « lanum et poenitentiarium nostrum, in unum volumen, resecatis superfluis, « providimus redigendas. Adiicientes constitutiones nostras et decretales epi- « stolas per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, declarantur.

(1) Vide huius Sancti Pontificis constitutionem, sub n. XLI positam, *Taurinensis Bullarii*, t. III, p. 485.

« Volentes igitur ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in « scholis, districtius prohibemus ne quis praesumat aliam facere, absque « auctoritate Sedis Apostolicae speciali ». Quae Gregorii collectio *Decretalium* nomen est sortita. Bonifacius autem VIII, paullo post, novam decretalium Pontificum recensionem, studio et opera Gullielmi Mandagot, Berengarii Fredol et Richardi Petroni voluit diligenter evulgari, quae *Sextus liber Decretalium* a iuris canonici peritis appellata, comprehendit Gregorii IX, Innocentii IV et Alexandri IV, Urbani item IV, Gregorii X, Nicolai III, eiusdemque Bonifacii VIII constitutiones et decreta. Paucis deinde elapsis annis, Clementi V visum est suas constitutiones, et canones Concilii Viennensis, ab ipso, anno MCCCXI, celebrati, colligere; quae series ab eius nomine *Clementina* dicta, atque in septimo Decretalium inserta libro, Ioanne XXII pontifice, publici iuris facta est anno MCCCXVII. Cui Summo Antistiti acceptam referunt eruditi collectionem decretalium, quae *Extravagantium et Communium* appellationem nacta est. Nam cum decretales nonnullae extra omnes collectiones vagarentur, quarum aliae communes erant eidem Ioanni ac aliis Pontificibus Maximis, inde orta nomina, quae novissimam hanc decretalium seriem distinguunt.

Post sapientissimos hosce Pontifices, dignus est, quem omnes, vel ex hoc capite, plurimi faciant, Petrus Matthaei, qui, labente saeculo decimoquinto, opus ita inscriptum concinnavit: *Collectio Constitutionum et Bullarum post Sextum, Clementinas et Extravagantes, usque in hodiernam diem* (MCCCCXCI), cui aliud, novem post annos, accessit sub titulo: *Bullae diversorum Pontificum, a Ioanne XXIII ad Iulium III, ex bibliotheca Ludovici Gomes* (Romae, apud Hieronym. de Cartulariis); quod nihilominus, cum sexaginta tantum bullas referret, nimis profecto ieiunum sacrorum diplomatum studiosis videri debuit. Dimidium autem post saeculum, duae paullo pleniores collectiones, formis Antonii Bladii, excusae in Urbe fuere, annis nimirum MDLIX et MDLXXIX, quarum prior tres supra centum et sexaginta bullas numerat, inter quas, ut Cocquelinius monet, etiam nonnullae, quae *Bannimenta* nuncupantur, includuntur; altera vero quae inscribitur: *Collectio diversarum Constitutionum et Literarum Romanorum Pontificum a Gregorio VII ad Gregorium XIII*, septingentis viginti tribus constitutionibus constat, Caesare Mazzutellio curante. Utramque postremam collectionem longe exsuperavit, quae, Cl. I. C. Laërtio Cherubinio in privatum usum parante, Romae prodiit anno MDLXXXVI, officinatoribus Bladianis haeredibus; in qua ab S. Leone Magno ad Sixtum PP. V, bullae duae et viginti supra nongentas digeruntur: magnus equidem diplomatum sacrorum numerus; si cum anteactis collectionibus conferatur, maximus. Dite nihilosecius patris Bullarium, amor in res sacras studiumque filii amplificavit. Angelus enim Maria Cherubinius, e Benedictino-Cassinensi familia, illud sequentium Pontificum actis locupletavit, anno MDCXXXIV, et usque ad Urbani VIII pontificatum deduxit: quod, habita temporum ratione, laude dignum sapientibus visum est. In dies tamen, novis subvenientibus monumentis, amplioribus limitibus Cherubinianum Bullarium includendum esse Fr. Angelus a Lantusca et Fr. Paullus a Roma,

ex Ordine Franciscalium Minorum, optime arbitrati sunt; votique compotes facti, romanis typis illud commiserunt, trigintanovem a Cherubiniana collectione elapsis annis. Utque primum evulgatum est, tam omnium vota aequavit, ut romanam editionem statim lugdunensis anni MDCLXXIII exceperit; hanc postea Genevensis, sub pseudonimo Luxemburgensis: quo factum est ut Cherubiniana series, appositis ad Clementem X usque constitutionibus, multo plausu ab eruditis fuerit accepta. « Neque ullus sane alius post sexaginta annos editas a « successoribus Pontificibus constitutiones adiecit, quod magnopere literaria res- « publica dolebat » (1).

Carolus itaque Cocquelinius, clarissimus I. C., cum multos annos Romae deversaretur, sedulam id genus studiis navans operam, « perspecto antiquorum « Bullariorum defectu, summaque constitutionum pontificiarum parcitate « ac inopia, diligentiorem atque uberiorem bullarum collectionem instruere « aggressus est » (2). Qua in re quantum adlaboraverit egregius vir ut opus, deterso rudi, pene dicimus, saeculi squalore, nitesceret, quantum industriae diligentiaeque, quantum vigiliarum posuerit, eius praefationem legentibus apparet, in qua, inter alia, haec habet: « At fausto contigit, ut ingens hoc et « arduum opus sub felicissimo sanctissimi D. N. Clementis PP. XII pontifi- « catu meditarer, qui bonis artibus fovendis, ac literariis studiis, iisque prae- « sertim quae propius Ecclesiae utilitati ac bono conducunt promovendis, assidua « cura intentus, currenti mihi liberalitate ac munificentia sua stimulos addidit, « atque ut in secretiora archiva pateret aditus, bullasque, quae tamquam pre- « tiosus thesaurus in iis asservantur, transcribere liceret, singulari humanitate « permisit ».

Cherubiniana igitur collectio, ut ut imperfecta, ad recentiora usque tempora fuit producenda prius; mox, arrepta opportunitate, iterum praelo subiicienda priora volumina additionibus aucta. Haec illustris viri sparta fuit. Anno igitur MDCCXXXIII, primum novae collectionis volumen, ex officina Mainardiana, in lucem emisit, quod Clementi XII Pontifici Maximo inscriptum, septimum Bullarii Romani voluit esse, sex Cherubinianae seriei iam existentibus supputatis adiiciens: « Sedulam navabo operam ut nedum haec Bullarii Romani con- « tinuatio in lucem prodeat omnibus numeris absoluta; sed etiam ut prae- « cedentia sex volumina, Romae edita, denuo imprimantur, purgata a mendis, « et aucta iis constitutionibus quae in ea ex collectorum incuria omissae, « a secretioribus Sanctae Sedis Apostolicae scriniis modo erutae et ex suis « autographis exscriptae sunt » (3). Scitu tamen dignum est, rerum praestantissimarum sic ipsi superabundasse copiam, quae latuerat Cherubinium, ut necessum fuerit voluminum ordinem sequuturo, illa in totidem tomos seu partes dispescere, quot divitem materiam capere possent. Quo in improbo labore tres

(1) In praefatiuncula Hieron. Mainardi, tom. VII romanae editioni praemissa.

(2) Vide praefationem in I vol. edit. rom., quam, adscriptis marginalibus annotationibus, dedimus in nostrae editionis vol. I, pp. 13 ad 24.

(3) *L. s. c.*

et viginti annos insudavit, mira certe constantia, deditque continuationis octo volumina; viginti vero, quae Cherubinianam collectionem, mirifice ditissimeque auctam (sex namque voluminibus ipsa prius continebatur), referunt; sed multo molimine et saltuatim; nunc unam, nunc aliam operis partem praelo committens; nunc continuationis urgens volumina, nunc retardans; interiiciens saepe nova veteribus, saepius vetera novis; quod etsi nescimus qua caussa, tamen non sine aliqua factum fuisse dicemus [1]. Cuius sane editionis praestantia vel ex eo apparet, quod duo priora volumina bullas circiter mille continent, quarum trigintaduae tantummodo in Cherubiniana collectione nactae fuerant sedem.

Silentio hic nobis praetereunda sunt specialia Ordinum religiosorum Bullaria, quum ad alia, adiuvante Deo, properemus. Hoc unum haud abs re fuerit adnotasse, Cl. Margarium e Benedictino-Cassinensi sodalitate, harum collectionum peculiarium, omnium primum, anno MDL, caeteris praebuisse exemplum; quod plures postea illustres doctrina viri feliciter sunt imitati. Huius generis est Castellana collectio (an. MDCVIII edita Venetiis apud Lazarum De Soardis), quam auxit et castigavit P. F. Antonius Bremond, ediditque hoc titulo: *Bullarium Ordinis FF. Praedicatorum, sub auspiciis SS. D. N. D. Benedicti XII Pont. Max. eiusdem Ordinis* (Romae, typis Hieronymi Mainardi, opera tamen et studio Rev.mi P. Thomae Ripoll, Mag. gen. eiusdem Ordinis, (MDCCXL). Huius generis est opus egregium inscriptum: *Bullarum Basilicae Vaticanae collectio in tres tomos distributa, notis aucta et illustrata a Philippo Dionysio, Antonio Martinetti et Caietano Cennio* (Romae MDCCXLVII). Quorum profecto aliorumque, quos praeterimus consulto, lucubrationibus, rerum diplomaticarum studiosis hauriendi plenis haustibus facta facultas est. Nam, ut recte Bremondus habet: *Avaritiae genus esset his oraculis perfrui, saginari, ditescere, et in commune commodum illa non conferre* [2].

Bullarii Magni utilitas et necessitas non modo ecclesiasticis studiis vacantibus, sed etiam litteris hu-

VI. Arbitrati sunt nonnulli, hodieque arbitrantur, si qui forte ex pseudosophiae schola prodiere, huiusmodi libris operibusque ecclesiasticis tantum viris esse utendum, aliquantulum etiam iuris civilis sacrorumve canonum peritis; iis vero, qui humanioribus litteris et reliquis disciplinis operam dant, supervacaneum esse nulliusque usus Bullarium. Theologi quidem et canonum studiosi

(1) Lectorem cognovisse non pigebit huiusce evulgandi operis ordinem chronologicum, quem Cocquelinius sequutus est. Anno igitur 1734, primum novae editionis volumen, totius operis VII, in lucem prodiit: sequenti, secundum et tertium, operis VIII et IX: proximis duobus annis, quartum, quintum et sextum, alias X, XI et XII: anno 1738, non modo septimum volumen, operis XIII, diem vidit, sed etiam VI voluminis Cherubinianae seriei *pars prima:* anno 1739, volumen I et II Cherubinii, et sequenti, voluminis III *pars prima*, VI vero *secunda* et *tertia:* anno 1741, eiusdem vol. III *pars secunda*, et una VI supradicti *pars quarta* et *quinta;* et tandem anno 1742 *pars* huius voluminis *sexta*. Annus 1743, III voluminis *partem tertiam* protulit, et sequeos XIV volumen, Cocquelinianae recensionis extremum. Tribus insequentibus annis IV Cherubinii volumen in *quatuor partes* seu *tomos* dedit Cocquelinius, et, quatuor interiectis annis, opus omne complevit, volumen V evulgando, *quinque partibus* seu *tomis* comprehensum, anno 1756. Hinc ratio apparet cur si voluminum seriem quaeras, quatuordecim; si numerum, viginti octo in folio, uti dicunt, reperies.

(2) In praefatione, quam praeposuit Bullario Dominicano quod supra memoravimus.

illud evolvant; sacri concionatores, animarum curam habentes, aliique id genus sacricolae perlegant; quorsum vero illud philologus, archaeologus, historicus versabit? quorsum geographus, chronologus, orator? Haec aliaque complura, partim inerudite, partim contemptim, tam pleno ore dictitata fuere ab sacrorum et (quod profecto, Lector, mirere) severiorum studiorum osoribus, ut sensim ab iis, qui dicebantur et habebantur sapientes, ad indoctos; ab indoctis gradatim error in vulgus manaverit. Sed, quod felix faustumque sit, critices arte, iam adulta aetate, fines vulgo tritos aliquando egressa, commentum illud explosum videmus non a nostratibus modo, verum et a cuiuscumque nominis sapientibus, qui in veteribus monimentis adiumenta quaerunt ad notitiam praeteritorum temporum capessendam, quibus historiam illustrant, noctemque fugant medii aevi, ac omnium fere humanarum institutionum originem in ipso veluti fonte hauriunt.

manioribus profanaeque eruditioni operam dantibus.

Etenim, ubinam philologus rerum, quae nunc obsoleverunt, nomina abundantius nanciscetur, quam in diplomatibus pontificiis, eo tempore datis, quum res vocesque florerent? Ubinam geographus urbium, quae, saeculis labentibus, ex orbe evanuerunt, accuratiorem notitiam mutuabitur, quam iis ex tabulis, quae fuere conscriptae, quum urbes illae in honore essent vigerentque (1)? Iuris *feudalis*, quin et summi iuris peritis, qui ex ultima antiquitate recentiorum rerum originem eruunt, iuris civilis genesim e iure canonico derivantes non minus acute quam vere, nonne hisce pontificiis tabulis opus est, in quibus videre licet quibus initiis orta, quibusque augumentis creverit scientia, quae mores ad iustitiam aequitatemque componit (2)?

Quae quidem omnia magna certe sunt, sed alia multo maiora pontificiorum apicum dignitatem et praestantiam ostendunt. Etenim cum aetas nostra, Dei certe beneficio, fabulas pertaesa, praeteriti temporis memoriam ultimam ac germanam recordari gaudeat, dici vix potest quam incredibilem monumentorum vim his voluminibus comprehensam deprehendet, qua lumen accedit ad tenebras ignorantiae excutiendas opportunum. Quod eximie praestiterunt qui, ut aliquos nominemus, Romanorum Pontificum Gregorii VII et Bonifacii VIII, Silvestri II

Historia quam maxime pontificiis monumentis adiuvatur, ad neotericorum explodendos errores.

(1) In promptu exemplum est. Certant eruditi in explanando carmine XIII, lib. III HORATII: *O fons Bandusiae, splendidior vitro,* ect. DOERING ad rem habet: « *Bandusia* (ut Acron ad h. l. observat) *est agri Sabinensis regio, in qua Horatii ager fuit.* Fons igitur ibi scatens vocatus est *Bandusius*, e quo originem suam traxit Digentia ». Sed errat uterque, uti ex sequentibus demonstratur Bullario Romano innixi. In II vol. (edit. Taurinensis pp. 227 *b* et 228 *a*) diploma habetur Paschalis II, Monasterio Bantino in Apulia concessum XI kal. iunii, an. 1103, ubi legitur: « ...Confirmamus siquidem « vobis coenobium ipsum et omnia quae ad illud pertinent monasteria sive cellas cum suis pertinentiis; « videlicet Ecclesiam Sancti Salvatoris cum aliis Ecclesiis de castello *Bandusii;* item... Ecclesiam San- « ctorum Martyrum Gervasii et Protasii in *Bandusino fonte* apud Venusiam, etc. » Quid clarius? *Bandusius* igitur fons, apud Venusiam in Apulia est, ubi Aufidus (nunc *Ofanto*) fluvius violentioris cursus (HORAT, lib. III, carm. XXX); Digentia vero (nunc *Licenza*) in Sabinis rivus est. Vide CHAPUY, *Découverte de la maison de campagne d'Horace* (Romae 1767-1769, 3 vol. in-8°). — ABBARIUS, *In Horatii carmina* (Ienae 1848). Enarratores latini poëtae utiliter Bullarium perlegissent, quod nemo fortasse sibi induxisset in animum.

(2) RITSCHIL ALB., *Die Entstehung der alt-Katolischen Kirche* (Bonnae 1850).

et Innocentii III, Leonis I et X [1], tempora actaque descripsere, quum, detracta persona, nativa veritas apparuit. Quibus ab eruditis probe intellectis, sensim Romanam Sedem calumniantium ira deferbuit; imperitorum voculis silentium indictum, animisque malevolentia suffusis arrogantia est adempta, evidentia rerum domi forisque bene gestarum. Postremo extra omnis dubitationis aleam positum, Sancti Petri successores semper ad iustitiam et sanctitatem homines revocasse; partes cuique proprias tribuisse, officiis aptissime distinctis, omnium muneribus descriptis; dein hisce monumentis confirmatum, sanctos Romanos Antistites nunquam suis constitutionibus habuisse rationem privati commodi; sed recto animi sensu, legem divinam prae oculis habentes, eo perpetuo intendisse ut nocerent nemini et bonis quamplurimis prodessent, omnium fere utilium institutionum adiutores, fautores, auctores.

Quae sane omnia haud prorsus effugisse Cocquelinium docent sequentia ab ipso illustri viro in sua praefatione consignata: « Ex harum sane constitutionum « serie, perpetua et inconcussa ostenditur Romanae Ecclesiae, caeterarum « matris ac magistrae, traditio quoad sanctissima christianae fidei dogmata: eccle- « siastica praecipue disciplina illustratur, variusque eius status, pro temporum « et locorum diversis conditionibus, ob oculos ponitur. Hinc apparet indefessa « pastoralis Romanorum Pontificum cura et sollicitudo in confirmandis in fide « fratribus, in reducendis ad veritatis viam aberrantibus, in extirpandis subcre- « scentibus in dominico agro identidem vitiis ac morum corruptelis, ac demum « in propaganda ad extremos orbis fines, missis undequaque divini verbi prae- « conibus, evangelica doctrina. Hinc patet novarum ecclesiarum erectio, vel « erectarum mutua unio, aut etiam divisio: hinc monasticorum vel militarium « Ordinum institutio, sacrarum societatum confirmatio, privilegiorum tum « ecclesiis, tum monasteriis concessio. Denique innumera hic congeruntur docu- « menta, ex quibus evincitur Romanam Sedem, semper et ubique, primatus « illius, quem sancto Petro eiusque successoribus Christus Dominus, singulari « privilegio, concessit, iura exercuisse: unde manifesto inscitiae aut impudentiae « rei convincuntur novatores aliqui, qui Romanos Pontifices posterioribus tantum « saeculis potestatem suam tam longe protendisse, neque illius vestigia remo-

(1) Ioann. Voigt, *Hildebrand als Papst Gregor VII, und sein Zeitalter* (Weim. 1815; 2a ed. 1846; gallice ab. A. Jager, an. 1837, Parisiis; italice ab Vergani, an. 1840, Mediolani).

D. Aloysius Tosti, Ben. Cass., *Storia di Bonifacio VIII e de' suoi tempi* (apud Montem Cassinum 1847; gallice a Duclos, Parisiis 1854; germanice, Tubingae 1848).

Carolus Ferdinandus Hock, *Gerbert oder Papst Sylvester II und sein Iahrhundert* (Vindobonae 1837; gallice ab J. M. Axinger, Par. 1842; italice a Caietano Stelzi, Mediol. 1840).

Fridericus Hurter, *Geschichte des Papst Innocenz III* (Hamb. 1834-42; gallice ab Alexandro de Saint-Chéron. I. B. Haiber, Parisiis 1838-43; italice a Gliemone, Mediolani 1858); et Aloysius Adalbertus Waibel, *Papst Innocentius der Dritte; eine der merkwürdigsten Lebensgeschichten* (Aug. Vindel. 1845).

Eduardus Perthel, *Papst Leo's I Leben und Lehren* (Ienae 1843); et Alexander de Sainte-Cheron, *Histoire du Pontificat de Saint Léon le-Grand* (Parisiis 1845).

Guillelmus Roscoe, *Life and pontificate of Leo X* (Londini 1806; italice ab Aloysio Bossi, Mediolani 1816); et I. M. Audin, *Histoire de Léon X* (Parisiis 1844).

« tiori aevo uspiam adesse, falso et per calumniam nobis obtrudunt » [1]. Quae, utut egregie dicta, si cui iugulum quaestionis petere non omnino videantur, ille opportune meminerit critices artem ac *philosophiam* quam *historiae* dicunt, id temporis, quum Magnum Bullarium editum est, catholicos scriptores sequutos non fuisse, veritos ne sancta exponendo canibus, impie temereque violarentur. Maluerunt namque thesauros abscondere, quam revelare, quos ausu improbo ab haereticis et nebulonibus temerandos suspicabantur. Nostra autem aetate, hac tanta litterarum luce, quisnam posset clanculum et impune Romanorum Pontificum abuti constitutionibus, aut in rem suam detorquere? Quis imo ad legendum accedens, non quadam suavitate perfundetur, cum, vel frigescente charitate, praesens Dei adiutorium in Ecclesia Catholica persenserit? Primoribus igitur tantum labiis degustandum Cocquelinio fuit, quod plenis haustibus nobis ad Romanae Ecclesiae, matris nostrae, decus est hauriendum.

Quis enim sibi induxisset in animum, quas venditarunt Ecclesiae hostes, fabellas, si Pontificum Maximorum res gestas parumper in purissimo Bullarii fonte attigisset? Quis perfricta fronte Martini IV potuisset calumniis memoriam oppetere, quod Graecorum imperatorem Michaëlem Palaeologum regemque Aragoniae Petrum damnasset, si bullas, damnationis caussas plene disserentes, perlegisset? Quis Bonifacium VIII, Clementem V, Gregorium VII, sine sceleris nota, carpere quivisset, quod regem Philippum, cognomento *il Bello*, Andronicum et Henricum imperatores diro Vaticano fulmine perculerint, nisi eum latae excommunicationis causa praeteriisset? Quis immo Gregorii IX robur in imperatorem Fridericum, Italiae hostem infensissimum, Innocentii IV constantiam invictissimam in impiam Ezzelini tyrannidem, Honorii II fortitudinem in Fulconem, perditissimum hominem, demiratus non fuisset? Incestuosorum licentiam, *simoniam* in Lucensi Ecclesia pullulantem Alexander II coërcet: clericos concubinarios nefariosque percellit Gregorius VII: Abailardi commenta, pietatis fuco illita, homines a recto veritatis tramite abducentia, detegit damnatque Innocentius II: Albigenses, Patarenos, Provinciales et huiusce furfuris balatrones, qui umbris nitebantur obscurare lucem a Iesu Christo allatam, et sanguinis ipsius beneficium obtegere, profligat Innocentius III: sectae sub specioso Ordinis Apostolorum nomine totis viribus se se opponit Honorius IV; Wiclefo, Martinus V; Luthero eiusque asseclis, Leo X et Hadrianus huisce nominis VI. Adprobandusne fuit Ordo monasticus, quo in Italia primum, mox in Europa lumen accensum est ad medii aevi noctem fugandam? adprobavit Gregorius Magnus, ratam habens regulam, quam sanctus Benedictus scripserat Sublaquei, atque Honoratus, Sublaqueensis abbas, ei obtulerat confirmandam. Anne hominibus divitiis voluptatibusque inhiantibus exemplar fuit arctissimae poenitentiae et evangelicae paupertatis proponendum? proposuerunt Honorius III et Gregorius IX, Fratrum Minorum Ordine instituto, atque in sanctorum caelitum numerum Francisco Assisinate et Antonio Patavino relatis; eodem sane modo,

(1) Vide Cl. viri praefationem, quam supra, pag. xv (2), iam nominavimus.

quo doctis viris scientiae humilitati et angelicae puritati coniunctae miraculum prae oculis adposuit Ioannes XXII, qui S. Thomam Aquinatem inter beatos caelites adnumeravit. Novisne operariis, qui docerent, praedicarent, evangelizarent, vinea Domini fuit instruenda? instruxit laudatus Honorius, Ordinem Fratrum praedicatorum recipiens, eiusdem conditore a Gregorio IX in albo sanctorum inscripto [1].

Sed quorsum ista? Ut nimirum meminerint eruditi, discantque indocti, in tam ampla reipublicae christianae administratione, si quid fortasse in homine nota dignum deprehendent, illud cum egregiis facinoribus comparatum, omnino ex oculis intuentium evanescere, velut in solis disco maculas, quae nec claritatis fulgorem, nec beneficium caloris imminuunt. Qua sane in re, privatum hominem cum orbis universi magistro non esse confundendum ex eo potissimum patet, quod si quid in primo, nil unquam in altero reprehendi posse, omnium temporum notitia demonstrat. Ex quo iam sponte fluit, Ecclesiae Catholicae historiam non esse addiscendam ex fictis haereticorum hostiumque romani nominis aut *rationalistarum* (uti vanissimi homines se se appellant) fabellis; sed ex certissimis monumentis, quorum maximam partem Bullarium capit, a quibus omnis corruptionis suspicio abest. Hisce addendum est, plurima esse quae, licet maximi momenti, nullibi possent reperiri: nam perantiquae tabulae, partim incendiis absumtae, Urbemque non una vice barbaris depopulantibus, deperditae, in profanos conversae usus, destructae; partim langobardicis aut gothicis minutis properatisque litterulis exaratae, lectu sunt perdifficiles: nonnullae item carie admodum terebratae aut librariorum incuria inemendatae OEdipo interprete habent opus. Incredibilis hinc rerum copia interiisset, aut tineis alendis iacuissent in archivorum pluteis vetustae tabulae, ni strenuorum virorum indefessus labor, Romanis Pontificibus auspicantibus, foventibus, illas ex autographis codicibus exscriptas in Bullarii volumina intulisset, qua impensa, quo studio, quibus curis ii scienter dicent, qui bibliothecis lustrandis multos annos se abdiderunt.

Graecae latinaeque litterae, sine speciali Maximorum Pontificum cura, deletae fuissent.

VII. Artes e Graecia olim exulantes in Italiam se receperunt, ubi mirum dictu est quo iubare micuerint, qua excellnerint venustate; at labentibus saeculis e sublimi corruentes, paullatim pessum ire et, imperii sede Byzantium translata, contabescere coeperunt; tandem, barbaris Italiam invadentibus, extinctae ac illorum manibus praefocatae sunt. Quis nostrum nunc Homeri Virgiliique poëmata, quis Tullii Demosthenisque eloquentiam, quis immo Chrysostomum et Basilium, Hieronymum et Nazianzenum, Prudentium et Sedulium admiraretur, nisi in Catholica Ecclesia, in arce veluti tutissima, graecum et la-

(1) Vide TULLII DANDOLO, *Il Medio Evo: Studi storici, filosofici e letterarii* (3 vol.); et eiusdem, *Roma ed i Papi* (5 vol.), Mediolani 1857. Tanta est rerum evidentia, ut ipsi acatholici nunc palinodiam canere cogantur. Qua in re legendus HENRICUS MILMAN in sua *History of Latin Christianity*, etc. (Londini 1854-56); nec non ROBERTUS FERGUSON, *Luther, his times, character and works* (Ib. 1848), et S. A. I. DE RUEVER-GRONEMAN, *Diatribe in Ioan. Wiclifi vitam, ingenium, scripta* (Ultrai. 1837).

tinum sermonem servari studiose curavissent parentes hi catholici nominis? [1]. Quod quanti momenti fuerit, tam ad integritatem doctrinae servandam, quam ad humanitatis artes tuendas, ii existimabunt, qui turpissimum putant politiores artes, nostrae eum sint, ignavia et socordia Italorum fieri alienas: quae quam late pateant breviter videamus.

Saeculo XVIII exeunte, quidam in Gallia pseudosophi, tenues homines, sed arrogantes, imperiti, loquacissimi, veluti teterrimaae belluae solutae catenis, in Iesu Christi Ecclesiam irrumpentes, babelicum opus in eius ruinam evehere aggressi sunt. Quo in negotio, XVI saeculi haereticis sibi ad imitandum propositis, vernaculo tantum idiomate, reliquis posthabitis, utendum tam in sacris, quam in profanis rebus esse dixerunt. Verum quum illi vernacula vocabula tantum in sacra liturgia adhiberi vellent, Dalambertianae encyclopaediae scriptoribus, Voltairii insufflante daemone, ultra progredi visum est, graecis latinisque litteris valedicto, scriptisque novatorum unice ad studendum propositis. Semel enim (ita ipsi) ecclesiasticarum traditionum abrupta serie, et ab antiquis magno intervallo praesentibus seiunctis, pronum fiet sensim priora oblivisci, ac nova placita, obsita quidem multa barbarie, obvoluta paupertate incredibili orationis, interim catholicae doctrinae inimica, venditare. Quis enim graecae latinaeque linguae ignarus sacros codices et Patres Ecclesiae perleget, graece latineque exaratos? Quis non perlegens fidem nutriet puram erroribus, pietatem fovebit in se? Fide temerata ac pietate evanescente, quo non ruere licebit?

Novatoribus restiterunt Romani Pontifices

Arcanum scelestumque consilium Romani Pontifices retexerunt, neque hilum ab ea, quam ab Apostolis accepere, doctrina desciscentes, non modo acta Sanctae Sedis, conciliorum decreta, officium divinum, sacram liturgiam caeteraque omnia ad Dei cultum pertinentia, latino sermone inter latinos, inter graecos graeco peragi iusserunt, ut ab omni antiquitate acceptum fuerat; verum etiam in academiis et studiorum gymnasiis homines adlegerunt, qui idiomata varia callentes, docerent optimae spei adolescentes, difficiliora quaeque exponerent, lautioribus stipendiis decretis, profusis merito honoribus. Cuius quidem rei illustre testimonium fuere (ut caeteros silentio praetereamus) duo eminentissimi S. R. E. Cardinales, quos praesens aetas demirata est, posterique, vix credentes, demirabuntur, Mai et Mezzofanti, quorum mortem deflet sapientia, quosque immortales futuros optavisset. Ille, ad miraculum doctus, plurima vetustiora graecarum et latinarum litterarum monimenta ubique ex tabulariis eruit, quae periisse arbitrabantur sapientes: hic, novo fere inauditoque exemplo, innumera noscens totius orbis idiomata, ephebeum illud mundo percelebre, quod *De Propagandа Fide* dicitur, administrans (quo ex quatuor ventis alumni conveniunt, mirum dictu! in unitate sermonis Ecclesiae latinae fidei unitatem adquisituri), cura et studio, dictis atque exemplis mirifice auxit, illustravit, innovans quodam-

(1) Vide opellam, cui titulus: THOMAE VALLAURII *De latinis christianae sapientiae Scriptoribus Oratio, habita studiis rite auspicandis in auditorio maximo R. Archigymnasii Taurinensis, III non. novembr., an.* MDCCCLV. Augustae Taurinorum, ex officina regia, an. M. DCCC. LV.

modo portentum, quod in *Actis apostolorum* legitur [1]. Sartum itaque et tectum, contra haereticorum et novatorum deliramenta, Pontifices Maximi romanae gentis, qua nulla nobilior, potentior, illustrior, eloquium servantes, et optimo usi sunt instrumento ad suam potentiam, quae extenditur a mari usque ad mare, declarandam, et vix dici potest quam bene de studiis universis meriti sint, quae, latino graecoque deficiente idiomate, maxima ex parte periissent.

Quae profecto demonstrant, etiamsi sacrae litterae non exstarent, pontificii magisterii culmen divinitus constitutum fuisse, ut non modo futurae vitae praemia capessendi desiderium vehemens mortalibus iniiceret, sed etiam vitae praesentis officia docens, beatitatemque fovens societatis humanae, illos ad caelestem Hierusalem, quae Christus est, veluti manu duceret. « Dubitabimus itaque, « cum Augustino concludendum, nos eius Ecclesiae condere gremio, quae usque « ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede, per successiones epi- « scoporum, frustra haereticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius iudicio, « partim conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, « columen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summae profecto « impietatis est, vel praecipitis arrogantiae [2] ». « Haec enim, ut Irenaeus habet, « est vitae introitus: omnes autem reliqui fures sunt et latrones [3] ».

Consilium et labor Taurinensium Editorum in hac nova editione adornanda.

VIII. Sed iam ad propositum e longiore diverticulo redeamus. Quamquam collectiones, quas supra innuimus, plurimi a doctis viris habentur, nihilominus in tam lato campo plenae adhuc crebraeque spicae erant colligendae. Omnium, ut dictum est, praestantissima Cocquelinii recensio est (cuius exemplaria omnia ad unum venditata, nullibi reperire est; et si aliquod fortuitu habeatur, illud grandi pecunia vendi bibliophilis compertum est), eamque iterum praelo consignare Taurinensibus Editoribus visum cum esset, duo prae oculis fuerunt habenda, ut eius explerentur lacunae, et, quantum fieri posset, librariorum menda tollerentur. Quod qua ratione se consecuturos sperarent, pluries professi sunt; et primo quidem in eo quod dederunt operis *Programmate* [4]; deinde

(1) II, 6-12.

(2) *De utilitate credendi*, cap. XVII, n. 75.

(3) *Contra haereses*, lib. III, cap. I.

(4) Aliqua ex eo excerpta hic retulisse iuvabit: « ... Romam deinde petivimus Pontificem Opt. Max. adituri, qui ut nostram mentem agnovit, quo est animo, qua est pietate, mirifice laetatus, nostrum laborem complexus est, suo oraculo adprobavit, eique tota mente benedixit. E.mi principis Francisci S. R. E. Card. Gaude auspicia accesserunt, sub queis, Romae doctorum virorum Consessus..... tabulariis ac bibliothecis lustrandis, diplomatibus nondum editis colligendis, editisque cum suis originalibus conferendis constitutus est, ut cum Taurinensibus operis Curatoribus conferens, nova nostra editio authenticarum tabularum fidei reddita, ad Pium usque PP. IX (quem diu sospitet Deus) perducta, copiosis et analyticis indicibus affabre confectis distincta, elegantibus typis nitida, vendenda minoris quam ceterae omnes hucusque impressae, castigata ad unguem exque omni parte integra, Deo opitulante, ex officina nostra prodiret. Atque, ne videamur hic lectorem lusisse dolis, plus quam centum S. Leoni Magno, in veteri Bullario omissa Romani iam collegere documenta VV. DD.; centum vero ac fere triginta Pontifici Lambertinio pertinentia, nondum aut sparsim prolata in lucem, dum Romae moraremur, magno nos emisse fatebimur, id ipsum cum reliquis Summis Romanae Ecclesiae Antistitibus facturos pollicentes.

« Quos tulimus labores, quas fecimus impensas quisque per se intelligit. Itineribus namque confi-

in *Litteris* ad Primates, Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos universi orbis Catholici, quorum exemplar ad quotquot sunt ubique terrarum S. Sedis Legatos Roma missum fuit [1]; ac postremo in *Verbis lectori benevolo* primo volumini

ciendis, libris undique colligendis, peritorum hominum adhibendis ingeniis, archiviis ubique locorum examinandis et id genus sexcentis aliis praestandis, regia sane gaza opus esset. Quod profecto eo dicimus, ut et qui iam nostrae Bullarii editioni subscripsere, eos subscripsisse non poeniteat, quique nondum suum dedere nomen, illud dare festinent.

« Bullas vero et diplomata in veteri Bullario emisso, distinctis voluminibus, eodem tempore dabimus. Quae veluti Cocqueliniani Bullarii *Appendicem* conflabunt, illius sane complementum necessarium. Augustae Taurinorum... kal. sexstilis MDCCCLVII ».

(1) Ea Litterarum tenor: Excellentissime in Christo Pater et Dominc!

« Annus iam elapsus est, ex quo innumeri, iique illustres pietate viri christiano nomini studiisque gravioribus addicti, praestolabantur fore ut, eorum votis facientes satis, Magnum Bullarium Romanum, typis Mainardi adornatum saeculo XVIII ineunte, cuius exemplaria ad unum omnia multo aere venundata nullibi reperire est, in novam nos lucem proferremus. Egregium sane, at plenum aleae negotium! Nupera siquidem nostra haec editio, quamquam fideliter cum romana editione conveniat, tamen eam multis curis studiisque prosequitur. In primis, hic illic erroribus accurate est Mainardiana impressio expurganda; plurimis deinde additamentis amplificanda, locupletanda nonnullis animadversionibus; non quod Cocquelinium oblivionis, aut socordiae Mainardium incusemus, sed quia invicte patet multa in eorum co lectione, ut ut divissima, desiderari, quae forsitan ipsi habere non potuerunt.

« Recentiora insuper tempora ingressis nobis octo occurrunt Pontifices in Petri Cathedra a Benedicto XIV, quorum Bullas, quoad fieri poterit accuratius, colligemus. Verum enim vero, non pauca adhuc monumenta pontificia exulant ex omnibus hucusque excusis Bullariis: multa bibliothecae per universum orbem disseminatae nos celant, quibus videlicet documentis solerter investigandis colligendisque adlaborabit romanum Doctissimorum Hominum Collegium (pro cuius institutione ad locupletandum expoliendumque Romanum Bullarium enixe nostrum protectorem E.mum Card Gaude obsecravimus), magnam, ingentem, sacram gazam adeptura. Quae omnia, quamvis aequis rerum aestimatoribus nimis salebrosa sint visa, tamen non defuere alia ad animum labefactandum multo maiora.

« Vidimus enim, penitusque perspeximus aetatem hanc nostram levissima graviorum studiorum despicientia nulli parem, libentissime ac veluti ambabus ulnis libros complecti, qui profanas novitates edocent; eamque a veritate auditum avertentem, ad fabulas esse conversam (II *ad Timoth.*, IV, 4). Tetrum revera, miserum, detestabile, nihilominus praesens exploratumque rerum ad religionem spectantium fastidium! Ex quo non modo utilitatem fere nullam nobis opus tam amplum suscepturis licuit sperare, verum et rei familiaris iactura non mediocriter fuit pertimescenda. Quid igitur? Palam loquutos fuisse haud nos poenitebit. Plus apud nos bonorum vota precesque, E.mi Gaude Cardinalis patrocinium, Summi Pontificis secunda omina valuere, quam mittendae pecuniae timor! Quamobrem opus aggressi, quod bonum faustumque sit, alterum Bullarii volumen iam in lucem protulimus.

« Manum nunc tertio imposituris visum est ad universum Ven. Episcoporum ordinem confugere, ut vigiles ipsi christiani gregis pastores nostrum non contemnendum in sacra monimenta studium complectantur, adiuvent, foveant, et una simul Catholicae Ecclesiae bono consulant, eiusque hostibus os impudentissimum obstruant. Nos enim animo dumtaxat vigemus; sed valeant, ita nos Deus fortunet, recta, vera, prospera consilia!

« Te itaque, excellentissime Domine, atque venerabilis Pater, oramus atque obtestamur, ut qua est in Deum pietate, qua in Christi oves diligentia, si quae in tuae Diocesis tabulariis et bibliothecis ad Capitula, Ecclesias, Monasteria pertinentibus Bullae sint nondum editae, eas affabre ex suis autographis exscribi, adque nos mittere festines: quod pergratum nobis, iisque acceptum scimus, quibus cordi est Pontificum decreta, constitutiones et id genus alia non archiviorum pluteis abscondi, tinearum epulas, ast in communem utilitatem commodumque proferri.

« Quoniam vero abtot curis hominumque doctissimorum consiliis paullo nobis copiosiorem additionum segetem subnasciturum praevidemus, atque nonnulla, serius ad nos delata, locum in excusis voluminibus haud nacta sunt, hinc *Appendicis* necessitas operi addendae apparuit, in qua sedem etiam habebunt omissa a Cocquelinio, utpote dubia aut suspecta, aut etiam ignota, scitu nihilominus doctis viris dignissima...

« Augustae Taurinorum, kal. decembris MDCCCLVII ».

praemissis [1]. Unum hic addimus, cui nemo sane refragabitur, Taurinensem Magni Bullarii Romani editionem, SS. D. N. PII PP. IX benedictione erectam, subque Em. S. R. E. Cardinalis Franciscì Gaude auspiciis positam (qui ingenio et doctrina, consilio et opera eidem intentius adest), anteactis omnibus quam longissime praestare. Namque iis omnibus, quibus tam venustati, quam emendationi operis cautum est, duo insuper accedunt, quae mirum in modum illud lautissime exornent *Continuatio* videlicet, atque *Appendix*. Haec, quam distincta a Bullario volumina capiunt, ditissimam et lectissimam monumentorum praefert segetem; quae ex tabulariis Vaticanis exscripta, vel ex privatis bibliothecis commodata, vel ex operibus compluribus variisque excerpta, secundis curis romanorum virorum Sacrae Theologiae et Ss. Canonum peritorum, nunc primum in lucem prodibit. Qua certe collectione, si rerum peregrinitatem, praestantiam ac copiam spectes, nihil dici excogitarique utilius potuit: quemadmodum conceptissimis verbis in praefatione ad limen *Appendicis* voluminis prioris, ipsi editores curatoresque operis profitentur.

Ad *Continuationem* vero quod attinet, breviter est adnotandum, eam constare ex iis, quae sub PP. Clemente XIII et XIV, Pio VI, VII et VIII, Leone XII, Gregorio XVI et Pio IX, feliciter regnante, acta fuere, quaeque tantae dignitatis sunt et praestantiae, ut nemo, quamvis rerum omnium incuriosus, velit ea non habere perspecta. Etenim saeculo XVIII labente, atque XIX ineunte, philosophandi cacoëthes, rerum novarum libido, virus Iansenistarum sub pietatis fuco in aemulationem legis propinatum, tumultus populorum impetusque bellantium, arcana et nefanda sectarum studia, omnia demum confusa, sus deque agitata minabantur fore graves ne redirent ignorantiae barbariaeque tenebrae. Eo namque dementiae ventum fuerat, ut nihil uspiam esset sancti, nihil impolluti, atque in ipsum venerandum in terris Iesu Christi Vicarium perditi homines violentas manus iniicerent, eum e sede sua deturbarent, in exilium agerent, ubi aerumnis confectus martyribus pene comparandus diem obiit supremum. Testis est Gallia quae, inter caetera, impudentissimum illud *Rationis*, quod vocabant, simulacrum se vidisse siccis oculis, vix sibi credit; testis est Italia, quae duos sanctissimos Pontifices Maximos, praedonum stipante caterva, pulsos Urbe, extorres aspexit; testes iam omnes Europae populi qui de iustitia, pietate, moribus actum fuisse arbitrabantur, quum exultarent impii, et inter caedes sonitusque flammarum, ruentium domorum fragores, ploratus et ululatus furiose iucundarentur. Robur certe plusquam humanum in animo fuit utrique Clementi, Rezzonico et Ganganellio, utrique Pio, Braschio et Claramontio, qui, ut alios reticeamus, Petri naviculam, fluctibus intumescentis maris iactatam, ad portum, auxiliante Deo, tandem aliquando incolumem perduxerunt [2]. Ea meminisse tem-

(1) Vid. tom. I, pag. 5-11 huiusce editionis.

(2) Quae hic obiter tanguntur, fuse explicantur non solum in *ecclesiastica* et *civili* horum temporum *historia*, sed etiam in pluribus monographiis, quarum, lectoris commodo, unam aut aliam recensemus. Ioannes Crétineau-Joly, *Clément XIV et les Jésuites;* et *Défense de Clément XIV* (Paris 1847). — P. Augustinus Theiner, *Geschichte des Pontificats Clement XIV* (Lipsiae et Parisiis 1833) — Amatus

pora horret animus, quibus nihil multis annis sol vidit indignius, quaeque ad barbariem et pristinam feritatem viam stravissent, nisi Romani Pontifices praesentibus malis occurrissent, obsecrantes, increpantes in omni patientia et doctrina. Quis igitur, hisce perspectis, dubitabit quin ex horum Pontificum actis magnum sit Taurinensi Bullario emolumentum accessurum et decus? Quis consilium Editorum optimamque in sacra et severiora studia voluntatem non laudibus prosequetur? Quis imo cum iis non conferet, qui humanae societati non mediocriter profuerunt vel inventis vel instauratis disciplinis; qua gloria nulla maior, illustrior nulla esse potest?

Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX in Taurinatem Bullarii Editionem beneficia obiter attinguntur.

IX. Verum enimvero manum ab scribendo non retrahemus, quin Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. IX Pontificis Optimi Maximi in hanc Taurinensem editionem perbrevem promeritorum notitiam attexamus: quod certe consilium ab omnibus probatum iri confidimus. Etenim licet Sanctissimi huius christiani nominis parentis in hocce opus studium ac sollicitudo nullis omnino meritis rependi possit; nihilominus humillimum aliquod mnemosynon gratique animi argumentum in his pagellis esse praebendum optime editores existimarunt, iique omnes existimabunt, qui pro acceptis beneficiis gratias non modo agendas, sed et referendas et habendas esse autumant; amplissimaeque insuper dignitatis fastigium, et eximias virtutes in Iesu Christi in terris Vicario venerari sanctum et ratum habent. *scientes quid Apostolicae Sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, a quo ipse episcopatus et tota auctoritas nominis huius emersit* (1).

Ut itaque in libraria nostra Taurinensi officina Cocquelinianum Bullarium praelo submitti novit Pontifex Maximus, statim, litteris datis Romae IV kalendas martias M DCCC LV ab Eminentissimo S. R. E. Cardinali Iacobo Antonelli, Pontificis M. ab actis, egregii animi sui argumenta impertivit: editoribus bene omnia auspicatus, operi benedixit, eiusque pontificatus acta in Bullarii *Continuationem* inserenda regali munificentia concessit. Id enim temporis idea tantum editionis suscipiendae affulserat; atque nisi duos post annos, primo huius editionis volumini non admovere manus officinatores taurinensis. Quae enim, quasi operis praegustandi caussa, Augustae Taurinorum, an. M DCCC LVI, diem per rimas perspexit, malo omine incepta, misella profecto incomptaque, et quodam afflatu noxio cassa et inanis, velut in abortivo evanuit (2). Tunc unus editorum, amicorum superveniente consilio, Romam, iter melius doctus, petiit, ubi duos

GUILLON, *Les martyrs de la foi* (Paris 1821) — CAROLUS DUROZOIR, *Éloge historique et religieux de Pie VI, avec l'histoire religieuse de l'Europe sous son pontificat* (Ib. 1825) — PLACIDUS MUTH, *Gedächtnissfeier der Befreiung Pius VII aus französischer Gefangenschaft* (Erfordiae 1814) — IAEGER, *Lebensbeschreibung des Papstes Pius VII* (Francof. 1825) — ARTAUD DE MONTOR, *Histoire de la vie et du pontificat du pape Pie VII* (Parisiis et alibi 1836-1840) — Eminentissimus PACCA S. R. E. cardinalis, *Memorie istoriche per servire alla storia ecclesiastica del secolo* XIX — IOANNES FRANCISCUS MAGUIRE, *Rome: its Rules and its Institutions* (Londini 1857).

(1) *Innocent. I, Epist. XXIX ad Conc. Carthag.* n. 1.

(2) Editores Franco et Dalmazzo, prope inaudito exemplo, priores triginta huius abortivae editionis fasciculos reiecerunt, optimo sane consilio, sed magno pecuniae detrimento.

circiter menses moratus (martio et aprili an. M DCCC LVII), Eminentiss. S. R. E. Francisco Cardinali Gaude, praeclaro operis patrono adiuvante, fovente, opitulante, de nova editione suscipienda; de *Continuatione* et *Appendice* adornanda; de emendatione Romanae editionis conficienda; de Collegio virorum sacrae theologiae sacrorumque canonum peritorum in Urbe adlegendo multa et varia molitus est. Atque ita, disiecto priori in lubrico et instabili, novum veluti operis fundamentum iecit inconcussum firmumque.

Eodem quoque anno MDCCCLVII ad universos Pontificiae Ditionis episcopos litterae missae fuere a Praefecto Sacri Consilii Tridentinis decretis interpretandis, ut Taurinensem Bullarii editionem in suis dioecesibus disseminando incumberent, ea maxime de caussa, quod id genus opera, quem sibi proposuere portum arripere haud possunt, nisi ea episcoporum venerabilis ordo foveat, adiuvet, opituletur [1]. Interim, altero anno (M DCCC LIX), quum idem Editor Romam iterum se conferret, quartum Bullarii volumen Sanctissimo Patri oblaturus, nova et magna clementiae suae pignora accepit. Etenim Beatissimus Pontifex perhumaniter eum excipiens, consilium eius studiumque laudavit, laboribus fauste ominatus est, atque operi iterum iterumque benedixit. Vaticani insuper tabularii scrinia in huiusce editionis commodum patere, Eminentissimo Card. Gaude poscente, concessit, unde partim nova eruere, partim a Cocquelinio edita ad archetypum recognoscere liceret, quam fructuose, quam apte nemo non videt. Magnum dein pulcherrimumque aureum numisma sua imagine caelatum, non munificentiae modo, sed et favoris sui praeclare indicium praebuit. Tandem, encycliis Romae datis nonis iulii M DCCC LIX, ad omnes catholici orbis ecclesiarum antistites, per manus Eminentiss. Principis Patroni [2], « Pius IX, « Pontifex Optimus Maximus, quem Deus Ecclesiae suae sospitem servet, tibi, « uti ceteris locorum Ordinariis, sponte lubenterque indulget, ut si forte archivia « consulendi, ac diplomata in usum nostrum extrahendi munus alicui e ca- « nonicis viris, sive Cathedralium, sive Collegiatarum Ecclesiarum tuarum

(1) Epistolam ipsissimis verbis referimus: — « *Esce in Torino . . . . . una nuova ristampa del* Bollario Romano, *la quale, mentre supplisce alle antiche edizioni oramai divenute assai rare e costose, viene altresì per opera di distinti ed esperti Ecclesiastici in piena corrispondenza con teologi e canonisti di Roma, corredata di copiosissime aggiunte di bolle, brevi, diplomi e lettere apostoliche risguardanti non solo il dogma, ma eziandio la disciplina della Chiesa, desunte da varie opere in cui trovansi qua e là sparse, non che da antiche pergamene e manoscritti che potranno ricopiarsi nei più accreditati archivi, come meglio l'Eminenza V. R.ma rileverà dall'unito programma. Da questi brevi cenni è agevole arguire la utilità ed importanza di una impresa che ripromette di vieppiù diffondere e rendere comune la conoscenza di questi insigni monumenti in cui si racchiude così ricco tesoro di pontificia sapienza. Per la qual cosa questa Sacra Congregazione del Concilio viene autorizzata ad interessare lo zelo di V. Eminenza Reverendissima, onde nel modo che più Le sembrerà opportuno e conveniente si degni cooperare alla diffusione di un'opera, che; attese le sue vaste proporzioni, non potrebbe essere coronata da un prospero successo ove dagli Ecclesiastici, e specialmente dall'Episcopato, non ottenesse un benevolo incoraggiamento... — Roma, dicembre 1857. — Il Segretario della S. Congregazione del Concilio* — Quaglia ».

(2) Haec inter alia scribit Eminentissimus Cardinalis Gaude in dictis encycliis ad universi orbis Praesules, unde excerpsimus pauca haec verba.

« committere lubeat, ipsos, dum actu officio illi obeundo operam impendent, « a choralis servitii onere ita pro tuo arbitrio ac prudentia dispensare valeas, « ac si reapse choro interessent. Qua quidem re plurima hactenus in hanc « Bullarii editionem, exhibita apostolicae benignitatis argumenta, novo, eoque « amplissimo, paternae sollicitudinis pignore auxit atque cumulavit ».

Conclusio rerum hucusque expositarum.

X. Quae de Romani Bullarii dignitate ac praestantia hactenus, candide Lector, praefati sumus, ea adumbrata potius quam plene exposita sunt existimanda. Nobis enim sacrae profanaeque eruditionis latissimum campum excurrentibus, non paucae pagellae, sed integrum conscribendum volumen fuisset, ut earum partes, quae amplissimae sunt cognituque delectabiles, enucleare commode possemus. Pauca nihilominus, quae sumus loquuti, huiusmodi esse arbitramur, quae non improbata doctis, ab omnibus bona venia acceptum iri speramus. Maximus vero fructus, ni nostra nos fallit opinio, expositae a nobis sententiae hic apparebit, si opus hoc magnum non solum theologiae sacrorumque canonum studiosi, sed etiam qui in humaniores disciplinas incumbunt excipient aequi bonique. Quum enim vehementer cupiamus, omnes illam, quam nos inenarrabili Deo beneficio a pueris hausimus in ipsius Catholicae Ecclesiae sinu, fidem amplecti, illam tueri profiterique, etiamsi pro ea mori necesse foret; ineffabili angimur moestitia quoties nostra leviter inepteque iudicari, impieque dilacerari ab iis videmus, qui vel nostrarum rerum ignari, vel ratione perversis opinionibus abrepta, dum silere oporteret, loquuntur mendacia, calumniantur, aspernantur, lacessunt maledictis. Humanissimum enim ac iustitiae plenum nobis videtur veritati ubicumque honorem exhibere ac observantiam profiteri: quo saepe factum est, ut qui antea iniusti essent rerum aestimatores, atque in illam scelesti ac furiosi ruerent, meliora postea edocti, male partum, male gestum, male detentum erroris imperium abdicaverint, et in pristinam lucem dignitatemque se vindicaverint, ex persecutoribus *vasa electionis* effecti.

Deum, dum haec scribimus, enixe oramus ut, depulsa ab hominum mentibus caligine, cordibusque eorum Sancti Spiritus igne succensis, videant universi veritatem, videndo intelligant, intelligendo complectantur et diligant. Qui si illuxerit dies, quo in Vaticano monte sidus illud fulgidum omnes homines in viam salutis et in semitam mandatorum Domini sequantur, tunc demum uno ore fateri cogentur Romanorum Pontificum in Ecclesia Iesu Christi administranda sapientiam et prudentiam, in refraenandis vitiis robur, in docendo *infallibilitatem*, in admonendo benignitatem, in adducendis ad salutem errantibus zelum, fidem in credendo incorruptam, spem in Deum firmissimam, in omnes charitatem. Hunc ex animo diem votis urgemus, quo, iuxta divinum oraculum, hominibus vocem Romani Pontificis unice audientibus, qui sacra Iesu Christi vice in terris defungitur, *fiet unum ovile et unus pastor* (1).

(1) Ioan., x, 16.

OPERIS TAURINENSES CURATORES.

ALEXANDER II

PAPA CLVI

Anno aerae Christi comm. MLXI.

Alexander II antea Anselmus, patria Mediolanensis, Lucensis episcopus, electus est Summus Pontifex kalend. octobris anno 1061, sed quo die inthronizatus sit, non constat. Sedit a die electionis annos XI, menses VI et dies XXI (1), temporibus Constantini Ducadis, mox Romani Diogenis, hinc Michaelis Ducadis C. F., in Oriente imperatorum, et Henrici IV Germaniae regis. Obiit in palatio Lateranensi die 21 aprilis anni 1073, et sepultus est in eadem basilica. Vacavit sedes vix ad diem.

Schisma vigesimum secundum.

Cum Agnes imperatrix, Henrici IV Germaniae regis mater, audivisset electum a cardinalibus Romae Alexandrum Papam, ipsa, filiusque (imminebat siquidem gravissimum Ecclesiae periculum a Basiliense pseudo-synodo per Henricum regem, Parmensis episcopi, qui regius erat cancellarius, suasu coacta) graviter tulere, Cadolumque Parmensem episcopum a Placentino dumtaxat, et Vercellensi episcopis ipsa die festivitatis apostolorum Simonis et Iudae in Papam eligi faciunt, scilicet 27 die ab Alexandri II legitimi Papae electione. Hic antipapa, quum Roma, in mense aprili anni sequentis frustra obsessa, clam cum magno dedecore paucis admodum eum comitantibus aufugisset, ipsa die vigiliarum apostolorum Simonis et Iudae ab omnibus Theutonicis et Italicis episcopis, in Osboriensi concilio congregatis, damnatus est, atque depositus: quod etiam postea a Mantuano quoque concilio factum.

(1) Sic habet primus Vignolii catalogus, in secundo adduntur dies 14; octavus ex praefixis Criticae Baronianae habet annos XI, m. V, d. XXII, computato fortasse depositionis die.

I.

Monasterium Fructuariense sub Apostolicae Sedis protectione recipitur; confirmaturque permutatio terrae cuiusdam, inter abbatem et Albertum Yporegiensem episcopum inita (1).

SUMMARIUM

S. Willelmus Divionensis abbas monasterii Fructuariensis extructor. — Omnimoda monasterii immunitas. — Confirmatio permutationis. — Anathema, etc.

Alexander servus servorum Dei Alberto venerabili abbati sanctae Fructuariensis Ecclesiae, suisque successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cognoscentes, quod Fructuariense coenobium, quod constructum est a D. Willelmo abbate Divionensis coenobii, iam olim a praedecessoribus nostris Ioanne, et Benedicto, item Ioanne, Clemente, atque Leone totius libertatis et securitatis munitum est, et nos humillimis precibus abbatis ipsius monasterii, nomine Alberti, annuentes, corroboramus nostri etiam privilegii firmitate, ut sub tuitione Apostolicae Sedis constitutum, nullius alterius Ecclesiae potestati ullo modo subdatur; ideo Dei, sanctique Petri, ac nostra auctoritate statuimus, ut neque in mundanis neque in ecclesiasticis rebus vel ordinationibus nullus homo etc. aliqua gravamina vel praeiudicia audeat inferre; sed omnia, quae collata sunt eidem coenobio, et usque in finem saeculi conferenda in quibuscumque rebus mobilibus et immobilibus, in potestate et ordinatione abbatum ipsius loci sine alicuius contradictione consistant. Igitur praecipientes praecipimus, et statuentes statuimus ex auctoritate beati Petri principis apostolorum, ut nulli liceat etc.

S. Willelmus Divionensis abbas, monasterii Fructuariensis extructor.

Omnimoda monasterii immunitas.

Insuper etiam confirmamus, et ex nostra auctoritate constituimus, ut supradictum monasterium in perpetuo teneat et possideat sine alicuius contradictione terram, et decimas, quas Albertus Ypo-

Confirmatio permutationis.

(1) Ex vet. Cod. Vatic.

riensis episcopus commutavit cum Alberto abbate praedicti monasterii, sicut in cartula commutationis continetur, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1063, secundo die mensis februarii, indictione prima; sed ne iis sanctis ordinationibus quispiam invidus vel audax rebellis praesumat obviare, Apostolica censura interdicimus et prohibemus sub divini iudicii obtestatione, atque anathematis interminatione. Idcirco etc. Datum in sacro Lateranensi palatio decimo kalendas aprilis per manus Petri bibliothecarii S. Romanae Ecclesiae acholyti, vice domini Annonis Coloniensis archiepiscopi, et ipsius S. R. E. archi-cancellarii, anno vero secundo domini Alexandri secundi papae, ab incarnatione Domini MLXIII, indictione prima.

Anathema, etc.

Dat. die 23 martii anno Domini 1063, pontif. Alexandri anno II.

II.

Alexander PP. in concilio Romano incestuosorum errorem damnat (1).

Novus canonum imperitorum error in gradibus consanguinitatis supputandis.

Ad Sedem Apostolicam perlata est quaestio noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum et canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones et ecclesiasticum morem numerare nituntur: novo et inaudito errore affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum, vel filiae in quarta, nepotes vel neptes in sexta: talique modo progeniem computantes, et huiusmodi sexto eam gradu terminantes, dicunt, deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum, in argumentum assumunt saeculares leges, quas Iustinianus imperator promulgavit de successionibus consanguineorum: quibus confisi ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes sint in sexto. Sic seriem genealogiae terminantes, numerationem sanctorum Patrum, et antiquam Ecclesiae computationem ad nos usque perductam perversa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero, Deo annuente, in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus episcopis et clericis, atque iudicibus diversarum provinciarum, denique diu ventilatis legibus et sacris canonibus, distincte invenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum gradum mentio facta est, nisi ut haereditas, vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur: in canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur usque ad quotam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi praescribitur, ut haereditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero ut rite et canonice inter fideles nuptiae celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi usque ad sextam, in canonibus usque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia haereditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam; idcirco curavit saecularis imperator in singulis personis singulos praefigere gradus. Quia vero nuptiae sine duobus non valent fieri personis, idcirco sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Utramque tamen computationem, si attente, et

Quem auctoritate Iustiniani legum astruere.

Atque receptam ab Ecclesia computationem infirmare conantur.

In synodo Lateranensi quaestio agitata, diversaque legum ac canonum computationem fieri sanctum est.

(1) Per illud tempus error incestuosorum a quibusdam iureconsultis excitatus atque defensus est, qui auctoritate Iustiniani imperatoris eadem ratione, qua in successionibus, gradus consanguinitatis numerandos esse docebant. Impugnavit eum errorem prae caeteris Petrus Damiani. Cumque eius scriptis tolli non posset, et ad eum comprimendum auctoritate apostolica opus esset, Alexander Papa Romae synodum indixit, in qua contra defensores illius erroris hoc decretum edidit, cuius pars a Gratiano describitur, 35, *quaest.* 4, *cap. Ad Sedem Apostolicam, etc.* Nos vero integrum excripsimus ex *Harduin. Collect. Concil. tom.* VI, *par.* I, *col.* 1102.

subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, et eamdem esse in eis sententiam, atque ad eumdem terminum convenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definivit; canones vero ultra septimam nullam numeravere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit imperator: *Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: generata quippe persona semper gradum adiicit.* Ecce in his brevibus verbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum usque ad sextum, verum etiam ultra numerari debere, quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat; ubi enim ulteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantum modo esse gradus, sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in praecedentibus ipse firmavit imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum enim decimum nominat, non esse tantum modo sex, luce clarius confitetur. Hi ergo evigilent, et aciem mentis, si possunt intendant, quos hactenus istius modi perculit error. Enim vero ubi secundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelae vinculo tenerentur; succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei sibi sunt, qui sibi succedunt. Quod si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas, ut isti fatentur, in sexto tantum modo gradu. Quid igitur dicent? computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu, aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur quae in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas, in isto sexto gradu; falsi dici erunt ipsi, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur, aut leges erunt falsae, aut isti qui sic finiunt generationem. Sed ut veridicae leges, et veraces sint canones, dicamus hoc quod veritas habet: scilicet quod non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones in septimo gradu: utraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum saeculares leges dicuntur in secundo gradu, iuxta canones numerantur in primo; filii fratrum qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo, nepotes, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio; sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octavo, et decimo, in canonibus definiuntur in quarto, et quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, ut (1) secundum canones dicuntur in sexto, vel septimo, secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quarto decimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quaereretur in quota generatione coniungi fideles debeant, ipsas saeculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic scripsit: *Quaedam terrena lex in romana republica permittit, ut sive fratris, et sororis, sive duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filia et filius misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio tobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut iam in tertia, vel quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda quam praediximus omnimodo debent abstinere.* Ecce hic aperte monstratur filios et filias fratrum in secunda generatione numerari. Et si fratrum filii et filiae numerantur in secunda, fieri non potest, ut ipsi fra-

Verum errare novatores ex allata Iustiniani sententia evincitur.

Neque sensum legis imperatoriae attigisse ipsos demonstratur.

Quin et suo errore abducti, aperte sibi aut legi contradicunt.

Leges namque verbis differentes, re cum canonibus congruunt.

Quibus Gregorii PP. accedit auctoritas rescribens Augustino Anglorum episcopo.

Recta consanguinitatis computandae ratio.

(1) Adde *qui*.

tres non sint in prima. Quod si fratres computantur in prima, filii eorum in secunda: dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pro nepotes in quarta, sic de reliquis usque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex Gregorii verbis, quibus ait, ut in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi: dicentes se hoc iuste facere, quod prudentissimus doctor sua sententia diffinivit. Isti itaque qui se hoc velamento defendere nituntur, advertant in eiusdem patris sententiis, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Messanae Siciliae praesule requisitus, an hoc quod Augustino mandaverat, generaliter cunctae Ecclesiae tenendum esset, apertissime firmavit, non aliis hoc, quam illi genti mandasse: ne bonum, quod caeperant, metuendo austeriora desererent. Sed et illis postquam in fide essent firma radice solliditati (1), et universali Ecclesiae, censuit semper esse tenendum, ut nullam de propria consanguinitate vel affinitate, infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, ex verbis ipsius legis, et auctoritate prudentissimi Papae Gregorii, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamvis alia quoque ratio parimodo ipsos retineat adversarios. Nam si, ut ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitatis finiretur: omnes personarum ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui in praedictae arboris pictura numerantur, ex una parentela consistunt, numquam sine diminutione consanguinitatis a se poterunt separari: veluti non sine damno cuiusque personae valent a proprio corpore, manus, brachia, et pedes truncari. Illa quoque sacrorum praecepto canonum, quae iubet a propria abstinere consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec a praedicta parentelae discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice et usualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Ultra quod nec consanguinitas invenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac consanguinitatis computatione aliqua de hinc valeat ambiguitas remanere: aliam quam quidam faciunt numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam. Sunt enim quidam qui non a fratribus, sed a filiis eorum, id est, patruelibus vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: docentes filios fratrum in prima generatione computari debere: quia fratres quasi quidam truncus, ex quo caeteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diversa. Isti enim qui numerandi initium sumunt a filiis fratrum non progrediuntur ultra sextam generationem, sed sicut totius mundi sex aetates existunt, et humanae vitae itidem sex tantummodo autumant computandas esse generationes: quibus finitis, novae coniunctionis dicunt posse fieri initium, ut quasi fugientem revocare possint consanguinitatem. Nec itaque computatio, quae incipit a fratrum filiis, et numerat usque ad sextam generationem, tantumdem valet, quantum ea quae incipit a fratribus, et computat usque ad septimam. Nec ulla in sensu existit diversitas: quamvis in numero graduum varietas videatur. Ultima enim generatio, si initium numerandi sumat a fratribus, septima invenitur; si a filiis fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, apostolica vos auctoritate monemus, fratres et filii, ut omnibus, sic seriem genealogiae computandam esse intimetis, quemadmodum sancti Patres numerandam esse sanxerunt, et antiquus mos sanctae et

Perperam Gregorii PP. verba quae specialiter Anglis directa sunt, ad proprium errorem confirmandum transferunt.

Quod et ipsius Pontificis declaratio ad praes. Siciliae Felicem colligitur.

Id ipsum ex arboris genealogici pictura clare patet.

In septem gradibus, canonice numeratis, omnia propinquitatum nomina continentur.

Variae in consanguinitatis computatione sententiae quae probe intellectae ab exposita superius non differunt in sensu;

Sed tantum in apparenti numero graduum.

Definitio circa determinationem quaestionis.

(1) Lege *solidati*.

universalis Ecclesiae per longa tempora olim computasse monstratur. Nam si quis perversa et obstinata mente a recto tramite Apostolicae Sedis deviare voluerit, et aliter quam nos in nuptiis celebrandis gradus parentelae numerare contenderit; primum pro sua temeritate caelesti poena plectetur, postmodum vero gladio perpetui anathematis se noverit iugulandum. Datum Romae, etc.

Anathema contra eos qui ab Ecclesia super hac re dissentiunt.

III.

Bulla pro stabilitate bonorum Rivipollensis monasterii contra cuiuscumque personae infestationem (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Excommunicatio contra detinentes bona monasterii huius. — Abbas simoniace non eligendus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, fratribus, in Rivipollensi coenobio sub Dei Genitricis tuitione degentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Quoniam divina favente clementia cum Apostolicae Sedis regimine cunctarum Ecclesiarum solicitudo nobis incumbit, idcirco iustis petitionibus quorumcumque fidelium nos convenit annuere, et ad nostrae pietatis auxilium confugientes auctoritatis apostolicae clypeo munire. Quocirca dilectionis ac fraternitatis vestrae literas per fratrem S. suscipientes, et quod in eis expetere videbamini, diligentissime perpendentes, quoniam iustam petitionem, et auctoritate nostra ad perficiendum non indignam iudicavimus, vestris petitionibus adquiescere non recusavimus. Unde vos debita charitate monemus, ut professionis sanctae propositum, quod Deo aspirante suscepistis, pro viribus semper custodiatis, nec ab illo in neutram partem ullo modo deflectatis. Episcopos autem, comites, principes, magistratus et potentes, vestra vicinia incolentes, paterna solicitudine commonemus, ut vestri coenobii semper in omnibus adiutores, defensores ac propagatores existant, et quoscumque contrarios, vel ad nocendum avidissimos esse viderint, digna censura coerceant, quatinus et a Deo retributionem percipiant, et apostolicae simul ac nostrae benedictionis participium habeant. Illos vero, qui praedia, quae vobis iure debentur, dono abbatum non satis digne praesidentium, seu rapina, vel invasione, sive qualicumque iniusta occasione possidere videntur, auctoritate apostolica convenimus; et insuper interminando mandamus, ut illa nequaquam retineant, sed, sicut Dei esse noscuntur, ita Deo quantocius reddere studeant. Quod si postquam hanc nostrae paternitatis interminationem audierint, infra sex mensium spatium reddere distulerint, sciant se a totius Ecclesiae corpore separandos, et perpetuae excommunicationis iaculo feriendos, donec resipiscant, et digna poenitudine satisfaciant. Porro commonemus, et apostolica simulque canonica auctoritate praecipimus, ut nullus amodo et deinceps vestri coenobii regimen per simoniacam haeresim obtineat, nec qualicumque ingenio ante vel post acceptum honorem per pecunias locum abbatis arripiat. Quod qui praesumpserit, quamdiu retinere tentaverit, telo iustissimae damnationis subiacebit. His igitur vestri voti peractis, hortamur dilectionem vestram, ut semper ad meliora proficere studeatis, et pro nobis, ac totius Ecclesiae statu, intentissimas et assiduas preces indeficienter ad Deum effundere non negligatis, quatenus divinae protectionis et apostolicae benedictionis participes esse valeatis. Amen.

Excommunicatio contra detinentes bona monasterii huius.

Abbas simoniace non eligendus.

Data XII kal. iunii anno MLXIII nativitatis Christi, indictione XV.

Dat. die 21 maii anno Domini 1063, pontif. Alexandri anno II.

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Baluzius in Append. Marcae Hispan. n. CCLIV.

IV.

Confirmatio canonicae in Pisana Ecclesia erectae, et bonorum ad eam pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bonorum confirmatio. — Decretum immunitatis pro bonis canonicae. — Anathema contra ea sibi usurpantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Gerardo vener. canonico salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ad Apostolicae Sedis speculam sublimati et ad solicitudinem et curam omnium Ecclesiarum non nostris meritis, sed divina solummodo dignatione promoti, oculos discretionis, manusque consilii debemus avidius extendere, ubi piae religionis exercitia, et solicitudinis ecclesiasticae instantiam comperimus fore. Proinde iustae petitioni tuae, quam respectu supernae remunerationis super incolumitate ecclesiae Sanctae Mariae, quae Pisanae civitatis dignoscitur principalis, audientiae nostrae approbavimus allatae, auctoritatis nostrae patrocinium consulentes exhibemus, et ut magis magisque pristinum devotionis tuae augeatur studium, benignissime exhortamur. Igitur iuxta sincerae petitionis tuae affectum canonicam supradictae Ecclesiae, quam tenes, sibique iuste pertinentia omnia, et quicquid a te iuste acquisitum, vel Deo consentiente acquirendum est, Apostolatus nostri auctoritate, et per huius nostri privilegii paginam confirmamus: per omnia quidem interdicentes, ut neque imperator, neque marchio, neque episcopus, neque cuiuslibet ordinis homo praefatas res agere vel causare, seu per aliquod ingenium praesumat diminuere. Quod si huic nostrae confirmationi aliquis ex his, quos supramemoravimus, debitae obedientiae non inclinaverit, et supradictis rebus, contemptor Apostolicae Sedis, aliquo modo nocere praesumpserit, condignae excommunicationis gladio feriendum, et a communione sanctae Ecclesiae se omnimodis noverit esse separandum, et insuper viginti libras auri, medietatem Camerae nostrae, et medietatem tibi, sciat se esse compositurum.

Bonorum confirmatio.

Decretum immunitatis pro bonis Canonicae.

Anathema contra ea sibi usurpantes.

Datum Lucae per manus Mainardi sanctae Ecclesiae Sylvae Candidae cardinalis, Apostolicae Sedis bibliothecarii, anno dominicae incarnationis MLXIII, indictione I.

Dat. anno Domini 1063,
pontif. Alexandri anno II.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III.

V.

Confirmatio donationum et privilegiorum Conventriensi coenobio ab Edwardo rege concessorum (1).

SUMMARIUM

Leofridus dux Conventriensis monasterii fundator. — Eiusdem omnimoda exemptio ab omni etiam ordinarii iurisdictione. — Abbatis electiō penes monachos. — Confirmantur privilegia omnia eidem concessa.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Edwardo regi Anglorum salutem et apostolicam benedictionem.

Scriptorum vestrorum eloquia, incolumitatem vestram significantia, laeti suscipimus. Gratias itaque omnipotenti Deo retulimus, qui cordis vestri sinceritatem ad omnia utilia sanctae Matris Ecclesiae compungit. Proinde iuxta scripta vestra monasterio Sanctae Mariae de Conventria, ubi servorum Dei constituta est congregatio, a reverendae memoriae Leofrido duce nuper extructo, huiusmodi privilegia praesentis auctoritatis nostrae indulgemus, concedimus, atque confirmamus; statuentes, ut ipse locus regiis praeceptis, et privilegiis apostolicis fultus, per omnia tempora sine vexatione cuiuscumque dioecesani episcopi, aut alicuius iudiciariae potestatis, cuiuscumque ordinis vel dignitatis sit, et semper, sicut praeoptat et expetit benevolentia tua regalis, futuro tempore permaneat. Fratres igitur eiusdem loci idoneos ex se, vel ex qua vuluerint

Leofridus dux Conventriensis monasterii fundator.

Eiusdem omnimoda exemptio ab omni etiam ordinarii iurisdictione.

Abbatis electio penes monachos.

(1) Ex Monast. Anglic. tom. I, pag. 78.

congregatione, abbates sive decanos sibi per successiones eligendi habeant potestatem; et, ne impediantur, authoritate apostolica prohibemus. Praeterea quicquid illi loco contulerunt, vel collatum est, vel conferetur, divina et nostra authoritate roboramus. Necnon privilegia vestra ad honorem Dei pertinentia, quae ibi instituere volueris, gratanti affectu annuimus, confirmamus, et confirmando imperpetuum stare decrevimus. Et infractores eorum aeternâ maledictione damnamus. Acta anno dominicae incarnationis millesimo (1) quadragesimo tertio.

Confirmantur privilegia omnia eidem concessa.

Dat. anno Domini 1063,
pontif. Alexandri anno II.

VI.

Declaratio decretorum editorum in concilio Romano I sub Alexandro PP. II, contra simoniacos habito (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Damnatio simoniacae pravitatis. — Pro nunc tolerandas ordinationes gratis per simoniacos factas. — Sola urgente necessitate a sacris canonibus recedendum. — De caetero non admittendas huiusmodi ordinationes. — Missa notorii concubinarii non audienda. — Huiusmodi concubinarii a divinis suspensi. — De clericis castitatem servantibus. — Decimas retinentes excommunicari. — Ecclesiae per laicos non obtinendae. — Duae Ecclesiae non retinendae. — Per simoniam non ordinandum. — Consanguinea usque ad septimum gradum in uxorem non ducenda. — Contra ambitum in suscipiendo habitu monacali. — Laici non statim in sacris initiandi. — Obedientia sacris hisce canonibus debita.

Alexander episcopus servus servorum Dei, omnibus episcopis catholicis, cunctoque clero et populo, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Vigilantia universalis Ecclesiae regiminis assiduam solicitudinem debentes omnibus, quae in Constantiniana synodo nuper celebrata coram centum amplius episcopis, licet nobis immeritis praesidentibus, sunt canonice instituta, vobis notificare curamus; quia ad salutem vestram executores eorum vos esse optamus, et apostolica auctoritate iubendo mandamus.

(1) Lege *sexagesimo*. (2) Ex Concil. tom. XII, col. 157.

CAPITULA.

I.

Damnatio simoniacae pravitatis.

Primo namque inspectore Deo, sicut a sancto papa Leone, et a sanctae memoriae Papa Nicolao primum statutum est; erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus (1); sed iuxta canonum sanctiones et decreta sanctorum Patrum eos omnino damnamus, ac in Ecclesia non praesse, apostolica auctoritate sancimus (2).

II.

Pro nunc tolerandas ordinationes gratis per simoniacos factas.

De his autem, qui non per pecuniam, sed gratis sunt a simoniacis ordinati; quia quaesita iam longo tempore, diutius ventilata est quaestio, omnem nodum dubietatis absolvimus, ita ut super hoc capitulo neminem deinceps ambigere permittamus. Quia igitur usque adeo haec venenata pernicies haetenus inolevit, ut vix quaelibet Ecclesia valeat reperiri, quae hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta, eos, qui usque modo gratis sunt a simoniacis ordinati, non tam obtentu iustitiae, quam intuitu misericordiae, in acceptis ordinibus manere permittimus; nisi forte alia culpa ex vita eorum secundum canones eis obsistat. Tanta quippe talium multitudo est, ut dum rigorem canonici vigoris super eos servare non possumus, necesse sit, ut dispensatione ad pie condescensionis studium nostros animos ad praesens inclinemus. Ita tamen, ut auctoritate sanctorum apostolorum Petri et Pauli omnimodis interdicamus, ne aliquis successorum nostrorum ex hac nostra permissione regulam sibi, vel alicui sumat, vel praefigat; quia

Sola urgente necessitate a sacris canonibus recedendum.

(1) Cap. *Erga simoniacos* I, q. I. (2) Decreta Nicolai PP. II.

non hanc aliquis antiquorum Patrum iubendo aut concedendo promulgavit, sed temporis nimia necessitas permittendo a nobis extorsit. De caetero autem statuimus, ut si quis in posterum ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus non disparem damnationis sententiam subeant, ut uterque depositus agat poenitentiam, et privatus ab ea propria dignitate persistat (1).

De caetero non admittendas huiusmodi ordinationes.

III.

Praeter haec autem praecipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere vel subintroductam mulierem. Unde sancta synodus haec a capite sub excommunicatione statuit, dicens: Quicumque sacerdos vel diaconus post constitutum beatae memoriae praedecessoris nostri sanctissimi papae Leonis aut Nicolai de castitate clericorum, concubinam duxerit palam, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, et auctoritate apostolorum Petri et Pauli praecipimus et omnino interdicimus, ut non cantet missam, neque evangelium, neque epistolam ad missam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum his, qui praefatae constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat (2).

Missa noterii concubinarii non audienda.

Huiusmodi concubinarii a divinis suspensi.

IV.

Et praecipientes statuimus, ut hi praedictorum ordinum, qui iisdem praedecessoribus nostris obedientes castitatem servaverint, iuxta Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent et dormiant, et quidquid eis ab Ecclesia competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad apostolicam communem vitam summopere pervenire studeant, quatenus perfectionem consecuti cum his, qui centesimo fructu ditantur, in caelesti patria mereantur adscribi (1).

De clericis castitatem servantibus.

(1) Cap. *De caetero* 1, q. 1. (2) Cap. *Praeter hoc mandamus*, dist. 32.

V.

Ut decimae, primitiae, seu oblationes vivorum et mortuorum reddantur a laicis, et in dispositione episcoporum sint; quasqui tenuerit, a sanctae Ecclesiae separetur communione (2).

Decimas retinentes excommunicari.

VI.

Ut per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat Ecclesiam nec gratis nec precio (3).

Ecclesiae per laicos non obtinendae.

VII.

Nec aliquis presbyter duas Ecclesias obtineat (4).

Duae Ecclesiae non retinendae.

VIII.

Ut per simoniacam haeresim nemo ordinetur, vel promoveatur ad quolibet officium ecclesiasticum, neque Ecclesiis praeficiatur.

Per simoniam non non ordinandum.

IX.

Et ut de consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque ad septimam generationem, vel quousque parentela cognosci poterit. Quod prius a Nicolao II statutum fuit (5).

Consanguinea usque ad septimum gradum in uxorem non ducenda.

X.

Et ut laicus uxorem simul habens et concubinam, non communicet Ecclesiae (6).

XI.

Ut nullus habitum monacalem suscipiat, spem aut promissionem habens, ut abbas fiat (7).

Contra ambitum in suscipiendo habitu monacali.

(1) Cap. eodem, § *Praecipientes*. (2) Cap. eodem in fine. (3) Cap. *Per laicos* 16, quaest. 7. (4) Cap. eodem 16, quaest. eadem. (5) 55, quaest. 20, cap. 17. (6) Cap. eodem. (7) Cap. *Per laicos* 16, quaest. 7.

XII.

Laici non statim in sacris initiandi.

Ut nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repente promoveatur, nisi prius, mutato habitu saeculari, divina consecratione inter clericos fuerit comprobatus. Vos ergo haec et alia sanctorum Patrum statuta fideliter, et christiana reverentia observate, si vultis sanctae Ecclesiae Romanae, et Apostolicae Sedis pace et communione, atque benedictione et absolutione gaudere. Valete.

Obedientia sacris hisce canonibus debita.

VII.

Confirmatio concordiae initae inter rectorem monasterii S. Pauli, et abbatem Vindocinensem, cui ecclesia S. Priscae de Urbe adiudicatur (1). *(Non absimilem concessionem legimus supra in diplomate dat. anno 1063,* Omnibus etc.).

SUMMARIUM

Exordium. — Controversia inter Vindocinen. abbatem, et aeconomum monasterii S. Pauli de ecclesia S. Priscae, quae Vindocinen. abbatibus adiudicatur — Cum onere substentandi ibidem duodecim, vel saltem octo monachos, et annui census, prout in concordia super hoc firmata. — Ecclesiae eiusdem libertas ab omni laicali vel ecclesiastica molestia, potestate etc. — Anathema contra inobservantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Odrico dilectissimo filio Vindocinensi abbati, et post eum cunctis successoribus eius, in perpetuum.

Exordium.

Controversia inter Vindocinen. abbatem, et oeconomum monasterii Sancti Pauli de ecclesia S. Priscae, quae Vindocinen. abbatibus adiudicatur:

Convenit apostolico moderamini, iustis petitionibus assensum praebere, et piis admonitionibus manum auxilii porrigere. Unde, carissime fili Odrice abbas Vindocinensis monasterii, quoniam petis, ut convenientiam, quam cum carissimo filio nostro Heldiprando archidiacono, atque coenobii Sancti Pauli oeconomo, de ecclesia Sanctae Priscae, quae sita est in monte Aventino, fecisti, apostolica auctoritate confirmemus; convenit enim praefatus filius noster Heldiprandus, Sanctique Pauli monasterii rector, tibi tuisque successoribus Vindocinensis monasterii abbatibus, praedictam Sanctae Priscae ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum largiri ad utendum, fruendum, possidendumque dignitate cardinali: eo videlicet tenore, ut ita praefatum Sanctae Priscae monasterium ordinare ac disponere studeas, ut semper ibi ad serviendum Deo duodecim, nunquam autem minus octo, monachi regulariter valeant conversari. Pensionem vero, et caetera omnia sicut in charta, quam vobis praedictus Heldiprandus archidiaconus ac Sancti Pauli rector cum monachorum Sancti Pauli, generali capitulo, consensu tradidit et firmavit, continetur, persolvetur. Ergo utrarumque Ecclesiarum utilitatem in hoc negotio perpendentes, beatorum Petri et Pauli principum apostolorum auctoritate, praefatum Sanctae Priscae monasterium secundum praedictum tenorem cum omnibus suis ubique pertinentiis confirmamus; Sancti Spiritus iudicio decernentes, ut nullus unquam Sancti Pauli abbas, prior, vel monachus, nullaque prorsus ecclesiastica saecularisve persona infringere vel auferre tibi vel tuis successoribus abbatibus Vindocinensis monasterii praesumat. Quod qui fecerit, nisi dignos poenitentiae fructus exhibeat, sit anathema, maranatha. Qui vero conservator et obediens apostolicae auctoritati fuerit, benedictione et gratia omnipotentis Dei perfruatur, et inter prospera humilis, et inter adversa maneat securus, ut divina misericordia munitus, valeat per beatum Petrum coelestia regna intrare, et cum Christo in aeternum gaudere. Scriptum per manus Rainerii scrinarii, et notarii palatii, in mense iulio, indictione quarta. Datum Laterani kal. iulii per manus Petri sanctae romanae Ecclesiae subdiaconi atque cancellarii vice domni Annonis Coloniensis archiepiscopi, anno quinto pontificatus domini Alexandri Papae secundi, indictione quarta.

Cum onere substentandi ibidem duodecim, vel saltem octo monachos, et annui census, prout in concordia super hoc firmata.

Ecclesiae eiusdem libertas ab omni laicali, vel ecclesiastica molestia, potestate etc.

Anathema contra inobservantes.

Dat. die prima iulii anno Domini 1066, pontif. Alexandri anno v.

(1) Ex Archiv. Vindocinen. edidit Mabil. loc. cit. n. LXXXV.

VIII.

Confirmatio privilegiorum, ab Henrico IV Germaniae rege, aliisque imperatoribus, Cremonensi Ecclesiae concessorum (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ecclesia Cremonensis sub protectione Sedis Ap. suscipitur; eiusque bona omnia confirmantur. — Decretum pro immunitate atque securitate bonorum huiusmodi. — Anathema contra quid in contrarium attentantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, charissimo fratri Hubaldo Cremonensi episcopo, suisque successoribus.

Proœmium. Pastorali solicitudine erga salutem dominicarum ovium, seu reparationem bonorum Ecclesiarum vigilantibus, tanto promptius apostolicae auctoritatis protectione debemus providere, quanto eos ea, quae Iesu Christi, constat, quam quae sua sunt, quaerere. Unde, charissime frater, quia religionem tuam eorum magis Pontificum formam, qui laboris sui diligentia pauperes Ecclesias sibi commissas ditavere, studes per omnia imitari, quam eos, qui delitiis et saecularibus pompis ecclesiasticas divitias in miserabilem redigunt paupertatem, iustae petitioni tuae assensum praebemus, et memores inconcussae fidelitatis tuae erga Apostolicam Sedem, ea, quae tuae Ecclesiae sunt iuste collata, seu in futurum conferenda, quaeque in praecepto charissimi filii nostri regis Henrici continentur, sub tutela sanctae Romanae Ecclesiae suscipimus, et per huius nostri privilegii paginam confirmamus tibi tuisque successoribus quidquid..... telonei, atque portatici seu ripatici, de Cremonensi civitate ad publicam functionem pertinuit, quam de ipsis civitatibus comitatus, quam de parte curtis Sexpilae, nec non ripas et piscarias a Ulpariolo usque in caput Adduae cum molendinis, et cum uniuscuiusque navis solito censu, sicut continetur in praecepto et notitiis, seu cum per (2) omnium navium causa navigandi Cremonam adeuntium, tam Veneticorum quam caeterorum navium, et cum curata omnium negotiorum, quae fiunt in praedicta ripa: districtionem vero civitatis infra et extra per quinque milliariorum spatia: altare quoque Sancti Hymerii, canonicam, portas, equos, tractus, opera, districtus, legationes, hostes, munera, fotrum et caetera, quae in praefato praecepto continentur: curtem quoque, quae Barianum dicitur, Maleum, Crottam, Moneodanum, Nualtellam, Monterionem cum castris et villis eorumque pertinentiis: castrum de Rumenengo cum omni sua integritate; medietatem curtis Botariano infra castrum et caetera; et partes in curtibus Gabiano, Vidalasco, Terciolasco, publica intra et extra, seu Manzanello, Fontanella, et quaecumque prudentiae tuae studio praenominatae Ecclesiae iuste adquisita, vel adquirenda sunt, praesenti apostolicae sanctionis nostrae pagina corroboramus: statuentes sub divini iudicii obtestatione, ut nullus imperator, dux, marchio, comes, vicecomes, nec ulla magna parvaque persona de his omnibus, quae supra leguntur, praesumat aliquo studio auferre, seu te tuosque successores inquietare. Quod si aliquis temerario ausu contra huius nostri privilegii auctoritatem agere praesumpserit, et post notitiam huius auctoritatis emendare contempserit, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli, omniumque sanctorum, sciat se usque ad dignam satisfactionem excommunicatum, et a regno Dei alienum. At vero qui custos et observator extiterit, a misericordissimo Domino omnipotente, Domino nostro Iesu Christo consequatur aeternam vitam.

Ecclesia Cremonensis sub protectione S. Sedis Ap. suscipitur; eiusque bona omnia confirmantur.

Decretum pro immunitate atque securitate bonorum huiusmodi.

Anathema contra quid in contrarium attentantes.

Datum Laterani III kal. novemb. per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, ac bibliothecarii. Anno VI pontif. D. Alexandri Papae II, ab incarnatione vero Domini MLXVI, indict. III.

Dat. die 30 octobris anno Domini 1066, pontif. Alexandri anno VI.

(1) Ex Ughell. Ital. Sac. tom. IV. (2) Adde *solutionem*.

IX.

Declaratio, quod nemo sine apostolico iudicio possit excommunicare monachos Cluniacenses, vel eos sacris interdicere (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Hugonis abbatis preces. — Confirmatio bonorum omnium Cluniaco per fidelium donationes acquisitorum. — Ecclesiarum et monachorum ab omni etiam episcopali iurisdictione exemptio. — Monachi a quo abbati placuerit episcopo sacris ordinibus initiandi. A nemine autem excommunicandi. — Sed siqua lis monachos inter et alium quemlibet exoriatur, ad Apostolicam Sedem deferri praecipitur. — De recipiendis ad poenitentiam. — Abbas per monachos ex congregatione eligendus; et a quolibuerit ep. ordinandus. — Anathema in violatores privilegii huius.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectissimo filio Hugoni abbati monasterii, quod dicitur Cluniacum, in honore beatorum Apostolorum Petri et Pauli consecratum, in Comitatu Matisconensi situm, et per te cunctis successoribus tuis abbatibus, in perpetuum.

Exordium. Cum omnium fidelium petitionibus et necessitatibus subvenire debeat apostolicae caritatis gratia, multo magis his est impertienda eius beneficii clementia, quo singulariter proprios, et specialiter se gaudet filios habere sancta Romana Mater Ecclesia, et suae utilitatis gratia, et praecedentium Patrum authoritate egregia. Quorum etiam desideriis et votis eo plenius parere debet auctoritas apostolicae sublimitatis, quo certius constat, eos non nisi illa desiderare et expetere, quae sunt ad honorem sanctae pietatis, et utilitatem verae religionis; quotiens in suae necessitatis commodis nostrum assensum, et solitum apostolicae auctoritatis studuerunt humiliter requirere praesidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et rite pro magna securitate solidare; ut ex hoc nobis potissimum praemium a conditore omnium Deo in sydereis arcibus conscribatur. Et ideo, quia postulasti a nobis, ut praefatum monasterium apostolicae auctoritatis serie muniremus, et omnia eius pertinentia perenni iure ibidem inviolabiliter permanendo, confirmaremus, et absque omni iugo seu ditione cuiuscumque personae, constabilire nostri privilegii pagina studeremus; propterea tuis flexi precibus, per huius nostrae auctoritatis privilegium statuentes decernimus, ut cuncta loca et monasteria ad supradictum Cluniacum coenobium pertinentia, quae ab aliquibus fidelissimis christianis regibus, episcopis, ducibus, seu principibus eidem loco sunt concessa, et ab antecessoribus tuis adquisita, Bernone videlicet, Odone Eymardo, et beatae recordationis S. Maiolo, et bonae memoriae Odilone praedecessore tuo, vel quaecumque ad eumdem locum pertinere videntur, absque ullius contradictione cum magna securitate quietus debeas possidere, et per te universi successores tui in perpetuum. Necnon sub divini iudicii promulgatione et confirmatione, et anathematis interdictione, corroborantes decrevimus, ut nullus episcopus, seu quilibet sacerdotum in eodem veniat coenobio pro aliqua ordinatione sive consecratione Ecclesiae, presbyterorum, vel diaconorum, missarum celebratione, nisi ab abbate eiusdem loci invitatus fuerit, venire ad agendum praesumat. Sed liceat monachis ipsius loci, cuiuscumque voluerint ordinationis gradum suscipere, ubicumque tibi tuisque successoribus placuerit. Interdicimus autem sub simili anathematis promulgatione, ut idem locus sub nullius cuiuscumque episcopi vel sacerdotis deprimatur interdictionis titulo, seu excommunicationis, vel anathematis vinculo; non enim patimur sanctae Sedis Apostolicae auctoritas, ut ullius cuiuscumque personae obligatione proscindatur, a se cuilibet concessa, liberalis libertas; neque ipsius loci fratres, ubicumque positi, cuiuscumque episcopi maledictionis vel excommunicationis vinculo teneantur adstricti; inhonestum enim nobis videtur, ut sine

Hugonis abbatis preces.

Confirmatio bonorum omnium Cluniaco per fidelium donationes acquisitorum.

Ecclesiarum et monachorum ab omni etiam episcopali iurisdictione exemptio.

Monachi a quo abbati placuerit episcopo sacris ordinibus initiandi. A nemine autem excommunicandi.

(1) Ex Bibliotheca Cluniac. edidit Nicolaus Coletus, Concil. tom. XII.

nostro indicio a quoquam anathematizetur Sanctae Sedis Apostolicae filius, veluti cuiuscumque subiectae Ecclesiae discipulus. Siqua vero competens ratio adversus eos quemquam moverit, et hoc aliter determinare nequiverit, iudicium apostolicum, quod nulli praeiudicium praetendere patitur, supra hoc patienter praestoletur, et humiliter requiratur. Decernimus etiam, et illius, cuius vice quamvis indigni fungimur, auctoritate sancimus, ut isdem locus omnibus, ad se ob salutem confugientibus, sit misericordiae sinus, sit totius pietatis et salutis portus. Obtineat in eo locum iustus, nec repellatur, poenitere volens, iniquus. Praebeatur innocentibus caritas mutuae fraternitatis, nec negetur offensis spes salutis et indulgentia pietatis. Et si aliquis eumdem locum expetierit suae humilitatis et salutis gratia, minime a venia et optata misericordia excludatur, sed oleo medicamenti salutaris fovendus benigniter colligatur; quia et iustum sic est, ut in domo pietatis et iusto praebeatur dilectio sanctae fraternitatis, et ad veniam confugienti peccatori non negetur medicamentum indulgentiae et salutis. Sit autem omnibus ibi advenientibus causa salutis hic, et in perpetuum divinae miserationis et pietatis refugium, et apostolicae benedictionis et absolutionis praesidium. Decernimus praeterea, et omnino constituimus, ut praedicti loci obeunte abbate, non ibi alius cuiuscumque personae violentia constituatur ordinandus; sed ab ipsa congregatione loci secundum timorem Dei et institutionem legislatoris Benedicti, pater, qui sibi praesesse debeat, eligatur; et ad eum ordinandum, quicumque illis placuerit, episcopus advocetur. Quascumque vero terras nunc tenes, et quas tu tuique successores acquirere potueritis, in perpetuum possidendas concedimus vobis. Siquis autem temerario ausu, quod fieri non credimus, contra huius nostrae apostolicae confirmationis seriem venire aut agere tentaverit, sciat, se Domini nostri Iesu Christi, et apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodandum, et cum diabolo eiusque atrocissimis pompis atque cum Iuda traditore Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi, in aeternum ignem concremandum, simulque in voraginem, tartareumque chaos demersum cum impiis deiiciendum. Qui vero custos et observator nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam et vitam aeternam a Domino consequatur etc.

Sed si qua lis monachos ne et alium quemlibet exoriatur, ad Apostolicam Sedem deferri praecipitur.

De recipiendis ad poenitentiam.

Abbas per monachos ex congregatione eligendus; et a quolibuerit ep. ordinandus.

Anathema in violatores privilegii huius.

X.

Approbatio privilegii, a Petro Florentinae Ecclesiae archiepiscopo monasterio Sancti Petri concessi; et bonorum ad hoc spectantium confirmatio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum pro libertate monasterii huius, eiusque bonorum. — Spirituales et corporales poenae contra inobservantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo fratri Petro Florentino episcopo, suisque successoribus.

Piae postulatio voluntatis affectu debet prosequenti compleri, quatenus et devotius et sincerius laudabiliter innotescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Et quia fraternitas tua insinuavit sanctae Apostolicae Sedi, se ad communem sanctimonialium usum in ecclesia Sancti Petri, sita in suburbio Florentinae civitatis, monasterium constituisse, et praediorum tam a te quam etiam a quadam religiosa faemina nomine Gisla nonnulla beneficia eidem Ecclesiae collata esse, non solum devotionis tuae studium laudamus, sed ordinationis tuae constitutionem, quam interim per donationis paginam eidem Ecclesiae fecisti, auctoritatis apostolicae privilegio confirmamus; atque in perpetuum ratum firmumque fore corroboramus etiam praefatae Ecclesiae tum ea, quae nunc iuste, quaeque a praeno-

Exordium.

(1) Ex Canonicae huius archivio edidit Ughellius Ital. Sac. tom. III.

minata matrona collata sunt, quam quae ab eadem seu caeteris in futurum iuste conferenda sunt fidelibus. Sub divini igitur iudicii obtestatione statuimus, ut neque rex, neque dux, marchio, comes, vicecomes, sed neque episcopus, aut aliqua praeditus dignitate, postremo nulla magna parvaque persona sub cuiuslibet causae et occasionis specie, huius nostrae apostolicae sanctionis decretum infringere seu ea, quae iam iuste collata sunt, quaeque in futurum sunt iuste conferenda, aliquo modo ac studio minuere vel auferre praesumat. Quod si aliquis temerario ausu hanc confirmationis nostrae paginam violare praesumpserit, et admonitus a te, seu a successoribus tuis, emendare contempserit, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli sciat se excommunicatum, et poena centum librarum auri mulctandum. At vero qui observator extiterit, repleatur abundantia apostolicae benedictionis. Datum Laterani XI kal. iunii per manum Petri S. R. E. subdiaconi et bibliothecarii anno sexto, pontificatus D. Alexandri papae secundi, ab incarnatione vero Domini MLXVII, indictione VI.

Decretum pro libertate monasterii huius, eiusque bonorum.

Spirituales et corporales poenae contra inobservantes.

Dat. die 22 maii anno Domini 1067, pontif. Alexandri anno VI.

XI.

Ferrarienses canonici cum bonis omnibus ad eorum Canonicam pertinentibus, sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur (1). *(Vide in Victore II, Const.* Si iustis, *etc. Dat. anno 1055).*

SUMMARIUM

Exordium. — Bona, quae Ferrariensis Ecclesiae canonicis confirmantur. — Eorumdem immunitas a quacumque molestia. — Anathema contra violatores etc.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Everardo archipresbytero, et romano archidiacono, et reliquis canonicis sanctae Ferrariensis Ecclesiae, suisque successoribus, in perpetuum.

(1) Ex Ughell. Ital. Sac. tom. II, col. 567.

Si iustis servorum Dei petitionibus satisfecerimus, procul dubio apostolica praecepta servamus. Quapropter inclinati precibus vestris, filii charissimi, vos, vestraque bona in munimine apostolicae defensionis suscipimus; atque confirmamus et corroboramus vobis vestrisque successoribus canonicis, quicquid iuste habetis, idest, villam, quae dicitur Quartisaria, et fundum contra Padum, et locum Cuculi, et caput Redae, et Baniolum, et Wartiaticam, et fundum Pecorile, villam, quae dicitur Fossa Nova cum capella Sancti Marci ibidem sita, ecclesiam quoque Sancti Stephani in burgo Ferraria cum omnibus, quae ei attinent. Insuper etiam medietatem decimationis plebis Sancti Georgii in episcopio, medietatemque omnium rerum, quae pro animabus fidelium defunctorum eidem Ecclesiae relinquuntur tam mobilium quam immobilium, totam etiam decimam totius villae, quae dicitur Cocomario, et caetera, quae eidem canonicae pertinent, scilicet terras, vineas, prata, agros cultos et incultos, aquas, aquarumque decursus, piscationes, venationes, seu molendina, servos et ancillas, aldiones et aldianas: quicquid habetis tam de parte Ecclesiae quam de vestrorum parentum haereditate; necnon duodecim homines illius loci, qui navigent, quocumque usus vester fuerit, sine omni pretio: seu cunctas res mobiles et immobiles, vel quicquid deinceps iuste acquisituri estis, ea videlicet ratione, ut nullus in vos iam dictos canonicos, sive vestros successores, distringere vel molestare audeat, neque vestros colonos vel colonas, vestrasque facultates, sine voluntate et consensu ipsius Ecclesiae praesulis. Statuentes igitur iubemus, ut quiete et pacifice omnia, quae super leguntur, teneatis et possideatis, omnium hominum contradictione remota; ita ut nullus dux, marchio, archiepiscopus, episcopus, comes, vicecomes, nullaque magna vel parva persona, de cunctis praenominatis rebus, tam de ecclesiasticis quam de propriis, vos

Exordium.

Bona, quae Ferrariensis Ecclesiae canonicis confirmantur.

Eorumdem immunitas a quacumque molestia.

vestrosque successores molestet, sive in placitos conturbet, vel colonos vestros aut colonas distringere, seu publicam functionem solvere cogat. Quod qui temerario ausu fecerit, nisi infra quadraginta dierum spatia emendaverit, anathematis vinculo obligetur, et a liminibus sanctae Ecclesiae alienetur usque ad dignam satisfactionem. Qui vero custos huius nostrae sanctionis extiterit, benedictionem et gratiam omnipotentis Dei, et beati Petri apostolorum principis, et nostram habeat, et in futurum aeternam retributionem percipiat. Amen.

Anathema contra violatores etc.

Datum XII kal. iulii per manus Petri (1), fungentis vice (2) sacro-sanct. Rom. Eccl. subdiac. bibliothecarii, anno ab incarn. Domini 1068. Septimo vero pontificatus D. Alexandri Papae secundi, indict. VI.

Dat. die 20 iunii anno Domini 1068, pontif. Alexandri anno VII.

XII.

Confirmatio rerum omnium, ac privilegiorum S. Salernitanae Ecclesiae (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Alphano archiep. Salernitana Ecclesia cum bonis omnibus ad eam spectantibus confirmatur. — Metropolicum ius validatur. — Confirmatio regalium omnium ac pontificiarum donationum. — Peculiaris enumeratio nonnullarum Ecclesiarum aliarumque rerum iuris Salernitani archiepiscopii. — Decretum immunitatis bonorum huiusmodi. — Censurae contra statutorum horum violatores.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Salernitanae Ecclesiae, quae est B. et gloriosae semper Virginis Dei Genitricis Mariae, ubi etiam apostoli gloriosum Matthaei et evangelistae corpus, cum Bb. martyribus Fortunato, Gaio et Anthes, requiescit, et per eam confratri Alfano eiusdem Ecclesiae archiepiscopo, suisque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Ex consideratione pastoralis curae, quam ex administratione Apostolicae Sedis gerimus, quum Deo auctore sicut indigni decernimus omnium, quae sunt, Ecclesiarum provectui invigilare, ac iustis fidelium postulationibus aequitatis assensum praebere, necessario compellimur viscera deserere, ne Dominico gregi debitae consolationis suffragium videamur subtrahere. Unde, charissime frater Alfane archiepiscope, quia devotio tua honestis moribus fulta postulare studuit, quatenus statuta et privilegia, quae sanctissimi praedecessores nostri apostolica auctoritate Salernitanae Ecclesiae, tuisque praedecessoribus sanxerunt, nos tibi tuisque successoribus firmaremus, tuis precibus, quia a iustitia discrepare non videntur, libentissime annuimus. Qua de re huius nostri privilegii authentica constitutione concedimus et confirmamus tibi totam ex integro Salernitanam Ecclesiam, quae est archiepiscopalis sedis (1) infra urbis maenia constituta, cum omnibus, quae sibi pertinet tam haereditario quam parochiali iure, sicut illam integram habuere et tenuere praedecessores tui episcopi et archiepiscopi; itaut tui iuris, tuaeque potestatis, quicquid ad ecclesiasticum et episcopale pertinet officium tam intra Salernum quam per omnem Salernitanam parochiam, canonica dispensatione requirere et ordinare, et canonicis Ecclesiis diversorum ordinum clericos ad servitium Dei provehere et ordinare; in monasteriis quoque et abbatiis abbates providere et benedicere, et Dei servitio et utilitati semper consulere, ut omnia fiant fautore Deo ad incrementum sanctae Ecclesiae. Archiepiscopalis etiam magisterii (2) praedecessoribus tuis apostolica auctoritate concessum, fraternitati tuae confirmamus, ut liceat te intra scriptam provinciam episcopos iuxta sacrorum canonum statuta congruis in locis ordinare, et quaecumque metropolitanis sanctorum Patrum statuta attribuunt, tibi concedimus licere. Ad haec etiam apostolicae auctoritatis sanctione confirmamus tibi tuisque suc-

Alphano archiep. Salernitana Ecclesia cum bonis omnibus ad eam spectantibus confirmatur.

Metropolicum ius validatur.

Confirmatio regalium omnium ac pontificiarum donationum.

(1) Clerici. (2) Petri. (3) Ex Tabulario Mensae archiepiscopalis edidit Ughellius Ital. Sac. tom. VIII.

(1) Sedes. (2) Deest forsitan *ius*.

cessoribus, quaecumque praedecessores nostri, imperatores, reges, principes, vel quicumque fideles, sanctae Salernitanae Ecclesiae contulere, et ea quae Gisulfus fidelis noster, qui nunc Salerni clare principatur, liberali munificentia contulit, et collaturus est. Nominatim autem dicimus: ecclesiam S. martyris Viti, quae constructa est iuxta plateam, quae dicitur ad Portam Elini, cum omnibus suis pertinentiis, quam Landimorius filius Ademarii scripto iam dictae Ecclesiae obtulit: et ecclesiam S. Gramatii cum suis pertinentiis, et casas illas, quae sunt iuxta eamdem Ecclesiam, quas Malfrit et Adelfrit tuo episcopio obtulerunt: sed et monasterium S. Viti, quod constructum est iuxta Salernum prope littus maris cum suis pertinentiis, quod Ecclesia tibi commissa, a praedicto Gisulfo principe commutationis ordine recepit: terras quoque et partes, pro quibus super Troytium de Rota pro tuo episcopio et caeteris Salernitanis Ecclesiis interpulasti, quod invasas detinuerit; unde eum Salerni, nolentem iustitiam facere, excommunicavimus, quas postea resipiscens Capuae in nostram manum legaliter reddidit; videlicet quaecunque uno anno, prius quam ipse Rota intraret, et Salernitanae Ecclesiae tenebant, quae iuris tuae Ecclesiae fuere, tibi tuisque successoribus reddimus et confirmamus, et per te caeteris Ecclesiis tua.... Castellum quoque Olibani, et Cryptam S. Angeli, quae dicitur montis Aurei, cum omnibus eorum pertinentiis, et cuncta, quae Wilelmus filius Tancredae, et Wimundus miles suus in nostram manum reddidere: et universa, quae praedicta Salernitana Ecclesia iuste et legaliter habuit, vel qualicumque contractu acquisitura est, tibi tuaeque fraternitati Ecclesiae commissae concedimus et confirmamus, et in perpetuum stabilimus, tam ea, quae ecclesiastici regiminis sunt, quam quae haereditate iuris; contestantes sub protestatione anathematis, ut nullos umquam alicuius dignitatis vel potestatis homo audeat temerario ausu aliquam violentiam tibi, tuaeque Ecclesiae inferre, vel iustitiam aut dignitatem minuere: salvo in omnibus Apostolicae Sedis privilegio. Si quis vero contra huius nostrae constitutionis privilegium, vilipendens apostolica statuta, temere agere praesumpserit, aut praesumentibus fautor extiterit, iudicio Sancti Spiritus sciat se auctoritate B. Petri apostolorum principis, et nostra, anathematis vinculo innodatum, et ut transgressorem terminorum, quos sancti Patres nostri posuerunt, cum diabolo et transgressoribus angelis, canonica traditione, aeternis supplciis deputatum. Observantibus autem et devotis gratia et benedictio a Domino Deo nostro multiplicetur: et intercedente B. Dei Genitrice Maria, et B. Matthaeo apostolo et evangelista, aeterni regni particeps effici mereatur.

Peculiaris enumeratio nonnullarum Ecclesiarum, aliarumque rerum iuris Salernitani archiepiscopii.

Decretum immunitatis bonorum huiusmodi.

Censurae contra statutorum horum violatores.

Datum Capuae IV id. octobris per manus Petri S. R. E. subdiaconi et bibliothecarii anno VIII pontif. dom. Alexandri papae II, indictione VII.

Dat. die 12 octobris anno Domini 1068, pontif. Alexandri anno VIII.

XIII.

Confirmatio bonorum a Guillelmo Tancredae filio eidem Salernitanae Ecclesiae oblatorum et restitutorum (1).

SUMMARIUM

Synodus Melphyensis sub Alexandro II PP. — Res in eo gestae pro Salernitana Ecclesia. — Alia Salernitana synodus. — Nomina eorum qui interfuerunt. — Res a Wilielmo, eiusque militibus redditae. — Eædem res Salernitanae Ecclesiae confirmantur — Cum anathematis poena contra earum invasores, depraedatores etc. — PP. subscriptio et episcoporum.

Alexander episcopus servus servorum Dei.

Notum sit omnibus S. Ecclesiae filiis, quoniam in synodo, quae VI pontificatus nostri anno apud Melphim in ecclesia B.

Synodus Melphyensis sub Alexandro II PP.

(1) Ex eodem Tabulario.

Res in eo gestae pro Salernitana Ecclesia.

Petri apostolorum principis, quae est eiusdem civitatis sedes episcopatus, praesidentibus nobis, et aliis coepiscopis et abbatibus, die kalendarum augustarum celebrata est, confrater noster Alphanus S. Salernitanae Ecclesiae archiepiscopus de haereditatibus eidem Ecclesiae pertinentibus, quas Guilelmus filius Tancredae, et milites sui invaserant, querimoniam fecit. Unde eum a nobis hac de ratione vocatum, ut quae violenter invaserat, iuste eidem Ecclesiae redderet, paterna caritate monuimus: sed quia in contumacia sua perdurans obedire nobis et tanto conventui noluit, iudicio totius sacri concilii eum et fautores suos a liminibus S. Ecclesiae sequestravimus, et anathematis vinculo, quousque resipisceret, innodavimus; sed postea inspirante sibi illo, qui neminem vult perire, ad poenitentiam et ad emendationem, cum Salerni essemus, ante nostram praesentiam cum militibus suis humiliter venit; quapropter episcoporum et abbatum et aliorum fidelium congregato conventu, inter quos fuerunt Ioannes Tusculanensis episcopus cardinalis, et Ildebrandus S. R. E. archidiaconus, et Ambrosius Terracinensis episcopus, et Baldonius Melphis episcopus, et Stephanus Troianus episcopus, et Ingilbertus Tuscensis episcopus et Gisulfus Salernitanus princeps cum fratribus suis Guidone et Ioanne, Robertus dux, et Rogerius comes frater eius, et alii plures Longobardi et Normanni, idem Guilelmus et Girmendus filius Gimundi, qui dicitur de Muls, miles eius haereditarius, S. Salernitanae Ecclesiae, nominatim curtem S. Petri Dataro, et curtem S. Viti de Siler, quae sunt iuxta eumdem fluvium, et ecclesiam S. Michaelis archangeli, quae sita est in crypta montis, qui dicitur Aureus, cum omnibus hominibus et pertinentiis suis; unde idem archiepiscopus multas inscriptiones ostendit, iuris etiam haereditarii Ecclesiae suae esse, paratus sacramento firmare voluit, et castrum Olibani cum omnibus hominibus et pertinentiis suis, et res de lacu maiore cum toto ipso lacu, et res de Tusciano, et de Lama, et de Rivo-Alto, et de Asa, et de Pacentino, et Iufuni, et Salsanicum, et Forino et Anguillario, et Prato, et omnes alias res, ipsi matri Ecclesiae et caeteris Ecclesiis Salernitanis pertinentes, sub nomine fidei, quam Deo et S. Petro debebant, in manu nostra refutaverunt atque dimiserunt, et se confirmaverant esse sub anathemate, si eas amplius praesumerent invadere. Inde nos, omnibus supradictis coram adstantibus, episcoporum iudicio, et laudatione Longobardorum et Normannorum, qui intererant, sanctae Salernitanae Ecclesiae, et per eam tibi, confrater Alfane Salernitane archiepiscope, successoribusque tuis, supradictas res et haereditates stabilivimus, concessimus, et in perpetuum confirmamus; et deinceps, salvo tuo successorumque tuorum vigore, earum invasores et depraedatores et persecutores perpetuo anathematis vinculo religamus. Si quis vero contra huius nostrae praeceptionis scriptum temere agere praesumpserit, aut fautor extiterit, sciat se auctoritate B. Petri apostolorum principis et nostra, a regno Dei alienatum, atque cum Iuda traditore Domini in aeternum damnatum. Qui autem huius nostrae concessionis et confirmationis constitutionem observaverit devotus, a Sancta et Individua Trinitate benedicatur, et aeterni regni, intervenientibus Dei Genitrice Maria, et B. Matthaeo apostolo et evangelista, quorum causam adiuverit, particeps effici mereatur (1)

Alia Salernitana synodus. Nomina eorum qui interfuerunt.

Res a Wilielmo, eiusque militibus reditae.

Eaedem res Salernitanae Ecclesiae confirmantur: Cum anathematis poena contra earum invasores, depredatores, etc.

PP. subscriptio, card. et episcoporum.

Ego Alexander, solius Dei misericordia licet indignus S. R. et Apostolicae Ecclesiae episcopus, in hac constitutionis pagina ad confirmandum volens subscripsi.

Ego Ioannes Tusculanensis episcopus, me affuisse testificans, subscripsi.

(1) Hanc bullam Ughellius datam vult anno 1068, quod ei libenter damus.

Ego Hugo Ydruntinus archiepiscopus, me affuisse testificans, subscripsi.

Ego Ambrosius Terracinae episcopus subscripsi.

Ego Ildebrandus S. R. E diaconus ss.

XIV.

Confirmatio sententiae latae in controversia quadam inter clerum et episcopum Clusinum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Series facti. — Adiudicatio quartae decimarum. — Medietates primitiarum, et tertiae partis oblationum pro episcopo. — Excipiuntur monasteria nonnulla. — Decretum contra laicos Ecclesias, vel earum bona detinentes. — Spirituales et corporales poenae contra inobservantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, sanctae Clusinae Ecclesiae, in perpetuum.

Exordium. Quoniam divinae miserationis respectu ad hoc universalis administrationis curam suscepimus, ut omnium Ecclesiarum quietem solerti studio procuremus, omniumque animarum praelatis providere omni tempore, ac universas quaestiones in sancta Ecclesia emergentes diligenter perquirere; inquisitis vero legaliter calculum definitionis debemus imponere. Ex hac ipsa consideratione nostri officii coacti sumus quandam quaestionem in Clusinensi Ecclesia ortam sagaci indagatione tractare. Quaestio denique quaedam in iam dicta Clusina Ecclesia orta est, atque in concilia ad Apostolicam Sedem delata. Ex antiqua namque consuetudine parochianae Ecclesiae Clusini episcopatus bis in anno quasdam conditiones episcopo exhibebant: semel in maiori hebdomada ante Pascham; secundo vero, dum episcopus synodale concilium celebraret. Hinc nata occasione, conquesti sunt clerici illius Ecclesiae adversus episcopum suum, quod ipse exigeret ab eis quoddam annale tributum, quod dicebant quasi pro Chrismate pretium; nec non pro administratione sacri verbi, quam illis in sua synodo exhibebat, aliud quoddam statutum. Quod nos audientes nimium exhorruimus, atque, si ita esset, omnino damnare statuimus, quia simoniacae venalitatis fere infecta talia videbantur. Discussimus itaque rem per hoc, prout voluimus; sed quia plurimis et maximis ecclesiasticis negotiis occuparemur, plenaliter diffinire nequivimus; ac proinde ad nostram audientiam tandem deferendam statuimus tempore, quo eam nobis liceret quiete perscrutari, licet ita demum canonica diffinitione concludere. Unde actum est, ut paulo post nobis, Roma ad Lucensium preces proficiscentibus, ipsa eadem quaestio in itinere, dum per partes illas transiremus, repraesentaretur, et cum inibi diu episcopo clericisque praesentibus ventilaretur, quibusdam adstantibus, nec adhuc plane diffinitionis sententiam censere dignum duximus; sicque denuo evenit, ut cum Luca Romam reverteremur, invitati ab episcopo ad praedictam Clusinam Ecclesiam, pia et efficaci ipsius episcopi rogatione inflexi, veniremus. Tunc evocato ibi universo clero praedicti episcopatus, maximaque parte populi congregata, super dictam quaestionem diligenti examinatione perquisivimus, residente nobiscum dilecto fratre nostro Ioanne sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Tusculano episcopo, adstantibus quoque plurimis religiosis abbatibus et sacerdotibus, etiam Raynerio filio Burgarelli, et Bernardo filio Ardinghi, multisque aliis maioribus et minoribus. Quam divino nutu provida consideratione inspectam, ita visum est nobis fore definiendam, scilicet: ut huiusmodi infamia, quae talibus occasionibus Clusinae Ecclesiae inoleverat, his omnibus amputatis, abscideretur: et statutum, quod sacri canones de redditibus et votis Ecclesiarum praecipiunt, ab utrisque partibus inviolabiliter custodiretur. Sequentes igitur praecepta,

Series facti.

(1) Ex archivio monast. Amiatini edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III.

A tiudicatio quartae decimarum.

Medietates primitiarum, et tertiae partis oblationum pro episcopo.

Excipiuntur monaster. nonnulla.

Decretum contra laicos ecclesias vel earum bona detinentes.

Spirituales et corporales poenae contra inobservantes.

canoni papali ab episcopo quarta parte decimarum dari, temporibus vero reliquis in dispositione episcopi praesidentibus, episcopum vero medietatem omnium primitiarum, tertiamque totius oblationis cunctarum Ecclesiarum episcopatus, vivorum ac mortuorum, tam in terris, quam in vineis, mobilibus vel immobilibus, seu cuiuslibet generis possessionibus habere censuimus: oblationibus antiquorum monasteriorum exceptis, videlicet, S. Anthymi, S. Salvatoris, nec non S. Benedicti, et Sancti Petri in Campo. Addimus etiam, quod nullus laicorum Ecclesias tenere, vel oblationes vivorum et mortuorum in proprios usus retorquere praesumat; sunt enim plurimi, qui ecclesiasticas res, quasi iure haereditario a parentibus sibi relictas, impudenter usurpant; quod, quia ecclesiasticis statuitionibus nimis oppugnat, modis omnibus inhibemus. Quicumque ergo temerario ausu huic nostrae sanctioni contraierit, et hoc nostrum apostolicum decretum in totum partemve infregerit, si ex sacris ordinibus fuerit, sui ordinis periculum incurrat; si vero laicus, nostrae apostolicae excommunicationi subiaceat. Et insuper bannum nostrum componat septuaginta videlicet optimi auri libras, medietatem Lateranensi palatio, medietatem parti nostrum apostolicum servanti decretum.

Datum Perusiae tertio kal. ianuarii per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri S. R. E. subdiaconi, ac bibliothecarii, an. ab incarnatione Domini 1068, pontif. vero D. Alexandri II anno VII, indict. VII.

Dat. die 30 decembris anno Domini 1068, pontif. Alexandri anno VII.

XV.

Confirmatio erectionis et dotationis Canonicae S. Mariae in Spoletana cathedrali erectae ab Andrea episcopo eiusdem Ecclesiae (1).

(1) Ab originali edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I, col. 442.

SUMMARIUM

Exordium. — Bona confirmantur, et sub protectione S. A. recipiuntur. — Enumeratio huiusmodi bonorum. — Eorumdem immunitas ab omni molestia, vi etc. cuiuscumque personae. — Anathema contra sanctionis huius violatores.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Petro venerabili praeposito Canonicae Sanctae Mariae in Matrice Ecclesia Spoletani episcopatus, suisque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam divinae miserationis clementia nos in speculo universalis administrationis constituit, ex consideratione nostri officii cogimur, universis Ecclesiis providere. Ideoque tum rogatione episcopi tui Andreae, tum tuis devotis precibus, Amande fili, flexi, te tuosque fratres, ac praefatam Canonicam cum omnibus sibi legaliter pertinentibus sub munimine ac tutela apostolicae defensionis suscipimus; et confirmamus praefatae Canonicae quicquid nunc iuste habet, et quicquid praedictus Andreas episcopus eiusdem Ecclesiae, eidem Canonicae tradidit atque concessit, videlicet plebem Sancti Ioannis in Campo, et decimam Sanctae Mariae in Campo cum decima Azzaninae Fractae, ac plebe Sancti Gregorii in Nido, et curtim Sancti Angeli in Capite cum omnibus infra se habentibus, et plebem de Verelano, et plebem de Turino, et plebem de Bernano, et plebem de Lederano, et tres partes totius civitatis, decimae videlicet Spoletinae cum tribus partibus oblationum vivorum ac mortuorum, et terram totam pertinentem praefatae Canonicae, et quicquid praedicta Canonica deinceps iuste acquisitura, et tam largitione praedicti episcopi Andreae, sive omnium successorum eius, quam oblatione quorumcumque fidelium in plebibus, et cappellis, decimis, et pertinentiis, terris, et vineis, seu cuiuslibet generis possessionibus: salva in omnibus reverentia proprii episcopi. Concedimus itaque tibi Petro praeposito et omnibus eiusdem Canonicae fratribus vestrisque omnibus successoribus haec omnia, quae supra

Bona confirmantur, et sub protectione S. A. recipiuntur.

Enumeratio huiusmodi bonorum.

Eorumdem immunitas ab omni molestia, vi, etc. cuiuscumque personae.

scripta sunt; statuentes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, rex, dux, marchio, comes, seu aliqua ecclesiasticarum vel saecularium magna parvaque persona, vos inquietare, et iam dictam canonicam de omnibus supra memoratis rebus disvestire, vel quid ab eius iure in aliud transferre praesumat: servato in omnibus iure sanctae Romanae Ecclesiae et privilegio. Quisquis autem temerario ausu, quod absit, huius nostrae sanctionis privilegium contraierit, et illud in totum partemve infregerit, nisi admonitus digna satisfactione, quod contra nostra apostolica statuta deliquerat, emendaverit, sciat se apostolicae excommunicationis ac anathematis vinculo graviter innodatum, ac per hoc cum diabolo et angelis eius atrocibus poenis miserabiliter deputatum. At vero, qui pio intuitu custos et observator huius nostrae statuitionis extiterit, apostolicae benedictionis abundantia repleatur.

Anathema contra sanctionis huius violatores.

Datum in Narniensi urbe XVII kal. februarii per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, ac bibliothecarii, anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo nono, pontificatus vero domini Alexandri Papae secundi octavo, indictione septima.

Dat. die 16 ianuarii anno Domini 1069, pontif. Alexandri anno VIII.

XVI.

Privilegium confirmationis et immunitatis bonorum ad canonicos Narniensis Ecclesiae spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur bona acquisita et adquirenda. — Anathema privilegii huius violatoribus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Alberto archidiacono Narniensis Ecclesiae, cunctisque canonicis sanct. Iuvenalis et Cassii, necnon et Maximi, illorumque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, et petentium votis congruum impertiri suffragium. Igitur, quia postulatis a nobis, quatenus concederemus et confirmaremus vobis omnia bona ipsius canonicae, inclinati precibus vestris, per huius nostrae confirmationis seriem confirmamus et corroboramus vobis vestrisque successoribus bona ipsius Canonicae, quae modo iuste habetis, et in perpetuum iuste habituri estis, sive sint mobilia, sive sint immobilia, sicut in decreto actorum habetis, episcopi scilicet vestri, salva in omnibus iustitia et reverentia..... vestra statuentes apostolicam censuram subducere obtestatione iudicii, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, sive comes, seu vicecomes, aut alia ecclesiastica vel saecularis magna parvaque persona, contra hanc nostram confirmationem agere praesumat: servato in omnibus iure sanctae Romanae Ecclesiae, et privilegio. Quisquis autem huius nostrae sanctionis privilegia violaverit, et admonitus digna satisfactione, quod contra nostra apostolica statuta deliquit, non emendaverit.... se apostolicae excommunicationis ac anathematis vinculo graviter innodat: at vero, qui pio intuitu custos et observator extiterit, apostolicae benedictionis abundantia repleatur.

Confirmantur bona acquisita et acquirenda.

Anathema privilegii huius violatoribus.

Datum in monasterio Sancti Laurentii Catiliani XVI kal. februarii per manus..... Ecclesiae subdiaconi, ac bibliothecarii, anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo nono, pontificatus vero D. Alex. Papae secundi anno VIII, ind. VII.

Dat. die 17 ianuarii anno Domini 1069, pontif. Alexandri anno VIII.

XVII.

Confirmatio institutionis Harlebecani collegii canonicorum in Noviomensi dioecesi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonica Harlebecensis sub tutela Sedis Apostolicae recipitur. — Eique

(1) Ex authographo edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I, col. 1088.

(1) In Codice Donationum piarum edidit Aubertus Miraeus.

bona omnia, ac donationes confirmantur. — Cum decreto exemptionis a cuiuscumque personae molestia, vi etc. — Praepositus a canonicis eligendus. — Anathema in violatores privilegii huius.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Ereboldo praeposito Harlebecensis Canonicae S. Salvatoris, sitae in episcopatu Noviomensi, cunctisque suis successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Quandoquidem divinae providentiae dispensatione universalis administrationis curam suscepimus, ex debito nostri officii cogimur cunctis Ecclesiis per orbem terrarum late diffusis providere, et utilitatibus earum, ac saluti animarum, quae in eis sunt, solerti studio invigilare; praesertim his locis, quae pia religione pollere noscuntur, et nostro munimine specialiter quodammodo se tueri humili prece deposcunt, qui in eis habitat, Domino servientium chorus, quatenus, a turbine saecularium adversitatum nostra protectione defensi, liberius vota sua continuata Domino reddere, et eodem, quo caeperunt, sancto proposito usque in finem securi perseverare praevaleant.

Canonica Harlebecensis sub tutela Sedis Apostolicae recipitur;

Quare cum interventu praeclarae comitissae Adelae, tum tuis devotis precibus flexi, dilecte fili, te ac praenominatam Canonicam cum omnibus suis pertinentibus sub tutela apostolicae defensionis suscipimus; et confirmamus iam dictae venerabili Canonicae quidquid hactenus habuit tam largitione piissimorum principum, quam oblatione quorumquumque fidelium, iuxta nobilissimi praeceptum regis Francorum Philippi, et praeceptum Balduini Noviomensis episcopi; vel deinceps habitura est tam in terris, quam in vineis, et villis, et ecclesiis maioribus et minoribus, omnibusque rebus mobilibus et immobilibus; ita ut non liceat cuiquam ecclesiasticarum vel saecularium magnae parvaeque personae praenominatam Canonicam de suis hominibus inquietare, vel quid ab eius iure in alienum transferre: salva in omnibus proprii episcopi reverentia. De ordinando vero praeposito in eodem loco hoc apostolica auctoritate sancimus, ut nullus ibi praesumat quemquam praeponere contra canonicam regulam, sed defuncto praeposito uno, congregatio eligat vel de eadem congregatione, si ibi idoneus inventus fuerit, vel de alia, quem potiorem vitae meritum commendaverit, iuxta canonicam regulam.

Eique bona omnia, ac donationes confirmantur:

Cum decreto exemptionis a cuiuscumque personae molestia, vi, etc.

Praepositus a canonicis eligendus.

Siquis vero huius nostrae sanctionis privilegium spiritu superbiae ductus contraierit, et illud in totum partemve infregerit; nisi admonitus digna satisfactione, quod in venerabilem locum deliquerat, emendaverit, noverit se apostolici anathematis vinculo innodandum. At vero, qui pio intuitu custos et observator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur.

Anathema in violatores privilegii huius.

Datum Laterani quinto kal. feb. per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, ac bibliothecarii: anno vero ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo: pontificatus autem domini Alexandri Papae II nono, indictione VIII.

Dat. die 28 ianuarii anno Domini 1070, pontif. Alexandri anno IX.

XVIII.

Concessio Salzburgensi archiepiscopo, ut episcopatum unum in sua parochia constituat (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Causae concessionis. — Facultas episcopatum erigendi. — Qui tamen Salzburgensi archiepiscopo omnino sit subiectus; et episcopus per eum nominetur et consecretur. — Poenae contra temeratores privilegii huius.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Gebehardo Salzburgensi archiepiscopo, suisque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Quoties ea nobis petuntur, quae religioni conveniunt, prompta debemus concessione annuere, et favoris nostri

(1) Ex tom. I Metropol. Salisburgensis.

gratanter praebere assensum; quoniam ex consideratione nostri officii cogimur, Ecclesiarum utilitatibus, etiamsi minime exigantur, sollicite invigilare, et animarum saluti solerti studio providere. Quapropter, dilectissime frater, quia postulasti a nobis, quatenus apostolica authoritate concederemus tibi, unum episcopatum in tua parrochia constituere, quia Ecclesia tua tam ample diffusa est, quod per te solum non possis eam in chrismate aliisque pluribus, quibus episcopali officio indiget, decenter ac rationabiliter regere; piis precibus tuis inclinati, libenter annuimus, et ut etiam impleatur, satagimus apostolica igitur auctoritate, venerande frater, religioni tuae concedimus, volumus, et firmamus, atque auctoritate beati Petri apostolorum principis, in quocumque loco tibi melius visum fuerit episcopatum in tua parrochia construe, et ad procurandam salutem animarum adiutorem tibi tua consideratione ibi praepone. Ita tamen, ut episcopatus ille Ecclesiae tuae tibique vel tuis successoribus nunquam subtrahatur, et nullus ibi episcopus quandoque, sive per investituram, ut dici assolet, vel quocumque pacto, inibi constituatur, nisi quem tu, vel tui successores prompta voluntate elegerint, ordinaverint, consecraverint. Indignum enim atque detestabile est, ut hoc, quod studio pietatis a vobis quaesitum apostolica authoritate firmatum, ad detrimentum Ecclesiae tuae quolibet modo vertatur. Si quis autem temerario ausu huius nostrae sanctionis privilegium infregerit, noverit se apostolicae excommunicationis atque anathematis vinculo innodatum. At vero qui pio intuitu custos et observator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur. Data Laterani XII kalend. aprilis per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, ac bibliothecarii, anno ab incarnatione Domini MLXX, pontificatus vero domini Alexandri Papae II nono, indictione VIII.

Causae concessionis.

Facultas episcopatum erigendi:

Qui tamen Salzburgensi archiepiscopo omnino sit subiectus; et episcopus per eum nominetur et consecretur.

Poenae contra temeratores privilegii huius.

Dat. die 21 martii anno Domini 1070, pontif. Alexandri anno IX.

XIX.

Ecclesia collegiata S. Mariae de Belliioco in dioecesi Matisconensi in protectionem Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia et privilegia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum pro indemnitate bonorum. — Poena contra violatores privilegii pontificii.

Alexander episcopus servus servorum Dei, canonicis Ecclesiae Sanctae Mariae, sitae in episcopatu Matisconensi, loco Belliioco, illorumque successoribus, in perpetuum.

Quoties ea a nobis petuntur, quae a religione non discrepant, libenter debemus annuere, et favoris nostri gratanter praebere assensum. Quoniam ex consideratione Apostolicae Sedis, cui Deo auctore, licet indigni meritis, praesidemus, cogimur, etiamsi a nobis exigantur, his talibus semper invigilare, ac saluti animarum solerti studio providere. Quapropter, dilectissimi filii, quia postulastis a nobis, quatenus et Ecclesiam, circa quam degitis, sub tutela apostolicae defensionis susciperemus, cum per interventum episcopi vestri per literas vestras, tum devotis vestris precibus flexi, petitioni vestrae libenter annuimus. Inclinati ergo vestris rogationibus, vos vestraque bona atque praedictam Ecclesiam sub munimine apostolicae protectionis suscipimus; et confirmamus quidquid dicta Ecclesia iuste habet, vel deinceps iuste adquisitura est, tam in terris quam in vineis, seu cuiuslibet generis possessionibus: ita ut non liceat cuiquam ecclesiasticorum vel saecularium magnae parvaeque personae vos inquietare, vel

Exordium.

Decretum pro indemnitate bonorum.

(1) Ex Append. tom. IV Galliae Christ.

quidquid iniuria praenominatae Ecclesiae in alienum transferre: salva matris Ecclesiae, et proprii episcopi reverentia. Quisquis autem temerario ausu huius nostrae sanctionis privilegium infregerit, nisi resipuerit, noverit se excommunicationis atque anathematis vinculo innodandum. At vero qui pio intuitu custos et observator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur. Datum Laterani II kal. april. per manus Petri Clerici, fungentis munere Petri sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, ac bibliothecarii, anno ab incarnatione Domini MLXX, pontificatus D. Alexandri II Papae nono, indict. VIII.

Poena contra violatores privilegii pontificii.

Dat. die 31 martii anno Domini 1070, pontif. Alexandri anno IX.

XX.

Confirmatio privilegiorum Aretinae Ecclesiae ab antecessoribus Pontificibus concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium.

Confirmatio privilegiorum pontificiorum; et bonorum quae hic enumerantur. — Confirmatio permutationum omnium hucusque factarum. — Decretum libertatis eorumdem bonorum. — Sub anathematis interminatione.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Constantino episcopo Aretinae Ecclesiae eiusque successoribus promovendis, in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertiri assensum, ut ea, quae mota et legaliter examinata sunt, atque authoritate firmata, perpetuis temporibus maneant inconcussa.

Confirmatio privilegiorum pontificiorum, et bonorum, quae hic enumerantur.

Quapropter nostri pontificatus authoritatis praeceptum fieri decrevimus; confirmantes scilicet sanctae sedis Aretinae Ecclesiae, quae ab antecessoribus nostris, Leone videlicet, et Stephano, atque Paschali, Hadriano, Victore, item Stephano Pontifice nono, per apostolici privilegii seriem iuste, canonice et perpetuo iure firmata sunt, videlicet:

Plebem Sanctae Felicis in Prolio, plebem Sanctae Mariae in Pacina, ecclesiam Sancti Ansani cum omnibus suis pertinentibus, plebem Sancti Victoris, plebem Sancti Viti in Versure, plebem Sancti Andreæ in Maleno, plebem Sancti Stephani in Aciviano, plebem Sanctae Mariae in Pava, plebem Sanctae Mariae in Saltu, plebem Sanctae Agathae, et plebem Sancti Ioannis in Vescona, plebem Sancti Viti in Corsignano, plebem Sanctae Mariae in Cosona, plebem Sancti Donati in Sentigliano, monasterium S. Petri in Assu cum omni sua pertinentia.

Confirmatio permutationum omnium hucusque factarum.

Praeterea confirmamus eidem sanctae Aretinae Ecclesiae praefatam ecclesiam Sancti Ansani cum omnibus suis pertinentibus; itaut synodica sanctio, quae tempore Luitprandi regis Longobardorum inter Adeodatum Senensis Ecclesiae episcopum, et Lupertianum Aretinum episcopum, nec non quae tempore Karoli Magni inter Aribertum praefatae Ecclesiae Aretinae episcopum, et Andream Senensem episcopum, nihilominus canonice data est;

Haec nostra authoritate perpetuo firma ac rata habeatur; nec ulla deinceps calumnia Senensium episcoporum audiatur.

His ita corroboratis, apostolica censura sub divini nominis constitutione, atque districti anathematis interpositione interdicimus, ut nulla quamlibet, et quantumlibet magna vel parva persona, seu cuiuscumque conditionis homo, tam de praefatis plebibus, et Sancti Ansani basilica, quam etiam ex cunctis, quae sanctae Aretinae Ecclesiae de iure competunt, rebus mobilibus vel immobilibus, sese moventibus, eam inquietare, seu disvestire, vel calumniare praesumat.

Decretum libertatis eorumdem bonorum.

Si quis autem, quod non optamus, contra hoc nostrae constitutionis edictum temerario ausu insurgere tentaverit, quod molitus fuerit, anichiletur, et insuper di-

Sub anathematis interminatione.

(1) Ex Ughell. Ital. Sac. tom. I.

vino anathemate percussus, nisi forte satisfaciendo resipiscat, damnetur.

Conservator vero huius nostri apostolici privilegii, benedictionis gratia donatus, intra paradisi maenia cum sanctis omnibus in sempiternum gaudeat. Amen.

Data in episcopatu Aretino VI idus iunii per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri S. R. E. cardinalis, anno ab incarnatione Domini 1070, pontificatus autem domini Alexandri secundi nono, indictione octava.

Dat. die 8 iunii anno Domini 1070, pontif. Alexandri anno IX.

XXI.

Confirmatio privilegiorum abbatiae S. Benigni Fructuariensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae confirmatur. — Ipporegiensi episcopo hospitium ibi facere interdicitur. — Anathema contra inobservantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili Alberto abbati monasterii Sanctae Mariae, siti in Ipporegiensi loco, qui dicitur Fructuaria, suisque successoribus regulariter promovendis in perpetuum, salutem.

Exordium.

Ex consideratione huius sanctae Apostolicae Sedis, cui Deo authore licet indigni meritis praesidemus, cogimur universis Ecclesiis providere, presertim iis locis, qui pia religione pollere noscuntur. Multum enim Domino nostro Iesu Christo solicitudinis nostrae curam placere confidimus, si servos eius, ut sibi securius militare valeant, a turbine saecularium perturbationum scuto nostrae protectionis defendimus. Quapropter, fili carissime, cum interventu dilectissimae filiae nostrae Agnetis imperatricis, tum dilecti ac venerabilis Annonis Coloniensis archiepiscopi rogatione, tuis etiam precibus per nuntios tuos inclinati, iam dictum monasterium, quod per studium servorum Dei constructum, absque aliqua saeculari potentia ad hoc, quod esse videtur, pervenit, quodque hactenus summa devotione ad hanc Sanctam Sedem respexit, sub tutela apostolicae defensionis suscipimus; et confirmamus quidquid recte habet, vel deinceps est acquisiturum in mobilibus, imo et immobilibus, ita ut non liceat cuiquam magnae vel parvae personae servos Dei, ibi vel in cellis suis degentes, inquietare, vel de substantia sua imminuere, nec quidquam de eius iure in alium transferre, vel saeculare placitum facere. Specialiter autem Ipporegiensi episcopo, ne ibi hospitium faciat, apostolica authoritate interdicimus: salvo in omnibus Ecclesiae Romanae privilegio. Si quis autem temerario ausu huius nostrae sanctionis privilegium in totum vel in partem infregerit, nisi digna satisfactione emendaverit, norit se apostolicae excommunicationis et anathematis vinculo innodandum. At vero qui pio intuitu custos et observator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur. Datum Laterani anno Domini MLXX.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae confirmatur.

Ipporegiensi episcopo hospitium ibi facere interdicitur.

Anathema contra inobservantes.

Dat. anno Domini 1070, pontif. Alexandri anno IX.

(1) Ex archivo eiusdem monasterii edidit Samuel Guichenon biblioth. Sebus., cent. II.

XXII.

Privilegium monasterio S. Rigaldi de Avesia in Matisconensi dioecesi.

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterii Avesiani fundator Eustorgius monachus. — Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, remota quacumque laicali, vel ecclesiastica iurisdictione. — Abbas a fratribus eligendus, et a Matisconensi episcopo gratis consecrandus: — Qui si pretium requirat, ad Apostolicam Sedem deferendum. — Solitae clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, congregationi de monasterio S. Rigaldi de Ancisa (1), in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis ea pietate et benevolentia consulendum atque concedeu-

(1) Alias *de Avesia*.

dum est, ut propositum piae devotionis de fructu suae provectionis gaudeat, et meritum benignitatis acquirat, quod huic sine difficultate praesidia praestat. Igitur venerabilis frater Eustorgius, monasterii S. Austremonii de Alverno monachus, in silva quadam, quae dicitur Adursa (1) in episcopatu Matisconensi, heremum inhabitaverat, et desertum loci adusque monasterii et aliquantulae congregationis fructum adiutorio divinae miserationis, et pia collatione fidelium animarum, excoluerat; apostolatus nostri praesentiam adiens, intervenientibus fratris nostri Aganonis Augustodunensis episcopi precibus, suppliciter postulavit, ut idem monasterium in apostolica iura reciperemus, et privilegio apostolicae tuitionis muniremus, quatenus ille venerabilis locus, singulari patrocinio et defensione Matris omnium Ecclesiarum suffultus et roboratus, et felicior in omni bono crescat, et sincerior inter humana tentamenta consistat: cuius precibus sine contemptu pietatis et iustitiae effectum non potuimus denegare. Notum sit ergo omnibus fidelibus in perpetuum, quoniam eidem fratri et carissimo filio nostro Eustorgio, suisque fratribus, cunctisque eorum successoribus privilegium nostrae apostolicae tuitionis concessimus, statuentes, et expresse decernentes, ut ipsum monasterium S. Rigaldi de Ancisa (2), et omnia quaecumque iure habet, aut divina pietas..... in futurum sibi habenda concesserit, ita sub iure et apostolicae maiestatis protectione consistant, ut nullus imperator, rex, dux, marchio, episcopus, comes, seu abbas, vel aliqua persona saecularis aut ecclesiastica, magna vel parva, aut invadere, aut molestare, vel in aliquo inquietare et a statu suo, aliquid conditionaliter inde exigendo, turbare praesumat. Iis etiam addimus, ut nullus in eodem monasterio nisi per electionem fratrum iuxta regulam sancti Benedicti abbas constituatur, et episcopus Matisconensis, in cuius parochia est, si gratis et sine pretio hoc velit facere, electum a fratribus debeat consecrare, et suo regimini caetum sibi commendare; sin vero pretium exigat pro consecratione aut aliquo modo canonicam electionem fratrum tentet impedire, ad Apostolicam Sedem pro ordinando et consecrando abbate suo veniant. Si quis vero citra huius nostrae constitutionis et confirmationis paginam nefario ausu agere et venire tentaverit, nisi resipiscat, auctoritate apostolorum Petri et Pauli, ac nostra, excommunicandum, et ab omni consortio fidelium repellendum se esse pertimescat. Qui autem piae venerationis intuitu observaverit, et hic apostolicae benedictionis gratiam, et consolationem habeat, et aeternum remunerationis pretium Deo donante capiat. Datum Laterani XVI kal. apr. per manus Petri S. R. Ecclesiae presbyteri cardinalis. Anno X pontif. dom. Alexandri II papae, Dominicae inc. MLXXI, ind. IX.

Monasterii Avesiani fundator Eustorgius monachus.

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, remota quacumque laicali, vel ecclesiastica iurisdictione.

Abbas a fratribus eligendus, et a Matisconensi episcopo gratis consecrandus.

Qui si pretium requirat, ad Apostolicam Sedem deferendum.

Solitae clausulae.

Dat. die 17 martii anno Domini 1071, pontif. Alexandri anno X.

(1) Alias *Avesia*. (2) Alias *de Avesia*.

XXIII.

Monasterium S. Edmundi sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Quae cura Ecclesiarum Romanis Pontificibus inesse debeat. — Confirmatio bonorum ad huiusmodi monasterium pertinentium. — Quod perpetua exemptione ab omni molestia, infestatione et permutatione frui statuitur. — Privilegia quoque omnia regum, et eorum oblationes confirmantur. — Decretum libertatis et exemptionis. — Anathema contra violatores privilegii huius.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Balduino abbati monasterii S. Edmundi, quod Badrices-Hurde nuncupatur, in Anglia constituti, eiusque successoribus, in perpetuum.

(1) Ex Alford. Annal. Eccles. Angl. ad ann. 1071, n. XVIII.

Exordium.

Quamquam Sedes Apostolica, universalis mater, et omnium Ecclesiarum princeps, universas Ecclesias communi iure et dispositione contineat; pleraque tamen inveniuntur, quae in singulare patrocinium S. R. E. commendari, ac proprie eius iuri applicari ac summitti cupiunt: quatenus singulari providentia et caritate suae Matris amplexae, usquequaque liberiores et munitiores existant; et ad exercenda divinae servitutis obsequia, inde tranquillitatis et praesidii munitiones accipiant, unde magisterium sacrae Traditionis expectant. Si igitur in eadem Apostolica Sede praesidenti haec solicitudo et cura singularis incumbit, ut ex ipsa consideratione regiminis, omnibus tam in defensione et corroboratione diligentiam, quam in spiritali speculatione et doctrina vigilantiam, quantum Deo auxiliante praevalet, circumferre debeat; valde congruit, ut si quando ea, quae ad honorem et utilitatem Ecclesiarum Dei pertinent, ab eo postulantur, benevola donatione concedat; et ad sinum Matris, idest S. R. E. domicilium, propriae commendationis devotione fluentes, egregia benignitate affectuque custodiendi suscipiat. Nos itaque, dilectissime fili Balduine, in apostolatus administratione, non nostris meritis, sed divina locati gratia, aequitatem tuae postulationis, et commissae tibi congregationis; necnon charissimi filii nostri Willelmi regis benignae interpellationis vota attendentes; videlicet ut praedictum monasterium S. Edmundi, cui divina dispositione præesse dinosceris, in tutelam et defensionem S. R. E. susciperemus, eiusque statum et attinentia bona apostolici privilegii firmamento muniremus; cum omni benevolentia et charitate vobis concedendum esse pervidimus.

Quae cura Ecclesiarum Romanis Pontificibus inesse debeat.

Confirmatio bonorum ad huiusmodi monasterium pertinentium:

Quapropter in hac praesenti sanctionis nostrae pagina (salva quidem in omnibus huius Sedis reverentia) concedimus et confirmamus tibi tuisque successoribus praefatum monasterium cum omnibus, quae nunc sibi iure pertinent, aut in futurum, Deo annuente, ibi conferenda sunt, ut sine omni molestia et inquietudine illud in vestra gubernatione teneatis; statuentes, et apostolica authoritate corroborantes, ut idem monasterium in hoc statu et monastico ordine perpetua stabilitate permaneat; nec aliqua potestas saecularis aut ecclesiastica eumdem venerabilem locum ad episcopalem sedem mutare possit, aut debeat. Et quaecumque donationes rerum, aut libertatis, eidem monasterio regiis statutis et praeceptis traditae sunt, aut in posterum pro Dei nomine conferendae, ex nostra apostolica confirmatione ratae illibataeque permaneant: salva Primatis episcopi canonica reverentia. Igitur ad honorem Dei, et praedicti monasterii utilitatem cupientes hanc nostram constitutionem sempiterna stabilitate teneri, sancimus, et apostolica auctoritate firmamus, ut nullus rex, dux, comes, episcopus, abbas, seu aliqua persona saecularis, aut ecclesiastica, iam saepe fatum monasterium, vel fratres ibi Deo servientes inquietare praesumat; nec aliquid eorum, quae nunc iure habet, aut in futurum, Deo concedente, adquisierit, cuiuscumque modi sint, ab eo alienare, aut invadendo diripere, nec aliqua occasione vexare, aut sine licentia abbatis tenere audeat. Si quis autem temerario ausu haec nostra statuta contaminare praesumpserit, aut infringere, anathematis laqueo se innodatum, et iudicio superni Iudicis plectendum esse cognoscat. Qui vero piae devotionis intuitu huius nostrae sanctionis custos et observator extiterit, et bona sua ad amplificationem eiusdem monasterii contulerit, aut conferre studuerit, apostolicae benignitatis gratiam consequatur, et aeternae retributionis gloria repleatur. Bene valete. Datum Laterani VI kal. novemb. per manus Petri S. R. E. presbyteri cardinalis, et bibliothecarii, anno XI pontificatus domini Alexandri Papae: anno videlicet domi-

Quod perpetua exemptione omni molestia, infestatione et permutatione frui statuitur.

Privilegia quoque omnia regum, et eorum oblationes confirmantur.

Decretum libertatis et exemptionis.

Anathema contra violatores privilegii huius.

nicae incarnationis millesimo septuagesimo primo, indictione x.

Dat. die 27 octobris anno Domini 1071, pontif. Alexandri anno xi.

XXIV.

Concessio privilegiorum monasterii Floriacensis, bonorumque ad illud spectantium confirmatio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Papa pastor generalis. — Papa abbatem fratrem vocat. — Decretum confirmationis, ac libertatis bonorum ad Floriacense monasterium spectantium. — Abbas Floriac. ratione corporis S. Benedicti primus inter Galliae abbates. — Eiusdem omnimoda exemptio ab episcopali iurisdictione. — Abbas a monachis eligendus, et a quo placuerit episcopo benedicendus. — Episcopi nullam subiectionem a fratribus possint exigere, dum eos sacris initiant, vel sacerdotes ordinant. — Abbas Floriacensis tantum a provinciali concilio, vel Papa iudicari possit. — Floriacenses possunt recipere omnes monachos studio meliorandae vitae; et eiicere omnes discolos. — Confirmatio privilegii huius: — Atque anathema contra eius violatores. — Signum Alexandri PP.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Guillelmo venerabili abbati Floriacensis monasterii, ubi venerabile corpus beati Benedicti requiescit; eiusque successoribus regulariter intrantibus, in perpetuum.

Exordium. Si in Apostolica Sede praesidenti haec solicitudo et cura singularis incumbit, ut ex ipsa consideratione regiminis omnibus Ecclesiis et venerabilibus locis tam in temporali defensione et corroboratione diligentiam, quam in spirituali speculatione et doctrina, quantum Deo auxiliante praevalet, vigilantiam adhibere debeat; valde congruit, ut earum provectui et utilitatibus, quae sub tutela sanctae Romanae Ecclesiae specialiter constitutae sunt, tanto impensioris curae studium impertiatur, quanto et generalis providentiae corpus cum caeteris, et singularem apostolici privilegii lineam prae caeteris sortiuntur. Nos itaque in apostolatus administratione, non nostris meritis, sed divina locati gratia, petitionibus tuis, charissime fili et frater in Christo Guillelme, cum omni charitate et benevolentia consentientes, venerabili loco, cui praesse dignosceris, tibi quoque tuisque successoribus, nostrae apostolicae defensionis et confirmationis privilegia, praedecessorum nostrorum statuta servantes, impendimus; statuentes, et apostolica authoritate corroborantes, ut ipsum monasterium et possessiones eius, res tam mobiles quam immobiles, seu cuiuscumque modi bona sint, quae nunc ibidem iuste sunt collata, vel in posterum Deo annuente a fidelibus conferenda, sine omni inquietudine sub tua tuorumque successorum gubernatione firma et inconvulsa permaneant, ut nulla potestas saecularis, ecclesiastica, seu aliqua persona magna vel parva, idem monasterium vel eius pertinentia invadere, vel comminuere, aut in quocumque molestare audeat; nec subiectas illi personas sine voluntate abbatis distringere; vel quidquid fiscus exigit, aliquo modo praeripere praesumat. Addimus etiam, ut quia venerabilis Pater Benedictus, monachorum legislator, ex divina gratia dux est monasticae religionis, sit etiam, qui eidem monasterio praefuerit, primus inter abbates Galliae. Nec aliquis de ordine sacerdotali, archiepiscopus scilicet, aut episcopus, aut inferioris ordinis, eum inquietare, nec contra voluntatem ipsius ad idem monasterium venire, aut aliquam ordinationem facere, vel missas celebrare praesumat. Ut omni tempore quieti et saecuri absque omni molestia vel controversia monachi in eodem monasterio Deo servire possint. Abbas vero, qui ordinandus ibi est, cum electione fratrum propter vitae meritum, et honestatem morum, et non propter turpia lucra, seu pro pecunia eligatur; et absque ulla calumnia a quocumque episcopo, prout sibi placuerit, benedicatur.

Papa pastor generalis.

Papa abbatem fratrem vocat.

Decretum confirmationis ac libertatis bonorum ad Floriac. monasterium spectantium.

Abbas Floriac. ratione corporis S. Benedicti primus inter Galliae abbates.

Eiusdem omnimoda exemptio ab episcopali iurisdictione.

Abbas a monachis eligendus, et a quo placuerit episcopo benedicendus.

(1) In inventario rescriptorum authenticorum edidit Ioannes a Bosco Biblioth. Floriac. pag. 142.

Episcopi nullam subiectionem a fratribus possint exigere, dum eos sacris initiant, vel sacerdotes ordinant.

De sacerdotibus vero aut diaconibus ordinandis id observetur, quod in regula praecipitur: ne saltem aliquis episcopus subiectionem ab eis requirat, quos ordinaverit: nec unquam officio dignos ordinare differat.

Abbas Floriacensis tantum a provinciali concilio, vel Papa iudicari possit.

Denique, si contigerit, ut abbas accusetur criminalibus causis, non unius episcopi iudicio determinetur sententia, sed provincialis concilii expectetur censura; aut si forte maluerit appellare Sedem Apostolicam, res ad Romani Pontificis deferatur audientiam. Et quotiescumque necessitas urgebit eum venire Romam, ei in omnibus liceat. Sed et solvendi et ligandi eam potestatem habeas, quam antecessores tui per romana privilegia probantur habuisse. Quod si peccatis habitatorum terrae exigentibus, excommunicationis anathema ad eos pervenerit, id privilegium eidem monasterio indulsimus, ut fratres eiusdem congregationis, exclusis aliis omnibus, ipsi absoluti divinum officium peragant. Visum quoque nobis est, ut hanc licentiam eidem tribuamus: ut fratres, qui in quibusdam coenobiis degunt, quod vivere regulariter nequeant, si voluerint studio meliorandae vitae ad ipsum ducem monachorum confugere, permittatur eis in eodem coenobio tamdiu degere, si contenti fuerint monastica consuetudine, quousque in suis monasteriis videatur ordo redire. Permittimus etiam, ut si alicuius de ipsis fratribus onerosa conversatio fuerit, ipse potius cum suo detrimento discedat, quam alios inquinet.

Floriacenses possunt recipere omnes monachos studio meliorandae vitae, et eicere omnes improbos

Confirmatio privilegii huius:

Haec igitur omnia, quae huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam eidem abbati, quam cunctis in eo, in quo est, ordine locoque successuris, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, atque quarumlibet personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit: vel de ecclesia Sanctae Mariae cum omnibus appendiciis, pertinentibus ad ipsam Ecclesiam, quae est in castro Sancti Bricii, quam Robertus dominus ipsius castri ipsi monasterio contulit, aliquid abstulerit; potestatis honorisque sui dignitate careat; reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat. Et nisi illa, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, et digna satisfactione acta emendaverit, sub anathematis interdictione sit; atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis recipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniat.

Atque anathema contra eius violatores.

Signum Alexandri PP.

Datum Lucae VII idus novembris per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, anno XI pontif. domni Alexandri Papae, indictione decima.

Dat. die 7 novembris anno Domini 1071, pontif. Alexandri anno XI.

XXV.

Monasterium S. Prosperi (deinde S. Petri) Regiensis, ordinis Cassinensis, in protectionem Sedis Apostolicae recipitur, eius bona confirmantur, novaque eidem conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Abbatis monasterii S. Prosperi electionem secundum S. Benedicti regulam faciendam constituit. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur. — Bona eiusdem enumerantur et confirmantur. — A quacumque iurisdictione ecclesiastica vel saeculari libe-

(1) Margarin. Bollar. Casin. par. II.

rum declaratur. — Irritum, quidquid contra hoc privilegium actum fuerit, decernitur. — De electione abbatis absque venalitate, et favore facienda. — Excommunicatio adversus violatores huius privilegii.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectissimo et reverendissimo filio Giselberto abbati venerabilis coenobii Sancti Prosperi confessoris Christi, ubi sacratissimi eius cineres, conditi, et ossa reservantur, subter civitatem Regium constituti; et per eum cunctis successoribus ipsius inibi regulariter promovendis, in perpetuum.

Proemium.

Quemadmodum regi, defendi, et gubernari ab illo, a quo sumus, optamus, ita per universum orbem christiauum, iuxta quod nobis commissum esse constat, a singulis provisoribus Ecclesiarum Dei, prout cuicumque eorum expedit, sperare non dubitamus. Ideoque huic operi tanto vigilantius insistere debemus, quanto, permittente Deo, malefactorum saevitiam hoc tempore adversus ovium domini pastores, nullo resistente, efferatam attendimus. Quapropter iusta et salubri suggestione tua, carissime frater Giselberte abbas, ad utilitatem tuam successorumque tuorum commoti et commoniti, per huius nostrae apostolicae constitutionis paginam confirmamus et corroboramus venerabili cœnobio Sancti Prosperi Regiensis episcopi, ut electio et ordinatio abbatis ipsius monasterii fiat omnino secundum regulam S. Benedicti (1). Et quia a sanctae recordationis domino videlicet Stephano Papa sanctissimo privilegium, et a beatissimae memoriae Conrado, et Enrico eius filio, imperatoribus, ac nonnullis aliis regibus praecepta, et a venerabili Sigefredo, et Adelberto praedictae sanctae Regiensis Ecclesiae episcopis decreta, non solum de ipsa abbatum electione, verum et de omnibus rebus, ipsi monasterio iuste acquisitis vel acquirendis, constant; secundum tenorem illorum, et quod maius est, secundum veritatis et iustitiae rationem, per huius nostrae auctoritatis privilegium nominatim concedimus, atque decernimus ipsi venerabili coenobio Sancti Prosperi, quod in tutela beati Petri et nostra successorumque nostrorum perpetuo suscipimus: fundum ipsius ecclesiae Sancti Prosperi sub urbe Regii sitae, cum coemeterio ipsius et novem iugeribus terrae, cum cappella Sancti Nazarii, quam a praeposito ecclesiae eiusdem Sancti Prosperi, intra castrum eiusdem civitatis sitam, per commutationem iuste factam, abbas, qui tunc temporis erat, accepit: nec non et omnem illam terram de Corticella, vel in circuitu ipsius monasterii, quae ab episcopis vel canonicis eiusdem loci, vel a quibuscumque fidelibus iam dicto monasterio data est: insuper duodecim mansos in Fossula, quatuor in Palude, quatuor in Campagnola, tres in Quingente, unum in Curtenova, unum in Gurgo, unum in Fossudunde, quinque in Bagnolo, et cappella Sanctae Mustiolae cum suis pertinentiis, unum mansum in Crustulo Veteri, unum in Vico de Sebregato, unum in Magno Casale, et cappella Sancti Silvestri, cum dominicatu de eadem villa Magno Casale: tres mansos in Regio, et dominicatum Regii, Braidam Regis, et omnem terram praedicti monasterii circa eamdem civitatem sitam: tres mansos in Rodano, tres in Marmirolo, unum in Miano, unum in Bubiano, unum in Piano, unum in Mulazzano, unum in Planzo, unum in Castro Oleriani: et curtem de Nassetto cum Lama Fraularia, et a campo, et rivum de Nasseto, quae a Carolo rege piissimo per praeceptum iuxta fines ibi designatos Regiensi Ecclesiae data esse dignoscitur; et terram, quam dedit Rolandus filius Eriberti: in Mutilena quatuor mansos cum cappella, et quadam parte castri: in Albinea quatuor mansos, et cappellam Sanctae Mariae in Pisignano cum oliveto sibi adiacente: in Vergnano duos mansos, et octo mansos, quos dedit Ardicio filius Attonis, filii Gandulfi; et cappellam Sancti Damiani in Medula quam dedit Ubertus; vineam cum septem mansibus; cappellam Sancti Petri

Abbatis monasterii S. Prosperi electionem secundum Sancti Bene dicti regulam faciendam constituit.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

Bona eiusdem enumerantur et confirmantur.

(1) Vide superius.

in Convanello cum omnibus eis pertinentiis: in Spetiano unum mansum: in Sancto Floriano unum: unum in Monte Barazonis: et quamdam partem in cappella Sancti Martini in Revere, et quatuor partes, in praedicta Revere, duas in ecclesia Sanctae Mariae, unam in Sancto Florentino, unam in Sancto Laurentio; duos mansos in Pulianello: et quicquid intra Italicum regnum iuste possidet, vel si non possidet, iuste possidere debet. Itaque tam ea, quae praediximus, quam quae devotione quorumque fidelium iuste acquisitura deinceps fuerint, in perpetuum sine alicuius inquietudine, ut praefatum monasterium sub tutela beati Petri perpetualiter suscipimus, possidere apostolica auctoritate sancimus. Illud etiam ob reverentiam tanti confessoris, praecipuique Domini, praesenti auctoritate tibi, dilectissime fili Giselberte abbas, tuisque successoribus, et quibus tu, vel quem supradicti monasterii fratres iusserint, in sacerdotali officio positis, apostolico privilegio concedimus, ex charitate, quae Deus est, in virtute Sancti Spiritus, auctoritate beati Petri coelorum clavigeri confirmamus, ut populis per saecula undequaque sanctissimi confessoris suffragia expetendo concurrentibus: sive ipsius terrae incolis ad eamdem Ecclesiam convenientibus: ad honorem Dei et beatissimi Prosperi confessoris devote super ipsius sacris reliquiis solemnes et publicas missas celebrare, et pane Verbi Dei eos congrue reficere; atque saepius praenominati domini et magni patroni, videlicet beatissimi Prosperi, meritis, et nostra praesenti auctoritate roborati, eorum devotas confessiones suscipientes, vestrorum ipsarum, aliorumque orationum, sermonum quoque, vigiliarum, ieiuniorum etiam, et eleemosynarum illis subministrantes praesidium, delictorum eorum expiandorum conferatis solatium. Praecipimus quoque, ne quis eiusdem civitatis episcopus, sed nec quidem aliquis primas, vel metropolitanus, aut quaelibet parva magnaque ecclesiastica, saecularisve persona quidquam earum, quae supra taxavimus, pervertere audeat; sed nec aliquam potestatem exercere contra eumdem vestrum coenobium, neque quavis occasione inibi missas celebrare, aut ordinationem aliquam quamvis parvissimam, sine voluntate abbatis et fratrum, agere; aut excommunicationem contra eos ferre, vel aliquod officium aut sepulturam mortuorum concedere audeat, qui non vult aeternaliter damnari, et perpetuo anathemate feriri. Quod si aliquo umquam tempore apparuerit aliquis, qui contra haec ire velit, auctoritate beati Petri, ut praediximus, irritum habeatur, quod praesumpserit appetere; neque a te, vel a tuis successoribus obediatur. Porro, super electione seu ordinatione abbatis, in quod maxime salus coenobitarum competit, hoc in fine repetimus, ut tanto tenacius haereat praesentium et futurorum mentibus, quanto pro sui speciali vel singulari utilitate inculcatur crebrius. Si quis ergo quocumque ingenio per aliquam venalitatem vel humanam gratiam, defuncto abbate, successorem ei subrogare praesumpserit; aut aliter, quam a beatissimo Patre nostro Benedicto constitutum est, in electione vel ordinatione abbatis egerit, electio illa vel ordinatio auctoritate sanctae Romanae et Apostolicae Sedis omnimodo habeatur irrita; et auctores eius vel mediatores, nisi resipuerint, perpetuo damnati sint anathemate maranata. Hinc huius privilegii transgressor, quicumque temere tentare praesumpserit, districto anathemate se condemnatum noverit, nisi forte resipiscens, digne satisfecerit. Qui vero devotus conservator extiterit, divinis repleatur benedictionibus, et principis apostolorum auctoritate ab omnibus delictorum suorum absolvatur nexibus. Amen.

A quacumque iurisdictione ecclesiastica, vel saeculari liberum declaratur.

Irritum, quidquid contra hoc privilegium actum fuerit, decernitur.

De electione abbatis absque venalitate, et favore facienda.

Excommunicatio adversus violatores huius privilegii.

Datum Lucae quarto idus martii per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae presb. cardin. et bibliothecarii; anno XI pontificatus domini Alexandri II papae;

dominicae vero incarnationis MLXXII, indictione X.

Dat. die 12 martii anno Domini 1072, pontif. Alexandri anno XI.

XXVI.

De monachis ex Cantuariensi Ecclesia non expellendis (1). (Simile omnino decretum leg. superius inter Leonis IX const.)

SUMMARIUM

Causa decreti. — Gregorii PP. ad Augustinum epistolae fragmentum. — Et aliud ex epistola Bonifacii PP. ad Angliae regem et ad Laurentium archiepiscopum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri in Christo Lanfranco, venerabili Cantuariorum archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Causa decreti.

Accepimus a quibusdam, venientibus de vestris partibus ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quod quidam clerici, associato sibi terrenae potestatis, laicorum videlicet auxilio, diabolico spiritu repleti, moliuntur de ecclesia Sancti Salvatoris in Dorobernia, quae est metropolis totius Britanniae, monachos expellere, et clericos inibi statuere. Cui nefario operi molitionis suae hoc adiicere conantur, ut in omni sede episcopali ordo monachorum extirpetur; quasi in eis non vigeat authoritas religionis. Qua de re zelo Dei compulsi scrutinium de privilegiis Ecclesiarum fieri praecepimus, et venit ad manum statutum praedecessoris nostri, beatae memoriae Gregorii Maioris, de Ecclesiis Angliae; quomodo scilicet praecepit Augustino gentis vestrae apostolo: « Ut eiusdem Ordinis viros, cu» ius et ipse noscitur esse, poneret in » praefata sede metropolitana. Cuius » praeceptionis inter alia haec subnexa » sunt. Quia tua, inquit, fraternitas, mo» nasterii regulis erudita, in Ecclesia » Anglorum, quae nuper auctore Deo ad » fidem perducta est, hanc debet con» versationem instituere, quae initio na» scentis Ecclesiae fuit Patribus nostris, » in quibus nullus eorum ex iis, quae » possidebat, aliquid suum esse dicebat; » sed erant illis omnia communia, quam » communionis regulam ordini mona» chorum permaxime congruere, nemo » qui dubitat. » Hinc habetur epistola Bonifacii, qui quartus a beato Gregorio Eclesiae Romanae, cui authore Deo praesidemus, praefuit; quam Athelberto regi Anglorum, et Laurentio archiepiscopo praedecessori vestro misit; in qua quibusdam praemissis, huiusmodi censura anathematis usus est:

Gregorii PP. ad Augustinum epistolae fragmentum.

« Gloriose, inquit, fili, quod ab Apo» stolica Sede per coepiscopum nostrum » Mellitum postulastis, libenti animo con» cedimus; id est, ut vestra benignitas in » monasterio in Dorobernensi civitate » constituto, quod sanctus doctor noster » Augustinus, beatae memoriae Gregorii » discipulus, S. Salvatoris nomini con» secravit (cui ad praesens præesse dino» scitur dilectissimus frater noster Lau» rentius), licenter per omnia monacho» rum regulariter viventium habitatio» nem statuat; apostolica auctoritate de» cernentes, ut ipse vestrae salutis prae» dicatores monachi, monachorum gre» gem sibi associent; et eorum vitam » sanctitatum moribus exornent. Quae » nostra decreta si quis successorum no» strorum, regum, sive episcoporum, » clericorum, sive laicorum, irrita facere » tentaverit, a principe apostolorum Pe» tro, et a cunctis successoribus suis » anathematis vinculo subiaceat, quoad» usque, quod temerario ausu peregit, » Deo placita satisfactione poeniteat, et » huius inquietudinis vestrae emenda» tionem promittat ». Unde quia ratione, dictante, quieti Ecclesiarum utile esse perpeximus, praesens decretum supranominatorum Patrum confirmamus, et vice apostolorum sub eodem anathemate eos constringimus, quicumque huic obviare contenderint.

Et aliud ex epistola Bonifacii PP. ad Angliae regem et ad Laurentium archiepiscopum.

(1) Ex Alford. loc. cit. ad annum 1072, n. XIX.

XXVII.

Ecclesia, ab Altmanno Pataviensi episcopo ad regularem canonicorum vitam in territorio Pataviensi constructa, confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio bonorum huic Ecclesiae datorum. — Omnia haec ad communem tantummodo usum deservire decernit. — Decretum pro immunitate Ecclesiae eiusdem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri in Christo Altmanno Pataviensi episcopo, et per eum Ecclesiae, quam in territorio eiusdem civitatis in portu Reni fluminis construxit, et in honore Sanctae Trinitatis, et Passionis Domini nostri Iesu Christi, sanctorum Andreae apostoli, Pantaleonis martyris, et sancti Nicolai confessoris consecravit, in perpetuum.

Exordium.

Convenit apostolico moderamini religiosis desideriis et petitionibus ea benignitate, et pietatis studio condescendere, effectumque praebere; ut, dum spiritualis auctoritas officii sui debitum peragit, dum pia fidelium statuta roborandum venerabilibus locis praesidium defensionis impendit, hinc effectus supernae retributionis lucretur initium, quod in parando beneficio non minor fuit caritas, quam potestas; hoc enim et bonorum studiis spe proficiendi augumentum tribuit, et opus proprium fructu profectionis Deo acceptabile reddit. Itaque, dilecte frater, carissima sancti Petri filia imperatrice Agnete semper Augusta indicante nobis, te in suburbio civitatis tuae iuxta portum praedicti fluminis Reni, ad communem et regularem canonicorum vitam ecclesiam construxisse; et ut eam iuxta propositum tuae devotionis et constitutionis apostolicis privilegiis firmaremus, tum ipsa partes tuas referente, tum ipso pro te sanctissimo desiderio postulante, tanto propitius utriusque voluntati annuendum esse iudicavimus, quanto et tua vota iusta esse certius intelligimus, et illius desideria divino accensa spiritu ubique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi, et praefatae Ecclesiae huius nostri apostolici decreti privilegium, sancimus et apostolica auctoritate statuimus, ut clerici, qui vel nunc in eadem Ecclesia sunt ordinati, sub communi semper vita, et claustrale conversatione consistant; ad quorum communem usum confirmamus, et incommutabiliter tenenda decernimus, determinate quidem, et ea quae praenominata imperatrix Augusta pro remedio animae suae donavit.

Confirmatio bonorum huic Ecclesiae datorum.

Enumerat possessiones tum ab imperatrice, tum ab episcopo huic Ecclesiae donatas.

Haec, inquam, omnia, et quaecumque etiam innominata bona eidem Ecclesiae vel nunc iuste collata sunt, vel in posterum Deo disponente conferenda, eo tenore et auctoritate ad communem usum fratrum ibidem Deo famulantium decernimus et corroboramus; ut communem et regularem vitam ducentes, nihil de bonis Ecclesiae praeposito et singulari usui vendicent. Ut haec igitur nostra decreta adiuvante Domino undique firma illibataque permaneant, apostolica authoritate constituimus, ut nullus rex, imperator, dux, comes, episcopus, vel archiepiscopus, seu aliqua persona saecularis aut ecclesiastica, praefatam Ecclesiam ab eo statu et ordine, quem superius confirmavimus, divellere, aut aliqua perturbatione impedire praesumat, vel quicquam de rebus et bonis Ecclesiae invadere aut diminuere, vel ab usu fructuum subtrahere audeat. Siquis autem contra huius nostrae sanctionis decreta temerario ausu venire tentaverit, usque ad dignam satisfactionem anathematis laqueo se irretitum noverit. Qui vero haec eadem fideli devotione observare curaverit, divinae remunerationis gratiam, et apostolicae benedictionis hic et in futuro consequatur abundantiam. Datum Romae v non. martii per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae presbyt. cardinalis ac

Omnia haec ad communem tantummodo usum deservire decernit.

Decretum pro immunitate Ecclesiae eiusdem.

(1) Ex tom. II Metropol. Salisburg.

bibliothecarii, anno XII pontificatus domini Alexandri II Papae, indictione XI.

Dat. die 3 martii anno Domini 1073, pontif. Alexandri anno XII.

XXVIII.

Confirmatio bonorum, ac privilegiorum concessio Eremo Campi Amabilis congregationis monachorum eremitarum Camaldulensium.

SUMMARIUM

Proœmium. — Decessorum Pontificum de Ecclesiarum bono solicitudo. — Eremus sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur. — Enunciatio locorum eremi. — Iussio, quod a nemine perturbentur monachi; — Et in celsitudine contemplationis perseverent. — Licentia recipiendi ordines a viciniori episc. si ordinarius sit canonice impeditus. — Excommunicatio in violatores huius indulti. — Gratia illud observantibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rustico priori, et cunctae eius congregationi, de loco, qui dicitur Campus Amabilis, in perpetuum.

Proœmium. Nulli fidelium venit in dubium, quin Sedes Apostolica, eo quod princeps existat omnium Ecclesiarum, omnibus hoc iure, et debita solicitudine, Ecclesiis praesse debeat, ut non solum eas catholicae religionis unitate concludat, sed generaliter ab his, quae extrinsecus promoventur, sua auctoritate salvet et muniat. Inter quas tamen complures inveniuntur, quae speciali et propria commendatione in tutelam eiusdem Sedis Apostolicae se contulere, et speciali caritate et studio suae Matris amplexae, securiores et liberiores ab omni infestatione consisterent. Quas ut dignum erat, ita in suo sinu Romana suscepit Ecclesia, tantaque protexit undique diligentia, ut omnibus ornamenta, presidia, nonnullis quoque et gratiam consecret (1) amplificationis. Cuius rei nobis plurima exempla sanctissimi viri praedecessores nostri reliquere, qui ante nos in ea, quam diximus, Apostolica Sede fulgentes, pro honore Ecclesiarum Dei, et earum exaltatione magis, quam pro vita aut salute sua, soliciti fuere. Novimus monasteria plurima, et caetera ecclesiastica bona, quae a religiosis viris ad patrocinium et defensionem Apostolicae Sedis sunt delata, cum summa caritate ab illis suscepta, et privilegio apostolicae defensionis quasi muro munita firmissimo. In qua re quam sancte fecerint, et illorum nobis ostendit gloria, et ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam cum oratoria in pace et tranquillitate consistunt, ecclesiastica beneficia pauperes Christi nutriunt, laus Deo condigna depromitur, et remedia peccatorum tam vivis quam defunctis pie impenduntur.

Decessorum Pontificum de Ecclesiarum bono solicitudo.

(1) Conferret.

Eremus sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur.

§ 1. Unde nos in eadem Apostolica Sede, non nostris meritis, sed divina locati gratia, oratorium Sancti Salvatoris in Campo Amabili constructum, et omnes cellas ipsi adhaerentes et circumcirca adiacentes, et omnia ad ipsum pertinentia, communi rogatione fratrum, in tutelam apostolicae auctoritatis, et nostram successorumque nostrorum suscipimus defensionem: salva quidem suae Matricis Ecclesiae debita et canonica reverentia; volentes, ut tam pia fidelium animarum devotio, quibus idem oratorium fuit incaeptum, et adhuc usque productum, Deo crescat, et illis eorumque posteris et successoribus, ad salutem corporis et animae proficiat. Sic denique ipsum oratorium et praedictum locum, cum omnibus cellulis et hospitiis suis, seu universis rebus ad eum pertinentibus, in nostram defensionem suscipimus, ut tam illa, quae modo habere et tenere videtur, quam quae in antea Deo largiente iuste acquirere poterit, ubicumque posita fuerint, sub Apostolicae Sedis custodia et tuitione consistant.

Enunciatio locorum eremi.

§ 2. Primo itaque loco ponimus eremum et oratorium situm in loco, qui dicitur Campus Amabilis. Secundo, hospitium eius, quod dicitur Fons Bonus. Tertio coenobium, quod est constructum in loco, qui dicitur Cerreto, qui est infra comita-

tum Vulterensem. Quarto, in loco, qui dicitur Agna. Quinto, in loco, qui dicitur Monte et Soci. Sexto, in loco, qui dicitur Arcina. Septimo, in loco, qui dicitur Challiano et Punina. Octavo, in loco, qui dicitur in Chio, et ecclesia S. Savini. Nono, in loco, qui digitur Fogiano.

Iussio, quod a nemine perturbentur monachi;

§ 3. Sancimus igitur hoc nostro privilegio, ut neque rex, imperator, dux, comes, aut pontifex, aut aliqua persona, idem oratorium aut fratres ibi Deo servientes, eiusque territoria, aut aliqua sibi iuste modo, aut antea pertinentia, invadere aut molestare, vel aliquo modo inquietare praesumat. Libertatem vel licentiam ecclesiastici iuris, quam hucusque habere visi sunt, seu quam iuste in antea habere poterunt, in hac eadem serie confirmamus, et perpetuam fore statuimus. Ne quis etiam malas consuetudines superinducat, quibus idem oratorium a sua religione turbetur, apostolica auctoritate prohibemus.

Et in celsitudine contemplationis perseverent.

§ 4. Ita tamen volumus et constituimus, ut iam dictum oratorium cum cellis suis omni tempore, eo modo atque tenore, quo prius inchoatum est, et ad nostra usque tempora productum, maneat in suo vigore atque habilitate; scilicet ut semper eremitico tramite contemplativae vitae celsitudine perseveret. Nec liceat cuiquam umquam, aut abbatem ibi ponere, aut coenobium facere, sed semper solitariae vitae locus ipse sit deditus, et firmitate continua dedicatus.

Licentia recipiendi ordines a viciniori episcopo, si ordinarius sit canonice impeditus.

§ 5. Hoc quoque, vestra caritate rogante, et huic Apostolicae Sedis privilegio annectimus, ut si quando opportunum fuerit, aliquem ex vestra congregatione in ecclesiasticos gradus ordinari, et episcopus, ad cuius parochiam iam pertinet praedictum oratorium S. Salvatoris, seu aliqua ex ecclesiis vel cellulis vestris in antea pertinebit, simoniaca haeresi fuerit depravatus, ut rite et canonice episcopale non possit implere officium; tunc libera facultas et licentia pateat vobis, adire catholicum et bene viventem episcopum, ubicumque in vestra vel proxima provincia inveniri potuerit, ut ab ipso ecclesiasticis gradibus et officiis ordinari ex vestra congregatione dignus esse possit. Sacris enim canonibus, et bonis congruit moribus, ut sicuti qui ordinandi sunt, bonae vitae rectaeque scientiae existere debent, sic iuxta Apostoli sententiam illi, qui manus ordinandis imponunt, irreprehensibiles, et absque crimine inveniantur.

Excommunicatio in violatores huius indulti.

§ 6. Si quis autem temerario ausu, quod fieri non credimus, contra huius nostrae apostolicae auctoritatis confirmationis seriem agere tentaverit, sciat se esse excommunicatum a beato Petro apostolorum principe, et nostra apostolica auctoritate.

Gratia illud observantibus.

§ 7. Qui vero custos et observator huius nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam, et vitam aeternam a Domino consequi mereatur.

Dat. Lucae IV kalend. novembris per manus Petri S. R. E. presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno duodecimo pontificatus ipsius domini Alexandri Papae II.

Dat. die 29 octobris anno Domini 1073, pontif. Alexandri anno XII.

XXIX.

Privilegium Ecclesiae Petri Damiani (1). (Aliud privilegium Eremo Petri Damiani concess. Leo PP. IX, const. Convenit *etc., dat. anno 1050).*

SUMMARIUM

Ecclesia haec, sive potius oratorium, sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur. — Anathema contra quid in illud attentantes.

Alexander episcopus servus servorum Dei, omnibus Eugubinis, clero et populo, fidelibus videlicet Sancti Petri, salutem et apostolicam benedictionem.

Ecclesia haec, sive potius oratorium, sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur.

Non ignorat sancta vestra devotio, dilectissimi fratres et filii, quia Ecclesiam carissimi fratris et coepiscopi nostri Petri

(1) Inter Damiani opera initio tomi III.

Damiani, in beati Lucae evangelistae nomine consecratam, nos in beati Petri apostolorum principis nostraque tutela ac defensione suscepimus, salva reverentia, et utilitate sanctae Romanae Ecclesiae; eamque, ut ad orationis et sacrificii gratiam vigeat, ac illibata permaneat, ex Apostolicae Sedis auctoritate firmamus. Quapropter quicumque praedictum oratorium qualibet machinatione vel studio destruere, vel hostiliter impugnare tentaverit, ab omnipotenti Deo ac beato Petro apostolo excommunicandum se esse non ambigat; et usque ad satisfactionem congruam excludendum se a liminibus sanctae Ecclesiae, prout dignum est, perhorrescat; sicut dicit Apostolus: Si quis templum Dei violaverit, disperdat et illum Deus (*a*). Qui praefatum locum sanctum pro Christi amore coluerit, et intemeratum atque incolumem servare studuerit, ipse quoque per intercessionem beati Petri templum Christi fiat, et benedictionem sui Redemptoris haereditate possideat.

An thema contra quos n illud attentantes.

XXX.

Confirmatio erectionis Ecclesiae in Wisegrad, quae totius Bohemiae caput et metropolis declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Historia fundationis Ecclesiae in Wisegrad. — Haec Ecclesia totius Bohemiae caput et metropolis constituitur. — Dos Ecclesiae. — Annuus census Apostolicae Sedi persolvendus. — Usus mitrae et sandaliorum pro sacerdotibus altari S. Petri ibidem ministrantibus. — Sacramenta ibidem episcopus conferre si negaverit, a quolibuerit petantur episcopo. — Confirmatio praecepti huius.

Alexander servus servorum Dei, urbis Romae Episcopis et Papis suis successoribus, nec non catholicis episcopis, sanctaeque Romanae Ecclesiae subiectis cunctis, utriusque vitae prosperitatem et apostolicam benedictionem a summo Deo cum omnibus Sanctis.

(*a*) I, Corinth. 3. (1) Ex Cosmae Pragensis Chronico inter Rer. Bohem. Script. ed. Marquardo Freherio.

Ea, quae Dominus Deus suam per clementiam ad augmentum Apostolicae Sedis condonare dignatus est, ad agnitionem omnigenarum linguarum, hoc sub chirographo propagari volumus. Primum quidem misericordiam Dei super nos diffusam liquide annunciamus. Bohemorum dux Wratislaus vir christianus, fidei integerrimus amator, rebus in bellicis magnificus triumphator, quod serenissime ubique terrarum claruit, limina apostolorum Petri et Pauli honestos per nuncios quotidie visitans, nos caeterosque in Dei servitio devotissimos omni beneficio non minime praeterieus, piae mentis devotione innotuit: *Multa ante tempora votum Deo vovi, quod adhuc nequaquam implevi. Ecclesiam in honore Salvatoris nostri, cuius ubique protectione munitus, vestrae pietatis auxilio aedificare cupio.* Dictis talibus auditis, pontificalis apex ut adcresceret, sanctorum Patrum numero septuaginta duorum communi consilio penitus collaudavimus. Igitur ad haec perficienda Ioannem episcopum Tusculanensem fundamentum dare misimus, cuius in praesentia ipse praefatus dux cophinos terra onustos duodecim propriis humeris portasse videbatur. Locus ergo, in quo est erecta, Wisegrada cognominatur, quod sonat liberaliter altior civitatibus. Quam sacrosanctam Ecclesiam totius provinciae caput dici, venerari sanximus; praediis, mancipiis, auro, argento, caeterisque ornamentis decenter ditatam comperimus. Episcopi eius sub dominio suis de decimis trecentos homines ad eamdem Ecclesiam segregaverunt; praesul Pragensis ducentos, Olomucensis centum, fratrum suorum Conradi et Ottonis consensu. Hoc itidem asylum tutamini beati Petri principis apostolorum, cunctisque in eius sede sessuris firmiter commendavit. Marcas XII de eadem Ecclesia ad pedes universalis Papae, quicumque erit, omni anno offerendas sub Christi testimonio destinavit. Huius vero conditionis gratia cunctis celsior in eadem regione ut videretur Ecclesiis, qualicumque

Exordium.

Historia fundationis Ecclesiae in Wisegrad.

Haec Ecclesia totius Bohemiae caput et metropolis constituitur.

Dos Ecclesiae.

Annuus census Apostol. Sedi persolvendus.

Usus mitrae et sandaliorum pro sacerdotibus altari S. Petri ibidem ministrantibus.

apparamento septem cardinales altari S. Petri ministrare student, mitra, sandaliis; simili modo ipsius Ecclesiae praepositum, presbyterum, diaconum, subdiaconum incedere, praecipimus. Laudes, quas sub diademate statutis diebus proclamare solemus, solummodo in ista Ecclesia adstante duce summa diligentia Christum collaudare permittimus. Chrisma baptizandi, consecrationem clericorum, episcopus loci illius invidia diaboli attactus, obnegare si praesumpserit, nostri decreti iudicio apud quemlibet episcopum inveniat, et accipiat. Nemine autem praepediente, omnem iniuriam in romana synodo libere proclamet. Scripta istarum literarum sigillo impresso, supra venerandum corpus beati Petri apostoli posuimus; maxime ea pro causa, ut siquis Dei inimicus, mandatorumque eius contemptor, hoc divellere voluerit, sciat se ab omnipotenti Deo in perpetuum condemnatum, ac cum coetibus sanctorum nil commune fore; sed cum diabolo inextinguibili gehennae incendio aeternaliter concremari. Data haec in manus Petri praepositi Sancti Georgii in palatio Lateranensi, sub Henrico rege filio Henrici gloriosissimi imperatoris; VII idus maii (1).

Sacramenta ibidem episcopus conferre si negaverit, a quolibuerit petantur piscopo.

Confirmatio praeceptihuius.

XXXI.

Bulla contra simoniam in Lucensem Ecclesiam invectam in collationibus beneficiorum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Alexander II antea Lucensis episcopus. — Simoniaca labes prave in Lucensem clerum invecta. — Simoniaci a Chalcedonensi concilio damnati. — Quae Deo offeruntur, sacra fiunt. — Eodem modo qui sacrum ordinem, ac qui sacram Ecclesiae rem vendunt, vel emunt. — Divisio reddituum ecclesiasticorum in quatuor partes facienda. — Simonia damnata in Veteri Testamento. — Simoniaci a sancta Ecclesia longe proiiciendi. — Qui columbarum venditores; — Qui nummularii intelligantur. — Exemplum Ananiae et Saphirae. — Contra eos, qui in suum, vel consanguineorum usum vertunt Ecclesiae res. — Simonia omnium peccatorum origo. — Decretum, ne quis episcopus pretio conferat beneficia; — Sed gratis ordinet. — Et non ditiores, sed probatiores moribus eligat ad ministrandum Ecclesiae. — Sed gratis dandum, gratisque accipiendum. — Nihil dandum fabricae, aut donariis Ecclesiarum, nec quod pauperibus sit tribuendum, pro acceptione beneficii — Privatio beneficii et gradus, — Atque anathema contra inobservantes. — Subscriptio Alexandri PP.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Lucensis Ecclesiae clero et populo, in perpetuum.

Exordium.

Cum divina Providentia idcirco nos in Sede Apostolica constituere voluerit, ut omnium Ecclesiarum generalem curam gerere debeamus; tum maxime illi Ecclesiae studium nostrae devotionis solicitum est exhibendum, in qua ante susceptum universalis regiminis opus, ecclesiastici officii necessitate laboravimus, et cui privata quodammodo dilectione prius deservire studuimus. Circa Lucensem itaque Ecclesiam tanto specialius nostrae devotionis studium desideramus impendere, quantò et illi privata eius et publica omnium cura compellimur providere. In ea igitur quod multis temporibus male pullulasse, et in robur iam inveteratae malitiae comperimus excrevisse, divini verbi gladio succidere, et penitus extirpare optamus, ut Deo volente erutis spinis vitiorum in fertilem postmodum messem semen illic satum valeat abundare. Ex multis temporibus hoc detestabile malum intra ipsam Ecclesiam inolevisse cognovimus, ut nulli unquam clerico, quamvis religioso, quamvis scientia et moribus praedito, ecclesiasticum beneficium con-

Alexander II antea Lucensis episcopus.

Simoniaca labes prave in Lucensem clerum invecta.

(1) Privilegium hoc pro Ecclesia in Wisegrad ab Alexandro II in Concilio Romano datum, quodque ex Cosmae Pragensis Synchroni auctoris Chronico excripsimus, Pagio Lenivri videtur vel redditítium, vel saltem interpolatum; cum stylus ab omnium aliorum stylo prorsus diversus sit, illudque non paucas difficultates patiatur. Porro huius Concilii mentio nulla penes auctores, Cosma Pragensi excepto, habetur. (2) Ex Tabulario Canonic. edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I.

cederetur; nisi ei, qui profano pecuniae munere illud emere studuisset: fiebat Ecclesia, et res eius ita venalis, veluti quaedam terrena et vilis merx a negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malum, quam detestabile, quantum Deo sanctisque sit contrarium, et sacri canones docent, et fere omnibus manifestum existit. Chalcedonense namque concilium, unum ex principalibus, simili poena condemnat eos, qui sacram manus impositionem, per quam Spiritum Sanctum confert, mercari dignoscuntur. Utrosque enim authoritate inexpugnabili illos a beneficio, istos sacro ordine iubet repelli. Sacrorum vero canonum authoritate docemur, omnia, quae Deo vel eius Ecclesiae offeruntur, sacra fieri ipsa oblatione; nullaque autem sacra fieri possunt nisi Spiritu Sancto, a quo omnis sanctificatio procedit. Nam sicut omnis quaelibet res, cum imperatori defertur, imperialis efficitur; sic cum ex voto Deo vel sanctis offertur, divina ac per hoc sanctificata cognoscitur. Non igitur mirum, si pari poena constringit eos, qui aut sacrum ordinem, aut sacram rem Ecclesiae vendere seu emere audent, cum neutrum nisi Sancti Spiritus dono valeat sanctificari. Praeterea cum sacrorum canonum authoritas quatuor ex rebus Ecclesiae iubeat fieri portiones, quarum una pauperibus, altera fabricis Ecclesiarum sit impendenda, tertia episcopo, quarta clericis conferenda; sicut pauperibus Ecclesiis singulae partes gratis sunt concedendae, ita quoque reliquae partes nec ab ipso episcopo vel clero sunt retinendae, aut vendendae; sed eis pro Evangelii praecepto, et officii sui labore eodem modo conferendae. In Veteri quoque Testamento cum adhuc gratia Evangelii non coruscaret in mundo, legimus scelus hoc quantum abominabile esset, cum tempore Ieroboam quicumque volebat, implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum; et propter hanc causam peccavit domus Ieroboam, et deleta est de superficie terrae. Si vero domus Ieroboam ob hoc deleta est quod pecuniam accipiens constituebat sacerdotes in excelsis, non immerito de libro vitae caelestis eorum nomina delentur, qui interventu pecuniae sacerdotes vel clericos in domo Dei constituunt. Puto enim, quod hi tales nunquam adverterunt Psalmistae sententiam, dicentis: Quia non cognovi negotiationem, introibo in potentias Domini (*a*). Nam si quis ideo intrat in potentias Domini, quia non cognovit negotiationem; aperte consequitur, ut non intret in eas, qui negotiationes, maxime ecclesiasticarum rerum, non solum cognoverit, sed etiam exercuerit. In Novo autem Testamento humani generis Redemptor omnes ementes et vendentes de templo eiiciens, cathedras vendentium columbas evertit, nummulariorum effudit aes, praecepti sui authoritate denuncians, et dicens: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis (*b*). In quo Salvatoris facto vigilanter est advertendum, quod non dicitur cathedras vendentium movisse, sed evertisse. Levius utique ferendum esset, si talium negotiatorum cathedrae moverentur, quam si everterentur. Sicut per Ioannem dominica voce Angelo idem praedicatori Ephesi Ecclesiae dicitur: Age poenitentiam, et prima opera fac; alioquin, veniam ad te, et movebo candelabrum tuum de loco suo (*c*). Illud quoque in eodem facto sollicite considerate, quod per totum testum sancti Evangelii nusquam reperitur, Dominum tanta severitate, tam districta censura iustitiae peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminavit de templo; aperte demonstrans, quod tales negotiatores non sicut caeteri peccatores sunt corripiendi, sed a templo Dei, scilicet sancta Ecclesia longius sunt proiiciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per nummularios ecclesiastici beneficii venditores designantur. qui domum Dei,

Simoniaci a Chalcedonensi concilio damnati.

Quae Deo offeruntur, sacra fiunt;

Eodem modo qui sacrum ordinem, ac qui sacram Ecclesiae rem vendunt, vel emunt.

Divisio redditnum ecclesiasticorum in quatuor partes facienda.

Simonia damnata in Veteri Testamento.

Simoniaci a sancta Ecclesia longe proiiciendi.

Qui columbarum venditores:

Qui nummularii intelligantur.

(*a*) Psalm. LXX. 16. (*b*) Matth. XXI. 12 et seq. (*c*) Apoc. II. 5.

teste Evangelio, speluncam latronum efficiunt, quia ab huiusmodi mercatoribus, quidquid possunt, capiunt, et gladio suae malitiae, non corpora, sed, quod peius est, animas trucidare noscuntur. Tempore vero apostolorum cum multi rerum suarum pretia ad pedes eorum ponerent, Anania et Saphira, inspirante Sancto Spiritu, voto cordis pretium agrorum suorum Deo obtulerunt, qui postmodum, quia suggerente diabolo, partem ipsius pretii retinere conati sunt, voce B. Petri principis apostolorum Spiritui Sancto mentiti esse dicuntur; et quam grave scelus contraxerint, utriusque repentina morte monstratur. Si ergo illi initio surgentis Ecclesiae tam horribili poena divinitus sunt puniti pro eo solummodo, quod partem pretii retinuissent, quod solo voto Ecclesiae obtulerant; quid dicendum est de his mercatoribus, qui non suas, sed res Ecclesiae in usus suos, et propinquorum suorum non verentur vertere? Profecto sicut deterius est distrahere, vel comparare res Ecclesiae, non quas ipsi Ecclesiae conferunt, seu quas pro animabus suis fideles offerunt, quam solam pretii partem rerum a se oblatarum retinuisse; sic talium negotiatorum interitus gravior et profundior, quam illorum esse convincitur. Ex hac quoque pessima venditione pene malorum omnium semina pullulare noscuntur. Nam hi, qui res Ecclesiarum, et potiora earum pretio student acquirere, non Deo vel eius Ecclesiae velle famulari, sed soli mammonae velle servire veridica ratione probantur. Sicut etiam sanctus Gregorius de simoniacis testatur, non vitam moribus componere, non scientia curant exornare; sed solummodo aurum et pecuniam, quibus res emant Ecclesiae, inhiantes desiderant congregare. Ac si tandem malitiae suae votum impleverint, et data numerosa pecunia, rerum ecclesiasticarum penes se dominium habere caeperint, tunc aperiunt, qua intentione Ecclesiae militare decreverunt. Toto enim mentis annisu, undecumque possunt, corradere pecuniam student, ut, quae prius evacuaverant, possint redimplere marsupia; cuius aviditate impulsi sacris non parcunt altaribus, sed veluti fures et sacrilegi profanas eis manus iniiciunt, pauperibus et Ecclesiarum fabricis decimas et oblationes iuste et canonice competentes, more praedonum diripiunt, a mortuis etiam quasi fisci exactores importunis clamoribus velut tributa exigunt. Terras quoque, quas fideles pro suis peccatis Ecclesiae contulerunt, quia eas ex toto vendere non possunt, ob vilissimum reditum, pecunia accepta, quibusque concedunt. Inter se autem, ubi de lege divina, et de animarum salute esset tractandum, litibus et contentionibus, clamoribus et iniuriis praestrepere non desistunt. Quibus ad cumulum suae damnationis non sufficit, quod ipsi pereunt, sed insuper laicos, quibus ducatum rectae viae praebere debuerant, secum malo exemplo trahunt in profundum inferni voraginem. Quapropter ego Alexander S. R. E. et Apostolicae Sedis episcopus, immo minister indignus, tot et tanta mala in multis Ecclesiis, et maxime in Lucensi Ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum a districto Iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare, et penitus eradicare decrevimus. Constituimus itaque, et praesenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur), ut nullus deinceps episcoporum beneficium Ecclesiae, quod quidam canonicam, vel praebendas, seu etiam ordines vocant, pro aliquo pretio vel munere clericis audeat unquam conferre. Sed etiam ministros et servitores Ecclesiae gratis et absque ulla venalitate in sancta Ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecunia conferant; sed eos, qui moribus et disciplina atque scientia divites, pro officio suo ipsam valeant substentare Ecclesiam. Sponsae Christi donaria non pro libito cuiusque, invito sponso venalia fiant; sed gratis, et pro vitae meritis tribuantur; nec audeat ullus,

Exemplum Ananiae et Saphirae.

Contra eos, qui in usum, vel consanguineorum usum vertunt Ecclesiae res.

Simonia omnium peccatorum origo.

Decretum, ne huis episcopus pretio conferat beneficia;

Sed gratis ordinet;

Et non ditiores, sed probiores moribus eligat ad ministrandum Ecclesiae;

Sed gratis dandum, gratisque accipiendum.

cuiuscumque gradus sit clericus, per se vel per interpositam personam aliquo ingenio pretium vel dare vel promittere; nec ipsi episcopo, nec alicui ex eius ministris, sed cuicumque magnae vel mediocri aut parvae personae. Ne vero callidilas et fraus diaboli sub specie religionis aliquos suae malitiae laqueo capiat, constituimus, et eodem modo firmamus, ut nullus cuiuscumque gradus clericus pro Ecclesiae beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricae Ecclesiarum, vel donariis Ecclesiarum, seu etiam, quod pauperibus sit tribuendum, quia, teste Scriptura, qui aliquid male accipit, ut quasi bene dispenset, potius gravatur, quam iuvatur. Quod si aliquis divinorum praeceptorum, et animarum salutis immemor, praefatum beneficium Ecclesiae iniqua cupiditate ductus vendere vel emere temerario ausu praesumpserit; sicut in Chalcedonensi concilio definitum est, gradus sui periculo eum subiacere decernimus; nec ministrare possit Ecclesiae, quam pecunia venalem fieri concupivit; et insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab Ecclesia Dei, quam laesit, modis omnibus abscindatur.

Nihil dandum fabricae, aut donarus ecclesiarum, nec quod pauperibus sit tribuendum, pro acceptione beneficii.

Privatio beneficii et gradus;

Atque anathema contra inobservantes.

Subscriptio Alexandri PP.

Ego Alexander solius Dei misericordia Sanctae Romanae et Apostolicae Ecclesiae Praesul, et Lucensis episcopus, in hoc decreto ad confirmandum ss.

XXXII.

Decreta circa collationem beneficiorum in Lucensi Ecclesia, et sacrum ministerium inibi peragendum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Contra ordinationes per saltum, et sacras praebendas simoniace acceptas. — Partitio praebendarum in Lucensi Ecclesia facta. — De ratione in iis conferendis servanda. — Ita tamen, ut pretium nullum intercedat. — Missa solemnis, sive conventualis cum canonicis horis in eadem Lucensi Ecclesia qualibet die celebranda statuitur. — De pluribus beneficiis non retinendis; — Sed uni tantum serviendum Ecclesiae. — Inobservator decreti huius beneficio et gradu privatur, — Atque anathematizatur. — Alexandri PP. subscriptio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Lucensis Ecclesiae canonicis ac filiis per omnia dilectis, eorumque successoribus, in perpetuum.

Quamvis ecclesiasticae disciplina censurae pro officio a Deo nobis commisso nos admoneat, vigilanti cura universis Ecclesiis toto orbe terrarum diffusis providere; speciali tamen speculatione nostrae Lucensi Ecclesiae pro posse nos opitulari oportet, cuius regimen, antequam ad Apostolicae Sedis curam vocaremur, divina nobis imposuit Providentia. Unde cum omnibus simpliciliter, huic tamen duplíciliter oculum nostrae speculationis intendere oportet. Nam quia inimico humani generis insidiante, sanctae Matris Ecclesiae compositos mores, ab antiquis Patribus institutos, prava quorumdam temeritas, seu potius cupiditas violare non metuit, ideirco studiosos solicitosque convenit esse, ut, quae mala quotidie pullulant, mucrone iustitiae resecentur. Nam, carissimi filii, ut vestra bene novit dilectio, in nostra praelibata Ecclesia pessima inoleverat consuetudo, ut ordines, et canonicae ipsius Ecclesiae sic passim et indiscrete cuique tribuerentur, ut ille sacerdotalis ordinis iniret officium, qui nec dum etiam Hostiarii vel Lectoris ministerium suscepisset. Nec stabili ordine sortitum fuerat, quis missarum solemnia celebrare, quis sanctum Evangelium, vel Apostolum legere debuisset. Indisciplinatis etiam et saecularibus clericis, vita et scientia longe ab ecclesiastica doctrina seiunctis, praelibatae Canonicae conferebantur; nec tamen absque interventu pecuniae, vel etiam praemiorum; qui ipsam Ecclesiam potius perturbare, quam moribus videbantur ornare. Quae omnia quantum Deo et ecclesiasticae religioni contraria et inimica existant, nullum igno-

Exordiom.

Contra ordinationes per saltum.

Et sacras praebendas simoniace acceptas.

(1) Ex Ughell. loc. cit.

rare putamus; vobis autem tanto verius sunt cognita, quanto diutius sustentata. Quapropter divino adiutorio simul, et apostolica fulti authoritate, haec deinceps resecanda, et in melius reformanda decernimus, eo scilicet tenore ac ratione, ut ex triginta ordinibus, qui in iam nominata Ecclesia esse noscuntur, duodecim presbyteris traderentur, qui quotidie missarum solemnia, et quae sacerdotali officio congruunt, peragere possent: septem vero diaconos, totidem subdiaconos, in his septem ordinibus, qui competenter ecclesiasticum officium iuxta ordinem suum adimplere valerent: reliquos vero choro tantummodo deputavimus. Eos ergo in praefatis ordinibus ita eligi decrevimus, ut si quando Deo vocante aliquis eorum ex hac luce decesserit, loco eius nullus alius subrogetur, nisi ille, qui decedentis officium integritate vitae, et puritate scientiae valeat adimplere; ut si presbyter fuerit decessor, loco eius vel presbyter substituatur, vel qui eodem anno presbyterii valeat honorem accipere. Similiter de diaconibus et subdiaconibus eadem ratio, idemque ordo procedat. Horum autem omnium ordinationem, ita Deo annuente, volumus canonice fieri, ut nulla venalitatis fraus, vel pecuniae interventus aliqua possit ratione subripere; sed gratis et absque ullius commodi ratione consistat, nisi ordinandus non statuto pretio, sed sua sponte ad utilitatem vel honestatem Ecclesiae aliquid largiri voluerit. Avaritiam etenim de templo Dei eliminandam, sacrum testatur Evangelium, quod refert, et Dominum per se ipsum nummulariorum aes effudisse, et cathedras vendentium columbas evertisse. Officium autem ipsius Ecclesiae ita ad honorem Dei fieri volumus, ut omni die una solemnis missa cum diacono et subdiacono hora tertia celebretur cum canonicis horis, sicut consuetudo deposcit Matricis Ecclesiae. Illud quoque non minima correctione indigere prospeximus, quod quidam clericorum plus suae avaritiae quam Ecclesiaae consulentes, in duabus vel etiam in tribus Ecclesiis ministrare noscuntur; et cum uni vix congrue et opportune sufficiant, ambitu pecuniarum illecti duabus vel tribus, sicut diximus, suum officium pollicentur; sicque fit, ut cum plures vicissim percurrunt, nullam canonice et iuste regere valeant. Quapropter hanc quoque causam in melius reformantes, constituimus, et praesenti decreto firmamus, nullum, qui in maiori et Matrici Ecclesia deinceps fuerit ordinatus, aliam praeter ipsam posse tenere Ecclesiam; sed, sicut sacri praecipiunt canones, ipsa et sola contentus, ut competens in ea possit exercere servitium. Nec vaget, et instabilis huc illucque discurrat; sed singulari Ecclesiae, quasi fixus et immobilis perseveret. Quod si quis temerario ausu haec omnia, quae salubriter ad utilitatem sanctae Ecclesiae constituta sunt, violare vel infringere temptaverit, noverit, se apostolica auctoritate, nisi resipuerit, gradus sui periculo subiacere, et ecclesiastici beneficii fieri expertem; et insuper pro sua temeritate a clero repulsus, laicorum tantum communioni deputetur. Si vero adhuc quoque obstinato animo in eadem pertinacia manere praesumpserit, et admonitus ad hoc, quod salubriter decrevimus, reverti noluerit, a liminibus sanctae Matris Ecclesiae, quam impugnare non desinit, alienus existat. Conservator autem huius nostrae canonicae dispositionis, apostolica sit munitus intercessione, et gaudeat caelesti repletus benedictione.

Ego Alexander solius Dei misericordia, licet indignus, Sanctae Romanae et Apostolicae Ecclesiae Praesul, et Lucensis episcopus, in hoc decreto a me facto ad confirmandum ss.

Partitio praebendarum in Lucensi Ecclesia facta.

De ratione in os conferendis servanda:

Ita tamen, ut pretium nullum intercedat.

Missa solemnis, sive conventualis cum canonicis horis in eadem Lucensi Ecclesia quotidie celebranda statuitur.

De pluribus beneficiis non retinendis;

Sed uni tantum serviendum Ecclesiae.

Inobservator decreti huius beneficio et gradu privatur;

Atque anathematizatur.

Alexandri PP. subscriptio.

XXXIII.

Decretum de non alienandis bonis, ad Ecclesiam Lucensem spectantibus (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decessorum episcoporum incuria in conservandis Ecclesiae bonis. — Hinc invecta simoniae labes. — De iis non alienandis; — Nisi in pignus cogente necessitate. — Omnia huiusmodi bona Lucensi episcopo confirmantur. — Anathema contra inobservantes. — Et si episcopus sit, privationis poenam incurrat. — Alexandri PP. subscriptio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, clero et populo sanctae Lucensis Ecclesiae, in perpetuum.

Exordium.

Quamvis circa omnes Ecclesias, per orbem terrarum longe lateque diffusas, pro earum gubernatione oculum nostrae speculationis intendere oporteat; praecipue tamen erga Lucanam Ecclesiam attentissime vigilare nos convenit, quia ei propter episcopatus suscepti administrationem, et pro universalis apostolicae consideratione dupliciter quodammodo providere compellimur. Qua de causa haec nostri cordis, Deo aspirante, voluntas semper inhaerere debebit, ut quae in ea vel incuria vel malitia quorumdam hactenus male pullulare cognovimus, resecare et emendare studeamus; et quae ad honorem et salutem ipsius Ecclesiae spectare videantur, congrue ordinare et firmiter statuere debeamus. Ante nostra etenim tempora praecessores nostri, qui eidem Ecclesiae præesse visi sunt, seu propter carnalium propinquorum affectus, seu pecuniae amore illecti, vel etiam quorumdam potentium nimia importunitate devicti, castella, terras, possessiones ipsius Ecclesiae ita indiscrete superflua effusione largiti sunt, ut nec sibi, nec familiae suae, vel reliquis sibi ministrantibus, prout congruebat, in propriis necessitatibus succurrere potuissent. Fiebat itaque propter rerum penuriam, ut ordines sacros, et ecclesiastica officia, quae pure et absque ulla venalitate, solo vitae aeternae intuitu, concedi oportet, pro pecuniae et diversorum munerum exactione, profanis quibusdam, et indignis tribuerent; et, quod omnes catholicos detestari et abominari oportet, de morte animae vitam corporis sustentarent. Proinde divina inspiratione commoniti, ne de caetero tam grave peccatum ex occasione paupertatis emergat, praesenti decreto constituimus, et apostolica auctoritate firmamus, ut nullus deinceps pontificum, quibus ipsa sancta Ecclesia commissa fuerit, castella, mansos, terras, possessiones, quas non modo ad manus nostras habemus, vel quas ipsa Ecclesia in antea, Deo largiente, pure et absque contradictione acquisitura est, praeter illa, quae in beneficium hucusque dari consueverunt, aliquo ingenio alienare vel auferre, seu alicui dare moliatur, nisi necessitate cogente, in pignus ea sine malo ingenio ad tempus tradiderit, ea ratione, ut ante statutum tempus eas persolvat, et recipiat. Ita sane omnem alienationem, et quamcumque dationem penitus interdicimus, ut nemo in posterum praesumat, praedictas res Ecclesiae vel per beneficium dare, aut per libellum concedere, aut quovis modo alicui personae tribuere, nisi tantum agricolis et laborantibus, et ipsi episcopo vel eius misso aut ministeriali rationem reddentibus; sed omni tempore intactae et illaesae subsistant ad utilitatem episcopi, et suae necessitatem familiae substentandam. Ne vero in dubium venire possit a quarum rerum traditione nos nostrosque successores per omnia volumus abstinere, praesentis decreti pagina nominatim illas inserere, et adnotari praecipimus; ne vel ipsos episcopos, vel procaces et importunos petitores latere possit ipsarum rerum notitia. *Hic enumerata bona consulto relinquuntur.* Haec itaque omnia, quae praesenti decreto connumeravimus, et si quae alia noviter acquirenda, quae Deus in manus nostras vel nostrorum successorum, sicut supe-

Decessorum episcoporum incuria in conservandis Ecclesiae bonis.

Hinc invecta simoniae labes.

De iis non alienandis.

Nisi in pignus cogente necessitate.

Omnia huiusmodi bona Lucensi episcopo confirmantur.

(1) Ex Ughell. loc. cit.

rius dictum est, dare voluerit, eo modo ordinamus, et firma stabilitate componimus, ut semper deinceps ad manus Lucensis episcopi teneantur, et ad privatas eius rationes spectare videantur, ut ex his valeat suae utilitati simul et honestati consulere, ac suae familiae decenter necessitati succurrere. Si quis nostrorum successorum haec, quae salubriter ad Ecclesiae honestatem, et ipsius episcopi utilitatem statuta sunt, temerario ausu infringere, vel violare praesumpserit; vel carnali amore vel iniqua cupiditate devictus, contra haec aliquo ingenio venire temptaverit, pro sua praesumptione nodo excommunicationis et maledictionis alligatum se esse cognoscat, et ab episcopali officio usque ad satisfactionem removendum, itaut omne damnum, quod ex sua malitia sibimetipsi et Ecclesiae ex hac re intulit, resarcire cogatur. Ut vero omnia, quae superius comprehensa sunt, firma et illibata Deo authore serventur, hanc decreti paginam manus nostrae subscriptione, et sigilli nostri impressione confirmari praecepimus.

Anathema contra inobservantes.

Et si episcopus sit, privationis poenam incurrat.

Alexandri PP. subscriptio.

† Ego Alexander solius Dei misericordia, licet indignus, Sanctae Romanae et Apostolicae Ecclesiae praesul, et Lucensis episcopus, in hac constitutionis a me factae pagina ss.

S. GREGORIUS VII

PAPA CLVII

Anno aerae Christi comm. MLXXIII.

Hildebrandus S. R. E. archidiaconus electus est Pontifex, et in Lateranensi basilica inthronizatus die 22 aprilis 1073, cum adhuc Alexandro Papae in eadem Ecclesia parentaret: dilata tamen est ordinatio in presbyterum ad octavam Pentecostes: qua facta, die 29 iunii anni eiusdem in natali apostolorum in Summum Pontificem, assumpto sibi Gregorii VII nomine, consecratus est. Sedit in pontificatu annos XII, mensem I, dies IV ab electionis die computandos. Fuit autem temporibus Michaelis Ducadis, mox Nicephori Botoniatis, ac post huius monachatum Alexii Comnenii in Oriente imperatorum, in Occidente vero regnante Henrico IV Germaniae rege, ac post depositionem eius Rodulpho Svevorum duce. Postquam plurimos pro Ecclesia Dei labores, maximosque pro vindicandis eiusdem Ecclesiae auctoritatisque apostolicae iuribus vexationes pertulisset, obdormivit in Domino die 25 maii anno 1085, corpus vero in Ecclesia S. apostoli et evangelistae Matthaei sepulturae traditum est. Vacavit sedes fere ad annum.

Schisma vigesimum tertium.

In Romano Pontificatu sedente Gregorio VII, gravissimum schisma passa est Ecclesia ab Henrico IV Germaniae rege, qui usum investiturarum, quas pro Ecclesiis contra canones dare consueverat, sibi a Gregorio in secunda Romana synodo interdictum egre ferens, virus, quod Saxonica gente in rebellione persistente, pectore celaverat, ea devicta evomit in Pontificem, coactoque Wormatiae conciliabulo, eum a pontificatu deponere tentavit. Haec cum innotuissent Gregorio, diem regi indixit, lataque excommunicationis sententia, omnibus christianis iuramento, quod illi fecerant, solutis, ipsum regia dignitate privavit. Veniam petenti, quamquam subdole, non est denegata, et dignitas restituta. Sed brevi ad crimina relabentem iterata depositio et excommunicatio percussit. Quare iratus rex apud Brixiam schismaticorum conventum habuit, in quo Guibertus Ravennatensis archiepiscopus antipapa electus est, et Gregorius Papa depositus die 25 iunii anni 1080. Anno vero sequenti, die 12 martii, capta ab Henrico rege per vim urbe Roma, Guibertus inthronizatus est apud S. Petrum, et Clemens III nominatus. In schismate vixit, quamvis ab Urbano II in concilio Beneventano excom-

municatus, annos XXI, subitaque morte peremptus est, ineunte mense octobri anni 1100, cuius ossa Ravennae sepulta, Paschalis II PP. anno 1106 exhumari et in fluenta proiici fecit.

I.

Significat comiti de Roceio sub quadam conditione eam Hispaniae partem concessam, quam a Saracenorum manibus eriperet: prohibet alios principes iure eamdem regionem cum copiis ingredi, partemque illam illius provinciae sibi vindicare, nisi interveniat aequa pactio persolvendi iura S. Petri (1).

SUMMARIUM

Regnum Hispaniae ab antiquo iuris S. Petri. — Hugo cardinalis S. R. E. presbiter legatus A. S. ad id missus.

Gregorius in Romanum Pontificem electus omnibus principibus in Terram Hispaniae proficisci volentibus, perpetuam salutem in Domino Iesu Christo.

Regnum Hispaniae ab antiquo iuris S. Petri.

Non latere vos credimus, regnum Hispaniae ab antiquo proprii iuris sancti Petri fuisse; et adhuc, licet diu a paganis sit occupatum, lege tamen iustitiae non evacuata, nonnulli mortalium, sed soli Apostolicae Sedi ex aequo pertinere. Quod enim auctore Deo semel in proprietates Ecclesiarum iuste pervenerit, manente eo, abusu quidem, sed ab eorum iure, occasione transeuntis temporis, sine legitima concessione divelli non poterit. Itaque comes Ewlus de Roceio, cuius famam apud vos haud obscuram esse putamus, terram illam ad honorem sancti Petri ingredi et a paganorum manibus eripere cupiens, hanc concessionem ab Apostolica Sede obtinuit, ut partem illam, unde paganos suo studio, et adiuncto sibi aliorum auxilio, expellere posset, sub conditione inter nos factae pactionis ex parte sancti Petri possideret. Qua in re et labore quicumque vestrum sibi adhaerere voluerit, omni charitatis affatu commonitus erga honorem sancti Petri talem animum gerat, ut ab eo et munitionis auxilia in periculis, et merita fidelitatis praemia securus accipiat. Si autem aliqui ex vobis seorsum ab illo propriis copiis eamdem terram aliqua in parte intrare paraverint, decet, ut militiae causam ex animi devotione quamiustissimam sibi proponant; iam nunc omni voto concipientes et ex corde statuentes, ne capta terra easdem, quas illi, qui nunc Deum ignorantes, eam occupant, iniurias sancto Petro faciant. Hoc enim neminem vestrum ignorare volumus, quoniam, nisi aequa pactione persolvendi iuris sancti Petri, in regnum illud animadvertere statueritis, potius vobis apostolica auctoritate, ne illuc tendatis interdicendo, contra feremur, quam sancta et universalis Mater Ecclesia idem a filiis suis, quod ab hostibus patiendo, non iam proprietatis suae, sed filiorum detrimento saucietur. Quamobrem hunc dilectum filium Hugonem et cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum in partes illas misimus, in cuius ore nostra ad vos consilia et decreta plenius apertiusque differenda, ac vice nostra disponenda posuimus. Datum Romae secundo kalendas maii, indictione undecima.

Hugo cardinalis S. R. E. presbyter legatus Apostolicae Sedis illuc missus.

Dat. die 30 aprilis anno Domini 1073, pontif. Gregorii anno I.

(1) Extract. ex Archiv. Vatic. Extat quoque inter epist. decret. Summ. Pontif. a card. Carafa edit. anno 1591, tom. III, pag. 555.

II.

Monasterium Andaginense S. Huberti in Arduenna in tutelam Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Roman. Pontificum mos suscipiendi monasteria in protectionem Sedis Apost. — Quorum exemplo monasterium Andaginense sub defensione eiusdem Sedis fore declaratur. — Confirmatisque bonis

(1) In Hist. monast. huius edidit Edmundus Martène Veter. Script. collect. tom. IV.

omnibus ad illud pertinentibus, solius abbatis regimini subiicitur. — Anathema in temeratores privilegii huius. — Bona servantibus.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Theoderico abbati monasterii Sancti Petri Sanctique Huberti Andaginensis in Arduenna constituti, suisque successoribus regulariter ibidem canonice intrantibus, in perpetuum.

Exordium.

Nulli fidelium est in dubio, quin Sedes Apostolica, eo quod universalis mater, et omnium Ecclesiarum princeps est, omnibus his iure, ac debita solicitudine praeesse debeat, ut non eas catholicae tantum religionis unitate concludat, sed generali circumspectione etiam ab his, quae extrinsecus promoventur, pro sua auctoritate salvet, et muniat; inter quas tamen cum plures inveniantur, quae speciali et propria commendatione in tutelam eiusdem Sedis Apostolicae se contulerunt, ut speciali caritate et studio suae Matris amplexae usquequaque securiores, et liberiores ab omni infestatione consisterent, quas, ut dignum erat, ita Romana suscepit Ecclesia, tantaque protexit undique diligentia, ut omnibus munimenta praesidii, nonnullis quoque gratiam conferret augendi. Cuius rei plurima a nobis exempla sanctissimi viri reliquerunt, qui ante nos in illa, quam diximus, Apostolica Sede fulgentes, pro honore Ecclesiarum Dei, et exaltatione earum magis, quam pro vita aut salute sua, soliciti fuerunt; suscipientes monasteria et venerabilia loca in patrocinium apostolicae defensionis, et confirmantes ea propriis privilegiis, quatenus ex quotidiana tranquillitate ardentius in devotione divinae servitutis, et in omni bono proficerent. Qua in re quam pie, quam sancte fecerunt, et illorum nobis ostendit gloria, et ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam cum oratoria in pace et tranquillitate consistunt, et ecclesiastica beneficia pauperes Christi nutriunt; cum vero laus Deo digne promitur, et remedia peccatorum tam vivis quam defunctis impenduntur. Unde nos in eadem Sede Apostolica non nostris meritis, sed divina locati gratia, suscepti officii debitum considerantes, praefatum monasterium, cui tu, dilecte fili, et praenominate abbas, praeesse dignosceris, tuo rogatu in tutelam Apostolicae Sedis, et nostram et successorum nostrorum defensionem suscepimus, confirmantesque et corroborantes tibi per praesentis paginam privilegii, ecclesiam Sanctae Mariae super Axonam sitam, et ecclesiam S. Sulpitii super Mosam, caeterasque possessiones tam in villis, quam castellis, caeterisque ecclesiis, et terris cultis aut incultis, seu in omnibus rebus mobilibus et immobilibus, quas nunc iure possidet, aut in posterum Deo miserante acquiret, quatenus omnia ad communem utilitatem fratrum inibi Deo famulantium sub tuo tuorumque successorum regimine et congrua dispensatione semper inconvulsa illibataque permaneant. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et nisi vel ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem iuxta servantibus eidem loco, pax Domini nostri Iesu Christi, ut hic fructum bonae actionis recipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Romanorum Pontificum mos suscipiendi monasteria in protectionem Sedis Apostolicae.

Omnium exemplo monasterium Andaginense sub defensione eiusdem Sedis fore declaratur.

Confirmatisque bonis omnibus ad illud pertinentibus,

Solius abbatis regimini subiicitur.

Anathema in temeratores privilegii huius:

Bona servantibus.

Subscripsit autem manu propria Domnus Papa:

MISERATIONES TUAE, DOMINE, SUPER OMNIA OPERA TUA

Bene valete.

Datum Laterani kalendis maii per manus Petri S. R. E. presbyteri cardi-

nalis et bibliothecarii, anno primo pontificatus domni Gregorii VII Papae, indictione XI.

Dat. die 1 maii anno Domini 1073, pontif. Gregorii anno I.

III.

Excommunicatum a se denunciat Gotefredum Mediolanensis Ecclesiae usurpatorem (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Gotefredi scelus in invadenda Ecclesia. — A synodo depositus et excommunicatus. — Eidem nullo pacto consentiendum.

Gregorius episcopus servus servorum Dei omnibus fidelibus Sancti Petri apostolorum principis in Longobardia commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium. Scire vos volo, fratres charissimi, quod et multi vestrum sciunt; quia in eo loco positi sumus, ut, velimus nolimus, omnibus gentibus maxime christianis, veritatem et institiam annunciare compellamur, dicente Domino: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo scelera eorum (*a*). Et alibi: Si non annunciaveris iniquo iniquitatem suam, animam eius de manu tua requiram (*b*). Item Propheta: Maledictus (inquit) homo, qui prohibet gladium suum a sanguine (*c*), idest, verbum praedicationis a carnalium increpatione. Haec ideo praelibavimus, quia inter multa mala, quae ubique terrarum fiunt, quidam ministri satanae, et praecones antechristi in Longobardia etiam fidem christianam conantur confundere, et iram Dei super se provocare. Nam, sicut scitis, Gotefredus, vivente Guidone dicto archiepiscopo Mediolanensi, eamdem Ecclesiam, quae quondam meritis gloriosissimae Virginis et Genitricis Dei Mariae, necnon auctoritate clarissimi doctoris B. Ambrosii inter caeteras Longobardorum Ecclesias, religione, libertate, ac speciali gloria enituit, nunc quasi vilem ancillam praesumpsit emere, sponsam videlicet Christi diabolo prostituere, et a catholica fide temptans eam separare, nisus est simoniacae haeresis scelere maculare. Quod audiens sancta Romana Ecclesia mater vestra, et totius christianitatis, sicut scitis, magistra, congregato e diversis partibus concilio multorum sacerdotum, et diversorum ordinum consensu, fulta B. Petri apostolorum principis auctoritate, Gotefredum fidei catholicae, et legis christianae inimicum excommunicavit, et anathematis iaculo una cum omnibus sibi consentientibus transfixit. Quam excommunicationem, quod etiam inimici Sanctae Ecclesiae negare non possunt, sancti Patres antiquitus censuere, et per omnes sanctas Ecclesias totius orbis catholici viri confirmant, et confirmaverunt. Quapropter ex parte Dei omnipotentis Patris et Filii, et Spiritus Sancti, et beatorum Petri et Pauli apostolorum principum monemus vos, fratres charissimi, hortamur, atque praecipimus, ut nullo modo praedicto haeretico Gotefredo consentiatis, quia illi in hoc scelere consentire, fidem Christi est negare; sed quibus modis potestis, ut filii Dei ei resistite, et fidem christianam, qua salvandi estis, omnino defendite; neque vos deterreat humana superbia, quia qui nobiscum est, maior est omnibus, et semper invictus, qui vult nos pro se laborare, et coronam legitime certantibus (ut Apostolus promittit) tribuere. Solet enim Dux noster paucis et humilibus multos et superbos conterere, et per ea, quae sunt infirma mundi, fortia quaeque confundere. Sic enim placuit, et sic decet caelestem et invictum Principem. Omnipotens Deus, qui B. Petro oves suas specialiter commisit, et totius Ecclesiae regimen dedit, vos in eius dilectione corroboret, ut eius auctoritate a peccatis vestris absoluti, mereamini inimicos Domini comprimere, et corda illo-

Gotefredi scelus in invadenda Ecclesia.

A synodo depositus et excommunicatus.

Eidem nullo pacto consentiendum.

(1) Ex edit. card. Carafae. (*a*) Isa. 58. (*b*) Ezech. 33. (*c*) Ierem. 48.

rum ad poenitentiam provocare. Datum Romae, kal. iulii, indict. XI.

Dat. die 1 iulii, anno Domini 1073, pontif. Gregorii anno I.

IV.

Commissio episcopo Genuensi, ut virum uxorem suam dimittere non permittat, quae vult ab obiecto fornicationis crimine se expurgare (1).

SUMMARIUM

Causa commissionis. — Mulier se expurgare volens, audienda. — Si innocens sit, a viro nullatenus separanda. — Haec qui impedire tentaverit, anathemate feriatur.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Uberto Genuensi episcopo et dilectis filiis, universo loci illius clero ac populo, salutem et apostolicam benedictionem.

Causa Commissionis.

Intelligentes errorem vestrum, de periculo vestro valde timemus; quoniam sacramenta consortii coniugalis divinis sancita praeceptis et legibus inter vos malignis faedari studiis audivimus; scriptum quippe est de coniugali vinculo: Quod Deus coniunxit, homo non separet (*a*); et Veritas, ne vir uxorem suam nisi forte causa fornicationis relinquat, omnino prohibet (*b*). Nobis autem relatum est, Ansaldum quemdam concivem vestrum a patre suo coactum esse, ut uxorem propriam de fornicatione falso criminatam, nec ulterius habeat, nec iudicium purgationis eius, ad quod ipsa valde desiderat pro discutienda veritate, suscipiat. Quod quia divinis et humanis legibus valde contrarium est, primo te episcopum, deinde omnes vos admonemus, et apostolica auctoritate praecipimus, ut si mulier ad examinationem legitimam se conferre voluerit, cum omni tranquillitate et expectatione iuste comprobationibus recipiatur: et si per misericordiam Dei innocens apparuerit, separari a viro suo nullatenus patiamini. At si pater praefati Ansaldi haec, quae divina auctoritate diximus, imo si quis mortalium haec impedire et prohibere praesumpserit, tuam, episcope, fraternitatem apostolica auctoritate monemus, ut omni respectu gratiae personalis abiecto, reos anathematis gladio ferire, et a corpore Ecclesiae dissecare non desinas; et nobis extremam manum imposituris per literas tuas id quanto citius indicare non praetermittas. Praeterea volumus, ut quamcitius possis, praesentiam tuam nobis exhibere studeas. Data Laterani, quarto kalendas martii, indictione XII.

Mulier se expurgare volens, audienda.

Si innocens sit, a viro nullatenus separanda.

Haec qui impedire tentaverit, anathemate feriatur.

(1) Ex Arch. Vatic. (*a*) Matth. 19. (*b*) Marc. 10.

Dat. die 26 februarii anno Domini 1074, pontif. Gregorii anno I.

V.

Exhortatio ad omnes Christifideles ad succurrendum Orientalibus ab infidelibus invasis (1).

SUMMARIUM

Immanitas infidelium contra christianos captivos. — Animam pro fratribus ponendi exemplum dedit Christus. — Admonitio ad Christi fideles.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus christianam fidem defendere volentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse volumus, hunc virum praesentium portitorem, dum de ultramarinis nuper reverteretur partibus, apostolorum limina, et nostram praesentiam visitasse: a quo, sicut a plerisque aliis cognovimus, gentem paganorum contra christianum fortiter invaluisse imperium, et miseranda crudelitate iam fere usque ad muros Constantinopolitanae civitatis omnia devastasse, et multa millia christianorum quasi pecudes occidisse. Qua de re si Deum diligimus, et christianos nos esse cognoscimus, miseranda fortuna tanti imperii, et tanta christianorum clade nobis valde dolendum est; et non solum dolere super hac re debitae solicitudini nostrae sufficit, sed animas

Immanitas infidelium contra christianos captivos.

(1) Ex Archiv. Vatic.

Animam pro fratribus ponendi exemplum dedit Christus.

pro liberatione fratrum ponere, exemplum Redemptoris nostri, et debitum fraternae charitatis a nobis exigit: quia sicut ipse pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus nostris animas ponere. Scitote igitur, nos in misericordia Dei, et in potentia virtutis eius confisos omnibus modis id agere atque parare, ut adiutorium christiano imperio quamcitius Deo iuvante faciamus. Unde vos per fidem, in qua per Christum in adoptionem filiorum Dei uniti estis, obsecramus, et auctoritate beati Petri apostolorum principis admonemus, ut et vos vulnera et sanguis fratrum, et periculum praefati imperii digna compassione moveat; et vestra virtus pro Christi nomine non invitam fatigationem ad ferenda fratribus auxilia subeat. Quidquid autem super hac re divina pietas vestris animis indiderit, sine mora certis legationibus nobis renunciare studete.

Admonitio ad Christi fideles.

Datum Romae kalendis martii, indictione duodecima.

Dat. die 1 martii anno Domini 1074, pontif. anno I.

VI.

Admonitio ad Hispaniae reges et episcopos, ut Officium romanum recipiant: nec non confirmatio excommunicationis, et depositionis cuiusdam simoniaci, per legatos factae (1).

SUMMARIUM

Hispaniae cum Romana Ecclesia, consensus ante Priscillianum et Arium. — Corruente religione, mundanae quoque corruunt opes. — De recipiendo Romanae Ecclesiae officio. — Confirmatio sententiae latae a legatis apost. contra simoniacum.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Alphonso et Sanctio Hispaniae regibus ac paribus, et episcopis in ditione sua constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Hispaniae cum Romana Ecclesia consensus ante Priscillianum et Arium.

Cum beatus apostolus Paulus Hispaniam se adiisse significet (a), ac postea septem episcopos ab urbe Roma ad instruendos Hispaniae populos a Petro et Paulo apostolis directos fuisse, qui destructa idololatria christianitatem fundaverunt; religionem plantaverunt; ordinem et officium in divinis cultibus agendis ostenderunt, et sanguine suo Ecclesias dedicavere; vestra diligentia non ignoret, quantam concordiam cum Romana urbe Hispania in religione et ordine divini officii habuisse satis patet. Sed postquam vesania Priscillianistarum diu pollutum, et perfidia Arianorum depravatum, et a Romano ritu separatum, irruentibus prius Gothis, ac demum invadentibus Saracenis, regnum Hispaniae fuit; non solum religio est diminuta, verum etiam mundanae sunt opes labefactatae. Quapropter ut filios charissimos vos adhortor, et moneo, ut vos sicut bonae soboles, etsi post diuturnas scissuras, demum tamen ut matrem revera vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis, in quo et nos fratres reperiatis; Romanae Ecclesiae ordinem et officium recipiatis, non Toletanae, vel cuiuslibet aliae, sed istius, quae a Petro et Paulo supra firmam petram per Christum fundata est, et sanguine consecrata, cui portae inferi, idest linguae haereticorum nunquam praevalere potuerunt; sicut caetera regna Occidentis et Septemtrionis, teneatis. Unde enim non dubitatis vos suscepisse religionis exordium, restat etiam, ut inde recipiatis in ecclesiastico ordine divinum officium, quod Innocentii Papae ad Eugubinum directa episcopum vos docet epistola (1): quod Hormisdae ad Hispalensem missa decreta insinuant: quod Toletanum, et Pragense demonstrant concilia: quod etiam episcopi vestri ad nos nuper venientes iuxta constitutionem concilii per scripta sua facere promiserunt, et in manu nostra firmarunt. Praeterea sicut de aliis excommunicationibus per legatos Romanae Ecclesiae factis fecimus, depositionem et

Corruente religione, mundanae quoque corruunt opes.

De recipiendo Romanae Ecclesiae officio.

Confirmatio sententiae latae a legatis apostolicis contra simoniacum.

(1) Ex Archiv. Vatic. (a) Roman. 15.

(1) Epist. 29, et vide superius in Hormisda in Constitut. dat. anno 517, *Benedicta Trinitas* etc

excommunicationem, quam Geraldus Hostiensis episcopus cum Rembaldo in Munionem simoniacum, qui super Symeonem venerabilem fratrem nostrum Oscensem episcopum ordinatus erat (1), ratam esse decrevimus atque firmavimus, usque dum resipiscens de episcopatu, quem indebite tenuit, sibi satisfaciat, atque inde recedat. Dat. Romae decimoquarto kalendas aprilis, indictione duodecima.

Dat. die 18 aprilis anno Domini 1074, pontif. anno I.

VII.

Privilegium pro Ecclesia S. Hilarii Pictaviensis, quae sub protectione Sedis Apostolicae recipitur (2). (Simile privilegium dedit Alexander II PP. anno 1073, const. Convenit *etc.*)

SUMMARIUM

Bona omnia et piae donationes confirmantur. — Canonici vero non nisi Apostolicae Sedi sint subiecti. — Eorumdem exemptio a quocumque episcopo etiam in receptione sacramentorum. — Annuus census Sedi Apost. persolvendus. — Dignitatis privatio, atque anathema contra violatores privilegii huius indicitur.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis S. Hilarii Pictaviensis, salutem et apostolicam benedictionem.

(3) Igitur ob reverentiam beati Hilarii confessoris, cuius corpus in eadem ecclesia requiescit, cuiusque doctrinae splendor non solum de Gallicanis partibus erroris tenebras expulit, verum etiam universali refulgens lumen contulit Ecclesiae, inclinati vestris precibus, praefatam Beati Hilarii Ecclesiam a Francorum regibus, et Aquitaniae principibus constructam, eorumque praediis, ac bonis ditatam in protectione ac tuitione Sedis Apostolicae specialiter suscipimus, huius privilegium auctoritatis nostrae decreto indulgentes. Deinde statuimus, ut quaecumque bona praefata beati Hilarii Ecclesia, ex donatione praedictorum regum et principum iuste possidet, sive in futurum iustis modis poterit adipisci, vobis perenni tempore, et sine inquietudine aliqua illibata permaneant; adiicientes, ne quisquam deinceps archiepiscopus aut episcopus Beati Hilarii Ecclesiam, aut ipsius canonicos aut clericos excommunicare, aut interdicere praesumat, sed omni eorum causa gravior ex Apostolicae Sedis iudicio pendeat. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes canonicorum et clericorum, a quocumque malueritis catholico suscipiatis antistite. Ad hoc adiicimus, ut eadem Beati Hilarii Ecclesia soli Romanae Ecclesiae subdita permaneat, et de tanta semper libertate, atque auctoritate gaudeat. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos unam auri unciam Lateranensi palatio persolvat. Si quis autem archiepiscopus, episcopus, aut quaelibet persona huius nostri privilegii paginam agnoscens, contra eam temere venire praesumpserit, si quae male facta fuerint, non emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem illi loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Datum Laterani x kal. maii, per manum Petri sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii primo anno

Bona omnia, et piae donationes confirmantur.

Canonici vero nonnisi Apostolicae Sedi sint subiecti.

Eorumdem exemptio a quocumque episc. etiam in receptione sacramentorum.

Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus.

Dignitatis privatio, atque anathema contra violatores privilegii huius indicitur.

(1) Forte deest *tulit*. (2) Ex Cod. 1576 Biblioth. Colbertinae edidit Baluzius Miscellan. tom. VII. (3) Principium deest.

pontificatus domini VII Gregorii Papae, indictione XI (1).

Dat. die 22 aprilis anno Domini 1074, pontif. Gregorii anno I.

VIII.

Excommunicationis denunciatio contra omnes, qui detinent bona Augiensis monasterii, quae Robertus simoniacus ab illo abstulit (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Quae gesserit Alexander PP. contra Robertum. — Destitit ab incepto Robertus; — Sed qui bona ab eo acceperant, non reddiderunt. — Quare feriuntur anathemate.

Gregorius omnibus, ad quos literae istae pervenerint, etc.

Exordium.

Quamquam ad propulsandas omnium Ecclesiarum, et venerabilium locorum iniurias ex debito officii nostri, et universali providentia, quam per B. Petrum apostolorum principem licet indigne suscepimus, solicite nobis invigilandum, et elaborandum esse noscamus; his tamen locis apostolicae auctoritatis opem et scutum impensius circumferre dupliciter quodam modo compellimur, quae et in generali sanctae Romanae Ecclesiae membrorum continentia caeteris coæquantur, et singularis patrocinii privilegia prae caeteris sortiuntur. E quibus quoniam Augiense monasterium huic sanctae et Apostolicae Sedi quadam principali et individua cohaeret linea, de dispersione bonorum eius valde dolentes, quid dominus et antecessor noster Alexander venerandae memoriae Papa inde decrevit, recolere, et sententiam nostrae confirmationis in idipsum omnibus, ad quos huius epistolae nostrae notitia pervenire poterit, destinavimus indicare. Postquam praedictus dominus noster Papa Robertum simoniacum et invasorem eiusdem monasterii nullis admonitionibus nullisque minis ad hoc flectere potuit, ut vel abbatiam dimitteret, aut pro reddenda ratione sui introitus apostolico se conspectui praesentaret, cognita veritate, quod relicta alia abbatia, ad hanc pretio anhelasset, synodali iudicio eum anathematis iaculo, nisi resipisceret, percussit, et sub eadem censura omnibus accepta ab eo beneficia ad praefatum coenobium pertinentia penitus interdixit, cunctaque ab eo disposita apostolica praeceptione cassavit, atque haec eadem per epistolam episcopo Constantiensi publice praedicanda, et per episcopatum suum divulganda mandavit. Itaque (miserante Deo) factum est ut ille ab insana occupatione abbatiae desisteret, sed non ut fautores eius contra Deum, et iustitiam accepta ab eo, monasterii bona relinquerent. Quapropter quoniam illa principali, et haeretica peste depulsa, charissimum sancti Petri filium Ecardium ex ipsa congregatione a confratribus electum, et a nobis diligenter examinatum, abbatem ibi (auctore Deo) consecravimus, cupientes, ut monasterium post longas et multas tribulationes iam ad quietem, et monasticae religionis cultum redeat, simili modo omnibus, qui a saepefato Roberto pro defendenda eius nequitia, aut exhibenda sibi fidelitate, bona abbatiae in beneficia adepti sunt, sub anathematis districtione, et animadversione interdicimus. Nam cum ille talium institutionum auctor et distributor in loco, ad quem haeretice aspiraverat, permanere non potuit; quibus legibus, aut quo iure isti sibimet vindicabunt, quod sacrilega conventione ceperunt. Unde etiam omnibus Christi fidelibus, qui haec cognoverint, apostolica auctoritate praecipimus, ut eos in nulla penitus christianae communionis partici-

Quae gesserit Alexander PP. contra Robertum.

Destitit ab incepto Robertus;

Sed qui bona ab eo acceperant, non reddiderunt.

Quare feriuntur anathemate.

(1) Lege XII. Sic emendandam indictionem putavimus; anno enim 1073, et quidem die 22 aprilis, qua electus est Gregorius VII, hic Pontifex literis titulum illum Pontificibus proprium *Servus Servorum Dei* nondum praemittebat, ut vidimus Const. I. Mox incredibile videtur Gregorium exemptionis praerogativam ab episcopali iure concessisse Ecclesiae Pictaviensi ea die, qua electus est, cum nemo non novit, quantus hic Pontifex fuerit in ecclesiastica disciplina vindicanda. (2) Ex edit. Card. Carafae.

patione recipiant, dum iniquitatis et mortis suae pretium diabolica aviditate et temeritate possident. Dat. Romae VIII idus maii, indictione duodecima.

Dat. die 24 aprilis anno Domini 1074, pontif. anno II.

IX.

Commissio Trevirensi archiepiscopo et Metensi episcopo pro cognoscenda causa, quae inter Tullensem episcopum, et quemdam eius clericum versabatur (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Committit Trevirensi arch. et Meten. episcopo cognitionem huius causae. — Clericum tutum reddendum monet, — Omniaque ablata bona eidem restituenda. — Tum convocatis Tullensibus clericis inquirendum de moribus episcopi, — Et ad Sedem Apostolicam referendum.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Udoni Trevirorum archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Series fac I. Admonere te, frater, ut ea, quae tibi committimus, fideliter agas ex charitate: ut vero velociter ex considerata causarum, vel temporum fit competentia et necessitate (2): quae quidem utraque in subscripto negocio ita te observare volumus, ut (quemadmodum credimus) fidum te et indefessum nobis cooperatorem cognoscamus. Frater iste Tullensis (ut fatetur) clericus, ad nos veniens, conquestus est nobis, quoniam iratus sit ei dominus suus, videlicet Tullensis (ut dicitur) episcopus, se exulem factum, et omnibus rebus suis expoliatum, supplicans ut apud apostolicam pietatem tantarum miseriarum aliquam inveniret consolationem. Nobis vero, cur hoc sibi acciderit, diligenter inquirentibus, retulit se ab episcopo quamdam Ecclesiam postulasse, quae ad officium custodiae quod tenebat, legali constitutione dicitur attinere. Qua de re commotus episcopus, cum ei non solum hanc denegaret Ecclesiam, sed totum officium per summam interdiceret obedientiam, respondit se non debere sibi obedientiae reverentiam, quoniam archidiaconatus, consecrationes Ecclesiarum, et ipsas Ecclesias vendendo, simoniaca haeresi se commaculasset: cum muliere quadam in publica fornicatione iaceret, de qua filium genuisset; quamque rumor esset sacramento, et desponsatione laicorum more sibi copulasse et praeterea quod nonnulli, eum ad episcopatum pactione praemii pervenisse, dicerent. His auditis episcopus, quasi de manifestis culpis poenitens, et de sua correctione tum cum hoc solo, tum cum caeteris fratribus loquens, tandem manifesta indignatione et ira super istum inflammatus est. Egressoque ab urbe episcopo, paulo post milites eius (utpote non ignorantes voluntatem domini sui) huic omnem securitatem abnegavere, et intra claustrum ei minati sunt in faciem. Quos cum insidiari vitae suae et honori intelligeret, clam discessit, ut sua absentia temperaret severitatem huius furoris. Episcopus vero confestim sua omnia diripi et publicari praecepit, et ita iste exulem se et egenum iam diu fuisse conqueritur. Verum haec nobis inordinata, et valde iniqua videntur; quoniam si illa vera sunt, episcopus, imo exepiscopus non hunc, sed conscientiam suam odisse, et persequi debuerat: sin vero falsa (et utinam falsa) non tamen per milites, sed per disciplinam canonum, iustum corripere, et flagellare aequum fuerat. Quocirca fraternitatem tuam apostolica auctoritate commonitam, et in hac causa suffultam esse volumus, ut convocato et adiuncto tibi dilecto confratre nostro Herimanno venerabili episcopo Metensi, Tullensem conveniatis, eumque, ut clericum istum sine omni periculo vitae, et securum ab omni contumelia in claustrum suum recipiat, et officium custodiae cum Eccle-

Committit Trevirensi archiepiscopo et Metensi episcopo cognitionem huius causae.

Clericum tutum reddendum monet;

(1) Ex edit. Card. Carafae. (2) Admonemus te, frater, ut ea quae tibi committimus, fideliter agas, ex charitate: ut vero velociter, ex considerata causarum vel temporum competentia et necessitate: — Ita nos legendum esse putamus.

sia, quam postulavit, si iuste attinet, cum caeteris omnibus iustis pertinentiis, et utilitatibus suis, et praeposituram suam, et officium scholarum, nec non omnia ablata sibi bona, et tam irrationabiliter illata damna, restituat, apostolicis iussionibus commoneatis. Deinde convocatis Tullensibus clericis, per veram eos obedientiam, imo sub comminatione anathematis constringite, ut quicquid de introitu et vita episcopi sciunt, vobis aperiant, et vos undique explorata veritate, quid nobis inde credendum sit, in synodo, vel ante synodum, quam in prima hebdomada quadragesimae celebraturi sumus, per literas vestras notificare nullatenus praetermittite. Quod si episcopus (ut optamus) innocens de tot ac tantis criminibus apparuerit, quod clericus temere peccavit, quoniam ad nostram venit audientiam, qualiter iuste corrigatur, Deo aspirante, procurabimus. Si vero episcopus ea quae sibi intenduntur, veraciter removere non poterit, nullo modo ferendum est nobis vel vobis, ut locum pastoris lupus obtineat. Has autem literas idcirco aperte sigillari praecepimus, ut certiorem vobis auctoritatem traderemus. Dat. Romae XVII kal. novembris, indictione XIII.

Omniaque ablata bona eidem restituenda.

Tum convocatis Tullensibus clericis, inquirendum de moribus episcopi,

Et ad Sedem Apostolicam referendum.

Dat. die 16 octobris anno Domini 1074, pontif. anno II.

X.

De illegitimis ad Ecclesias non promovendis, et de constituendis coadiutoribus (1).

SUMMARIUM

Sancii regis in Sedem Apost. devotio. — Absurdum, ut is qui ex illegitimo matrimonio natus est, ad episcopatus gradum ascendat. — Sedes Apost. quamvis multa toleret, ipsa tamen a canonicis constitutionibus non discedit. — Ob morbum episcopi potest constitui coadiutor in iurisdictione exercenda.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Sanctio Hispaniarum regi salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Ex Archiv. Vatic.

Quoniam erga reverentiam Sanctae et Apostolicae Sedis regiam nobilitatem tuam pia devotione et amore fervere intelligimus; te et regnum tuum dignis honoribus sublimari cupimus, et apostolicam benevolentiam non solum in nostro, verum etiam in quocumque tempore tibi, et causis tuis sincerae charitatis affectum praebere desideramus. Caeterum, quod nos de causa Aragonensis episcopatus et consuluisti, et te quodammodo velle significasti, diu et multum volentes, et cum filiis Sanctae Romanae Ecclesiae pertractantes, incongruum fore praevidimus, quoniam in eo canonica decreta nobis obviare cognovimus. Veniens enim ad nos, sicut nosti, confrater noster Sanctius Aragonensis episcopus, multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens, deserendi episcopatum a nobis suppliciter licentiam postulavit, quod eum morbo confectus et pene consumptus, diutius competenti ministerio regere et custodire non possit. Atque ut facilius hoc impetraret, indicavit nobis de duobus clericis, quorum alterum in episcopatum eligi, tuam, et sui ipsius voluntatem, atque consilium fore nunciavit. De quorum vita et conversatione eum interrogantes, alia omnia, praeter quod de concubinis nati erant, bona satis et honesta accepimus: et quia venerandi canones ad sacerdotii gradum tales provehi contradicunt, probare eos non satis cautum fore putavimus; ne quidquam a nobis contrarium sanctis Patribus in exemplum et auctoritatem posteris relinquatur. Solet enim Sancta ed Apostolica Sedes pleraque considerata ratione tolerare, sed nunquam in suis decretis et constitutionibus a concordia canonicae traditionis discedere. Quapropter noverit dilectio tua, nos ita consuluisse, et praecepisse episcopo, ut ipse quantum possit episcopali officio in spiritualibus insistens, et auxilia comprovincialium episcoporum petens, ad peragendas exteriores et inferiores curas, talem clericum in Ecclesia constituat, qui

Sancii regis in Sedem Apostolicam devotio.

Absurdum, ut is qui ex illegitimo matrimonio natus est, ad episcopatus gradum ascendat.

Sedes Apostolica quamvis multa toleret, ipsa tamen a canonicis constitutionibus non discedit.

Ob mortem episcopi et si constum consultor in iurisdicti ne excipienda.

ad tantam procurationem providus, et si res postulaverit, ad percipiendam episcopalis officii dignitatem, et ordinem sit idoneus. Quo per annum unum aut amplius in Ecclesia consistente, si divina clementia interim episcopo vires corporis et sanitatem reddiderit, sicut iustum est, ipse in loco suo super Dominicum Gregem vigilians consistat; si vero infirmitas, et debilitas corporis sui adaucta fuerit, et administrationem commissae sibi curae nequaquam exequi poterit, tunc demum, si illius vita, mores, et disciplina probabilis fuerit Apostolicae Sedi, tuis et episcopi literis, nec non sub testimonio cleri eiusdem Ecclesiae denuncietur, et de ordinatione Ecclesiae deliberato consilio, certa vobis, et salubris, annuente Deo, responsio dabitur. Verum haec nequaquam tam absolute dixissemus, nisi quod episcopo, se excusanti, et impedimentum suae infirmitatis proponenti fraternae compassionis auditum denegare non potuimus. Haec igitur, dilecte fili, prudenter considera, et ad observanda nostra monita episcopum, quantum potes, adiuva, quatenus et tu a beato Petro apostolorum principe ad regendum tibi commissum populum adiuvari, eiusque meritis a peccatorum tuorum vinculis absolutus, aeternae beatitudinis gloria in regno Christi et Dei merearis perfrui. Data Romae octavo kalendas februarii, indict. XIII.

Dat. die 25 ianuarii anno Domini 1075, pontif. anno II.

XI.

Privilegium Abbatiae Romanae, super fluvium Iseram constitutae (1).

SUMMARIUM

Petitio. — Monasterii libertas confirmatur. — Sicut etiam bona omnia eidem hactenus concessa, vel in posterum concedenda. — Neminem ibidem canonicum ordinari statuitur, nisi prius regulariter se victurum professus fuerit. — Praepositi, et ministrorum electio ad ipsos spectare decernitur. — Confirmatio privilegii huius.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, fratribus consistentibus in Abbatia Romana, super fluvium Iseram constituta, salutem et apostolicam benedictionem.

Fidelitatis ac devotionis vestrae studia, quae per legatos vestros nostris auribus intimastis, accepimus. Petistis, ut Romana Ecclesia libertate, quam vestra Ecclesia ab antecessoribus nostris hactenus habuit, vos donaremus. Scripsistis etiam (quod nos valde laetificat) quosdam scilicet vestrum regularem canonicamque vitam incaepisse: quibus quaedam Ecclesiae vestrae bona vos concessisse denunciastis, rogantes, ut haec nostra firmaremus auctoritate. Vestrae itaque bonae intentioni congaudemus, et ut semper in melius proficiatis, optamus: petitionibusque vestris, obtentu filii nostri Hugonis Diensis episcopi, et vestri dilectione, annuimus, et romanam libertatem (sicuti postulastis) concedimus. Illa vero quae fratribus vestris regularibus praepositus vester Herimannus et vos donastis, et statuistis, quae et literis ad nos missis inseruistis, videlicet quicquid ipsi de bonis eiusdem Ecclesiae prius habere videbantur, et quicumque ex vobis ei se sociare regulariter voluerint, vel quod illis de suis aliquid dederit, nos quoque donamus. Possessiones autem et dispensationes Ecclesiae, quae datae fuerint, ad mensam fratrum regulariter inibi viventium pertinere, et nullum ulterius ibidem fieri, aut ordinari canonicum, nisi qui regulariter se victurum professus fuerit, nostra auctoritate statuimus. Praepositum, vel abbatem, seu cuiuslibet dispensationis ecclesiasticae ministrum, nisi quem communis electio fratrum regulariter viventium suae professionis secundum Deum elegerit, vobis praeferre, apostolica auctoritate prohibemus. Ne quis autem haec a nobis salubriter statuta violare praesumat, virtute Sancti Spiritus, et potestate nobis a Deo collata interdicimus.

Petitio.

Monasterii libertas confirmatur;

Sicut etiam bona omnia eidem hactenus concessa, vel in posterum concedenda.

Neminem ibidem canonicum ordinari statuitur, nisi prius regulariter se victurum professus fuerit.

Praepositi, et ministrorum electio ad ipsos spectare decernitur.

Confirmatio privilegii huius.

Ecclesiam vestram, quam per legatum Apostolicae Sedis reconciliari quaesistis, praefato filio nostro Diensi episcopo, qui et romanus, et Viennensis Ecclesiae filius est, consecrandam commisimus. Dat. Romae VII id. martii, indict. XIII (1).

Dat. die 9 martii anno Domini 1075, pontif. anno II.

XII.

Concordia super controversia inter Moravensem et Bragensem episcopos a Gregorio PP. in concilio, ambarum partium consensu, composita (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Series facti. — Divisio rei controversae, donec congrua magis ratio alterutra ex parte afferretur. — Terminus decem annorum utrique ad probationes producendas concessus.

Gregorius episcopus servus servorum Dei.

Exordium. Quoniam ad memoriam, semperque dilucidandam causarum negotiorumque veritatem nihil aptius, nihil durabilius, quam Scripturarum paginas aestimamus; qualiter lis et discordia, quae inter confratres nostros, videlicet Ioannem Moravensem episcopum et Geboardum Bragensem de quibusdam decimis et curtibus diu protracta est, tandem per pactionis convenientiam in Apostolica Sede determinata sit, per literas nostras non modo praesentibus, sed et futuris notum fieri volumus. Haec enim causa cum in secundo nostri pontificatus anno residentibus una nobiscum in basilica Salvatoris multis fratribus, convocatis etiam et coram positis supradictis episcopis ad audientiam nostram, et totius ibidem congregati concilii perlata sit, diu et multum inquisita, atque rimata tanta ambiguitate, et perplexionibus involuta videbatur, ut ad sinceram veritatis et iustitiae explorationem per ea, quae tunc adhibita sunt iudicia, perduci non posset. Verum ne illorum altercatio absque pacis interventu diutius, aut fraterna odia, aut aliqua periculosa hinc, vel illinc studia accenderet; cum consilio fratrum nostrorum causam ita ex aequo dirimi constituimus, ut omnia, de quibus inter eos contentio foret, per medium dividerentur, et hic unam, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec si apertiora iudicia sive scripto, aut congruis testibus invenire possent, diligentissime investigarent. Ad quod faciendum, ne forte suscitandae litis infinitae alterutri daretur occasio, terminum quoque eis decem annorum praefiximus, ut qui certis approbationibus ad iustitiam se pertingere posse confidit, infra praelibatum terminum proclamandi, et consequendi ius Ecclesiae suae, licentiam et potestatem habeat: et si alterum horum, vel utrosque (quod non optamus) interim obire contingerit, successores eorum in eadem pactione et constitutione permanere debeant. Ex ea autem parte, qua praefatus terminus, aut sub silentio, aut non ostensa veritatis et iustitiae, propter quam clamet, approbatione, transductus fuerit, nullus deinceps locus, nulla proclamandi occasio, aut super hac re renovandae quaestionis licentia supersit. Hoc igitur modo praenominatos episcopos in nostra praesentia pacificatos, et praescriptae definitioni gratum (ut vi-

Series facti.

Divisio rei controversae, donec congrua magis ratio alterutra ex parte afferatur.

Terminus decem annorum utrique ad probationes producendas concessus.

(1) Data ab illis Gregorii VII verbis, *obtentu filii nostri Hugonis Diensis episcopi*, occasione, non praetereundum est, ante Innocentii III aevum invectum iam in Sedem Apostolicam morem, ut episcopi non *filii*, sed *fratres* a Romanis Pontificibus nuncuparentur. Innocentius siquidem in decretali Attimecens. episcopo data, cap. *Quam gravi, de Crimine falsi*, « Scribere debes, inquit, Apostolicam Sedem consuetudinem in suis litteris hanc tenere, ut patriarchas, archiepiscopos, episcopos, *fratres*; caeteros autem, reges etc. *filios* in nostris literis appellemus..... In falsis autem literis tibi praesentatis, in salutatione *dilectus in Christo filius* vocabaris, cum ita literis, quas aliquando tibi transmisimus, te videre poteris a nobis *fratrem venerabilem* appellatum ». Verum ante saeculum XII non tam accurate his formulis usos fuisse arbitramur Romanos Pontifices, aut saltem literarum apostolic. scriptores, ut nunquam episcopos *filii* titulo appellarint. (2) Ex edit. Card. Carafae.

deatur) adhibentes assensum, ad propria cum apostolica benedictione, et fraterna charitate, dimisimus. Hoc ab omnibus inviolatum, et perpetuo inconcussum fore apostolica auctoritate praecipimus atque sancimus. Dat. Romae, VI non. martii, indictione decimatertia.

Dat. die 10 martii anno Domini 1075, pontif. Gregorii anno II.

XIII.

Declaratio suspensionis in synodo habita contra clericos concubinarios et simoniacos (1).

SUMMARIUM

In sacris ordinibus constituti uxorem aut concubinam non dimittentes, sacro ministerio et beneficiis privandi. — Simoniace ordinati omnino deponendi. — Adhortatio ad Aquileiensem patriarcham de huiusmodi decretis servandis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili Sichardo fratri et coepiscopo Aquileiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuae prudentiam latere non debet, neque tui ordinis dignitatem ignorare oportet, quae statuta, quaeque decreta in peracto concilio praeteritae quadragesimae, consilio confratrum nostrorum, ac totius conventus assensu, sequentes sanctorum Patrum auctoritatem statuimus. Decrevimus enim, quod si quis eorum ordinum, qui sacris altaribus administrant, presbyter scilicet, diaconus et subdiaconus uxorem vel concubinam habet, nisi illis omnino dimissis dignam poenitentiam agant, sacris altaribus penitus administrare desistant; nec aliquo Ecclesiae beneficio ulterius potiantur, sive potitis fruantur. Qui vero simoniace, videlicet per interventum pecuniae sunt promoti, ut absque ulla spe recuperationis deponantur, apostolica censura statuimus. Monemus itaque te, dilectissime frater et coepiscope, imo apostolica tibi auctoritate praecipiendo mandamus, ut tu in dioecesi tua simoniacos omnino deponas, et fornicatoribus clericis, nisi a fornicatione abstinuerint praefata conditione, officium et beneficium penitus interdicas: et suffraganeos tuos sive literis tuis seu viva voce ad te convocatos, ut idem faciant, summa cum diligentia moneas. Data Romae decimo kalendas aprilis, indictione tertiadecima.

In sacris ordinibus constituti uxorem aut concubinam non dimittentes, sacro ministerio et beneficiis privandi.

Simoniace ordinati omnino deponendi.

Adhortatio ad Aquileiensem patriarcham de huiusmodi decretis servandis.

(1) Ex Archiv. Vatic.

Dat. die 23 martii anno Domini 1075, pontif. anno II.

XIV.

De servandis in Coloniensi dioecesi decretis romani concilii super clericorum castitate, et contra simoniacos editis (1).

SUMMARIUM

Coloniensis Ecclesiae in Apostolicam Sedem devotio. — Admonitio ad Coloniensem archiep. de servandis sacrorum canonum decretis super castitate clericorum. — Sedis Apostolicae auctoritas edendi nova decreta contra novos excessus. — Quid sit obedientia. — Virtus castitatis necessaria ecclesiasticis gradibus. — De simoniacis a sacris removendis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Annoni Coloniensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Constat, Ecclesiam Coloniensem inter caeteras regni Theutonici Ecclesias Sanctae et Apostolicae Sedi, cui (Deo auctore) deservimus, ita fide, et dilectione, atque obsequiis ab annis prioribus esse devinctam, ut singulari familiaritate, et gratia charitatis apud eam tamquam apud matrem dulcissima filia praepolleat. Quem benevolentiae laudabilis usum, ab antecessoribus nostris ad nos usque deductum, non solum observare, sed etiam ampliare, et augumentare pro rerum opportunitate, et temporum modis omnibus sum paratus. Hinc etiam, charissime frater, de obedientia tua securior, iiducialius adhortor et moneo, atque communis

Coloniensis Ecclesiae in Apostolicam Sedem devotio.

Admonitio ad Coloniensem archiepiscopum de servandis sacrorum cann-

(1) Ex edit. Card. Carafae.

num decretis super castitate clericorum.

domini beati Petri auctoritate praecipio, ut ad castitatem clericorum praedicandam atque inculcandam iuxta Patrum decreta, et auctoritatem canonum cum suffraganeis tuis omnibus studiosius accingaris, ut Sponsae Christi, quae maculam nescit, aut rugam, candidatae et immaculatae familiae gratiosum exhibeatur officium (*a*). Novit enim fraternitas tua, quia praecepta haec non de nostro sensu exculpimus, sed antiquorum Patrum sanctiones, Spiritu Sancto praedicante prolatas, officii nostri necessitate in medium propalamus; ne pigri servi subeamus periculum, si dominicam pecuniam, quae cum foenore reposcitur, sub silentio abscondamus. Quamquam huic Sanctae Romanae Ecclesiae semper licuit semperque licebit, contra noviter increscentes excessus nova quoque decreta, atque remedia procurare, quae rationis et auctoritatis edita iudicio, nulli hominum sit fas, ut irrita refutare. Urget nos etiam timor illius maledicti, quod per Salomonem depromitur: Maledictus homo, qui abscondit frumenta in populo (*b*). Et quod item per Prophetam dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum a sanguine, idest verbum praedicationis ab increpatione carnalium (*c*). Sicut enim nos ad loquendum superiora exempla impellunt, ita et vos, quae de obedientia passim scripta leguntur, adhortantur, quae dicimus, fraterna charitate suscipere. Nam legitur apud Samuelem: Melior est obedientia, quam victimae (*d*); quasi enim scelus idololatriae est non ascultare, quasi peccatum ariolandi est non acquiescere. Quod beatus Gregorius in moralibus exponens dicit: Obedientia ergo est, sine qua, licet fidelis quisque videatur, infidelis esse convincitur (1). Sed ut ea, quae dilectioni tuae iniungimus, compendiosius efficaciusque prosequaris, cum fratribus et coepiscopis tuis concilium te cogere suademus, in quo quam maximo poteris clericorum caetu congregato, leges canonicas, et Sedis Apostolicae auctoritatem, tuamque et confratrum omnium patenter promulgatis, quanta castitatis sit virtus, quamque ecclesiasticis gradibus necessaria, seu quam sponsi virginis, et virginis sponsae cubiculariis sit competens (ut Deo donante nosti) latius exponens. Subinde firmiter pronunciabis non ulterius sibi licere, quod in perniciem sui hactenus usurparunt, cum tolerabilius omnino sit cessare ab officio, quam incestam, vel etiam molestam suo Salvatori ingerere servitutem; et inde sibi iram coacervare atque supplicium, unde praemium debuit emereri. Quod si te fideliter haec et firmiter exequentem tribulatio ac persecutio invenerit, respice ad eum, qui dixit: Confidite, ego vici mundum (*a*). Nos quoque clypeo beati Petri munitos indubitanter noveris, seu ad repellendos hostes, si possumus, seu ad protegendum te, omni hora paratissimos inveniri. Illud quoque fraternitati tuae notum esse volumus, contra simoniacam haeresim in synodo confirmasse (nam a sanctis Patribus longe ante statutum est) ac vehementer prohibuisse, ut neque Ecclesiae ullatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur. Quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eum a Missae celebratione, et Evangelii lectione omnimodis removemus: et ut haec diligenter observetis, enixius admonemus. Dat. Romae IV kalend. apr., indictione XIII.

Sedis Apostolicae auctoritas edendi nova decreta contra novos excessus.

Quid sit obedientia.

Virtus castitatis necessaria ecclesiasticis gradibus.

De simoniacis a sacris removendis.

Dat. die 29 martii anno Domini 1075, pontif. anno II.

(*a*) Ephes. 5. (*b*) Prov. 11. (*c*) Ierem. 48. (*d*) I Reg. 15 et Eccles. IV. 17. (1) Greg. lib. 35, cap. 10.

XV.

Eiusdem fere argumenti ad archiepiscopum Magdeburgensem (1).

SUMMARIUM

Spei in Deum vis. — Quae episcopis vigilantia inesse oporteat contra pullulantes excessus. — De clericorum libidine refraenanda.

(*a*) Ioan. 16. (1) Ex edit Card. Carolae.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Wezelino Magdeburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Spes in Deum vir

Legimus, Iosue, cum in populo Dei Magistro succedens ducatum suscepisset (*a*), ita solicita et vigilanti obedientia exercuisse officium, ut (quod de aliis raro scriptum est) caelesti fretus virtute elementis potentialiter imperaret (*b*). Nam et fluvium Iordanem ad transitum exercitus cursum naturalem sistere fecit, et solem volubili mobilitate in occasum anhelantem, donec adversarios ulciscereturur, quasi alter creator stare praecepit (*c*). Is etiam muros Iericho septeno perlustrans circuitu sacerdotalium clangore tubarum subruit et evertit. Vides, charissime frater, quid fervens in divinis causis animus, quid prompta obedientia meruerit. Ad huius similitudinem facti nos, qui populum christianum instituendi magisterium suscepimus, mentem vigilanter intendere debemus, ne adversariae potestatis muros contra verum Iosue rebellantes et erectos silentio nostro stare, aut roborari patiamur. Quamobrem fraternitati tuae apostolica auctoritate iniungimus atque praecipimus, ut ad castitatem clericorum praedicandam, et studiosius inculcandam, buccina sacerdotali vehementius et instantius instrepes, donec Iericho muros, idest defectionis opera, et sordidae libidinis pollutiones, dissipes et subvertas; sicut ad Prophetam: Posui te hodie super gentes, et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et aedifices, et plantes (*d*). Non nostra decreta (quamquam licenter, si opus esset, possemus) vobis proponimus, sed a sanctis Patribus statuta renovamus, ne nostro silentio servi dominicam pecuniam abscondentis sententiam incurramus (*e*). Elabora igitur in ista opportune, importune (*f*), ut domus Dei tibi commissa purificetur: quatenus et a nobis de obedientia tua gratias merearis, et tui laboris praemium recepturus in Domini tui gaudium laetus introducaris, Dat. Romae IV kal. aprilis, indictione decimatertia.

Quae episcopus vigilantia esse oporteat contra pullulantes excessus.

De clericorum libidine refraenanda.

(*a*) Iosue 4. (*b*) Iosue 10. (*c*) Iosue 6. (*d*) Ierem. 2. (*e*) Matth. 25. (*f*) Timoth. 11. 4.

Dat. die 29 martii anno Domini 1075, pontif. anno II.

XVI.

Declaratio depositionis Bambergensis episcopi propter simoniam (1).

SUMMARIUM

Bambergensis Ecclesia Romanae specialis filia. — Eius episcopus depositus propter simoniam. — Decretum pro securitate bonorum ad eam spectantium.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clero et populo Babembergensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum est pene omnibus, in Theutonicis partibus habitantibus, quod Babembergensis Ecclesiae specialis quodammodo filia adhaeret Matri suae Romanae Ecclesiae, cui Deo auctore deservimus, licet indigni: ac proinde tanto solicitius vigilantiae nostrae nos oportet sibi curam impendere, quanto familiarius Apostolicae Sedis est munimine contuenda. Unde, quia quidam idiota praedictam Ecclesiam simoniacae perfidiae haeretica pravitate subversus invaserat, eam a iugo sacrilegae pervasionis illius provida consideratione liberare studuimus. Exemimus quidem gladium apostolorum principis Petri, et in eum apostolica auctoritate sententiam promulgavimus. Verum quia in exclusione talium solent Ecclesiae multa damna pati, et bona earum distrahi, et disperdi; dignum duximus imminenti damno Ecclesiae praecavere, ac proinde sacrilegis et tyrannis apostolica auctoritate resistere, interdicendo, ne occasione exclusionis illius res Ecclesiae auferre, vel quolibet modo alienare praesumant. Quapropter ex parte Dei et apostolorum Petri et Pauli interdicimus, ut nulla

Bambergensis Ecclesia Romanae specialis filia.

Eius episcopus depositus propter simoniam.

Decretum pro securitate bonorum ad eam spectantium.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

alicuius dignitatis seu potestatis, sive cuiuslibet conditionis persona, res iam saepe fatae Ecclesiae, maxime thesaurum et praedia, auferre, vel aliquo modo alienare iniuste diripiendo praesumat, donec omnipotens Deus per interventum beati Petri Ecclesiae illi idoneum pastorem provideat. Si quis vero contra huius interdictionis paginam venire temptaverit, noverit se gratiam sancti Petri amittere, et apostolicae animadversionis ultione plectendum. Dat. Romae, XII kal. maii, indictione decimatertia.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1075, pontif. anno II.

XVII.

Confirmatio sententiae eiusdem (1).

SUMMARIUM

Herimannus episcopus iudicio Sedis Apostolicae se subtrahit, — Et Ecclesiam tyrannice occupat; — Quare anathematizatur et sacerdotali quoque privatur officio: quousque Apost. Sedi se praesentet. — Item sententia excommunicationis in eos, qui ab illo aliqua Ecclesiae praedia acceperunt, ut ei faverent.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clero et populo Babembergensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Literas, quas Poppo praepositus Ecclesiae vestrae cum his, qui secum erant decepti, simulata poenitentia falsaque religione Herimanni olim dicti vestri episcopi, incaute a nobis nimia sub festinatione recedentes, ad vos deferre neglexerunt, nostro sigillo insignitas; idcirco vobis ad praesens dirigere dignum duximus, ut in illis manifeste cognoscatis, quae fuerit de iamdicto pseudoepiscopo nostra voluntas, quamque sententiam damnationis iudicio sanctae Apostolicae Sedis in eum promulgavimus: indubitanter credentes, quoniam nullius supplicatio aut fraudolentia ab eadem voluntate, sive sententia ex eo, quod se iudicio sanctae Apostolicae Sedis subtravit, animum nostrum potuit revocare, vel numquam Deo auctore mutare valebit. Verum quia sub obtemptu religionis, ac mentitae poenitentiae sanctam Babembergensem Ecclesiam, specialem quodammodo sanctae Romanae Ecclesiae filiam, tyrannide conatus est confundere, bonaque illius dilapidare, atque disperdere, priorem sententiam confirmantes, ad cumulum damnationis eius hoc addimus, ut irrecuperabiliter ab episcopali officio semotus, a sacerdotali quoque sit omnino seclusus, quousque apostolicae se audientiae repraesentet, paratus eam cautionem facere, quam vestrae Ecclesiae cognoverimus expedire. Ab episcopali vero officio eum segregamus, quia simoniace invasit Ecclesiam; sacerdotali quoque eum idcirco privamus, quoniam sub specie sanctitatis visus est eam dilaniare atque confundere. Et quia tanta mala contra Ecclesiam quoquomodo olim sibi commissam exercere non timuit, anathematis eum vinculo innodamus, quousque supradicto modo se apostolicae audientiae repraesentet; nisi forte in extremis ductus dignam poenitentiam accipiat, eo tamen tenore, ut si convaluerit, simili modo (ut dictum est) se Apostolicae Sedi repraesentare festinet. Eodem quoque anathemate percutimus eos, qui ab initio promotionis eiusdem aliqua praedia Ecclesiae ab eo acceperunt, ut sibi faverent ad eius malitiam contuendam, permaxime illos, qui postquam se Apostolicae Sedis iudicio subtraxit, ab eo aliquid in praediis vel in thesauris Ecclesiae acceperunt ad confovendum eum, ut in sua pertinacia perseveret, nisi resipuerint, videlicet ut condigna satisfactione, quod praedicto sacrilegio peccaverunt, emendent, nobisque suam poenitentiam resignare festinent. Dat. Laureti XIII kal. augusti, indictione decimatertia.

Dat. die 20 iulii anno Domini 1075, pontif. anno III.

Herimannus episcopus iudicio Sedis Apostolicae se subtrahit.

Et Ecclesiam tyrannice occupat;

Quare anathematizatur et sacerdotali quoque privatur officio: quousque Apost. Sedi se praesentet.

Item sententia excommunicationis in eos, qui ab illo aliqua Ecclesiae praedia acceperunt, ut ei faverent.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

XVIII.

Depositio Ottonis Constantiensis episcopi, et cleri populique absolutio ab obedientia ei praestanda (1).

SUMMARIUM

Admonitiones praeviae episcopo factae. — Clericorum libido et simoniaca labes non ferendae. — Ottonis inobedientia et rebellio. — Iteratae admonitiones. — Obedientia ei non praestanda, si contumax extiterit. — Contra Deum superbienti resistendum. — Quale peccatum sit inobedientia.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clericis et laicis maioribus et minoribus in Constantiensi episcopatu consistentibus, christianam legem diligentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Admonitiones praeviae episcopo factae.

Misimus fratri nostro, episcopo vestro Ottoni literas exhortatorias, per quas pro nostri necessitate officii apostolica auctoritate iniunximus illi, ut simoniacam haeresim de Ecclesia penitus sua excluderet, et castitatem clericorum studiose praedicandam susciperet, et firmiter tenendam episcopali vigilantia inculcaret. Nam sic eam nobis evangelicae et apostolicae literae, authenticarum synodorum decreta, et eximiorum doctorum praecepta insinuant, ut eam dissimulare et negligere, sine magno animae nostrae et populi cristiani detrimento, non possimus. Sed episcopus vester, ut nobis relatum est, quae paterne suaseramus, perficere non curavit; et ut non solum inobedientiae, verum etiam rebellionis offensam contraheret, quemadmodum accepimus, palam clericis suis iussioni nostrae, immo beati Petri, omnino contraria permisit; itaut qui mulierculas habuerant, retinerent: et qui non habebant, illicita temeritate subintroducerent. Quod ut audivimus, moleste ferentes, secundam ei scripsimus epistolam, indignationis ei nostrae motus ostendentes, et idem praeceptum iterato acrius inculcantes; tum etiam ipsum ad synodum romanam, quae prima proximae quadragesimae hebdomanda est, advocavimus, ut pro se rationem reddat, et inobedientiae causas, si rationabiles habuerit, in audientiam totius conventus exponat. Hoc ideo, fratres charissimi, vobis innotescimus, ut animae vestrae saluti consulamus. Si enim beato Petro et sanctae Sedi Apostolicae fronte aperta repugnans et contumax esse voluerit, liquido manifestum est, quod qui matrem vel patrem inhonorat nullam a fidelibus patris et matris iure obedientiam exigere aut quaerere debeat. Indignum est enim, ut qui magistro detrectat subesse, magister auditoribus postulet praesse. Quapropter omnibus, sicut praediximus, maioribus atque minoribus, Deo, et B. Petro adhaerentibus, apostolica auctoritate praecipimus, si in obduratione sua persistere voluerit, nullam ei obedientiae reverentiam exhibeatis; nec id animae vestrae perniciem esse putetis; nam si, ut toties iam praediximus, praeceptis apostolicis voluerit esse contrarius, ab omni illius subiectionis iugo beati Petri auctoritate absolvimus ita universos, ut cum sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quamdiu Deo omnipotenti, et Sedi Apostolicae rebellis extiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Non enim cuilibet personae contra Creatorem suum, qui cunctis praeponendus est, aliquis debet obedire; sed debemus contra Deum superbienti resistere, ut saltem hac necessitate coactus ad viam iustitiae addiscat redire. Quanti enim periculi, quantaeque a christiana lege sit alienationis, obedientiam, maxime Apostolicae Sedi, non exhibere, ex dictis beati Samuelis prophetae potestis cognoscere, quae sanctissimus papa Gregorius in ult. lib. Moralium procuravit exponere. Ut ea autem sint nobis in promptu, scripta transmisimus, quatenus indubitanter sciatis, nos vobis novam non dicere, sed antiquam sanctorum Patrum doctrinam propalare: Hinc Samuel ait: Melior est obedientia,

Clericorum libido et simoniaca labes non ferendae.

Ottonis inobedientia et rebellio.

Iteratae admonitiones.

Obedientia ei non praestanda, si contumax extiterit.

Contra Deum superbienti resistendum.

(1) Ex vita Gregorii VII apud Bolland. ad d. 25 maii cap. IV.

quam victima; et ascultare magis, quam offerre adipem arietum (a); quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere; obedientia quippe victimis iure praeponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia gladio praecepti se immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiae demonstretur. Ex adverso igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim ariolandi peccatum est repugnare, et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere, sola obedientia est, quae fidei meritum possidet; sine qua quisque convincitur infidelis, etsi fidelis esse videatur.

Quale peccatum sit inobedientia.

XIX.

Depositio, iterataque excommunicatio Henrici quarti imperatoris: absolutioque vassallorum a iuramento fidelitatis.

SUMMARIUM

Imploratio divini auxilii. Depositio Henrici regis. — Absolutio vassallorum a iuramento fidelitatis. — Excommunicatio eiusdem Henrici regis.

Gregorius Papa VII, etc.

Imploratio divini auxilii.

Beate Petre apostolorum princeps, inclina quaesumus pias aures tuas nobis, et audi me servum tuum, quem ab infantia nutristi, et usque ad hunc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt, et odiunt. Tu mihi testis es, et Domina mea Mater Dei, et B. Paulus frater tuus inter omnes sanctos, quod sancta Romana Ecclesia me invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapina arbitratus sum ad Sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi, saeculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus, credo, quod tibi placuit et placet, ut populus christianus tibi specialiter commissus mihi obediat? specialiter pro vice tua mihi commissa, et mihi tua gratia est potestas a Deo data ligandi atque solvendi in caelo et in terra.

Depositio Henrici regis.

§ 1. Hac itaque fiducia fretus, pro Ecclesiae tuae honore et defensione, ex parte omnipotentis Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, per tuam potestatem et auctoritatem, Henrico regi filio Henrici imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Theutonicorum, et Italiae gubernacula contradico.

Absolutio vassallorum a iuramento fidelitatis.

§ 2. Et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod sibi faciunt, vel fecerunt, absolvo; ut nullus ei sicut regi serviat, interdico. Dignum est enim, ut qui studet honorem Ecclesiae tuae imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere.

Excommunicatio eiusdem Henrici regis.

§ 3. Et quia sicut christianus contempsit obedire, nec ad Deum rediit, quem dimisit, participando excommunicatis, meaque monita, quae pro sua salute sibi misi (te teste) spernendo, seque ab Ecclesia tua, tentans eam scindere, separando, vinculo eum anathematis vice tua alligo; et sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes, et comprobent, quia tu es Petrus, et super tuam petram filius Dei vivi aedificavit Ecclesiam suam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, etc.

Actum anno ab incarnatione Domini MLXXV, indictione tertiadecima.

Dat. anno Domini 1075, pontif. anno III.

XX.

De huiusmodi anathematizatione ad omnes Christifideles (1).

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus, qui cupiunt se annumerari inter oves, quas Christus beato Petro commisit, salutem et apostolicam benedictionem.

(a) 1 Reg. 5.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

Audistis, fratres, novam et inauditam praesumptionem: audistis sceleratam schismaticorum, et nomen Domini in beato Petro blasphemantium garrulitatem et audaciam: audistis superbiam ad iniuriam et contumeliam Sanctae et Apostolicae Sedis elatam, qualem vestri Patres nec viderunt nec audierunt unquam, nec scripturarum series aliquando a paganis vel haereticis docet emersam; cuius mali, etsi aliquod unquam post fundatam et propagatam fidem Christi praecessisset exemplum, omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu et conculcatione apostolicae, immo divinae auctoritatis dolendum foret, et gemendum. Quapropter si beato Petro claves regni caelorum a Domino Deo nostro Iesu Christo traditas esse creditis, et vobis per manus ipsius ad aeternae vitae gaudia introitum patere cupitis, cogitandum vobis est, quantum nunc de irrogata sibi iniuria dolere debeatis. Nisi enim hic, ubi per discrimina temptationum vestra fides et corda probantur, socii passionum efficiamini, procul dubio non estis digni, ut participes futurae consolationis, et filii regni caelestem coronam (*a*), et gloriam sortiamini. Rogamus igitur charitatem vestram, ut instanter divinam misericordiam implorare studeatis; quatenus aut corda impiorum ad poenitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda consilia, quam insipiens et stulti sint, qui Petram a Christo fundatam evertere, et divina privilegia violare conantur, ostendat. Qualiter autem, aut pro quibus causis beatus Petrus anathematis vinculo regem alligaverit, in cartula, quae huic inclusa est, plene potestis cognoscere.

XXI.

De Tedaldo, in Mediolanensem Ecclesiam intruso, ad sacros ordines non promovendo (1).

SUMMARIUM

Tedaldus in Ecclesiam ab Henrico rege intrusus. — Ad limina apostolorum vocatus ad probandum legitimam sui promotionem, cum prohibitione tamen recipiendi interim sacrum ullum ordinem; — Quem eidem conferre, cuilibet interdicitur episcopo, sub anathematis poena. — Quis sit pastor, quis fur, quis latro.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, fratribus et episcopis, coepiscopis Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Iporegiensi, Opizoni Laudensi, et caeteris suffraganeis sanctae Mediolanensis Ecclesiae, obedientibus Apostolicae Sedi, salutem et apostolicam benedictionem.

Tedaldus in Ecclesiam ab Henrico rege intrusus.

Notum vobis esse volumus de Tedaldo Mediolanensi clerico, quem rex praeterquam nobis literis, ac legatorum verbis promiserit, in Mediolanensem Ecclesiam posuit, quod episcopalem sedem, ad quam alia prius, quae adhuc superstes est, fuerit assignata persona, non satis ordinate suscepisse videtur. Quod cum per quosdam fideles nostros nostram requireret amicitiam, scripsimus ei, hoc nos multum velle et cupere, atque eo pacto facillimum convenire posse, si, requisitis apostolorum liminibus et nostra praesentia, causam promotionis suae puram atque probabilem ostendere vellet et posset. Ad quod exequendum amicabiliter eum vocavimus, et praefixo sibi termino ad proximam synodum venturae quadragesimae, aut, si malit, ante synodum firmam securitatem veniendi ad nos, et redeundi, ex nostra parte promisimus, et dare parati sumus. Insuper etiam, ne interim aliquem de sacris ordinibus gradum recipiat, apostolica auctoritate ei interdiximus. Quod item et vobis per eam, quam beato Petro apostolorum principi debetis obedientiam, et ex nostra, quam per illum licet indigni suscepimus, apostolica auctoritate interdicimus, ut nullus vestrum ad promotionem alicuius ordinis manum ei praesumat imponere, donec oblata nobis sua praesentia, quid de introitu eius indicandum et statuendum sit, sincera, Deo adiuvante, possimus examinationem discernere. Quod quidem cum communi consilio, et coniuncta omnium vestrorum

Ad limina Apostolorum vocatus ad probandum legitimam sui promotionem, cum prohibitione tamen recipiendi interim sacrum ullum ordinem;

Quem eidem conferre, cuilibet interdicitur episcopo, sub anathematis poena.

(*a*) Corinth. II, 1. (1) Ex edit. Card. Carafae.

discretione ac iudicio, fieri permaxime cupimus, si vel illius Ecclesiae cura, vel respectus apostolicae reverentiae, aut nostra charitas vos ad hoc negotium convocare poterit. Videte igitur, ne quis vestrum, contempto hoc interdictu, ad illius pariter et sui periculum, manum extendat; quoniam si quis (quod non credimus) in ea praesumptione se occupare proruperit, continuo se a gratia beati Petri, et nostra dilectione, necnon a communione sacri corporis et sanguinis Domini sequestratum esse cognoscat. Verum id agite, ut frater ille, dum potest, dum locum habet, sibi et Ecclesiae consulat; paci vestrae, et saluti tantae multitudinis hominum pene periclitantium provideat: nec suamet praecipitatione casum petens multos secum ad commune periculum trahat. In quo nunc apparebit, quis sit pastor in vobis iniquitati aperte resistens, quis sit fur simulationem faciens, quis latro manifeste iustitiae contradicens. Considerate ergo, quomodo caute ambuletis, quia sicut durum est contra stimulum calcitrare, sic asperum est sanctae Romanae Ecclesiae contraire, cui vos tamquam matri semper oportet obedire. Dat. Romae, VI id. octobris, indictione XIV.

Quis sit pastor, quis fur, quis latro.

Dat. die 10 octobris anno Domini 1075, pontif. anno III.

XXII.

Expositio sententiae latae in causa, quae versabatur inter Ecclesiam Rossellanam et Populoniensem super nonnullis possessionibus (1).

SUMMARIUM

Modus concordiae. — Concessio termini ad contraria monumenta producenda: — Quo expirato, si nihil fuerit prolatum, controversa bona possideat pacifice Rossellana Ecclesia.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clero et populo Rossellanae Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

Quia officii nostri est discordes ad concordiam revocare, discordiam inter Rossellanam et Populoniensem Ecclesiam graviter exortam diligenti examinatione discussimus. Tandem post varias utrimque prolatas rationes, claruit, non solum per privilegia Apostolicae Sedis, verum etiam per quoddam diffinitionis scriptum praesentia Sylvestri Papae, et clericorum romanorum iudicio confirmatum, quidquid in quaestione fuerat, Rossellanae Ecclesiae pertinere. Unde collaudatione tam episcoporum, quam etiam Romanae Ecclesiae clericorum praefatam litem eo tenore decidimus, ut investitura Rossellano episcopo deinceps concessa; si ante proximum dominicae Ascensionis festum aliquam scriptionem Populoniensis episcopus ostenderit, quae ostensa nobis, Papae Sylvestri iuste improbare videatur; Populoniensis episcopus ad reclamandum et retinendum licenter admittatur. Sin autem, ab eadem festivitate huiusmodi controversia perpetuum silentium habeat, et Rossellana Ecclesia, Apostolicae Sedis iterata definitione fulta, in perpetuum ab hac quaestione quiescat, et insuper deinceps privilegium, definitionem nostram latius continens, munitum praedia, quorum lis tantis temporibus ventilata est, sine aliqua molestatione possideat (1).

Modus concordiae.

Concessio termini ad contraria monumenta producenda:

Quo expirato, si nihil fuerit prolatum, controversa bona possideat pacifice Rossellana Ecclesia.

XXIII.

Confirmatio donationum Florentinae Ecclesiae a Gerardo episcopo, postea Nicolao PP. II, caeterisque factarum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Raynerii Florentini episcopi instantia. — A Nicolao PP. II factae donationes, concessaque privilegia confirmantur. — Praepositus et canonici sub Apost. Sedis munimine suscipiuntur; — Bonaque omnia ad eos pertinentia confirmantur. — Dignitatis privatio, — Atque anathema contra violatores privilegii huius.

(1) Forsan legendum: *et insuper deinceps privilegio, definitionem nostram latius continente, munita, praedia.* (2) Ex Capitulari Tabulario edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Martino S. Florentinae Ecclesiae Praeposito, aliisque confratribus canonicis, tuisque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Si iustis servorum Dei petitionibus satisfecerimus, procul dubio apostolica praecepta servamus. Quapropter interveniente confratre nostro Raynerio episcopo vestro confirmamus, atque corroboramus tibi, tuisque successoribus, quidquid in pagina concessionis et confirmationis, quam vester fecit vobis Gerardus, tunc episcopus, postea Romanae Sedis Pontifex, rescriptum esse constat, vel vestrae Canonicae. Quam scilicet Canonicam tuendam et defendendam per eamdem paginam ipse vester episcopus sanctissimi praedecessoris mei Leonis Papae suorumque successorum auctoritati tuendam et defendendam commisit, atque supposuit, ut quieti et securi ab omni laesione permanere valeatis. Desiderio itaque ac petitione tua, ut diximus, inclinati, et praepositum atque successores canonicam vitam ducturos sub nostrae apostolicae defensionis munimine suscipimus: et bona omnia, quae vestra habet et habitura est, et sibi pertinent, Canonica, videlicet curtes, terras, et iuxta Florentinam urbem pratum Regis, campum Regis totum cum mansis et territoriis omnibus, quae in Florentina curte habet et retinet, vel sibi pertinent, praedicta vestra Canonica: curtem S. Andreae cum omnibus sibi pertinentibus: curtem de Quinto: curtem de Cintoria cum omnibus suis pertinentiis, et illam partem, quam Petrus primicerius contra canonica instituta usurpare visus est: plebem de Exinea cum curte et mansis et omnibus territoriis, decimationibus, quaecumque ad eamdem plebem vel curtem pertinere videntur: insuper totum, quod Theuzo filius Lepizi pro salute animae suae in ecclesia S. Ioannis contulit, vel in eadem Canonica: terram S. Proculi in praedicta plebe: curtem de lacu, quae est infra plebem S. Petri sita; Valiam cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis: campum nihilominus Randi: similiter ecclesiam S. Petri, quae dicitur Cantuari cum suis pertinentiis, quam Gerardus venerabilis episcopus Florentinae Ecclesiae praelibatae contulit Canonicae: necnon ubicumque aliquod habere vel tenere, aut sibi pertinere videtur ipsa vestra Canonica: et quidquid Gerardus archipresbyter pro beneficio in ipsa Florentina Ecclesia tenuit, tam in decimationibus, quamque in mansis et in praediis: necnon et quaecumque Stephanus abbas ex beneficio tenuit: similiter, et quaecumque primicerii beneficia fuere; atque plebem S. Hippoliti sitam Elsae: itemque campum et hortum, qui est iuxta ecclesiam S. Reparatae: seu etiam curtes, et ecclesias, atque castellum in territorio plebium S. Ioannis Maioris, et S. Laurentii, et S. Cassiani, a finibus iugi Alpium Mucellensium usque in fluvium Sevae, quae Hieremias filius Ildeprandi pro sua filiique sui anima per chartulam concessionis praelibatae contulit Canonicae: curtes, et casas, sortes, et dominicatas, et ecclesiam S. Martini cum omnibus suis pertinentibus rebus in villa de Bagnolo, quae scitur esse infra plebem S. Mariae de Pinita, quae dedere homines de Rufina in praedicta Canonica: ecclesiam S. Ambrosii cum suis pertinentiis: ecclesiam S. Mariae Novellae cum rebus suis: castrum de Scaraboni: mansum unum in Conciano: et quidquid in praedicta Canonica dedit Imelda in civitate Fesulana intus et extra: curtem de Petramala cum omnibus sibi pertinentibus rebus: et terram, quam dedit Thetberga uxor Rodulphi: et praeterea, sicut supradiximus, quaecumque vestra Canonica iuste nunc habet, aut in posterum, Domino annuente, habere contigerit, in quibuslibet rebus vel immobilibus, sive ab eiusdem civitatis episcopo datis, sive ab aliis hominibus publicis vel privatis, tibi tuisque successoribus confirmamus et stabilimus in perpetuum. Haec igitur omnia,

Raynerii Florentini episcopi instantia.

A Nicolao PP. II factae donationes, concessaque privilegia confirmantur.

Praepositus et canonici sub Apostolicae Sedis munimine suscipiuntur;

Bonaque omnia ad eos pertinentia confirmantur.

quae huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eo, quo es, ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse potuerit, apostolica auctoritate imperpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco insta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Dignitatis privatio.

Atque anathema contra violatores privilegii huius.

Signum Gregorii Papae septimi.

MISERATIONES TUÆ, DOMINE, SUPER OMNIA OPERA EIUS.

Datum Florentiae v kal. ianuarii per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis, ac bibliothecarii, anno IV pontificatus domini Gregorii VII Papae. Anno videlicet dominicae incarnationis MLXXVI, indict. XIV.

Dat. die 28 decembris anno Domini 1076, pontif. anno III.

XXIV.

Confirmatio fundationis et donationum ab Hugone Aginnensi episcopo monasterio S. Petri Condomiensi factarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum exemptionis ab omni cuiuslibet personae molestia, vi, infestatione, etc. — Annuus census quinque solidorum illius monetae Apostolicae Sedi persolvendus. — Confirmatio bonorum ab Hugone episcopo monasterio datorum. — Abbas per monachos eligi statuitur. — Immunitas ab omni laicali servitio et gravamine. — Dignitatis privatio, atque anathema contra privilegii huius violatores.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Raymundo abbati monasterii Sancti Petri siti in loco, qui dicitur Condomus, suisque successoribus, in perpetuum.

Supernae miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesiae curam suscepimus, et apostolici moderaminis solicitudinem gerimus, ut iustis praecantium votis attenta benignitate faveamus, et libramine aequitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subvenire debeamus. Proinde iuxta petitionem tuam praefato monasterio, cui tu praesse dinosceris, huiusmodi privilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgemus, concedimus, atque confirmamus; statuentes, nullum regum, vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque dignitate praeditum, vel quemcumque alium audere, de his, quae eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum, Deo miserante, iuste collata fuerint, sub cuiuslibet causae occasionisve specie minuere vel auferre, et sive suis usibus applicare, vel aliis piis de causis per suae avaritiae excusationem concedere; sed cuncta quae ibi iuste oblata sunt, vel offerri contigerit tam a te quam ab eis, qui in tuo officio locoque successerint, perenni tempore illibata et sine inquietudine volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, modis omnibus profutura.

Et quia Ugo episcopus idem monasterium ex bonis haereditatis suae ditatum Romanae Ecclesiae iuri contradidit, ad futuram defensionis suae cautelam constitutum est, ut singulis annis pensis quinque solidorum, moneta illius terrae, Apostolicae Sedi reddatur. Nominatim

Exordium.

Decretum exemptionis ab omni cuiuslibet personae molestia, vi, infestatione, etc.

Annuus census quinque solidorum illius monetae Apostolicae Sedi persolvendus.

(1) Ex tom. II Gall. Christ. ed. 1720 inter Instrumenta Ecclesiae Condemien. num. III.

Confirmatio bonorum ab Hugone episcopo monasterio datorum.

igitur confirmamus eidem monasterio illas possessiones, quas praedictus Ugo episcopus eiusdem monasterii fundator, in pago Leomaniae ex iure patrimonii sui praefato loco contulit: videlicet ecclesiam Sancti Petri, et locum Condomus, quod interpretatur *Domus sublimis*, cum omnibus suis appendiciis. Item constituimus, ut obeunte abbate, non alius ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem fratres eiusdem loci communi consensu secundum timorem Dei elegerint. Hoc quoque praesenti capitulo subiungimus, ut ipsum monasterium, et abbates eius, vel monachi ab omni saecularis servitii sint infestatione securi, omnique gravamine mundanae oppressionis remoto, in sanctae religionis observatione sedulo, atque quieti, et nulli aliqua habeantur occasione subiecti.

Abbas per monachos eligendus statuitur.

Immunitas ab omni laicali servitio et gravamine.

Haec igitur omnia, quae huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eorum loca successerint, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, possessionis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicitae acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat. Cunctis autem eidem loco iuxta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum boni operis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Datum Laterani VIII idus martii, per manus Petri sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis, ac bibliothecarii, anno tertio pontificatus domini Gregorii Papae, indictione XIV.

Dignitatis privatio, atque anathema contra violatores huius privilegii.

Dat. die 8 martii anno Domini 1076, pontif. Gregorii anno III.

XXV.

Confirmatio sententiae excommunicationis latae a Diensi episcopo legato apostolico in Aniciensis Ecclesiae invasorem (1).

SUMMARIUM

Diensis episcopus Gregorii PP. vicarius in Galliarum partibus. — Invasori Aniciensis Ecclesiae non obediendum; et alius eligendus episcopus. — Anathema contra inobedientes.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Aniciensibus canonicis.

Notum est vobis, qualiter Stephanus Aniciensis invasor, et simoniacus, despecto sacramento, quod nobis super corpus S. Petri de deliberatione eiusdem Ecclesiae fecerat, eam occupare, et tyrannica oppressione affligere non cessat. Unde scire vos volumus, quia sicut confrater noster Ugo Diensis episcopus, cui vices nostras in Galliarum partibus agendas commisimus, illum excommunicavit, sic et nos excommunicavimus, et a gremio Sanctae Ecclesiae separavimus. Quapropter apostolica auctoritate praecipimus vobis, ut colla vestra de subiugo eius excutientes, ne illi adhaerentes, diabolo, cuius ipse membrum factus est, serviatis. Sed ab illo, sicut ab excommunicato, oportet caveatis; et de excommunicatione, quam incurristis coram praedicto Diensi episcopo satisfacientes, ipsius consilio pastorem vobis secundum Dominum eligatis. Quod si feceritis, ab omni sacramento et obligatione, quam praefato simoniaco contra Dominum fecistis, ex parte S. Petri vos absolvimus: si vero etiam nunc nostrae salutari iussioni recalcitrare praesumpseritis, pari vos anathemate condemnatos sciatis. Dat. Bibianello X kal. apr., indictione decimaquarta.

Diensis episcopus Gregorii PP. vicarius in Galliarum partibus.

Invasori Aniciensis Ecclesiae non obediendum; et alius eligendus episcopus.

Anathema contra inobedientes.

Dat. die 23 martii anno Domini 1076, pontif. anno IV.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

XXVI.

Commissum datum Bernardo S. R. E. diacono et Bernardo abbati Massiliensi, ut obtineant tutum iter sibi in Germaniam ire volenti, ad pacem componendam; praecipitque non communicandum cum eo rege, qui apostolicis mandatis non obedierit (1).

SUMMARIUM

Commissio duobus monachis data pro obtinenda securitate itineris in Germaniam. — Causa huiusmodi itineris. — Ex regibus qui Apostolicae Sedi inobediens extiterit, cum eo non communicandum. — Obedienti vero obsequendum. — Inobedientia Apostolicae Sedi scelus idololatriae. — Quod sit munus Summi Pontificis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus et universis Christifidelibus clericis et laicis, tam maioribus quam minoribus in Regno Theutonicorum consistentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Commissio duobus monachis data pro obtinenda securitate itineris in Germaniam.

Notum fieri vobis volumus, fratres charissimi, quia legatis nostris, Bernardo videlicet Sanctae Romanae Ecclesiae fideli filio et diacono, itemque Bernardo abbati religioso Massiliensis monasterii, praecipimus, ut utrumque regem, Henricum videlicet et Rodulphum, aut per se aut per idoneos nuncios admoneant, quatenus viam mihi pro discutiendo negotio, quod peccatis facientibus inter eos ortum est, ad vos, Deo favente, secure veniendi praebeant. In magna enim tristitia et dolore cor nostrum fluctuat, si per unius hominis superbiam tot millia hominum christianorum temporali et aeternae morti traduntur, et christiana religio confunditur, romanumque imperium ad perditionem perducitur. Uterque namque rex a nobis, immo ab Apostolica Sede, cui licet indigni praesidemus, adiutorium requirit. Et nos de misericordia omnipotentis Dei, et adiutorio beati Petri confidentes, parati sumus cum vestro consilio, qui Deum timetis, et christianam fidem diligitis, aequitatem causae utrinque decernere, et ei praebere auxilium, cui iustitia ad regni gubernacula favere dinoscitur. Quapropter si alterutrum eorum superbia inflatus aliquo ingenio, quominus ad vos venire possimus, obstiterit, et de sua iniustitia timens, iudicium Sancti Spiritus refugerit, inobediens factus resistendo sanctae et universali matri Ecclesiae, hunc velut membrum Antichristi et desolatorem christianae religionis contemnite, et sententiam, quam nostri Legati contra eum nostra vice dederint, conservate; scientes, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (*a*). Alteri vero, qui humiliter se habuerit, et iudicium (decretum vero a Spiritu Sancto, per eos autem prolatum) non contempserit (indubitanter, enim credimus, ubicunque duo vel tres in nomine Domini congregati fuerint (*b*), praesentia eius illuminantur), illi, inquam, servitium, et reverentiam, secundum quod nostri praefati Legati decreverint, exhibite; anniten-tes, et modis omnibus ei obsequentes, ut regiam dignitatem honeste possit obtinere, et sanctae Ecclesiae iam pene labenti succurrere. Non enim a corde nostro debet excidere, quod qui Apostolicae Sedi obedire contemnit, scelus idololatriae incurrit, et quod beatus Gregorius doctor sanctus et humillimus, reges decrevit a suis dignitatibus cadere, et participatione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi carere, si praesumerent Apostolicae Sedis decreta contemnere. Si enim caelestia et spiritualia Sedes beati Petri solvit et iudicat, quanto magis terrena et saecularia? Scitis autem, fratres charissimi, quia ex quo tempore ab urbe exivimus, in magno periculo inter inimicos christianae fidei mansimus; et tamen neutri praedictorum regum neque terrore neque amore flexi, aliquod contra iustitiam et adiutorium promisimus. Magis enim volumus mortem (si hoc oportet) subire, quam propria voluntate devicti,

Causa huiusmodi itineris.

Ex regibus qui Apostolicae Sedi inobediens extiterit, cum eo non communicandum.

Obedienti vero obsequendum.

Inobedientia Apostolicae Sedi scelus idololatriae.

Quod sit munus Summi Pontificis.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

(*a*) Iac. 4. (*b*) Matth. 18.

ut Ecclesia Dei ad confusionem veniat, consentire. Ad hoc enim nos ordinatos, et in Apostolica Sede constitutos esse cognoscimus, ut in hac vita, non quae nostra, sed quae Iesu Christi sunt, quaeramus, et per multos labores Patrum sequentes vestigia, ad futuram et aeternam quietem, Deo miserante, tendamus. Dat. Carpinetae II kal. iunii, indictione decimaquarta.

Dat. die 31 maii anno Domini 1076, pontif. anno IV.

XXVII.

Adhortatio ad universos tam ecclesiasticos quam saeculares in romano imperio constitutos, ut imperatorem, eiusque consiliarios ad resipiscentiam inducant; quod si aliter nolint, cum eis non communicent (1).

SUMMARIUM

Dei providentia Ecclesiae suae semper praesens. — Quam perniciosum sit terrena caelestibus praeponere; principum gratiae potius, quam Dei honori inservire. — Damna per Henricum regem Ecclesiae illata. — Quam solicite eum reducere ad bonam frugem curaverit Gregorius. — Adhortatio ad omnes, ut eum ad resipiscendum inducant. — Benigne excipiendi, qui relicto rege ad gremium Ecclesiae revertuntur. — Ii autem vitandi, qui a communione regis se non subtraxerint. — Quod sit pastorum officium.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus in Christo fratribus, episcopis videlicet, abbatibus atque sacerdotibus, ducibus etiam, principibus atque militibus, omnibusque christianam fidem, et beati Petri honorem revera diligentibus, in Romanum Imperium habitantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Dei providentia Ecclesiae suae semper praesens.

Gratias agimus omnipotenti Deo, qui propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, proprio filio suo non perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum (*a*): quia ultra meritum, ultra spem etiam bonorum hominum Ecclesiam suam protegit, gubernat, et defendit. Scitis enim, fratres charissimi, quia hoc periculoso tempore, quando Antichristus in suis membris iam operatur ubique, vix aliquis solet inveniri, qui revera Deum et honorem eius diligat, et eius praecepta saeculari commodo, et gratiae terrenorum principum praeponat. Sed ille, qui non repellit plebem suam, et quotidie peccatores a sinistra in dexteram commutat, vos propitio ac sereno vultu respexit, et contra suos inimicos ad salutem multarum gentium erexit; ut magis vobis libeat in periculo transitoriae vitae consistere, quam aeterni Regis gloriam et honorem humanae gratiae postponere. Haec itaque facientes, non aure surda apostolorum principem dicentem transitis: Genus electum, regale sacerdotium, obedire magis oportet Deo, quam hominibus (*a*). Nam vestra fraternitas minime ignorat, quanto tempore sancta Ecclesia inauditas pravitates et diversas iniquitates regis (et utinam christiani et vestri) sustinuit, et quantae ruinae quantaeque calamitati ipso authore, hoste antiquo praecedente, patuit: cui nos, fraterna dilectione et amore patris et matris eius ducti, adhuc in diaconatu positi, admonitionis verba transmisimus, et postquam ad officium sacerdotii, licet indigni, venimus, ut resipisceret summopere et frequenter per viros religiosos procuravimus. Ipse vero quid contra egerit, et quomodo malum pro bono reddiderit, vel qualiter calcaneum suum contra B. Petrum erigendo, sanctam Ecclesiam, quam sibi omnipotens Deus commisit, scindere procuraverit, vestra novit charitas, et per omnia mundi iam personuit climata. Sed quia nostri est officii, homines, non vitia diligere, et pravis, ut resipiscant, resistere; et impietates, non homines, abhorrere: auctoritate beati Petri apostolorum principis monemus vos, et ut charissimos fratres rogamus, admodo studete, illum de manu diaboli eruere, et ad veram

Quam perniciosum sit terrena caelestibus praeponere; principum gratiae potius, quam Dei honori inservire.

Damna per Henricum regem Ecclesiae illata.

Quam solicite eum reducere ad bonam frugem curaverit Gregorius.

Adhortatio ad omnes, ut eum ad resipiscendum inducant.

(1) Ex Archiv. Vatic., ex Baronio, Carafa et ex Conciliis. (*a*) Rom. 8.

(*a*) Pet. I, 2.

poenitentiam provocare; ut eum possimus, Deo favente, ad sinum communis Matris nostrae, quam conatus est scindere, fraterna ducti charitate revocare; ita tamen, ut nulla possit fraude recidua clade christianam religionem confundere, et sanctam Ecclesiam pedibus suis conculcare. Quod si vos non audierit, et diabolum potius, quam Christum sequi elegerit, et eorum, qui pro simoniaca haeresi iam per longa tempora excommunicati sunt, consilium nobis praetulerit, divina inspirante potentia simul inveniamus, simulque statuamus, ut, Deum homini praeponentes, universali Ecclesiae iamiam pene labenti viriliter succurramus. Quicumque ex his resipuerit, qui praedictum regem non erubuerunt omnipotenti Deo praeponere, et christianam legem sine verbis, operibus tamen negare, sicut dicit Apostolus: Ore quidem fatentur Deum, factis autem negant; vos fratres mei et consacerdotes illos auctoritate beati Petri suscipite, et ad gremium Matris nostrae Sanctae Ecclesiae reducite, ut mereamini gaudium in coelo angelis Dei innovare (*a*). In omnibus tamen, sicut decet charissimos filios, honorem pii patris vestri apostolorum principis prae oculis habete. Quicumque autem episcoporum vel laicorum timore vel gratia humana seducti, a communione regis se non subtraxerunt, sed ei faventes, animam suam et illius, diabolo tradere non timuerunt, si non resipuerint, et condignam poenitentiam egerint, nullam cum eis communionem vel amicitiam habeatis; isti enim sunt, qui animam suam et regis odio habent, et occidunt et regnum, patriam, christianamque religionem confundere non erubescunt. Sicut enim nobis imminet, quod per Prophetam dicitur: Si non annunciaveris iniquo iniquitatem suam, animam eius de manu tua requiram (*b*): et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine, idest verbum correctionis a prave viventibus increpatione (*a*); ita illi imminet, si non obedierit, ira divini iudicii et ultio, testante Samuele, idololatriae scelus (*b*). Testis enim nobis est Deus, quia nulla nos commoda saecularis respectus contra pravos principes et impios sacerdotes impellunt; sed consideratio nostri officii, et potestas, qua quotidie angustiamur, Apostolicae Sedis. Melius est enim nobis debitam mortem carnis per tyrannos, si oportuerit, subire, quam nostro silentio, timore, vel comodo, christianae legis destructioni consentire. Sanctos quidem Patres nostros dixisse scimus: Qui pravis hominibus sui consideratione officii non contradicit, consentit: et qui resecanda non aufert, committit. Omnipotens Deus, a quo cuncta bona procedunt, meritis Dominae nostrae caelestis Reginae, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli intercessione, corda vestra confirmet et custodiat et spiritus sui gratiam superinfundat, ut quae sunt ei placita facientes, mereamini Sponsam eius, Matrem videlicet nostram, de faucibus luporum eripere, atque ad supernam illius gloriam ab omnibus peccatis absoluti pervenire.

Benigne excipiendi, qui relicto rege ad gremium Ecclesiae revertuntur.

Ii autem vitandi, qui a communione regis se non substraxerint.

Quod sit pastorum officium.

Data Laureti VIII kalendas augusti, indictione quartadecima.

Dat. die 25 iulii anno Domini 1076, pontif. anno IV.

(*a*) Tit. 1. (*b*) Ezech. 3.

(*a*) Ierem. 48. (*b*) I. Reg. 15.

XXVIII.

Sequitur in idem argumentum.

SUMMARIUM

Monitio ad episcopos et alios, ut studeant conversioni regis Henrici; — Et interim ab eius absolutione abstineant; — Eoque ad Ecclesiam non redeunte, alter rex idoneus eligatur. — Quem se confirmaturum habita informatione asserit. — De iuramento imperatrici praestito, quid agendum. — De excommunicatorum absolutione licentiam datam confirmat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus dilectis in Christo fratribus, et coepisco-

pis, ducibus, comitibus, universis quoque fidem christianam defendentibus, in regno videlicet Theutonico habitantibus, salutem et omnium peccatorum absolutionem per apostolicam benedictionem.

Monitio ad episcopos et alios, ut studeant conversioni regis Henrici;

§ 1. Si literas, quibus Henricus dictus rex in sancta synodo iudicio Sancti Spiritus excommunicatus est, diligenter perpenditis, quid de eo debeat fieri, indubitanter cognoscetis. Ex illis enim intelligitur, cur sit anathematis vinculo alligatus, et a regia dignitate depositus, et quod omnis populus quondam sibi subiectus a vinculo iuramenti eidem promissi sit absolutus. Sed quia nos contra eum non movit (Deo teste) saecularis superbia, nec vana mundi cupiditas, sed Sanctae Sedis et universalis Matris Ecclesiae solicitudo et disciplina; monemus vos in Domino Iesu, et rogamus sicut charissimos fratres, ut eum benigne, si ex toto corde ad Deum conversus fuerit, suscipiatis, et circa eum non tantum iustitiam, quae illum regnare prohibet, sed misericordiam, quae multa delet scelera, ostendatis. Estote quaeso memores humanae conditionis, et communis fragilitatis, nec vos praetereat pia et nobilis memoria patris eius, et matris, quibus non possunt nostra aetate ad imperii gubernacula inveniri aequales. Sic tamen adhibite vulneribus eius oleum pietatis, ne vino disciplinae neglecto, cicatrices eius in peius (quod absit) putrescant, et honor sanctae Ecclesiae, romanique imperii, nostra negligentia magnae ruinae patescat. Procul ab eo pravi removeantur consiliarii, qui pro simoniaca haeresi excommunicati, non erubuerunt dominum suum propria lepra contaminare, et per diversa crimina eum seducendo, ad scindendam sanctam Ecclesiam provocare, et in iram Dei et sancti Petri impellere. Adhibeantur illi tales consiliarii, qui non sua tantum, sed eum diligant, et saeculari lucro per omnia Deum praeponant. Non ultra putet Sanctam Ecclesiam sibi subiectam ut ancillam, sed praelatam ut dominam. Non inflatus spiritu elationis, consuetudines superbiae contra libertatem sanctae Ecclesiae inventas defendat; sed observet sanctorum Patrum doctrinam, quam pro salute nostra eos docuit potestas divina. Quod si de his et aliis, iure ab eo exigendis, vos securos modis, quibus oportet, reddiderit, statim volumus per vestros idoneos legatos de omnibus informari, ut quid debeat fieri, communi consilio, Deo aspirante, valeat inveniri.

Et interim ab eius absolutione abstineant;

§ 2. Illud autem inter omnia ex parte beati Petri interdicimus, ut nullus vestrum eum praesumat ab excommunicatione absolvere, quousque eis, quae praediximus, nobis indicatis, Apostolicae Sedis consensum, et iteratum responsum recipiatis. De diversorum quidem diversis consiliis dubitamus: humanam gratiam vel timorem suspicioni habemus.

Eoque ad Ecclesiam non redeunte, alter rex idoneus eligatur.

§ 3. Quod si exigentibus multorum peccatis (quod non optamus) ex corde non fuerit ad Deum conversus, talis ad regni gubernacula (Deo faventc) inveniatur, qui ea, quae praediximus, et caetera, quae videntur christianae religioni, et totius imperii saluti necessaria, certa ac indubitabili promissione se observaturum promittat.

Quem se confirmaturum habita informatione asserit.

§ 4. Ut autem vestram electionem, si valde oportet ut fiat, apostolica auctoritate firmemus et novam ordinationem nostris temporibus corroboremus; sicut a sanctis nostris Patribus factum esse cognoscimus, negotium, personam, et mores eius, quantocius potestis, indicate; ut sancta et utili intentione incedentes, mereamini, sicut nobis notae causae, Apostolicae Sedis favorem per divinam gratiam, et beati Petri apostolorum principis per omnia benedictionem.

De iuramento imperatrici praestito, quid agendum.

§ 5. De iuramento autem quod factum est carissimae filiae nostrae Agneti imperatrici Augustae, si filius eius ex hac vita ante ipsam migraret, non est opus adhuc dubitare; quia si nimia pietate circa filium ducta, iustitiae favens, ut abiiciatur a regno, consenserit, quid restet, vos

ipsi comprehendite. Hoc tamen videtur laudabile, postquam certum fuerit apud vos, et omnino firmatum, quod eius filius a regno removeatur, consilium ab ea et a nobis requiratur de inventa persona ad regni gubernacula. Tunc, aut nostro communi consilio assensum praebebit, aut Apostolicae Sedis auctoritas omnia vincula, quae videntur iustitiae contradicere, removebit.

De excommunicatorum absolutione licentiam datam confirmat.

§ 6. De excommunicatis autem, iam me vobis dedisse licentiam, qui fidem christianam (ut decet episcopos) defenditis, ut absolvatis, recordor; et adhuc hoc idem confirmo, si revera resipuerint, et humiliter poenitentiam egerint.

Datum Laureti III non. septembr., indict. incipiente XV.

Dat. die 3 septemb. anno 1076.

XXIX.

Absolutio regis Henrici.

SUMMARIUM

Henricus tandem ad obedientiam S. R. E. redieus humillimam publice poenitentiam egit. — Quae fuerit huiusmodi poenitentia regis Henrici. — Quem ideo Pont. ab excommunicatione absolvit. — Pro firmanda pace regni, se Germaniam iturum pollicetur Gregorius. — Hortaturque episcopos et alios, ut in fide et amore iustitiae perseverent.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, caeterisque principibus regni Theutonicorum, christianam fidem defendentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Henricus tandem ad obedientiam S. R. E. redieos humillimam publice poenitentiam egit.

Quoniam pro amore iustitiae communem nobiscum in agone christianae militiae causam et periculum suscepistis, qualiter rex humiliatus ad poenitentiam absolutionis veniam impetraverit, et quomodo tota causa post introitum eius in Italiam hucusque deducta sit, vestrae dilectioni sincera veritate indicare curavimus, sicut constitutum fuit cum legatis, qui ad nos de vestris partibus missi sunt. In Longobardiam venimus circiter viginti dies ante terminum, in quo aliquis ducum ad Clusas nobis occurrere debuit, expectantes adventum illorum, quatenus ad partes illas transire possemus. Verum cum iam decurso termino hoc, nobis nunciaretur, his temporibus, prae multis (quod et nos quidem credimus) difficultatibus, ducatum nobis obviam mitti non posse, nec aliunde copiam ad vos transeundi haberemus, non parva solicitudine, quid potissimum nobis agendum foret, circumventi sumus. Interim vero regem adventare certe cognovimus, qui etiam prius quam intrasset Italiam, supplices ad nos legatos praemittens, per omnia se satisfacturum Deo et S. Petro ac nobis obtulit, et ad emendationem vitae suae omnem se servaturum obedientiam repromisit, dummodo apud nos absolutionis et apostolicae benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis consultationibus disserentes, acriter eum de suis excessibus, per omnes, qui intercurrebant, nuncios redarguerimus; tandem per semetipsum, nihil hostile aut temerarium ostentans, ad oppidum Canusii, in quo morati sumus, cum paucis advenit; ibique per triduum ante portam castri, deposito omni regio cultu, miserabiliter, utpote discalciatus et laneis persistens, non prius cum multo fletu apostolicae miserationis auxilium et consolationem implorare destitit, quam omnes, qui ibi aderant, ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem et compassionis misericordiam movit, ut pro eo multis precibus et lacrymis intercedentes, omnes quidem insolitam nostrae mentis duritiam mirarentur, nonnulli vero in nobis non apostolicae severitatis gravitatem, sed quasi tyrannicae feritatis crudelitatem esse clamarent.

Quae fuerit huiusmodi poenitentia regis Henrici.

Quem ideo Pontifex ab excommunicatione absolvit.

§ 1. Denique instantia compunctionis eius, et tanta omnium, qui ibi aderant, supplicatione devicti, tandem cum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, et sinum sanctae Matris

Ecclesiae recepimus, acceptis ab eo securitatibus, quae inferius scriptae sunt. Quarum etiam confirmationem per manus abbatis Cluniacensis, et filiarum nostrarum Mathildis, et comitissae Adelaiae, et aliorum principum, episcoporum, et laicorum, qui nobis ad hoc utiles visi sunt, recepimus.

Pro firmanda pace regni, se Germaniam iturum pollicetur Gregorius.

§ 2. Iis itaque sic peractis, ut ad pacem Ecclesiae, et concordiam regni (sicut diu desideravimus) omnia plenius, Deo adiuvante, coaptare possimus, ad partes vestras, data primum opportunitate, transire cupimus. Hoc enim dilectionem vestram indubitanter scire volumus, quoniam (sicut in descriptis securitatibus cognoscere potestis) ita adhuc totius negotii causa suspensa est, ut et adventus noster, et consiliorum vestrorum unaninitas, permaxime necessaria esse videantur.

Hortaturque episcopos et alios, ut in fide et amore iustitiae perseverent.

§ 3. Quapropter in ea fide, quam coepistis, et amore iustitiae, omnes permanere studete; scientes nos non aliter regi oblatos esse, nisi quod puro sermone (sicut mihi mos est) in his eum de nobis sperare dixerimus, in quibus cum ad salutem et honorem suum, aut cum iustitia, aut cum misericordia, sine nostrae et illius animae periculo, adiuvare possimus.

Promissio Henrici regis Theutonicorum.

§ 4. Ego Henricus rex de murmuratione, et dissensione, quam nunc habent contra me archiepiscopi et episcopi, duces, comites, caeterique principes regni Theutonicorum, et alii, qui eos, in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem dominus Papa Gregorius constituerit, aut iudicium secundum iustitiam eius, aut concordiam secundum consilium eius faciam, nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit, quo transacto, ad peragendum idem paratus ero. Item si idem dominus Papa Gregorius ultra montes seu ad alias partes terrarum ire voluerit, securus erit ex mei parte, et eorum quos constringere potero, ob omni laesione vitae et membrorum eius, seu captione, tam ipse, quam qui in eius conductu et comitatu fuerint, seu qui ab illo mittuntur, vel ad eum de quibuscumque terrarum partibus venerint, in eundo, et ibi morando, seu in redeundo. Neque aliquod impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit. Et si quis ei fecerit, cum bona fide secundum posse meum illum adiuvabo. Actum Canusiae, v kal. februarii, indictione xv.

Dat. die 28 decembris anno Domini 1076, pontif. anno iv.

XXX.

Confirmatio primatus Ecclesiae Viennensis, et concessio privilegiorum, confirmatis iis, quae a praedecessoribus Pontificibus eidem concessa sunt (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Primatus Viennensis Ecclesiae super septem provincias. — Quae sint propria vicarii apostolici. — Ecclesia Viennensis ab apostolis fundata. — Aliae civitates eidem subiectae, et potissimum Tarentasia. — Item Archidiaconia Salmoriacensis. — Item abbatiae S. Petri, S. Andreae virorum, S. Andreae foeminarum, et S. Theodorii. — Item Romanensis Ecclesiae. — Privilegia omnia pontificia eidem confirmantur. — Item imperialia et regia. — Anathema contra violatores privilegii huius.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Warumundo venerabili fratri Viennensi archiepiscopo, et per eum ipsius successoribus et Viennensi Ecclesiae, in perpetuum.

Exordium.

Cum ex Apostolicae Sedis moderamine, cui Deo auctore praesidemus, omnium, quae usquam sunt, Ecclesiarum curam gerere, et earum iustitiam conservare debeamus; praecipue tamen illis nos convenit invigilare, ut et de ipsarum iuribus, quod modo forte diminutum est,

(1) Edidit Ioannes a Basco Biblioth. Floriac. par. 3, pag. 71.

in reliquum inviolabiliter custodiatur, omnem nostram solicitudinem exhibere, quae principales ac speciales filiae sanctae Sedis Apostolicae et appellantur, et existunt, et aliarum primatum continent Ecclesiarum. Certum quippe est, Viennensem Ecclesiam huius Sedis concessione super septem provincias primatum tenere; ipsam Viennensem, Bituricam, Burdegalam, Auxionensem, quae appellatur Novem Populana, Narbonam, Aquensem, et Ebrudunum; in quibus Viennensi archiepiscopo, iuxta Nicolai decretum, Romani Pontificis vices agere; conventus scilicet synodales indicere, et iura ecclesiastica iuste ac regulariter, apostolica auctoritate concessum est definire. Hoc utique in privilegiis eidem Ecclesiae a sanctissimis praedecessoribus nostris collatis habetur. Hoc quoque in privilegio beatae memoriae Leonis Papae continetur. Ex quo liquet privilegio, et aliis quampluribus, et his authenticis, supradictas VII provincias ad Viennensis Ecclesiae privilegium, utpote a beatissimis apostolis Petro et Paulo fundatae, iuste et rationabiliter pertinere. Et ut ad potestatem eiusdem Ecclesiae, secundum antiquam auctoritatem catalogi, X et VIII pertineant: definitum est, ut VII oppida vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, et Dia, Alba Vivarium, Tarentasia, Geneva, Maurienna, Viennensi Ecclesiae interim subiectae permaneant; donec quae residuae sunt, certius discussae, et plenius ventilatae, sub potestate Viennensis Ecclesiae redigantur. Porro Tarentasiam ita semper sub primatu Viennensis Ecclesiae permanere decernimus, sicut a sanctis Patribus Leone et Nicolao noscitur confirmatum. Praeterea de Salmoriacensi Archidiaconia unum nobis intimasti: consecrationes, vel ordinationes et quicquid ad pontificale pertinet officium, sicut tuus praedecessor Leodegarius, et alii praedecessores firmius obtinuerunt; ita tibi tuisque successoribus, absque ulla inquietatione, seu diminutione, obtinere concedimus; sed et abbatiam Sancti Petri foris portam Viennae sitam, et infra eamdem urbem S. Andreae abbatias, unam monachorum, et alteram sanctimonialium: necnon abbatiam Sancti Theuderii, quam idem venerabilis confessor aedificavit, iuri Viennensis Ecclesiae per omnia subiectas esse, non dubium est. In Romanensi quoque Ecclesia, quamvis se fulciat nostrae libertatis, visis tamen imperatorum praeceptis, tam in saecularibus, quam in regularibus canonicis, per consilium vicarii nostri Hugonis, Diensis episcopi, inibi ordinatis, tibi tuisque successoribus, in omnibus omnem potestatem habere, apostolica auctoritate decernimus. Quoniam igitur, dilectissime frater, qui divina dispositione eiusdem Ecclesiae regimini praees, tua veneranda religiositas ab Apostolica Sede humiliter postulavit, ut antiqua privilegia, a sanctis praedecessoribus nostris sacrae Sedi Viennae tradita confirmaremus, quoniam res digna petebatur, tui dilectione, cum eiusdem Ecclesiae debita charitate, libenter annuimus. Privilegia igitur et praedia, vel bona, quae a beato Silvestro, Leone, et Nicolao, et ab eorum successoribus, vel a Romanorum imperatoribus, seu Francorum vel Burgundiae regibus, Ecclesiae tuae sunt data vel reddita, confirmamus, et apostolica auctoritate praesenti privilegio corroboramus; ex parteque Dei omnipotentis, et beati Petri apostolorum principis praecipimus, ut futuris temporibus deinceps firma et inconvulsa permaneant, et incommutabiliter consistant. Si quis autem huius privilegii nostri sanctionem violaverit, nisi resipuerit, et digna satisfactione emendaverit, sit extorris a regno Dei, et digna excommunicatione damnatus ab Ecclesia Dei efficiatur extraneus, perpetuaeque subiaceat maledictioni. Data per manum Petri cancellarii II nonas martii anno Domini incarn. CIDLXXVII, indictione XV, anno pontificatus domini Gregorii VII PP. IV.

Dat. die 6 martii anno Domini 1077, pontif. Gregorii anno IV.

Primatus Viennensis Ecclesiae super septem provincias.

Quae sint propria vicarii apostolici.

Ecclesia Viennensis ab apostolis fundata.

Aliae civitates eidem subiectae, et potissimum Tarentasia.

Item Archidiaconia Salmoriacensis.

Item abbatiae S. Petri, Sancti Andreae virorum, S. Andreae foeminarum, et S. Theudori.

Item Romanensis Ecclesia

Privilegia omnia pontificia eidem confirmantur.

Item imperialia et regia.

Anathema contra violatores privilegii huius.

XXXI.

Confirmatio excommunicationis a legato apostolico latae contra Aniciensis Ecclesiae invasorem (1).

SUMMARIUM

Promissio Stephani Aniciensis de dimittenda invasa Ecclesia. — Quod tamen quamvis admonitus non praestitit: — Quare sententia excommunicationis una cum suis fautoribus punitur. — De oblationibus ecclesiae S. Mariae inibi existenti interim non ferendis. — Ut episcopi huiusmodi sententiam confirment, et populo palam faciant, iubet.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, universis Galliarum episcopis et cunctis ordinibus sub eis constitutis, quibus pro merito debetur, salutem et apostolicam benedictionem.

Promissio Stephani Aniciensis de dimittenda invasa Ecclesia

Notum esse volumus charitati vestrae, quod Stephanus Aniciensis Ecclesiae invasor et simoniacus iuravit nobis super corpus beati Petri, ut Ecclesiam dimitteret, et pastorem in ea secundum Dominum eligere atque constituere, per fidem adiuvaret, quandocumque legatus Apostolicae Sedis cum literis nostris id eum facere per sacramentum moneret. Postea vero commonitus a confratre nostro Hugone Diensi episcopo, huius specialiter negotii literas a nobis habente, quamvis eidem vices nostras in Galliarum partibus commisissemus, Ecclesiam non cessat opprimere et filios eius duplici contritione, corporali scilicet et spirituali, conterere. Unde excommunicationem, quam praedictus legatus noster super eum fecit, nos confirmamus; ipsumque, et omnes, qui deinceps consilium ei dederint, ut in hac haeresi permaneat, ex parte Dei et sancti Petri anathematizamus, donec resipiscant. Contradicimus etiam, ut nullam pecuniam aliquis offerat in podio S. Mariae, sive ad altaria, sive ad manus sacerdotum, donec Ecclesia liberetur a tam impia impressione, quia oblationes fidelium praedictum Stephanum a Deo apostatare, atque contra eum faciunt superbire. Vobis autem, fratres coepiscopi, hanc excommunicationem, atque contradictionem in parrochiis vestris per diversa loca recitare, et ex parte vestra confirmare, apostolica auctoritate praecipimus. Dat. Bibianello x kal. aprilis indictione decimaquinta.

Quod tamen quamvis admonitus non praestitit:

Quare sententia excommunicationis una cum suis fautoribus punitur.

De oblationibus ecclesiae S. Mariae inibi existenti interim non ferendis.

Ut episcopi huiusmodi sententiam confirment, et populo palam faciant, iubet.

Dat. die 23 martii anno Domini 1077, pontif. anno IV.

(1) Ex edit. Card. Carafae.

XXXII.

Commissio episcopo Parisiensi absolvendi nonnullos a sententia excommunicationis (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Walterum, si culpa vacaverit, a Remensi archiepiscopo absolvi, et si iste negaverit, a Parisiensi episcopo, iubet; — Si vero in culpa ille fuerit, ad satisfactionem coarctandus. — Idem de Azone quodam canonico. — Monachis S. Lamberti, qui extraneo abbati et simoniaco obedire noluerant, excommunicationis sententiam relaxandam per eumdem archiep. — Vel si hic contradicat, per eumdem Paris. episcop. — Abbati vero committendum, ut de introitu suo rationem reddat coram apostolico vicario, vel in synodo, aut ad Sedem Apostolicam veniat. — Ut Cameracenses, si hominem ideo combusserint, quia simoniacos et fornicarios missas celebrare non debere assereret, excommunicet, eidem iubet episcopo. — De omnibus vero ad Apostolicam Sedem scribat. — Sacerdotes fornicarios ab altaribus omnino removendos esse. — Adhortatio ad Iosfredum, ut se Ecclesiae fidelem ministrum exhibeat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Iosfredo episcopo Parisiensi salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Vir iste, videlicet praesentium portitor, Walterus de Duaro (2) ad nos veniens, multis supplicationibus nobis institit, quatenus ei per apostolicae pietatis misericordiam consilium absolutionis nostro interventu impenderemus apud confratrem nostrum Remensem archiepiscopum, qui eum excommunicaverat; indicans nobis, quod

(1) Ex Archiv. Vatic. (2) Forsitan *Duaco*.

de ea causa, propter quam excommunicatus sit, multoties ad disceptationem, et faciendam iustitiam ante excommunicationem et post excommunicationem se paratum obtulerit. Verum, quia relationi suae sine legitima discussione credere non satis cautum aut rationabile esse putavimus, diffinitam sententiam pro eius absolutione dare noluimus; eam solummodo misericordiam ex gratia et indulgentia apostolorum Petri et Pauli, ad quorum limina veniebat, sibi concedentes, ut in eundo et redeundo sacrae communionis licentiam haberet usque in octavum diem, postquam rediret ad patriam. Caeterum ne diutius aliqua indigna occasione sub excommunicationis nexibus teneatur, apostolica te auctoritate monemus, ut fultus his nostris archiepiscopum convenire studeas, et perquisita ac cognita mera huius negotii veritate, si iste, aut pro sua innocentia, aut congrua satisfactionis exhibitione, tibi absolvendus videbitur, continuo archiepiscopum, ut eum sine contradictione absolvat, ex nostra parte commoneas; qui si aliqua hoc excusatione renuerit, tu ipse eum nostra vice absolvere nullatenus praetermittas. Sin vero istum in culpa esse, et quod iustum fuerit, exequi nolle constiterit, usque ad dignam satisfactionem sub excommunicationis vinculo coarctari debere decernimus. Praeterea Azzo quidam canonicus ecclesiae Sancti Amati de praenominato loco pro quodam dicto, licet vero, nimis tamen leviter et irreverenter prolato, a consortio fratrum se eiectum esse, innotuit. Quem similiter apostolicae miserationis clementiam pro sua reconciliatione implorantem, itidem tibi committimus, ut si alia eum culpa damnationi magis debita non accusat, pro hac in capitulo fratrum in claustrali disciplina correctum, et poenitentia castigatum, in societatem fratrum ad proprium locum cum charitate recipi facias. Est et alia causa, quam cum omni solicitudine te suscipere et peragere volumus, videlicet duorum fratrum monasterii Sancti Remigii, Roberti et Lamberti, qui se ab archiepiscopo idcirco excommunicatos, et excaecato quodam fratre eorum laico, omni miseria circumventos esse, dicunt; quoniam cuidam extraneo abbati interventu pecuniae, et omnino contra regulam sancti Benedicti, et auctoritatem sanctorum Patrum, indigne illis et praefato monasterio pro abbate apposito obedire, et sub eius regimine in eodem coenobio manere noluerint; nec in his omnibus quidquam eis profuisse pro confusione monasterii, et habenda iustae defensionis suae licentia, ad audientiam Sedis Apostolicae proclamasse. Quod si ita est, quam graviter archiepiscopus in hac causa, maxime de contemptu apostolicae auctoritatis, se culpabilem fecerit, tu ipse perpendere potes. Quapropter de his et de multis aliis, aptioris loci et temporis opportunitatem conveniendi eum Deo auxiliante praestolantes, illud ad praesens tuae fraternitati committimus, et apostolica auctoritate praecipimus, ut eum, omni occasione remota, sententiam excommunicationis, quam in prefatos monachos protulit, relaxare commoneas, et eos deinceps sine omni infestatione et periculo in pace manere dimittat; recognoscens, et superni Iudicis iudicium timens, quod eis tanta mala sine deliberatione iustitiae sub appellatione Apostolicae Sedis fecerit. Si vero eum in hac re pro sua magnitudine et arbitrio contradicentem, et minus obedientem inveneris, tu ipse fultus nostra auctoritate, eos absolvas, et abbatem illum, qui praefatum monasterium Sancti Remigii nefanda ambitione occupasse dicitur, ita commoneas, ut aut in partibus illis confratri nostro Hugoni venerabili Diensi episcopo, cui vices commisimus, aut aliis legatis nostris, si eos, in Gallia synodum celebraturos cognoverit, se praesentare pro reddenda ratione sui introitus, nullatenus praetermittat; aut ad nos in proxima festivitate Omnium Sanctorum veniat: commonitis etiam fratribus eius-

Walterum, si culpa vacaverit, a Remensi archiepiscopo absolvi, et si iste negaverit, a Parisiensi episcopo iubet;

Si vero in culpa ille fuerit, ad satisfactionem coarctandus.

Idem de Azone quodam canonico.

Monachis S. Lamberti, qui extraneo abbati et simoniaco obedire noluerant, excommunicationis sententiam relaxandam per eumdem archiepiscopum.

Vel si hic contradicat, per eumdem Parisiensem episcopum.

Abbati vero committend. ut de introitu suo rationem reddat coram apostolico vicario, vel in synodo, aut ad Sedem Apostolicam veniat.

dem monasterii, qui adversus eum de causa illicitae subreptionis suae in abbatiam conqueruntur, ut et ipsi secundum praescriptam terminationem ad discutiendum hoc negotium se praesentes exhibeant. Item relatum nobis est, Cameracenses homines quemdam flammis tradidisse, eo quod simoniacos et presbyteros fornicatores missas non debere celebrare, et quod illorum officium minime suscipiendum foret, dicere ausus fuerit. Quod quia nobis valde terribile, et si verum est, omni genere canonicae severitatis vindicandum esse videtur, fraternitatem tuam solicite huius rei veritatem inquirere admonemus; et si eos ad tantam crudelitatem impias manus suas extendisse cognoveris, ab introitu, et omni communione Ecclesiae auctores pariter et complices huius sceleris separare non differas; et nobis huius rei certitudinem, necnon quidquid de superioribus causis effectum fuerit, per literas tuas, quamcitissime possis indicare stude. De caetero rogamus te et multum admonemus, ut omnibus confratribus et coepiscopis tuis per totam Franciam ex apostolica auctoritate significes, quatenus et illis sacerdotibus, qui a turpitudine fornicationis cessare noluerint, omne officium sacris altaribus ministrandi penitus interdicant, et tu ipse in omni loco et conventu id praedicare non cesses. Et si in hac re aut episcopos tepidos, aut illos, qui sacrorum ordinum nomen et officium indigne pro supradictis criminibus usurpare praesumunt, rebelles esse cognoveris; omni populo, ne eorum ulterius officium suscipiat, ex parte beati Petri, et nostra apostolica auctoritate, ubique interdicas, ut vel hoc modo confusi ad emendationem vitae suae et ad castitatem religiosae continentiae redire cogantur. Age ergo, ut sancta et universalis Mater Ecclesia te fidelem ministrum, et cooperatorem nostrae, imo apostolicae, solicitudinis, Deo adiuvante, cognoscat; et nobis, quod valde desideramus, de libertate et fructu tui sacerdotalis officii ad praesens gaudere, et imposterum per misericordiam Dei confidenter sperare posse proveniat. Data Bibianello VIII kalendas aprilis, indictione XV.

Ut Cameracenses, si hominem ideo combusserint, quia simoniacos et fornicarios missas celebrare non debere asseveret, excommunicet, eidem iubet episcopo;

De omnibus vero ad Apostolicam Sedem scribat.

Sacerdotes fornicarios ab altaribus omnino removendos esse.

Adhortatio ad Isofredum, ut se Ecclesiae fidelem ministrum exhibeat.

Dat. die 25 martii anno Domini 1077, pontif. anno IV.

XXXIII.

Commissio Diensi episcopo, ut congregata synodo episcoporum Franciae, causa Cameracensis electi discutiatur, qui post sui legitimam electionem investituram ab Henrico rege per inscitiam acceperat. Insuper praeceptum de promulgando decreto ut investiturae a laicis non accipiantur (1).

SUMMARIUM

Gerardus Cameracensis electus investituram ab Henrico rege acceperat ignorans regem excommunicatum, et huiusmodi investituram a Pontifice prohibitam. — Episcopatum, causamque in manibus PP. resignat. — Eius tamen causa synodo discutienda remittitur. — De congreganda synodo; — Requisito tamen prius regis consensu. — In synodo examinanda prius Cameracensis electi causa mandatur. — Et si dicta probetur ignoratio; electio confirmanda: — De sacris altaribus pretio non accipiendis. — Aliarum quoque Ecclesiarum causae eadem in synodo definiendae, et Cluniacensis abbas ad eamdem vocandus pro finienda Alvernensis Ecclesiae causa. — Postremo promulgandum decretum de non accipiendis investituris a laicis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni episcopo Diensi salutem et apostolicam benedictionem.

Gerardus Cameracensis electus ad nos veniens, qualiter in eadem Cameracensi Ecclesia ad locum regiminis assignatus sit, prompta nobis confessione manifestavit, non denegans post factam cleri et populi electionem donum episcopatus ab Henrico rege suscepisse. Defensionem autem proponens, et multum nobis offerens, se neque decretum nostrum de

Gerardus Cameracensis electus investituram ab Henrico rege acceperat, ignorans regem excommunicatum, et huiusmodi investituram a Pontifice prohibitam.

(1) Ex Archiv. Vatic.

prohibitione huiusmodi acceptionis, nec ipsum Henricum regem a nobis excommunicatum fuisse, aliqua certa manifestatione cognovisse: cui cum nos congruis rationibus ostenderemus, quam grave esset, etiam omni ignorantia eum excusante, Sanctae et Apostolicae Sedis synodale decretum transgredi, et huiusmodi participatione cum homine excommunicato commaculari, ad satisfaciendum promptus, donum, quod accepisse visus est, continuo in manus nostras refutavit, et omnino causam suam nostro iudicio cum sui ipsius ad omnem voluntatem nostram subiectione et abanditione reliquit. Pro cuius humiliatione, et maxime quoniam canonicam electionem in eo praecessisse audivimus, ad misericordiam moti sumus, et confisi in testimonio, quod nonnulli confratrum nostrorum episcoporum cum multis pro eo supplicationibus ad nos per epistolas suas direxerunt, videlicet quod eius praecedens vita et conversatio multum honesta et laudabilis fuerit; ad promotionem eius discretae moderationis consideratione assensum praebere non indignum duximus; attamen ne istud aliis, quorum causa et conversatio huic longe dissimilis et impar constiterit, ad exemplum vel occasionem quaerendae misericordiae imposterum fore debuisset, illud constituimus, ut coram te confratre nostro Remensi archiepiscopo, et aliis comprovincialibus episcopis, ita se per sacramentum purgare debeat, quod ei ante acceptionem illam, et ut dicitur, investituram episcopatus, regem excommunicatum fuisse, et illud decretum nostrum de prohibitione huiusmodi investiendi, et accipiendi Ecclesias, neque per legatum nostrum, neque ab aliqua persona, quae se his statutis interfuisse, et ea audisse fateretur, significatum et indubitanter notificatum fuerit. Quapropter admonemus fraternitatem tuam, ut concilium in partibus illis convocare et celebrare studeas, maxime quidem cum consensu et consilio regis Francorum, si fieri potest. Sin autem aliqua occasione id consentire noluerit, in Lingoniensi Ecclesia conventum celebrandi concilii instituas, atque hoc cum consilio et prudenti dispositione confratris nostri Lingonensis episcopi facias; sciens quoniam in omnibus fidelem adiutorem et cooperatorem non solum nobis, sed et tibi et omnibus legatis nostris se deinceps fore promisit; et nos in eo multam spem habemus, et fiduciam. Comes etiam Tebaldus per legatos suos eamdem nobis promissionem fecit, ut si rex legatos nostros recipere nollet, ipse cum summa devotione reciperet, et eis omnem, quam posset, aptitudinem celebrandi synodum, et ecclesiastica exequendi negotia, locum, consilium, auxiliumque pararet. Stude ergo, ut praefatum confratrem nostrum Lingonensem episcopum convenias, et communi consilio, ubi vobis melius videbitur, synodum instituite; et convocatis illuc archiepiscopo Remensi et caeteris, quoquot possis, archiepiscopis et episcopis Franciae, primo omnium causam supra memorati Cameracensis electi discutere studeas; videlicet ut secundum praescriptam sacramenti determinationem se coram omnibus expurget; et insuper ne in morte illius, qui in ignem proiectus est, consenserit, in eodem se sacramento defendat. Quod si factum fuerit, praecedentem eius electionem confirmandam esse apostolica moderatione decernimus, et te cum confratre nostro Remensi archiepiscopo de eius consecratione, prout oporteat, statuere volumus: nisi forte alia sibi, quae nos ignoramus, obstiterit, quae tamen in prudentia vestra examinanda relinquimus. Illud vero commune malum pene totius terrae, videlicet quod altaria venduntur, et quod iste etiam in officio sui archidiaconatus se fecisse non denegat, ne deinceps fiat, tam huic, quam caeteris omnibus interdico. De caetero admonemus dilectionem tuam, ut reliquas causas, et negotia, videlicet Cathalaunensis episcopi, Carnotensis Ec-

Episcopatum, causamque in manibus PP. resignat.

Eius tamen causa synodo discutienda remittitur.

De congreganda synodo;

Requisitio tamen prius regis consensu.

In synodo examinanda prius Cameracensis electi causa mandatur.

Et si dicta probetur ignoratio, electio confirmanda:

De sacris altaribus pretio non accipiendis.

Aliarum quoque Ecclesiarum causae eadem in synodo definiendae;

clesiae, Aniciensis, Alvernensis, nec non monasterii Sancti Dionysii, et alia, quae necessaria ecclesiasticae religioni apparuerint, pro commissa tibi vice nostra, quantum Deo auxiliante potueris, ita diligenter tractare, et ad finem perducere studeas, quatenus in eis nostra deinceps possit solicitudo, et longa fatigatio sublevari. Volumus etiam, ut fratrem nostrum Hugonem venerabilem Cluniacensem abbatem tecum synodo interesse ex nostra parte convitare, rogando et multum instando, procures, cum propter alia multa, tum maxime, ut causa Alvernensis Ecclesiae competenti et firma determinatione, cum Dei et illius adiutorio finiatur. Confidimus enim in misericordia Dei et conversatione vitae eius, quod nullius deprecatio, nullius favor, aut gratia, nec aliqua prorsus personalis acceptio eum a tramite rectitudinis dimovere poterit. Si igitur divina clementia huic nostrae dispositioni effectum dederit, inter caetera, quae tua fraternitas agenda, susccepit, hoc attentissime perpendat, et exequi studeat, ut congregatis omnibus, et in conventu residentibus, manifesta et personanti denunciatione interdicat, ut conservanda deinceps in promovendis episcopis canonica et apostolica auctoritate nullus metropolitanorum, aut quivis episcoporum alicui, qui a laica persona donum episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manum audeat; nisi dignitatis suae honore officioque carere et ipse velit. Similiter etiam, ut nulla potestas aut aliqua persona de huiusmodi honoris donatione, vel acceptione ulterius se intromittere debeat. Quod si praesumpserit, eadem sententia et animadversionis censura, quam beatus Adrianus Papa in octava synodo (*a*) de huiusmodi praesumptoribus, et sacrae auctoritatis corruptoribus statuit atque firmavit, se adstrictum ac ligatum fore cognoscat. Quo capitulo scripto, atque in praesentia omnium lecto, ad collaudationem et confirmationem eius universum caetum illius confessus admoneas. Eos autem, qui post recensitam a nobis huius decreti auctoritatem investituram episcopatus per manus saecularium dominorum, et potestatum, susceperunt, et qui eis in ordinationem manum imponere praesumpserunt, ad nos super hac re rationem reddituros venire apostolica auctoritate commoneas, atque praecipias. Data iuxta Padum in loco, qui dicitur Ficarolo, IV idus maii, indictione quintadecima.

Et Cluniacensis abbas ad eamdem vocandus pro finienda Alvernensis Ecclesiae causa.

Postremo promulgandum decretum de non accipiendis investituris a laicis.

Dat. die 12 maii anno Domini 1077, pontif. anno V.

XXXIV.

Privilegium confirmationis, atque immunitatis bonorum monasterii S. Michaelis in Burgo Pisarum, nunc iuris Ordinis Camaldulensium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium huiusmodi sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Eiusque bona omnia confirmantur. — De libera monachorum receptione. — Concessio sepeliendi ibidem mortuos, missas cantare, eleemosynas petere. — Decretum exemptionis, ac immunitatis. — Anathema contra inobservantes.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Leoni abbati monasterii Sancti Michaelis Archangeli Pisae constituti, huisque successoribus ibidem regulariter promovendis, in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertire assensum: ex hoc enim potissimum praemium a conditore omnium Deo procul dubio promerebimus, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Proinde postulante te, dilecte fili, quatenus monasterium, cui Deo auctore praesse dignosceris, apostolicis privilegiis muniremus, ob reveren- Exordium.

(*a*) Can. 22.

(1) Ex Tabulario monasterii huius edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III, ubi de archiep. Pisanis.

tiam beati Michaelis Archangeli, in cuius honorem venerabilis locus ille constitutus est, precibus tuis benevola concessione annuendum esse destinavimus. Suscipientes igitur praefatum locum, et omnia sibi pertinentia, necnon et congregationem fratrum inibi Deo servientium, in tutelam et defensionem Sanctae Romanae Ecclesiae, apostolicae tuitionis privilegium ex ea, quam per beatum Petrum Deo disponente suscepimus, auctoritate, concedimus; confirmantes et corroborantes eidem venerabili monasterio quaecunque nunc sunt in terris cultis aut incultis, sive in quibuslibet rebus mobilibus vel immobilibus iuste habet, aut imposterum Deo opitulante acquirere poterit, quatenus tum ad communem usum fratrum, tum in tua, quam in successorum tuorum providentia, et congrua dispensatione, inconvulsa illibataque permaneant. Eadem praesentium auctoritate sancimus, ut eos, qui pia devotione et amore caelestis patriae mundo abrenunciantes ibidem ad monasticam vitam regulariter se conferre voluerint, sine omni contradictione cuiuslibet personae, ab abbate, qui pro tempore fuerit, caeterisque confratribus, recipi ac teneri liceat (1). Praeterea statuimus, et iuxta quod beatus Papa Agapitus praescripsit, firma praeceptione censemus, ut nemo fideles christianos, in monasterio sepeliri cupientes, contradicat, vel missam aliquo modo cantare prohibeat, aut eleemosynas, quas vivorum aut defunctorum aliquis ibidem destinavit, aut pro amore Dei destinaverit, inde evellere, vel aliquo modo subtrahere praesumat. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et nisi vel ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, ut hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterium hujusmodi sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Eiosque bona omnia confirmantur.

De libera monachorum receptione.

Concessio sepeliendi ibidem mortuos, missas cantare, eleemosynas petere.

Decretum exemptionis ac immunitatis.

Datum Florentiae IV id. augusti per manus Cononis cardinalis presbyteri anno ab incarnatione Domini MLXXVII, pontificatus vero D. Gregorii VII Papae V, indictione XV.

Dat. die 10 augusti anno Domini 1077, pontif. anno V.

(1) Privilegium ab Agapito II huic monasterio concessum nondum legimus.

Anathema contra inobservantes.

XXXV.

Interdictio canonicis S. Martini Lucensis Ecclesiae ab introitu maioris Ecclesiae, quia canonicatus et praebendas emerant, quarum retentionem prohibet (1).

SUMMARIUM

Canonici Lucenses antea admoniti a Pontifice, contumaces in sua praevaricatione persistentes, praebendis et introitu maioris Ecclesiae privantur.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, canonicis S. Martini Lucensis Ecclesiae.

Meminisse debetis, quotiens, et cum quanta cura vos monuerimus apud vos manentes, ne terrena peritura commoda maioris, quam animas vestras, aestimantes, ita vos ad obedientiam iustitiae exhiberetis, ut ulterius sub excommunicationis vinculo, quod in acquirendis contra apostolica decreta praebendis vos incurrisse manifestum erat, non permaneretis. Verum, ut ipsa res indicat, substantiam vestrae, licet iniquae, possessionis pretiosiorem, quam vos metipsos facitis, qui spretis admonitionibus nostris, et contempta apostolica auctoritate, pro lucris temporalibus, et explenda cupiditate vestra

Canonici Lucenses antea admoniti a Pontifice,

Contumaces in sua praevaricatione persistentes;

(1) Ex edit. Card. Carafae.

sub maledicto anathematis post promissam nobis satisfactionem, recidivo ac deliberato praevaricationis crimine iacere non pertimescitis. Quapropter quoniam tantae praesumptionis contumaciam, et tam immanis avaritiae culpam nostra nec taciturnitate dissimulare, nec patientia non modo ad vestrum, sed ad illorum etiam, cum quibus communicatis, periculum, diutius fovere audemus; praesenti auctoritate omnibus, qui inter vos contra apostolica privilegia B. Leonis Papae canonicas pecunia adepti sunt, introitum maioris Ecclesiae, videlicet Sancti Martini, et easdem canonicas vel praebendas ulterius retinendi licentiam et potestatem, ex parte omnipotentis Dei, et B. Petri apostolorum principis, usque ad condignam satisfactionem interdicimus. Dat. Florentiae, III id. augusti, indictione decimaquinta.

Praebendis et introitu maioris Ecclesiae privantur.

Dat. die 11 augusti anno Domini 1077, pontif. anno v.

XXXVI.

Confirmatio privilegiorum monasterii Rothonensis in Britannia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Trium denariorum aureorum census a monasterio Rothonensi Apostolicae Sedi solvi solitus. — Confirmatio privilegiorum monasterii eiusdem. — Decretum libertatis bonorum ad illud pertinentium. — Abbas a monachis eligendus. Monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum. — Clericorum et monachorum ordinationes per loci Ordinarium faciendae. — Roboratio privilegii huius. — Anathema contra violatores eiusdem.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Almodo abbati monasterii S. Salvatoris constructi in loco, qui dicitur Rothonensis, in Britannia constituti, suisque successoribus ibidem regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Supernae miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesiae curam suscepimus, et apostolici moderaminis solicitudinem gerimus, ut iustis precantium votis attenta benignitate faveamus, et libram aequitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subvenire debeamus. Praecipue tamen de venerabilium locorum stabilitate pro debito honore Summae et Apostolicae Sedis, cuius membra sunt, quantum ex divino adiutorio possibilitas datur nobis, pensandum et laborandum esse perpendimus. Proinde iuxta petitionem tuam praefato monasterio, cui tu praesse dignosceris, et quod iuris S. R. E. esse dignoscitur, unde per singulos annos census trium denariorum aureorum sibi redditur, huiusmodi privilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgemus, concedimus, atque firmamus; statuentes, nullum regum, vel imperatorum, aut antistitum, nullum quoque dignitate praeditum vel quemcumque alium, de his, quae eidem venerabili loco de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum Deo miserante collata fuerint, sub cuiuslibet causae occasionisve specie minuere vel auferre, et sive suis usibus applicare, vel aliis quasi piis de causis pro suae avaritiae excusatione concedere, sed cuncta, quae ibi oblata sunt, vel offerri contigerit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo officio successerint, perenni tempore illibata, et sine inquietudine volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum substentatione gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Ita constituimus, ut obeunte abbate, non alius ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem fratres eiusdem coenobii cum communi consensu secundum timorem Dei elegerint; maxime de eadem congregatione, si idoneus inventus fuerit. Quod si talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non possit, cum consilio Romani Pontificis alium sibi patrem et magistrum expetant. Hoc quoque praesenti capitulo subiungimus, ut ipsum monasterium, et abbates eius, vel mona-

Trium denariorum aureorum census a monasterio Rothonensi Apostolicae Sedi solvi solitus.

Confirmatio privilegiorum monasterii eiusdem.

Decretum libertatis bonorum ad illud pertinentium.

Abbas a monachis eligendus.

(1) Ex ms. S. Michaelis in periculo maris edidit Martenne Thesaur. Nov. Anecdot. tom. I, col. 204.

chi, ab omni saecularis servitii sint infestatione securi, omnique gravamine mundanae oppressionis remoti, in sanctae religionis observatione seduli et quieti, nulli alii, nisi Romanae et Apostolicae Sedi, cuius iuris est, aliqua teneantur occasione subiecti. Consecrationes etiam Ecclesiarum, et ordinationes monachorum, sive clericorum, saepefato coenobio pertinentium, ab episcopis, in quorum dioecesi sunt, accipient: ita tamen, si episcopi canonice ordinati fuerint, et ordinationes gratis fecerint. Sin autem aliquid horum obstiterit, abbas cum licentia et auctoritate Romani Pontificis ad qualemcumque catholicum episcopum ei placuerit, causa consecrationis et ordinationis, tam locorum, quam personarum licenter pergat. Haec igitur omnia, quae huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eo, quo es ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse potuerit, in perpetuum reservanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam cognoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et nisi illa, quae sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae lucis inveniant. Amen.

Monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum.

Clericorum et monachorum ordinationes per loci Ordinarium faciendae.

Roboratio privilegii huius.

Anathema contra violatores eiusdem.

XXXVII.

Commissio Senonensi archiepiscopo, et Biturcensi, ut examinatis Aurelianensis episcopi sceleribus, nisi se ab obiectis purgaverit, depositum privatumque declarent (1).

SUMMARIUM

Ab Aurelianensi episcopo, quae fuerint patrata. — Examinanda Senonensi committuntur episcopo. — Si ab iis ille se non purgaverit, depositus declarandus; — Et Sanzo quidam in eius locum subrogandus.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Richerio Senonensi archiepiscopo, et Ricardo Biturcensi, eorumque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut quorumdam vestrum novit fraternitas, multis iam clamoribus, multisque literis elaboravimus, ut Aurelianensis Ecclesia ad pristinum suae nobilitatis statum revocaretur. Sed peccatis (ut credimus) populi promerentibus, ita pseudoepiscoporum ibidem occupatio praevaluit, quod adhuc omnino spinas confusionis suae extirpare non potuimus. Quanta enim inobedientia Rainerius, dictus eorum episcopus, contra auctoritatem Sedis Apostolicae se armaverit, et in quantam confusionem, quantumque detrimentum Ecclesiam illam perduxerit, licet vos scire non dubitamus, quosdam tamen excessuum suorum religioni vestrae nominatim dicere procuravimus. Dicitur siquidem, legitimam aetatem non habens, contra decreta sanctorum Patrum sine idonea cleri et populi electione Ecclesiam invasisse. Dicitur etiam, huic iniquitati illud addidisse, ut in promotione clericorum archidiaconatus et abbatias per negotiationem vendendo, nullam honestatem, nullumque Dei timorem servaverit. Super hoc etiam bis et ter fraterna charitate a nobis vocatus, non solum ad nos venire neglexit, sed etiam aliquem, qui eum de obiectis legitime excusaret, mittere contempsit, et a nobis

Ab Aurelianensi episcopo, quae fuerint patrata;

(1) Ex edit. card. Carafae.

interdictus, quinimo a communione corporis et sanguinis Domini separatus, officium episcopale celebrare non timuit. Benedictum etiam deferentem literas nostras in captione suorum ad contemptum Apostolicae Sedis diu affici permisit. Quapropter iniquitatem eius deinceps non ferentes, apostolica auctoritate vobis praecipimus, ut ad examinationem actuum suorum in locum, quem magis aptum probaveritis, conveniatis; ad quem prius literis vestris eum convocetis, ibique de supradictis vobis respondeat, et, si potest, se innocentem reddat. Quod si forte in superbia sua permanens, infra quadraginta dies admonitionis venire contempserit, aut veniens de omnibus supradictis canonice se non expurgaverit, iudicio Sancti Spiritus, et auctoritate apostolica sententiam damnationis et depositionis sine omni spe restitutionis in eum promulgamus. Quam vos (sicut decet) sequentes per aures circumstantis populi diffundite; et Sanzonem istum, de quo vos mihi scripsistis, qui beati Petri consilium et nostrum expetiit, in loco illius depositi secundum Deum subrogate. Dat. Romae II non. octobris, indictione prima.

Examinanda Senonensi committatur episcopo.

Si ab iis illo se non purgaverit, depositus declarandus;

Et Sanzo quidam in eius locum subrogandus.

Dat. die 6 octobris anno Domini 1077, pontif. Gregorii anno V.

XXXVIII.

Privilegium Septimiano monasterio S. Salvatoris (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monasterium Septimianum in tutelam Sedis Apostolicae recipitur. — Confirmatisque bonis omnibus eidem donatis et donandis; — Cuicumque ecclesiasticae et laicae personae eidem vel in huiusmodi bonis, qualibet arrepta occasione molestiam ullam inferre omnino interdicitur. — Abbas a fratribus eligendus, et a sola Apostolica Sede consecrandus atque iudicandus. — Altarium vero consecrationem, clericorum ordinationem ad loci Ordinarium spectare definitur nisi vel simoniacus fuerit, vel anathemati subiectus. — Roboratio privilegii huius in perpetuum. — Cuius violatores feriuntur anathemate.

(1) Ex Tabulario monasterii huius edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III, ubi de archiepisc. Florentin.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Azoni abbati S. Salvatoris constructi in loco, qui dicitur Septimo, suisque successoribus ibi regulariter promovendis, in perpetuum.

Memores divinae gratiae circa nos, manifeste cognovimus, quam benevola concessione rectis desideriis, et iustis petitionibus condescendere debeamus, et ita administrationem nobis creditae dispensationis ad multorum utilitatem exhibendo dilatare, sicut desuper erogato lucro ab eo mercedem accipere cupimus; cuius talentorum gratuita bonitate sua dona suscipimus. Quapropter, dilectissime fili, sicut tua, et fratrum tuorum devotio postulavit, suscipientes, sicut et praedecessores nostri, praefatum monasterium, cui Deo auctore praeesse dignosceris, in tutelam et defensionem Sanctae Romanae Ecclesiae per huius nostri decreti paginam, ad corroborandum Deo auctore statum eius, apostolicae tuitionis privilegium tibi concedimus. Confirmamus omnia, quae eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum Deo miserante collata fuerint, cuiuscumque modi possessiones, aut bona sunt, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, et postremo universa, quae nunc legaliter acquisita possidet, et in posterum Deo opitulante acquirere potuerit. Proinde apostolica auctoritate censemus, atque statuimus, ut nullus regum, vel imperatorum, ducum, marchionum, comitum, castaldionum, nullus antistitum, vel quacumque dignitate praeditus, aut aliqua persona saecularis vel ecclesiastica, magna vel parva, audeat praefatum monasterium a sui ordinis ac firmitatis stabilitate divellere, aut bona sibi pertinentia, pro sua rapacitate vel violentia, aut iniquae dominationis oppressione invadere, vel inde auferre,

Proœmium.

Monasterium Septimianum in tutelam Sedis Apostolicae recipitur.

Confirmatisque bonis omnibus eidem donatis et donandis;

Cuicumque ecclesiasticae et laicae personae eidem vel in huiusmodi bonis, qualibet arrepta occasione molestiam ullam inferre omnino interdicitur.

sive suis usibus impia temeritate applicando, vel aliis, quasi piis de causis, pro suae avaritiae excusatione concedendo; sed cuncta, quae ibi oblata sunt, vel offerri contigerit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo officio locoque successerint, perenni tempore illibata, ac sine infestatione aliqua volumus, ac decernimus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum sustentatione, gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Item constituimus, ut obeunte abbate non alius ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem fratres eiusdem coenobii secundum timorem Dei elegerint, maxime de eadem congregatione, si idoneus inventus fuerit. Quod si talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non possit, aliunde sibi patrem et magistrum expectent; qui non ab alio nisi a Romano Pontifice, secundum consuetudinem priorum abbatum consecretur, neque alterius, nisi eiusdem Romani Pontificis subdatur iudicio. Consecrationes autem Ecclesiarum, et ordinationes clericorum, praefato coenobio pertinentium, ab episcopo, in cuius dioecesi est, accipiant; ita tamen, si ipse episcopus canonice ordinatus, aut a Romana Ecclesia tunc excommunicatus non fuerit, et ordinationem gratis fecerit. Sin autem aliquid horum obstiterit, abbas ad qualemcumque catholicum episcopum ei placuerit causa consecrationis et ordinationis tam locorum, quam personarum licenter pergat; liceatque episcopo canonice, quod vocatus ab eo fuerit, peragere. Haec igitur omnia, quae huius praecepti, decretique nostri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es, ordine locoque successerint, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, imperatorum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam cognoscens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Abbas a fratribus eligendus;

Et a sola Apostolica Sede consecrandus atque indicandus.

Altarium vero consecrationem, clericorum ordinationem ad loci Ordinarium spectare definitur, nisi vel simoniacus fuerit, vel anathemati subiectus.

Roboratio privilegii huius in perpetuum.

Datum Laterani IV idus ianuarii, per manus Petri Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis, ac bibliothecarii, anno quinto pontificatus D. Gregorii septimi Papae, ab incarnatione vero Domini MLXXVIII, indictione prima.

Dat. die 10 ianuarii anno Domini 1078, pontif. Gregorii anno V.

Cuius violatores feriuntur anathemate.

XXXIX.

Designatos legatos apostolicos ait, ad conciliandam pacem in regno Theutonicorum, eosque impedire conantem excommunicat (1).

SUMMARIUM

In synodo Romana habita die 3 martii designatos ait legatos apostolicos ad componendam pacem in regno Theutonicorum; — Quam qui impedire conati fuerint, anathematizantur. — Praesentium portitorem hac de causa directum fuisse, ut cum Treviren. archiep. de loco et tempore conventus statuat; quo legati apost. securius possint itinerari.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, archiepiscopis, episcopis, clericis, ducibus, principibus, marchionibus, omnibusque maioribus et minoribus in Theutonico Regno constitutis, exceptis his, qui canonica excommunicatione tenentur, salutem et apostolicam benedictionem, si decretis Romanae Ecclesiae obedierint.

Notum vobis fieri volumus, fratres charissimi, quod in ea synodo, quam nuper Romae celebravimus, inter multa alia, quae de statu sanctae Ecclesiae (Deo

In synodo Romana habita die 3 martii designatos ait legatos apostolicos;

(1) Ex edit. Card. Carafae.

cooperante) peregimus, de ruina et confusione nobilissimi regni vestri diligenter tractantes, hoc salutiferum et opportunum pro reparatione pacis vestrae fore putavimus, ut religiosi legati Apostolicae Sedis ad partes vestras dirigantur, qui archiepiscopos, episcopos, et religiosos clericos, necnon laicos ad id idoneos, in loco, qui utrique parti habilis et congruus sit, convenire commoneant, ut aut pacem (Deo auxiliante) inter vos componant, aut cui parti iustitia faveat, veraciter addiscant. Nam in eadem synodo diffinitum est, quod nos contra eam partem, quae pacem fastu superbiae refutaverit, et cui iustitia non faverit, omni conamine, omnibusque modis potestate b. Petri insurgamus. Et quia nonnullos de regno vestro intelleximus magis iurgium et discordiam, quam pacem diligere, ex parte omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli interdicimus, ut nullus sit, qui aliquo ingenio aut studio, seu violentia impediat, praedictos viros ad restaurandam regni vestri concordiam convenire; aut convenientes, iustum et legalem huic discordiae finem imponere. Ad reprimenda etiam mala ingenia, et illicitos conatus, iudicio Sancti Spiritus et auctoritate Apostolicae Sedis anathematizavimus, et anathematizamus, quicumque sive rex, sive archiepiscopus, sive episcopus, sive dux, sive marchio, sive alicuius dignitatis vel ordinis persona sit, praesumpserit aliquo modo hanc salutiferam constitutionem perturbare, videlicet qui operam dederit, ne praedictus conventus fiat, aut concordia tantae perturbationis. Adiecimus etiam eidem anathemati, ut quicumque huius iniquitatis praesumptor fuerit, non solum in anima, sed etiam in corpore, et in omnibus rebus suis vindictam omnipotentis Dei sentiat, et in omni congressione belli nullas vires, nullumque in vita sua triumphum obtineat; sed duplici contritione prostratus semper vilescat, et confundatur, ut sic saltem ad poenitentiam redire addiscat. Praesentium vero portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili fratre nostro Treverensi archiepiscopo, qui Henrico favet, et altero, qui utilis et religiosus ad hoc sit opus episcopus, ex parte Rodulphi, locum et tempus praedicti conventus statuant: quatenus legati nostri, quos praefati sumus, securius et certius ad vos venire, et quae omnipotenti Deo placeant, ipso auxiliante, vobiscum valeant perficere. Dat. Romae VII id. martii, indictione prima.

Ad componendam pacem in regno Theutonicorum.

Quam qui impedire conati fuerint, anathematizantur.

Praesentium portitorem hac de causa directum fuisse, ut cum Trevirensi archiepiscopo de loco et tempore conventus statuat; quo legati apostolici securius possint itinerari.

Dat. die 9 martii anno Domini 1078, pontif. anno V.

XL.

De causis episcoporum Franciae et Burgundiae a Gregorio PP. discussis (1).

SUMMARIUM

Romana Ecclesia benignitate semper usa. — De Manasse Remensi archiep. in proprium gradum restituto. — Manassis iuramentum. — Eodem modo cum Bisuntino actum, cum Senonensi, cum Carnocensi, cum Biturcensi, et cum Turonensi: qui omnes debeant se coram legato apostolico ab obiectis expurgare. — Turonensis vero archiepiscopi electionem serius audito clero ac populo examinandam esse decernitur.

Gregorius episcopus servus servorum Dei.

Quia consuetudo sanctae Romanae Ecclesiae, cui (Deo auctore) licet indigni deservimus, est, quaedam tolerare, quaedam etiam dessimulare (2); discretionis temperantiam potius quam rigorem canonum sequentes, causas episcoporum Franciae, atque Burgundiae, qui suspensi seu damnati a legato nostro Ugone Diensi episcopo fuerant, non sine gravi labore discussimus. Denique Manassem Remensem archiepiscopum, qui in multis accusatus fuerat, seseque a synodis, ad quas Ugo Diensis episcopus eum invitavit, subtraxerat, quia sententia super eum data, non Romanae Ecclesiae gravitate, et solita mansuetudine videbatur, in proprium gra-

Romana Ecclesia benignitate semper usa.

De Manasse Remensi archiepiscopo in proprium gradum restituto.

(1) Ex edit. Card. Carafae. (2) Fortasse *dissimulare*.

Manassis iuramentum.

dum officiumque restituimus: ea quidem ratione, ut supra corpus sancti Petri iuraret hoc modo: « Ego Manasses Remensis archiepiscopus pro superbia non « dimisi, quod non venerim ad synodum « Augustodunensem, ad quam me Diensis « episcopus vocavit. Si vocatus nuncio « vel literis Apostolicae Sedis fuero, nullo « malo ingenio, et nulla fraude me subtraham, sed veniens diffinitioni et iudicio huius Ecclesiae fideliter obediam. « Quod si domino Papae Gregorio, vel « successori suo placuerit, me de obiectis « ante legatum suum respondere, idem « per omnia faciam. Thesauros autem, « ornamenta, et praedia Remensis Ecclesiae mihi commissae ad honorem « ipsius Ecclesiae, fideliter tractabo, et « ad resistendum institiae ea non abalienabo ». Ugoni quoque Bisuntino archiepiscopo, quia literae, quibus invitabatur ad synodum, a clericis suis retentae, et non sibi ostensae fuerant, suspenso in eadem synodo, episcopale officium reddidimus, hac conditione quod debeat se de obiectis eorum legato nostro, si ei visum fuerit, cum suffraganeis, aut convicinis episcopis expurgare. Richerio vero Senonensi archiepiscopo interdictum reddidimus officium; promisit enim in manu nostra, quod sive per se, sive per nuncium suum causam, pro qua ad synodum praefati legati nostri non venit, coram eodem legato debeat exponere et in negotiis ecclesiasticis pro posse suo consilium et auxilium fideliter et humiliter sibi impendere, eiusque animum placare. Gotfredus autem Carnotensis episcopus, quia non invitatus et absens iudicatus fuerat, episcopali officio a nobis restitutus est: hoc quidem tenore, quod causa sua ante legatum nostrum debeat retractari atque definiri. Richardus Biturigensis archiepiscopus, quia irato animo et non synodali iudicio dimisit Ecclesiam suam, virgam et anulum recepit, promittens se de obiectis coram legato nostro satisfacere. Rodulphus Turonensis archiepiscopus, quia legales accusatores non habuit, sacerdotali et episcopali officio restitutus est; etiam episcopis, qui eum accusaverant, ab accusatione deficientibus, et quia causa sua ab antecessore nostro beatae memoriae Alexandro retractata et determinata fuerat, videbatur quod non sine certa accusatione deberet retractari. Nobis tamen visum fuit, quod legatus noster cum legato Diensis episcopi Turonis debeat proficisci, et convocare omnes suffraganeos episcopos, nec non clerum et populum; et ex parte beati Petri illos commonere; ut qualiter electus fuerit vel ordinatus veraciter profiteantur: ut si claruerit, eum de obiectis innocentem esse, quaestio accusationis suae omnino deinceps sopiatur. Sin autem certissime, et unde dubitari non possit, contra eum testimonium datum fuerit, canonica sententia feriatur. Actum Romae, VII id. martii, indictione prima.

Eodem modo cum Bisuntino actum,

cum Senonensi,

cum Carnotensi,

cum Bituricensi,

et cum Turonensi: qui omnes debeant se coram legato apostolico ab obiectis expurgare.

Turonensis vero archiepiscopi electionem serius audito clero ac populo examinandam esse decernitur.

Dat. die 9 martii anno Domini 1078, pontif. anno V.

XLI.

Admonitio de non communicando cum iis, qui contra interdictum Sedis Apostolicae, impedire conantur conventum episcoporum et laicorum habendum pro examinando iure Henrici et Rodulphi in Theutonicorum regno (1).

SUMMARIUM

Conventum huiusmodi impedientes a synodo iam excommunicati.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus clericis et laicis in regno Theutonico constitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, salutem et apostolicam benedictionem.

Quae et quanta cura nobis fuerit, et est, ut pestilentia, et clades, et desolatio a vestro regno auferatur, et pax, honestas, et solitum decus vobis reddatur, in synodo quae hoc anno in quadragesima

(1) Ex edit. Card. Carafae.

Romae celebrata fuit, declaravimus (1). Iudicio enim Sancti Spiritus decrevimus, et praecepimus, ut in regno vestro conventus omnium episcoporum, et eorum laicorum, qui Deum timent, et inter vos pacem desiderant, fieret, et coram nostris legatis decerneretur, si Henrico vel Rodulpho, qui de regni gubernaculo inter se decertant, amplius iustitia faveret. Iniustior enim pars, ratione devicta, et beati Petri auctoritate constricta, facilius cederet, et ab interitu animarum et corporum (Deo propitiante) cessaret. Iustior vero pars amplius de Deo confideret; et adiuta b. Petri potestate, et omnium iustitiam diligentium consensu, de victoria omnino speraret, neque utramque mortem timeret. Sed quia pervenit ad nos, quod inimici Dei, et filii diaboli quidam apud vos contra interdictum Apostolicae Sedis praedictum conventum procurarent in irritum ducere; et non iustitia, sed superbia, ac totius regni desolatione suas cupiditates anhelent implere, et christianam religionem destruere; monemus vos, et ex parte beati Petri praecipimus, ut talibus nullum adiutorium praebeatis, neque illis communicetis. In praedicta enim synodo iam omnes sunt excommunicationis et anathematis vinculo innodati, et ut nullam victoriam possint obtinere, per potestatem beati Petri sunt alligati, ut saltem coacti confundantur, et a morte animarum suarum, et desolatione patriae vestrae revocentur. Vos autem, fratres charissimi, de me nullo modo dubitetis, quod iniustae parti scienter aliquo modo faveam. Magis enim pro vestra salute desidero mortem subire, quam totius mundi gloriam ad vestrum interitum arripere. Quod si aliqui de falsitate confisi, literis vel verbis aliter vobis indicaverint, nullo modo illis acquiescatis. Deum enim timemus, et pro eius amore quotidie affligimur; et ideo superbiam, et oblectamenta saeculi parvi pendimus, quia cito apud eum consolari indubitanter credimus (a). Omnipotens et misericors Deus, qui ultra meritum miseretur, et consolatur nos in omni tribulatione nostra (b), aperiat cor vestrum in lege sua, et confirmet vos in praeceptis suis, ut auctoritate beati Petri a cunctis peccatis absolutos vos ad caeleste regnum perducat regnaturos. Dat. Capuae, kal. iunii, indictione prima.

Conventum huiusmodi impedientes a synodo iam excommunicati.

Dat. die 1 iunii anno Domini 1078, pontif. Gregorii anno VI.

(1) Synod. habit. die 3 martii, ut iam vidimus.

(a) 2 Corinth. 1. (b) Ibid. (1) Ex Archiv. Vatic.

XLII.

De potestate Romani Pontificis mittendi ad quascumque synodos legatos suos: privilegia Ecclesiarum pro necessitate vel utilitate commutandi: ac insuper de legatorum Sedis Apostolicae facultatibus (1).

SUMMARIUM

Privilegium Remensi archiep. ut a nemine praeter Sedem Apostolicam iudicari possit. — Immoderata Manassis archiep. hac super re praetensio. — Exempla legatorum Apost. Sedis ad concilia. — Adhortatio ad Manassem ad obediendum apostolicis legatis. — Privilegia debent ad utilitatem Ecclesiae dirigi. — Arelatenses archiep. antea perpetui vicarii Apostolicae Sedis in Galliis: — Post aliquod tempus ea privati dignitate. — Remensis archiep. monetur, ut iudicio legatorum apostolicorum se subiiciat; — Quibus commisisse se dicit Gregorius, per literas, ut quae ipse de nonnullis episcopis conquerebatur, perscrutarentur et canonice iudicarent.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Manasse archiepiscopo Remensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum vos ea a Sede Apostolica flagitatis, quae et honorem praesulatus vestri condeceant, et a praecedentium Patrum auctoritatibus nequaquam dissentiant, fidentes petite, spe certissimi postulate, scientes, omni ambiguitate remota, nos petitionibus huiusmodi paratos annuere, cum quia nos fraterna dilectione in Christo amplectimur; tum etiam nihilominus

quia ad haec quorumdam fidelium nostrorum, qui vos diligunt, precibus et interventionibus sedulis promovemur. Quocirca fraternitatem vestram rogatam atque commonitam volumus, ne debeat graviter ferre, si studeamus ad tempus pro communi honestate, atque proficuo petita contra utilitatem Ecclesiae denegare. Haec autem omnia ad id praemissa noveritis, quia petitis in literis vestris, ne adversum privilegium, quod ab hac Apostolica Sede vos habere fatemini, cogamini, nisi soli mihi, aut romanis legatis super obiectis quibuslibet respondere. Quod si vos, romanos legatos intelligere, videremini, et quos cuiuslibet gentis, quibus Romanus Pontifex aliquam legationem iniungit, vel quod maius est, vicem suam indulget, et laudaremus sane petita, et petitis, libenter annueremus; sed quia praemittendo romanos, continuo subiungitis, non ultramontanos, ostenditis, vos tantum eos velle romanos habere legatos, qui vel Romae nati, vel in Romana Ecclesia a parvulo educati, vel in eadem sint aliqua dignitate promoti; miramur nimium prudentiam vestram hucusque perductam, ut precaremini benevolentiam nostram, iura Sedis Apostolicae debere imminuere: idque nobis in solis vestris negotiis non debere licere, quod in negotiis omnium praedecessores nostri sine omni contradictione et licitum et legitimum tenuere. Nostis enim, et Osium episcopum in Nicaeno, et Cyrillum in Ephesino concilio, Romanorum vice, eisdem concedentibus, functos fuisse Pontificum; Syagrio quoque Augustodunensi episcopo, Lugdunensis antistitis suffraganeo: sanctum Papam Gregorium celebrandi generalis in Gallia concilii vicem suam legitis indulsisse. Sed quid haec de episcopis loquimur, cum idem sanctus Papa monachum quemdam Hilarum nomine in Africae partibus literarum suarum auctoritate fultum usque adeo suum fecerit esse vicarium, ut per eum ibidem concilium generale celebraretur, et quidquid synodus sancta decerneret, ad finem eo exequente perduceretur? Ne igitur ad tantum velit culmen vestra fraternitas erigi, ut quae in causis omnium Romanis Pontificibus rata fuerunt, et licita, in vestri solius causa irrita velitis, et illicita reddi. Ad id autem, quod de privilegio dicitis, breviter interim respondemus, quod possunt quaedam in privilegiis pro re, persona, pro tempore, pro loco concedi, quae iterum pro eisdem, si necessitas, vel utilitas maior exegerit, licenter valent commutari privilegia; siquidem non debent sanctorum Patrum auctoritatem infringere, sed utilitati sanctae Ecclesiae prospicere. Inde est, quod Arelatensis Ecclesia non solum a beato Gregorio doctore dulcifluo, sed etiam a pluribus eius sanctis antecessoribus, cum haberet vicem Sedis Apostolicae, ut omnes episcopos totius regni Francorum, quod tunc latius extendebatur, ad concilium convocaret, eosque in iudicio constrinxerit, sine cuius licentia nullis ex supradictis episcopis longe a suo episcopatu fas erat abire; post aliqua tempora pro quibusdam causis praedicta potestas et auctoritas cessavit, et suam vicem aliis, quibus placuit, Sedes Apostolica concessit. Remensis etiam, cui praesides, Ecclesia quodam tempore primati subiacuit; et ei, ut magistro, post Romanum Pontificem obedivit, quod et de pluribus aliis Ecclesis potestis invenire, si sanctorum Patrum dicta et acta procuratis diligenter investigare. Nec id dicimus, ut privilegia vestrae Ecclesiae contra rationem vel infringi velimus, vel imminui; de quibus, vita comite, suo tempore ore ad os otiosius colloquuturi sumus: sed interim dilectionem vestram ex parte beati Petri apostolorum principis admonemus, ut quemadmodum vobis Romae positis constituimus, coram Diensi episcopo et Cluniacensi abbate, quibus in his vicem nostram commisimus, occasionibus cunctis obstaculisque remotis, super obiectis omnibus sitis respondere parati, legaliter satisfacere, canonice purificari; nam si

Privilegium Remensi archiepiscopo ut a nemine praeter Sedem Apostolicam iudicari possit.

Immoderata Manassis archiepiscopi hac super re praetensio.

Exempla legatorum Apostolicae Sedis ad concilia.

Adhortatio ad Manassem ad obediendum apostolicis legatis.

Privilegia debent ad utilitatem Ecclesiae dirigi.

Arelatenses archiepiscopi antea perpetui vicarii Apostolicae Sedis in Galliis:

Post aliquod tempus ea privati dignitate.

Remensis archiepiscopus monetur, ut iudicio legatorum apostolicorum se subiiciat;

aliud a vobis, quod absit, agatur tergiversatione et fuga; conscientiae scelerum et non exactioni iustitiae et aequitatis a pluribus adscribatur. De archiepiscopo autem Viennensi, quem conquerimini in dioecesi vestra et deposuisse presbyteros, et eosdem iterum in gradum pristinum restituisse: et de episcopis Laudunensi et Suessionensi suffraganeis vestris, qui Ambianensem episcopum, vobis inconsultis et nescientibus, Romae etiam positis, consecrarunt: et de Manasse, qui vos, et Ecclesiam vestram, quia malefactis non potest, maledictis infestare non cessat: et de caeteris omnibus, super quibus quaestionem vobis collibuerit facere, misimus literas nostras commemoratis confratribus nostris, Diensi videlicet episcopo, et Cluniacensi abbati, ut cuncta studeant diligenter inquirere, solicite discutere, discussa et indagata ad purum iuste, legaliter et canonice iudicare. His nostris monitis obsecundantes per omnia beatorum apostolorum Petri et Pauli benedictione in praesenti donemini, et in futuro a peccatorum omnium vinculis absoluti, ad eorum consortium eisdem interventoribus provehi mereamini. Data ad Sanctum Germanum undecimo kalendas septembris, indictione prima.

Quibus commisisse se dicit Gregorius, per literas, ut quae ipse de nonnullis episcopis conquerebatur, perscrutarentur et canonice iudicarent.

Dat. die 21 augusti anno Domini 1078, pontif. anno VI.

XLIII.

Declaratio concordiae ex praecepto Sedis Apostolicae factae inter episcopum Taurinensem et abbatem S. Michaelis (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Modus concordiae.

Gregorius episcopus servus servorum Dei.

Series facti.

Notum tam praesentibus quam posteris fieri volumus, causam Cumberti Taurinensis episcopi, et abbatis S. Michaelis, qualiter finiendam esse posuimus. Venientes enim ante nostram praesentiam, post plura annorum curricula, quibus conquesti sunt alter adversus alterum, ex voluntate acquiescentes, et obedientes nostro iussui, pacem inter se nobis praecipientibus fecerunt. Quibus ex auctoritate apostolica interdiximus, ne alter alteri occasionem discordiae ulterius praeberet. Sed episcopus abbati, et praedicto monasterio emendet, quae ei abstulit, nisi quantum abbas ei condonaverit. Similiter et abbas episcopo faciat. Et hoc in extimatione (1) Astensis episcopi, et episcopi Aquensis, necnon et abbatis Fructuariensis. Si autem episcopus voluerit et potuerit probare, illud monasterium in proprietate et allodio sui episcopii esse constructum, in sequenti synodo uterque se praesentent, et in eo iustam et legalem definitionem accipiant. Si vero aliquo impedimento cessaverint, legatos suos dirigant, quatenus eis ipsi reportent, qualiter et quando finem eorum negotio imponamus. Quod si episcopus, cognita veritate, cognoverit idem monasterium non esse constructum in allodio sui episcopatus: vel abbas perpenderit, quod episcopus circa hoc negocium iustam et veram habeat rationem, sine aliqua disceptatione vel controversia, ei, qui veritatem et iustitiam habuerit, acquiescat; procul dubio scientes, quia in eum, qui iniustam causam habens defendere temptaverit, vel aliquod patrocinium vel potentiam sperans, iniustum negotium agitare ausus fuerit, graviter et severissime puniemus. Dat. Romae, VIII kal. decembris, indictione secunda.

Modus concordiae.

Dat. die 24 novembris anno Domini 1078, pontif. anno VI.

XLIV.

Declaratio depositionis episcopi Ravennatis, in Romana synodo factae, cui nullam praestare obedientiam monentur Ravennates (2).

SUMMARIUM

Ravennatis Ecclesiae in Romanam Sedem perpetua obedientia atque observantia. —

(1) Ex edit. Card. Carafae.

(1) Fortasse *aestimatione*. (2) Ex edit. Card. Carafae.

Eiusdem praesentis episcopi pravi mores; — Quorum causa depositus dignitate et officio declaratur; — Eique obedientiam nullam praestandam; lato anathemate contra huic decreto inobedientes.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus Ravennatibus maioribus et minoribus, qui beatum Petrum, eiusque filium, sanctum videlicet Apollinarem diligunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Ravennatis Ecclesiae in Romanam Sedem perpetua obedientia atque observantia.

Quam fideliter, quamque humiliter b. Petro, nempe apostolorum principi, Ravennas Ecclesia semper adhaeserit, quantamque Matri suae, sanctae videlicet Romanae Ecclesiae, obedientiam in omnibus exhibuerit, vestra fraternitas optime novit. Ille autem, qui nunc Ecclesiae Ravennatis episcopus esse dicitur, quomodo eam olim tam ditissimam, quam etiam religiosissimam, tyrannica depraedatione devastaverit, et inreligiosae vitae exemplo corruperit, et vos patiendo videndoque sensistis, et nos certo experimento didicimus. Sed quia his malis, aliisque quampluribus flagitiis irretitus atque pollutus, ne argui possit atque convinci, superbiae fastu elatus, contra apostolorum principem calcaneum erexit, et in inobedientia, quae sceleri comparatur idolatriae, perseverat; eum sine spe recuperationis, Spiritus Sancti iudicio, Apostolicae Sedis auctoritate in sancta Romana synodo esse depositum, praesentium indiciis indubitanter cognoscite. Quapropter, ut nullam ei deinceps, quae episcopo debetur, obedientiam exhibeatis, omnibus vobis beati Petri apostolorum principis auctoritate praecipimus. Si qui vero excommunicationis contagione vulnerati, his salutiferis ausi fuerint repugnare praeceptis, eos velut putrida membra a toto corpore Christi, quod est Ecclesia catholica, anathematis gladio resecamus, atque proiicimus. Vobis autem Deum diligentibus, et beato Petro obedientibus, ex auctoritate eiusdem apostolorum principis omnium peccatorum remissionem largimur.

Eiusdem praesentis episcopi pravi mores;

Quorum causa depositus dignitate et officio declaratur;

Eique obedientiam nullam praestandam; lato anathemate contra huic decreto inobedientes.

Dat. Romae, VII kal. decembris, indictione secunda.

Dat die 25 novembris anno Domini 1078, pontif. anno VI.

XLV.

Landulpho episcopo Pisanam Ecclesiam cum omnibus illi concessis et concedendis confirmat: vicem suam ei et successoribus committit in insula Corsica, ad Ecclesiae Romanae dominium per eum reducenda (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Pisana cum bonis omnibus Landulpho episcopo confirmatur. — Eidem donationes omnes confirmantur ac praecipue Mathildis reginae. — Pisanis episcopis legitime electis Apostolicae Sedis vices in insula Corsica conceduntur. — Landulpho ex eiusdem insulae redditibus medietas conceditur. — Duobus vero eius successoribus quarta pars conceditur. — Arces vero sub ditione Rom. Ecclesiae reservantur. — Quarum custodes illis, si necessitas exegerit, teneantur obedire.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Landulfo episcopo Pisano, eiusque successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Supernae miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesiae curam suscepimus, et apostolici moderaminis solicitudinem gerimus, ut iustis precantium votis attenta benignitate faveamus, et libramine aequitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subvenire debeamus. Unde postulante te, frater Landulphe, ut Ecclesiam, cui Deo volente praesse dignosceris, eiusque bona ab adversariorum impetu et infestatione nostrae apostolicae auctoritatis munimine tueremur, inclinati iustis precibus tuis, concessione praesentis privilegii confirmamus tibi episcopatum praedictae Pisanae Ecclesiae cum omni iure, suisque pertinentiis. Et quia Pisana Ecclesia, quae in praeficiendis sibi pastoribus a constitutionibus sanctorum Patrum deviaverat, tan-

Ecclesia Pisana cum bonis omnibus Landulpho episcopo confirmatur.

(1) Ex exemplari Vaticano.

dem pro restitutione antiquae libertatis suae salubre consilium matris suae sanctae Romanae Ecclesiae suscepit, ita ut se non aliunde, sed per ostium, quod Christus est, intrantem, gaudeat se nobis ordinantibus habere pastorem, indulgemus, concedimus, atque firmamus sibi tam ea, quae ab antiquis temporibus iuste collata sunt, quam ea, quae divina pietas per serenissimam filiam nostram Mathildem pro remedio animae matris suae, in eadem Ecclesia sepultae, concedere dignata est: videlicet locum, qui dicitur Schannellum, cum castellis et pertinentiis suis; et alia, quae in futurum Deo auctore a fidelibus legaliter conferenda sunt. Praeterea fidei et religionis tuae gratum in te fructum exuberare cognoscentes, committimus tibi tuisque successoribus vicem nostram in Corsica insula; si tamen ipsi consensu Romani Pontificis et electione Pisani populi ita canonice intraverint, sicut te constat intrasse; et secundum quod Deus tibi tradidit, quae ad christianam religionem pertinere videntur, vigilanti studio episcopos, clericos, populumque eiusdem insulae doceas, atque morum honestate confirmes iuxta propheticum sermonem, ut evellas et destruas, aedifices et plantes (*a*): quae nimirum insula, a iure et dominio sanctae Romanae Ecclesiae per quorumdam pravorum hominum invasionem subtracta, ut prudentiae tuae studio, exclusis invasoribus, secundum antiquum morem ad dominium eiusdem Romanae Ecclesiae revocetur. Concedimus tibi, per quem Pisana Ecclesia ad antiquum sui decorem reducta est, et qui prius in restitutione praedictae insulae elaboraturus es, medietatem omnium redditum, et totius pretii medietatem, quae de placitis acquiretur: duobus vero successoribus tuis quartam partem redditum, et totius pretii, quae de placitis acquiretur: ita tamen, ut arces, et quaeque munita loca per te acquirenda in potestate nostra et successorum nostrorum permaneant; eo tenore, ut, si necessitas exegerit, custodes eorumdem locorum tibi successoribusque tuis, salvo iure et honore sanctae Romanae Ecclesiae, obediant. Dignum quippe est, ut si ad imperium et consensum sanctae Romanae Ecclesiae, pastoralem secundum Dominum susceperint dignitatem, habeant ex largitione Apostolicae Sedis temporalium rerum sustentationem et decorem. Hoc etiam addendum esse censuimus, ut in agendis placitis nuncius noster semper intersit. Actum Romae, II kalendas decembris, indictione secunda.

Eidem donationes omnes confirmantur ac praecipuae Mathildis reginae.

Pisanis episcopis legitime electis Apostolicae Sedis vices in insula Corsica concediuntur.

Landulpho ex eiusdem insulae redditibus medietas conceditur.

Duobus vero eius successoribus quarta pars conceditur.

Arces vero sub Ecclesiae ditione Romanae reservantur.

Quarum custodes illis, si necessitas exegerit, teneantur obedire.

Act. die 30 novembris anno Domini 1078, pontif. anno VI.

(*a*) Ierem. 8.

XLVI.

Praeceptum omnibus in Provincia commorantibus, ut bona, monasterio S. Petri in Monte Maiori ablata, sub excommunicationis poena restituant (1).

SUMMARIUM

Monasterium S. Petri Apostolicae Sedi speciali iure subiectum. — Bona a monasterio contra ius ablata eidem restituenda. — Clausulae.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, principibus, clericis laicisque in Provincia commorantibus, exceptis his, qui excommunicationi subiacent, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum vobis omnibus esse putamus, quod monasterium S. Petri situm in loco, qui Mons Maior dicitur, Sanctae Romanae Ecclesiae speciali quodam iure subiectum est, et Apostolicae Sedis privilegiis a tempore longo munitum. Unde quia nobis pro suscepti regiminis solicitudine imminet Ecclesiis omnibus providere, illis praecipue debemus vigilanter prospicere quae Romanae Apostolicaeque Sedi quodammodo vicinius haerent, et eius tutela maxime sperant defendi. Quapropter quoniam audivimus aliquos vestrum bona memorati monasterii contra ius et honestum sacri-

Monasterium Sancti Petri Apostolicae Sedi speciali iure subiectum.

Bona a monasterio contra ius ablata eidem restituenda.

(1) Ex edit. Card. Caraffae.

lega manu invasisse, distrahere, atque diripere; paterno affectu monemus, et apostolica auctoritate praecipimus, ut quicumque res illius monasterii vi tenere invasas noscuntur, digna cum satisfactione emendare festinent, ac nemo deinceps contra animae suae salutem bona ipsius Ecclesiae violenter attrectare praesumat. Quicumque ergo his salubribus mandatis nostris contraire, et bona Ecclesiae (sicut dictum est) sacrilego ausu contra interdictum nostrum detinere tentaverit, admonitus semel atque iterum et tertio per convenientes inducias, si emendare contempserit, iram et furorem omnipotentis Dei contra se per excommunicationem apostolicam provocabit. Obedientibus vero apostolica auctoritate et b. Petri, nobis licet indignis, concessa potestate, peccatorum suorum veniam indulgemus. Dat. Romae II kal. aprilis, ind. secunda.

Clausulae.

Dat. die 31 martii anno Domini 1079, pontif. anno VI.

XLVII.

Confirmatio primatus Ecclesiae Lugdunensis super quatuor provincias, Lugdunensem scilicet, Rothomagensem, Turonensem et Senonensem (1).

SUMMARIUM

Confirmanda esse, quae pro Ecclesiarum dignitate statuta sunt a praedecessoribus Pontificibus. — Confirmatio dignitatis primatialis pro archiep. Lugdunensibus, iis tantum, qui legitime fuerint electi. — Triplex simoniae species: — Quid a manu; quid ab obsequio; quid a lingua. — Provinciae subiectae. — Confirmatio privilegiorum eidem Ecclesiae hactenus concessorum. — Decretum immunitatis bonorum ad eam spectantium. — Anathema contra violatores privilegii huius.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gebuino archiepiscopo Lugdunensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Confirmanda esse, quae pro Ecclesiarum dignitate statuta sunt a praedecessoribus Pontificibus.

Antiqua sanctorum Patrum, quibus licet indigni, et longe meritis impares, in administratione huius Sedis succedimus, vestigia, in quantum divina dignatio permittit, imitari desiderantes, ius, quod unicuique Ecclesiarum pro merito et dignitate sui ipsi contulerunt, nos ex eorum successionis consideratione decet illaesum et immutabile conservare, et munimine decretorum nostrorum ad perpetuam stabilitatem corroborare. Quapropter, quia, dilectissime in Christo frater Gebuine, postulasti a nobis, quatenus dignitatem ab antecessoribus nostris concessam Ecclesiae, cui Deo auctore praesse dignosceris, confirmaremus, et quaeque sua ab infestatione hostili Apostolicae Sedis defensione tueremur; inclinati precibus tuis, confirmamus primatum super quatuor provincias Lugdunensi Ecclesiae tuae, et per eam tibi, tuisque successoribus, his tantum, qui nullo interveniente munere electi vel promoti fuerint: videlicet a manu, ab obsequio, et a lingua: a manu, ut nullum pretium prorsus a se, vel ab aliquo tribuatur: ab obsequio, ut nihil inde servitii faciat, sicut quidam intentione ecclesiasticae praelationis potentibus personis solent deferre: a lingua, ut neque per se neque per submissam personam preces effundat; sed neque his, qui per saecularem potentiam ad hanc dignitatem pervenerint: videlicet dono, vel confirmatione alicuius personae, quae sanctae religioni videatur obviare, et contra puram et authenticam sanctorum Patrum auctoritatem venire; sed his nimirum hanc dignitatem concedendam esse sancimus, qui pura et sincera electione tibi successerint, et ita per ostium intraverint, sicut fraternitatem tuam cognovimus intrasse. His vero, qui aliter intraverint, videlicet qui iuxta dominicam sententiam non per ostium, sed aliunde, ut fures et latrones ascenderint (*a*), non solum primatum huius dignitatis non concedimus, verum etiam omni honore ecclesiastici regiminis indignos et alienos fore adiudicamus. Provincias autem illas, quas vobis

Confirmatio dignitatis primatialis pro archiepiscopis Lugdunensibus, iis tantum, qui legitime fuerint electi.

Triplex simoniae species:

Quid a manu;

Quid ab obsequio,

Quid a lingua.

(1) Ex Archiv. Vatic.

(*a*) Ioan. 10.

confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, et Senonensem, ut hac videlicet provinciae condignam obedientiam Lugdunensi Ecclesiae exhibeant, et honorem, quem Romani Pontifices reddendum esse scriptis propriis praefixerunt, humiliter et devote persolvant: salva in omnibus Apostolicae Sedis reverentia et auctoritate. Praeterea iuxta tenorem postulationis tuae Ecclesiae huiusmodi privilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgemus, concedimus, atque firmamus; statuentes nullum regum, vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque dignitate praeditum, vel quemquam alium, audere de his, quae eidem Ecclesiae tuae a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum Deo miserante collata fuerint, sub cuiuslibet causae, occasionisve specie minuere, vel auferre: sive suis usibus applicare: vel aliis quasi piis de causis pro suae avaritiae excusatione concedere; sed cuncta, quae eidem Ecclesiae oblata sunt, vel offerri contigerit tam a te quam a successoribus tuis, perenni tempore illibata et sine inquietudine volumus possideri, tuis ac successorum tuorum in dicta Ecclesia usibus, pro quorum substentatione, gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona praesentis confirmationis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Provinciae subiectae.

Confirmatio privilegiorum eidem Ecclesiae hactenus concessorum.

Decretum immunitatis bonorum ad eam spectantium.

Anathema contra violatores privilegii huius.

Amen. Datum Romae duodecimo kalendas maii, indictione secunda.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1079, pontif. anno VI.

XLVIII.

Eiusdem argumenti: ratio quoque, et origo diversorum in Ecclesia graduum declaratur (1).

SUMMARIUM

Primatus Lugdunensis Ecclesiae ab antiquo. — Quare diversi sint gradus in Ecclesia. — Divisio provinciarum ab apostolis. — Primates ad hoc constituti ut ad eos episcopi in necessitatibus confugiant. — Reverentia ab episcopis, quibus haec scripta sunt, Lugdunensi Ecclesiae debita.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus et coepiscopis, Rothomagensi, Turonensi et Senonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut novit fraternitas vestra, Sedes Apostolica, cui licet indigni Deo auctore praesidemus, divina gratia inspirante, Spiritu Sancto edocta, per diversas provincias et regna praesules, archiepiscopos et primates ordinavit. Cuius constitutione et auctoritate Lugdunensis Ecclesia primatum super quatuor provincias, videlicet Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, et Senonensem per annorum longa curricula obtinuisse cognoscitur. Sanctorum igitur Patrum nos, in quantum Deo favente valemus, exempla sequi cupientes, Ecclesiae memoratae primatum, quem ipsi decretis suis constituerunt atque sanxerunt, eorum freti potestate, subinde confirmare studemus. Ad hoc enim divinae dispensationis provisio, gradus, et diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex diversitate connexio, et recte officiorum gigneretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiae ordo servaret. Quia vero

Primatus Lugdunensis Ecclesiae ab antiquo.

Quare diversi sint gradus in Ecclesia.

(1) Ex Archiv. Vatic.

creatura in una eademque qualitate gubernari vel vivere non potest, caelestium militiarum exemplar nos instruit; quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet, quia non aequales sunt, sed in potestate et ordine (sicut nostis) differt alter ab altero; si vero inter hos, qui sine peccato sunt, ita constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax et charitas mutua se vice complectuntur, et manent: firma est concordia in altera Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri praepositus; provinciae autem multo ante Christi adventum tempore divisae sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis, et beato Clemente praedecessore nostro ipsa divisio est renovata; et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis erant saeculi, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatorum vel regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniustitiis suis; ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum praeceptum erat; ipsis quoque civitatibus, vel locis celebrioribus patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divinae et ecclesiasticae poni et esse iusserunt, ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, et ipsi nomine primatum fruerentur, et non alii. Reliquae vero metropolitanae civitates, quae minores iudices habebant, licet maiorum comitum essent, haberent tamen metropolitanos suos, qui praedictis iuste obedirent primatibus, sicut in legibus saeculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur, et licet singulae metropoles civitates suas provincias habeant, et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant saeculares, primates tamen, ut praefixum est, tunc et nunc habere iussae sunt, ad quos post Sedem Apostolicam summa negotia conveniant; ut ibidem, quibus necesse, eleventur, et iuste restituantur; et hi, qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur, atque fulciantur: episcoporumque causae et summorum negotiorum iudicia, salva Apostolicae Sedis auctoritate, iustissime terminentur. Quapropter vobis apostolica auctoritate praecipimus, ut saepe dictae Lugdunensi Ecclesiae honorem et reverentiam, a maioribus nostris de Ecclesiis vestris praefixam, ita vos exhibere humiliter et devote procuretis, quemadmodum vobis a suffraganeis vestris reddi debere non dubitatis. Omnipotens et misericors Deus, pacis iustitiaeque serenus inspector, cordi vestro clementer inspirare dignetur, ut per viam aequitatis concordiaeque firmos gradus mihi in hoc saeculo tendere taliter studeatis, quatenus pro temporalibus aeterna sumpturi, ad caelestis Ierusalem fines mereamini pervenire. Data Romae duodecimo kalendas maii, indictione secunda.

Divisio provinciarum ab apostolis.

Primates ad hoc constituti ut ad eos episcopi in necessitatibus confugiant.

Reverentia ab episcopis, quibus haec scripta sunt Lugdunensi Ecclesiae debita.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1079, pontif. anno VI.

XLIX.

Confirmatio decretorum Summ. Pontificum contra clericos episcopis suis infestos: privatio praebendarum et officii clericorum Lucensis Ecclesiae, huiusmodi decretis refragantium (1).

SUMMARIUM

Causae scriptae huius epistolae. — Decreta Fabiani PP. et Stephani PP. confirmantur. — Clerici Lucensis Ecclesiae officio et praebendis privantur. — Admonitio ad clerum et populum ne illis communicent.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Lucensi clero et populo, exceptis his qui communicant atque consentiunt excommunicatis, salutem et apostolicam benedictionem.

Clericorum vestrae Ecclesiae causam

Causae scriptae huius epistolae.

(1) Ex Archiv. Vatic.

diligenter examinantes, diuque in ea laborantes, nullam in eis rationem atque veritatem, sicut decet christianos, invenimus. Quorum mirabilem et inauditam superbiam, licet sine audientia secundum synodalem sententiam, quam in se provocaverant, punire debuerimus; mansuetudinis tamen spiritu res eorum audiendas esse dignum duximus, ut saltem confusos et convictos ad sanum consilium, sensumque humilitatis revocaremus. Nam si in eis aliquod humilitatis signum mens nostra perpendisset, sine aliqua a nobis misericordia non recessissent. Quibus in superbia sua perdurantibus auctoritas beatorum martyrum atque Pontificum Fabiani et Stephani coram nobis allata est; quam nos per omnia huic negotio convenire cernentes, eos ut rebelles et inobedientes eiusdem auctoritatis sententia damnavimus; quam literis nostris inserendam esse existimavimus, ut quantis sint facinoribus irretiti, quantisve contumeliis digni, liquido pateat. — Fabianus. — Statuimus, si aliquis suis episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eo quod criminari tentaverit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum iudicium submotus a clero curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat, et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. — Stephanus Papa. — Clericus, qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus, et a gradu debet recedere, et curiae tradi serviendus. Hanc itaque in eos promulgandam sententiam existimavimus, ut saltem tempore tantae auctoritatis ad humilitatem converterentur. Sed ipsi dati in reprobum sensum, et demersi in diabolicae caecitatis puteum, a communione Sanctae Ecclesiae separati, et excommunicati recesserunt. Unde nos praedictorum sanctorum statuta firmantes, ex auctoritate beati Petri eos ab ordinibus et praebendis ecclesiae Sancti Martini in perpetuum submovemus; et decernimus ita, ut nullum deinceps inter canonicos eiusdem Ecclesiae locum teneant, aut praebendarum aliquod solatium, seu spem imposterum habeant. Vos itaque, dilectissimi filii, admonemus, immo apostolica auctoritate interdicimus, ut sceleratis contumaciae actibus eorum non communicetis, neque consilium aut auxilium contra Dominum impendatis, sed ut ipsi illaesi et immunes a damnatione eorum permaneatis, illique ad poenitentiam confundantur, infra ambitum civitatis vestrae eos cohabitare non permittatis, et ut tota provincia eorum praesenti contagione mundetur, operam detis. Quod nisi feceritis, et eos magis quam iustitiam, et salutem animarum vestrarum dilexeritis, totius excommunicationis eorum in vos periculum inducetis, et iram Dei in praesenti et in futura vita sine dubio sentietis. Eos vero, qui illis, ne in superbia sua permaneant, et confundantur, restiterint, gratia beati Petri remunerandos censemus et promittimus. Data Romae kalendis octobris, indictione tertia.

Decreta Fabiani PP. et Stephani PP.

confirmantur.

Clerici Lucensis Ecclesiae officio et praebendis privantur.

Admonitio ad clerum et populum ne illis communicent.

Dat. die 1 octobris anno Domini 1079, pontif. anno VII.

L.

Iterata excommunicatio Henrici regis.

SUMMARIUM

Invocatio beatorum Petri et Pauli. — Henricum alias humiliatum ipse Pontifex absolvit, ut inter eum et episcopos et principes pax componeretur. — Sed Henrico promissa non observante, fuit ab illis, inscio Papa, electus in regem dux Rodulphus, qui Papae fidelitatem vovit. — Henrici et Rodulphi causa ad Papam devoluta; — Qui de hoc in Germania colloquium fieri statuit; illudque impedientes excommunicavit. — Henricus autem illud impedivit, et regni desolationi se dedit. — Iterum excommunicatur. — Deponiturque regno, solutis a iuramento vassalis. — Rodulphi electio confirmatur. — Imploratio auxilii BB. Petri et Pauli.

Beate Petre princeps apostolorum, et tu B. Paule doctor gentium, dignamini,

Invocatio beatorum Petri et Pauli.

quaeso, aures vestras ad me inclinare, meque clementer exaudire.

§ 1. Quia veritatis estis discipuli et amatores, adiuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falsitate, quam omnino detestamini, ut fratres mei melius mihi acquiescant, et sciant et intelligant quia ex vestra fiducia post Deum et Matrem eius semper Virginem Mariam, pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium praesto. Vos enim scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi, et invitus ultra montes cum D. Papa Gregorio abii, sed magis invitus cum D. meo Papa Leone ad vestram specialem Ecclesiam redii, in qua utcumque vobis deservivi. Deinde valde invitus, cum multo dolore, et gemitu, ac planctu, in throno vestro valde indignus sum collocatus. Haec ideo dico, quia non ego vos, sed vos eligistis me, et gravissimum pondus vestrae Ecclesiae supra me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere, et clamare, atque annunciare populo Dei scelera eorum, et filiis Ecclesiae peccata eorum; membra diaboli contra me coeperunt insurgere, et usque ad sanguinem praesumpserunt in me manus suas iniicere. Astiterunt enim reges terrae, et principes saeculares et ecclesiastici, aulici et vulgares convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus vos Christos eius, dicentes: dirumpamus vincula eorum, et proiiciamus a nobis iugum ipsorum. Et ut me omnino morte vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere. Inter quos specialiter Henricus, quem dicunt regem, Henrici imperatoris filium, contra vestram calcaneum erexit Ecclesiam, facta cum multis episcopis ultramontanis et italicis conspiratione, annitens, me deiicendo, eam sibi subiugare; cuius superbiae vestra restitit auctoritas, eamque vestra destruxit potestas, qui confusus et humiliatus ad me in Longobardiam veniens absolutionem ab excommunicatione quaesivit.

Henricum alias humiliatum ipse Pontifex absolvit, ut inter eum et episcopos et principes pax componeretur.

§ 2. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de suae vitae emendatione, solam ei communionem reddidi, non tamen in regno, a quo eum in romana synodo deposueram, instauravi, nec fidelitatem omnium, qui sibi iuraverant, vel erant iuraturi, a qua omnes absolvi in eadem synodo, ut sibi servaretur, praecepi. Et haec ideo detinui, ut inter eum et episcopos vel principes ultramontanos, qui ei, causa iussionis vestrae Ecclesiae restiterant, iustitiam facerem, vel pacem componerem, sicut ipse Henricus iuramento per duos episcopos mihi promisit.

Sed Henrico promissa non observante, fuit ab illis, inscio Papa, electus in regem dux Rodulphus, qui Papae fidelitatem vovit.

§ 3. Praedicti autem episcopi et principes ultramontani, audientes illum non servare mihi, quod promiserat, quasi desperati de eo, sine meo consensu legerunt sibi Rodulphum ducem in regem. Qui rex Rodulphus festinanter ad me, misso nuncio, indicavit se coactum regni gubernacula suscepisse, tamen sese paratum mihi omnibus modis obedire. Et ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eumdem mihi semper misit sermonem, adiiciens, etiam filios suos obsides, et fidelis sui ducis Bertoldi filios, quod promittebat, firmare.

Henrici et Rodulphi causa ad Papam devolutа;

§ 4. Interea Henricus coepit me precari, ut illum contra praedictum Rodulphum adiuvarem; cui respondi, me libenter facere, audita utriusque partis ratione, ut scirem, cui iustitia magis faveret. Ille vero, putans suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem praesensit se non posse, sicut speravit, agere, duo episcopi, Virdunensis videlicet et Osemburgensis, de consentaneis suis, Romam venerunt, et in synodo ex parte Henrici me ut ei iustitiam facerem, rogaverunt, quod et nuncii Rodulphi fieri laudaverunt.

§ 5. Tandem aspirante Deo (sicut credo) statui in eadem synodo, in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur, aut cui amplius iustitia faveret, cognosceretur. Ego enim

Qui de hoc in Germania colloquium fieri statuit; illudque impedientes excommunicavit.

(sicut vos mihi testes estis, Patres et Domini) usque hodie nullam partem disposui adiuvare, nisi eam, cui plus iustitia faveret. Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum servaret, excommunicavi, et anathemate alligavi omnes personas sive regis, sive ducis, aut episcopi, seu alterius cuiusvis hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret.

Henricus autem illud impedivit, et regni desolationi se dedit.

§ 6. Praedictus autem Henricus cum suis fautoribus, non timens periculum inobedientiae, quod est scelus idolatriae, colloquium impediendo, excommunicationem incurrit, et seipsum anathematis vinculo alligavit, magnamque multitudinem christianorum morti tradi, et Ecclesias fecit dissipari, et totum pene Theutonicorum regnum desolationi dedit.

Iterum excommunicatur.

§ 7. Quapropter confidens de iudicio et misericordia Dei, eiusque purissimae Matris semper Virginis Mariae, fultus vestra auctoritate, saepe nominatum Henricum, quem regem dicunt, omnesque fautores eius, excommunicationi subiicio, et anathematis vinculo alligo.

Deponiturque regno solutis a iuramento vassallis.

§ 8. Et iterum regnum Theutonicorum et Italiae ex parte omnipotentis Dei et vestra interdicens ei, omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollo; et ut nullus christianorum ei sicut regi obediat, interdico; omnesque, qui ei iuraverunt, vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvo. Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires nullamque in vita sua victoriam obtineat.

Rodulphi electio confirmatur

§ 9. Ut autem Rodulphus regnum Theutonicorum regat, et defendat, quem Theutonici elegerunt sibi in regem ad vestram fidelitatem, ex parte vestra dono, largior, et concedo omnibus sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum, vestramque benedictionem in hac vita, et in futura, vestra fretus fiducia largior. Sicut enim Henricus pro sua superbia, inobedientia et falsitate, a regni dignitate iuste abiicitur, ita Rodulpho pro sua humilitate, obedientia et veritate potestas et dignitas regni conceditur.

Imploratio auxilii Bb. Petri et Pauli.

§ 10. Agite nunc, quaeso, Patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat et cognoscat, quia si potestis in caelo ligare et solvere, potestis in terra imperia, regna, principatus, marchias, ducatus, comitatus, et omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique et concedere. Vos enim patriarchatus, primatus, archiepiscopatus, episcopatus frequenter tulistis pravis et indignis, et religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis, quid de saecularibus vos posse credendum est? Et si Angelos, dominantes omnibus superbis principibus iudicabitis, quid de illorum servis facere potestis? Addiscant nunc reges et omnes saeculi principes, quanti vos estis, quid potestis; et timeant parvipendere iussionem Ecclesiae vestrae; et in praedicto Henrico tam cito iudicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia non fortuitu, sed vestra potestate cadet. Confundatur utinam ad poenitentiam, ut spiritus sit salvus in die Domini.

Acta Romae, nonis martii, indictione tertia.

Dat. die 7 martii anno Domini 1080, anno VII.

LI.

Declaratio definitionis synodalis super controversia inter Ecclesiam Turonensem et Dolensem (1).

SUMMARIUM

Quae fuerit controversia — Et quae definitio.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus episcopis Britanniae, clero et populo in Turonensi provincia constitutis.

Quae fuerit controversia.

Notum esse volumus, controversiam, inter Ecclesiam vestram et Dolensem pestifere ortam, multum nobis in romana synodo laborem ingessisse: sed tamen, Deo miserante, post longam discussio-

(1) Ex edit. card. Carafae.

nem, quam iustius potuimus, hanc, quae subscribitur, diffinitionem invenisse. Archiepiscopus siquidem vester Ecclesiam Turonensem ius suum in Britannia perdidisse conquerens, Romanorum Pontificum auctoritatem in medium duxit, quae praecipue probat Britanniam Turonensi Ecclesiae, quemadmodum spirituali matri et metropoli suae subiectionem et reverentiam debere. Dolensis vero episcopus non solum auctoritatem audientiae nostrae non exhibuit, verum etiam ipsa verba sua ad defensionem prolata, nulla certitudine, cui fides danda esset, fulta videbantur. Tamen, quia in patria sua quandam auctoritatem se reliquisse asserebat, visum nobis fuit, ut ad retractandum negotium illud induciae darentur, et pro hac, aliisque causis Legati Apostolicae Sedis, dirigerentur, ut auditis utriusque partis rationibus, si cognoverint Britannos auctoritatem authenticam Apostolicae Sedis, videlicet eorum Pontificum, quorum ordinatio, et vita digna et legalis fuerit, habere, per quam possint se a subiectione praedictae Turonensis Ecclesiae subtrahere, quieti deinceps permaneant in sua libertate. Quod si contigerit, eos huius auctoritatis, quam modo diximus, non posse habere defensionem, sopita deinceps et in aeternum omni controversia, Turonensem Ecclesiam matrem et metropolim suam recognoscant: et eam, quae decet metropolitanum, archiepiscopo vestro subiectionem et obedientiam exhibeant, reservato Dolensi episcopo pallii usu; ita tamen, ut nullus successorum suorum aliquo in tempore ad hanc dignitatem aspiret (sicut supra diximus), tam ipsi videlicet in Ecclesia Dolensi constituendi, quam etiam caeteri Britanniae episcopi magisterio Turonensis archiepiscopi in perpetuum subditi permaneant.

et quae definitio.

Dat. Romae VIII idus martias, indict. tertia (1).

Dat. die 8 martii anno Domini 1080, pontif. VII.

LII.

Comminatio poenarum contra detinentes bona monasterii Aureliacensis, nisi ea restituant, cuius favore confirmatur refutatio monasterii Viacensis, ab eius principibus in manu abbatis facta (2).

SUMMARIUM

Series facti. — Aureliacense monasterium iuris S. Petri. — Praecipit, ut beneficia ab eodem monasterio ablata restituantur, et obsequium et fidelitas abbati exhibeatur. — Qui nonnisi unum mansum ulli militi de possessione Ecclesiae dare possit. — Eidem restitui praecipit Maurzicense monasterium, cum ecclesiis ac pertinentiis omnibus. — Confirmat monasterii Viacensis refutationem a principe in manu abbatis consensu episcopi et clericorum factam.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus in Bituricensi, necnon Narbonensi, seu Burdegalensi provinciis constitutis, exceptis his, qui apostolica excommunicatione tenentur, salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Aureliacense monasterium iuris S. Petri.

Clamor abbatis Aureliacensis coenobii, quod proprii iuris B. Petri concessione fundatoris, scilicet B. Geraldi, esse dinoscitur, auribus nostris insonavit, videlicet super quibusdam personis, qui iniuste detinent beneficia praedicti monasterii a praedecessoribus suis sub fidelitate et dominio pro defensione Ecclesiae, sibi et suis antecessoribus olim concessa. Praecipue conqueritur super Berengario Carlatensi vicecomite, qui propria cupiditate ductus, debitum servitium et fidelitatem abbati exhibere negat, nisi beneficium, quod immerito detinet, adhuc

(1) Notandum hic a Gregorio PP. ea rescindi, irritarique privilegia, quae ad conciliandos sibi regum, episcoporum, populorumque animos callida liberalitate, atque etiam contra leges, nec sine aliorum praeiudicio concesserant pseudo-papae, *quorum ordinatio et vita digna et legalis* esse non poterat. (2) Ex edit. card. Carafae.

Praecipit, ut beneficia ab eodem monasterio ablata restituantur, et obsequium et fidelitas abbati exhibeantur

etiam de iure Ecclesiae, angeatur. Proinde apostolica auctoritate praecipimus, quatenus omnis, qui beneficium praefatae Ecclesiae ad hoc aliquando suscepisse cognoscitur, subiectionem et fidelitatem abbati persolvat, et servitium pro beneficio largiri non deneget, et ab exactione illicitae augumentationis desistat. Aliter enim invasor et sacrilegus esse comprobatur. Nos vero detrimentum supradicti coenobii agnoscentes, abbatem sub promissione fidei suae in manu nostra obligavimus, ut nulli militum liceat ultra unum mansum de possessione Ecclesiae dare sub hac vel alia occasione, neque alicui alteri personae, nisi communis utilitas fratrum regulariter degentium postulaverit, et apostolicae aequitati renunciare ausus fuerit. Monasterium autem Maurziccense cum omnibus sibi adiacentiis, et ecclesias scilicet Dalmairaci, et montis Salvii, et caeteras, necnon terras et possessiones in quacumque suprascriptarum provinciarum ablatas, seu malis consuetudinibus oppressas, monasterio Aureliacensi scriptis sive testibus olim iuste concessas, apostolica auctoritate praecipimus restitui, et sine inquietudine aliqua permitti. Monasterium quidem Viacense, in manu abbatis refutatum a principibus ipsius terrae consensu episcopi et clericorum, sibi suisque successoribus concedimus et confirmamus, et fautoribus refutationis apostolicam benedictionem largimur: et eos, qui Ecclesias, sive praedia praefati monasterii iniuste detinent, absque ulla dilatione reddi iubemus. Qui ergo his mandatis nostris spiritu superbiae acquiescere noluerit, praecipueque Berengarius, si obedire contempserit, gratiam B. Petri amittet, et iram omnipotentis Dei incurret. Obtemperantibus autem gratiam Dei, et apostolicam benedictionem de misericordia divina confisi largimur.

Qui nonnisi unum mansum ulli militi de possessione Ecclesiae dare possit.

Eidem restitui praecipit Maurziccense monasterium cum ecclesiis ad pertinentibus omnibus.

Confirmat monasterii Viacensis refutationem a principe in manu abbatis consensu episcopi et clericorum factam.

Datum Romae, II idus aprilis, indictione tertia.

Dat. die 12 aprilis anno Domini 1080, pontif. anno VII.

LIII.

Confirmatio libertatum monasterii Sancti Salvatoris Constantien. ac solutionis census Romanae Ecclesiae debiti (1).

SUMMARIUM

Approbat, quod Villelmus abbas curam monasterii S. Salvatoris de Scapusta susceperit. — Eumque vicarium suum constituit ad procurandum ut ibi abbas canonice ordinetur. — Prohibet principibus saecularibus, ne in eo loco quicquam iuris habeant. — Privilegium ab Alexandro II Everardo comiti per subreptionem concesso abrogat. — Anathematizat eos, qui contra hoc praeceptum quidquam tentaverint. — Si Constantiensis episcopus a Sede Apostolica discordaverit, concepit ut abbas a quocumque religioso episcopo, quae ad episcopale officium pertinent, suscipiat, vel ad Apostolicam Sedem recurrat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Villelmo abbati Hirsangiensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam pervenit ad nos, quod religio tua curam monasterii Sancti Salvatoris iuris Apostolicae Sedis, cui etiam duodecim auri, quorum viginti unciam faciunt, ex eodem monasterio annis singulis persolvi debent, siti in villa Scapusta in episcopatu Constantiensi, obsecrante comite Burcardo, virisque religiosis hortantibus, eo dumtaxat tenore susceperit, ut praedictus comes, qui sibi in praefato monasterio quasdam quasi proprias conditiones vindicabat, dimissa atque renunciata omni saeculari potestate, locum ipsum liberum esse permitteret; stadium dilectionis tuae probantes, quod factum est, apostolica auctoritate firmamus; et quia per te locus ille, sicut audivimus, ad religionis statum Domino miserante coepit assurgere; nos, in quantum valemus, perpetuam illic sanctitatis stabilitatem providere cupientes, fraternitati tuae super coenobium illud solicitudinis nostrae vicem committimus: scilicet, ut fratres ibi disciplinis regularibus instruere, mores eorum vitamque competenter

Approbat, quod Villelmus abbas curam monast. S. Salvatoris de Scapusta susceperit.

Eumque vicarium suum constituit ad procurandum ut ibi abbas canonice ordinetur.

(1) Ex Archiv. Vatic.

instruendo, ea, quae ad animarum salutem pertinent, vigilanter providere, ac maxime, ut inibi abbas secundum Deum ordinetur procures. Praeterea, ut saepefati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius et propensius exequi, ac omnipotenti Domino debitae devotionis obsequium instanter et gratanter exolvere, volumus, et apostolica auctoritate praecipimus, ut nullus sacerdotum, regum, vel ducum, aut comitum, seu quaelibet magna aut parva persona praesumat sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non haereditarii iuris, non advocatiae, non investiturae, non cuiuslibet potestatis, quae libertati monasterii noceat, vindicare: non ornamenta Ecclesiae, sive possessiones invadere, minuere, vel alienare; sed ita sit ab omni saeculari potestate securum, et Romanae Sedis libertate quietum, sicut constat Cluniacense monasterium et Massiliense manere. Abbas autem advocatum, quem voluerit, eligat. Quod si is postmodum non fuerit utilis monasterio, eo remoto, alium constituat. Privilegium autem quod bonae memoriae praedecessor noster Alexander contra sanctorum Patrum statuta, aliqua subreptione vel deceptione inductus, eidem loco fecit, in quo Everardo comiti, eiusque posteris advocatiam, et praeficiendi abbatis potestatem, et totius rei administrationem concessit, nos canonicae correctionis sententia per apostolicam functionem utentes, infirmamus, infringimus, atque cassamus; et ne per hoc alicuius temeraria cupiditas in audaciam suae perditionis erumpat, apostolica auctoritate in irritum revocamus. Si quis ergo contra hoc salubre praeceptum nostrum pertinaciter ire tentaverit, gratiam beati Petri se non dubitet amissurum, admonitusque semel, bis, et tertio per competentes inducias, si non resipuerit, et si delictum suum emendare contempserit, sciat se divino anathemate innodatum, et a corporis et sanguinis Dominici communione alienum. Illud etiam ad romanae libertatis munus confirmandum subiungentes adiicimus, ut si aliquo tempore Constantiensi Ecclesiae praesideus ab Apostolica Sede discordaverit, eique inobediens fuerit (quod confirmante Samuele peccatum ariolandi, et idolatriae scelus est (*a*), dicente quoque beato Ambrosio: Haereticum esse constat, qui Romanae Ecclesiae non concordat), liceat abbati, sibi suisque, a quocumque religioso episcopo placuerit, ordinationes, consecrationes, et quae ad episcopale officium pertinent, expetere, atque suscipere, vel ad Apostolicam Sedem recurrere. Observatores autem huius nostri praecepti remissionem omnium peccatorum suorum, et gratiam bonam a Domino consequantur. Datum Laterani octavo idus maii, indictione tertia.

Probibet principibus saecularibus, ne in eo loco quicquam iuris habeant.

Privilegium ab Alexandro II Everardo comiti per subreptionem concesso abrogat.

Anathematizat eos, qui contra hoc praeceptum quidquam tentaverint.

Si Constantiensis episcopus a Sede Apostolica discordaverit, concedit ut abbas a quocumque religioso episcopo, quae ad episcopale officium pertinent, suscipiat,

vel ad Apostolicam Sedem recurrat.

Act. die 8 maii anno Domini 1080, pontif. anno VIII.

LIV.

Investitura domini Gregorii Papae, qua Robertum ducem de Apulia, Calabria, et Sicilia investivit.

Ego Gregorius Papa investio te, Roberte dux, de terra, quam tibi concesserunt antecessores mei sanctae memoriae Nicolaus et Alexander. De illa autem terra, quam iniuste tenes, sicut est Salernus, et Amalphia, et pars Marchiae Firmanae, nunc te patienter substineo: in confidentia Dei, et sancti Petri, ita te habeas, sicut et agere, et me suscipere decet sine periculo animae tuae et meæ. Actum ut supra.

Formula investiturae quae Pontifex Robertum ducem de Apulia, Calabria et Sicilia investivit.

Promissio Roberti reddendi census in die Resurrectionis Domini, duodecim videlicet denariorum papiensis monetae, de tota Apulia, Calabria et Sicilia.

Ego Robertus Dei gratia, et sancti Petri, Apuliae et Calabriae et Siciliae dux, ad confirmationem traditionis, et ad re-

Robertus promittit fidelitatem Pontifici.

(*a*) Reg. I, 15.

cognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego teneo proprie sub dominio meo, et quam adhuc nulli ultramontanorum ita concessi, ut teneat: promitto me annualiter pro unoquoque iugo bovum pensionem, duodecim scilicet denarios papiensis monetae persoluturum B. Petro, et tibi domino meo Gregorio Papae, et omnibus successoribus tuis, aut tuis, aut successorum tuorum nunciis. Huius autem pensionariae redditionis erit semper terminus, finito quoque anno, sanctae Resurrectionis dies dominicus. Sub hac vero conditione huius persolvendae pensionis obligo me, et meos sive haeredes, sive successores tibi domino meo Gregorio Papae, et successoribus tuis (1).

Annuum censum duodecim denariorum papiensis monetae

Conditiones huius pensionariae redditionis.

(1) Iuramentum fidelitatis, quod idem dux praestitit Gregorio PP. fuit huiusmodi.

Ego Robertus Dei gratia et sancti Petri, Apuliae, et Calabriae, et Siciliae dux, ab hac hora et deinceps ero fidelis Sanctae Romanae Ecclesiae, et Apostolicae Sedi, et tibi domino meo Gregorio universali Papae. In consilio vel facto, unde vitam aut membrum perdas, vel captus sis mala captione, non ero; consilium, quod mihi credideris, et contradixeris, ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum damnum me sciente. Sanctae Romanae Ecclesiae tibique adiutor ero ad tenendum, acquirendum, et defendendum regalia Sancti Petri, eiusque possessiones pro meo posse contra omnes homines, excepta parte Firmanae, Marchiae et Salerno, atque Amalphi, unde adhuc facta non est difinitio: adiuvabo te, ut secure et honorifice teneas Papatum Romanum. Terram Sancti Petri, quam nunc tenes, vel habiturus es, postquam scivero tuae esse potestatis, nec invadere nec acquirere quaeram, nec etiam depraedari praesumam absque tua tuorumque successorum, qui ad honorem S. Petri ordinati fuerint, certa licentia, praeter illam, quam tu mihi concedes, vel tui concessuri sunt successores. Pensionem de terram (1) Sancti Petri, quam ego teneo, aut tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam annualiter Sancta Romana habeat Ecclesia. Omnes quoque Ecclesias, quae in mea persistunt dominatione, cum illarum possessionibus dimittam in tua potestate, et defensor ero illarum ad fidelitatem Sanctae Romanae Ecclesiae. Et si tu, vel tui successores ante mea (2) ex hac vita migraveritis, secundum quod monitus fuero a melioribus cardinalibus, clericis romanis et laicis, adiuvabo, ut Papa eligatur et ordinetur ad honorem S. Petri. Haec omnia suprascripta observabo Sanctae Romanae Ecclesiae, et tibi cum recta fide, et hanc

(1) Legendum *terra*. (2) Legendum *me*.

LV.

Monasterium S. Zenonis in Pisana urbe in Apostolicae Sedis clientelam suscipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur: confirmatisque eiusdem bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia. — Decretum immunitatis ab omni molestia, alienatione, etc. — Solitae poenae contra inobservantes.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Leoni abbati monasterii S. Zenonis in Pisana urbe, eiusque successoribus.

Exordium.

Supernae miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesiae curam suscepimus, et apostolici moderaminis solicitudinem gerimus, ut iustis postulantium votis attenta benignitate faveamus, praecipueque ad venerabilem locorum quietem stabiliendam nostrae auctoritatis munimen conferre debeamus. Proinde praelibatum monasterium, cui tu praesse dignosceris, iuxta petitionem tuam sub Apostolicae Sedis defensione recipimus, et praesentis privilegii decreto cuncta, quae hactenus iure possidere visum est, vel deinceps Domino largiente iuste acquiret, concedimus, atque firmamus: insuper etiam, consentiente Pisano episcopo, decimationes omnium terrarum, quas ad dominicatum vestrum laborare feceritis, annuimus; adiicientes, ut fidelium oblationes accipere, et eos, qui se devoverint, in coemeterio vestro sepeliri; necnon etiam quicumque saeculo renunciantes ad vestram conversationem venire voluerint, licitum sit vobis sine alicuius contradictione admittere. Quae omnia, sicut scripta sunt, ut memoratum coenobium tuum per succedentium temporum curricula

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur:

Confirmatisque eiusdem bonis omnibus,

Nonnulla conceduntur privilegia.

Decretum immunitatis ab omni molestia, alienatione, etc.

fidelitatem observabo tuis successoribus ad honorem S. Petri ordinatis, qui mihi, si mea culpa non remanserit, firmaverint investituram a te mihi concessam.

Actum Ciprani, III kal. iulii.

(1) Ex authographo in Capitulari Tabulario edidit Ughell. Ital. Sac tom. III.

secure ac sine inquietudine firmiter et inconvulse obtineat, apostolica auctoritate corroborantes statuimus, nullum regum, vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque auctoritate praeditum, vel quempiam alium audere, de his, quae eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum, Deo miserante, conferentur, sub cuiuslibet ausus occasionisve specie, minuere vel auferre, sive suis usibus applicare, vel aliis quamvis piis de causis pro suae avaritiae excusatione concedere. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, ac saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, admonitus semel et iterum usque tertio per convenientes testes, si non resipuerit, atque praedictae Ecclesiae non satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. At nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Solitae poenae contra inobservantes.

Datum Laterani IV non. martii per manus Petri S. Romanae Ecclesiae presb. cardinalis et bibliothecarii, anno IX pontificatus domini Gregorii VII Papae. Indictione IV, MLXXXI.

Dat. die 4 martii anno Domini 1081, pontif Greg. anno IX.

LVI.

Commissio reformationis duorum monasteriorum, scilicet Montis Maioris in provincia Sancti Petri, et Sanctae Mariae in dioecesi Narbonensi, cum facultate, quatenus in eisdem personae idoneae ad gubernium repertae non fuerint, desumendi abbates ex aliis monasteriis eiusdem ordinis; et repetendi quidquid. ad eadem monasteria pertinens, ab aliis iniuste detineatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Montis Maioris et alterum S. Mariae Narbonen. iuris Apostolicae Sedis abbati Massiliensi regenda committuntur, vice Sedis eiusdem. — Abbates ex fratrum consensu per eumdem praeficiendi; et a dioecesano episcopo ordinandi. — Mores vero, si opus fuerit, per eumdem Massiliensem abbatem corrigendi. — A quo bona, a monasterio ablata, ex detinentium manibus vindicentur. — Roboratio decreti huius.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Richardo Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali, atque abbati Massiliensi, suisque successoribus in perpetuum regulariter promovendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Licet apostolici nos apicis cura pro cunctis generaliter Ecclesiis vigilare, ac pro omnium statu vel reparatione solicitos esse admoneat; illis tamen praecipue locis nostram curam specialius exhibendam perpendimus, quae sub Romanae tutela Sedis constituta scimus, status sui confirmationem, augumentum, vel restitutionem ab hac potissimum Ecclesia, cuius iuris sunt, expectare. Quia ergo quaedam monasteria, alterum in provincia videlicet Sancti Petri, qui dicitur ad Montem Maiorem, et alterum in Narbonensi episcopatu Sanctae Mariae de Crassa, quae ad huius Sedis defensionem pertinere, propriique iuris esse noscuntur, iamdudum saecularium monachorum culpa a religionis tramite deviasse intelleximus, ea reformare ad lapsi decoris specimen valde esse necessarium, duximus. Scitis enim, decentius, atque convenientius esse decernitur. destructa restituere, et ad gradum suum collapsa reducere, quam in dilatandis, vel noviter aedificandis operam dare. Quapro-

Exordium.

Monasterium Montis Maioris et alterum S. Mariae Narbonen. iuris Apostolicae Sedis

(1) Ex Archiv. Vatic

abbati Massiliensi regenda committuntur, vice Sedis eiusdem.

pter ad praedictorum locorum restaurationem religionis tuae prudentiam pertutilem arbitrantes, licet tu quorumdam proborum virorum precibus adhortatus, absque licentia nostra de eorum cura te nolueris intromittere; nos tamen censuimus, per tuam successorumque tuorum solertiam fratribus, in eisdem coenobiis deinceps mansuris, perpetuam regularis vitae circumspectionem providere. Proinde circa praefata monasteria solicitudinis nostrae vicem dilectioni vestrae committentes, volumus atque praecipimus, ut in eis, quae amputanda sunt, amputetis: quaeque corrigenda sunt, corrigatis; et quae in illis disciplinae tenore defuerint, vestra vigilantia et labore conferantur. Praeterea quoties eorum rectores obierint, vestri sit studii alios cum consensu probabiliorum (1) fratrum de eadem congregatione, si fieri potest, sin autem aliunde, secundum Deum et regulam sancti Benedicti abbates eligere: ibique substituere, quos ab illo episcopo, in cuius dioecesi fuerint, si hac Sede excommunicatus, vel simoniacae haereseos infamia notatus non erit, ordinandos, decrevimus. Si vero alterum horum obstiterit, abbas a Romano Pontifice sui consecrationem expetat, aut quemcumque episcopum ille praeceperit pergere pro sui ordinatione, ille licentiam habeat; cuius nihilominus abbatis mores et vitam, sicut et subditorum suorum discutere, excessusque corrigere, vestrae potissimum prudentiae attinebit. Quod si forte in aliquod crimen depositione dignum fuerit lapsus, vestrum erit ad apostolicam audientiam deferre, quatenus aut hic damnationis suae sententiam per Romanum Pontificem excipiat, aut per apostolicum legatum, ad id peragendum serio missum, dignum suis meritis iudicium subeat. Statuimus etiam, ut quidquid ad eadem monasteria pertinere cognoscitur, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate repetendi, exigendique, ac vendicandi (1) habeatis per omnia, Deo iuvante, licentiam; quia dignum est, ut quorum curam geritis, rebus nullo modo defraudemini. Praefato igitur modo nostrae providentiae ac dispositionis vicissitudinem circa saepe dicta monasteria tibi tuisque successoribus, ut praelibavimus, regulariter promovendis concedentes, interdicimus, ut nullus successorum nostrorum, vel archiepiscoporum, aut episcoporum, ut nemo clericalis seu laicalis ordinis audeat hanc potestatem praesentis decreti auctoritate firmatam, vobis auferre, vel perturbare; sed ea, sicut praefixum est, in vestra salubri ordinatione ac dispositione in perpetuum inconvulsa permaneant.

Abbates ex fratrum consensu per eumdem praeficiendi;

Et a dioecesano episcopo ordinandi.

Mores vero, si opus fuerit, per eumdem Massiliensem abbatem corrigendi.

A quo bona a monasterio ablata, ex detinentium manibus vindicentur.

Roboratio decreti huius.

Dat. anno 1081, pontif. anno IX.

(1) Fortasse *Probatiorum*.

(1) *Vindicandi*. (2) Ex edit. card. Carafae.

LVII.

Privilegium pro ecclesia S. Petri in villa Maschara sita, et tutelae Sedis Apostolicae commissa (1).

SUMMARIUM

Census annuatim persolvendus Apostolicae Sedi ab iis, qui ibidem domos aedificaverint. — Praeceptum nequis d. locum infestet, sub poena excommunicationis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus Deo, et beato Petro fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum sit vobis, nos ecclesiam Sancti Petri sitam in villa, quae dicitur Mascharans, sub ius et defensionem Apostolicae Sedis, ab ipsius fundatoribus sponte traditam, suscepisse, ob cuius donationis memoriam perpetuo retinendam constituerunt, et devoverunt se illi, qui circa eumdem locum propter amorem et tutelam b. Petri sibi aedificant, pro unaquaque domo censum persoluturos. Quapropter apostolica auctoritate praecipimus, ut nemo praefatum locum, apostolica tuitione munitum, deinceps infestare praesumat: sed sub defensione b. Petri, cuius iuris

Census annuatim persolvendus Apostolicae Sedi ab iis, qui ibidem domos aedificaverint.

Praeceptum ne quis dictum locum infestet.

Sub poena excommunicationis.

est, quietus et securus ab omni perturbatione permaneat. Si quis ergo contra haec nostra mandata memoratum locum vexaverit, admonitus semel et iterum usque tertio per convenientes inducias, si non resipuerit, sciat se a gratia beati Petri separatum; et nisi satisfecerit, anathematis vinculis innodandum; quicumque vero propter apostolicam reverentiam ab infestatione ipsius loci, et laesione (sicut christianum decet) se continuerit, eumque adiuvare studuerit, veniam peccatorum suorum, et gratiam beati Petri, si in bonis perseveraverit, se promeriturum non dubitet.

Dat. anno Domini 1081, pontif. anno IX.

LVIII.

Confirmatio privilegiorum omnium Panormitanae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Procemium. — Panormitana Ecclesia ex Saracenorum manibus vindicata. — Cui Ecclesiae olim suffraganeæ restituuntur; — Et regia omnia confirmantur privilegia. — Omnibus cuiuscumque dignitatis personis quidquam ab ea auferre interdicitur. — Concessio pallii secundum antiquum eiusdem Ecclesiae usum. — Adhortatio ad Alcherium archiepiscopum petita a concessione huiusmodi.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Alcherio Panormitano archiepiscopo, salutem.

Procemium.

Summae Sedis Apostolicae, cuius licet indigni curam gerimus, contemplatione monemur, ut omnibus sacris Ecclesiis, quae defendi, seu roborari nostrae auctoritatis privilegiis expetunt, nos, in quantum favet iustitia, libenter annuamus: et earum rectoribus honorum suorum insignia, quae antiquitus obtinuisse noscuntur, requirentibus, per nos, largiente Domino, facilius praebeatur assensus; praecipue tamen oportere arbitramur, ut rudibus Ecclesiis, scilicet noviter ad fidem vel venientibus vel redeuntibus, nostri favoris fiduciam, et apostolici muniminis securitatem pronius indulgeamus, quatenus, qui miserante Domino perfidiae tenebras, ac erroris laqueos evaserunt, eodem iuvante in christianae fidei vigore, ac religionis amplitudine per nostrae benignitatis studium, ac tuitionis adiutorium magis et magis excrescere valeant. Quamobrem, carissime frater Alcheri, Panormitanam Ecclesiam cui tu, Domino auctore, praeesse dignosceris, quae quondam nobilis et famosa, postmodum peccatis exigentibus in Saracenorum potestatem perfidiamque redacta, nunc revera ad christianam fidem labore vel instantia filii nostri gloriosi ducis Roberti, Domino innuente, conversa est, te postulante, privilegio apostolicae liberalitatis fulciri; nos tam iustae petitionis intuitu, quam etiam praefati ducis amore, quem id scimus optare, cupere, gratanter concedimus, tribuimus atque largimur. Apostolica igitur auctoritate confirmamus eidem Ecclesiae, et per eam tibi, quidquid dignitatis antiquitus tenuisse probatur, idest omnes eius suffraganeos episcopatus, vel si qui destructis illis, in eorum loco statuti sunt, vel opitulante Domino statuentur, ut in praefatae tuae Ecclesiae pristinam redeant potestatem. Insuper quidquid possessionis per regalem largitionem, et iustam concessionem antiquitus habuisse; ac quidquid (quod iustitiae non contradicit) antiquis superadidisse dignoscitur. Proinde praesentis auctoritatis nostrae decreto, tam praesentium quam et futurorum omnium hominum temeritatem coercentes, interdicendo statuimus, nullum regum, vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque dignitate praeditum, vel quemcumque alium, audere de iis quae eidem Ecclesiae a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum conferentur, auferre vel diminuere. Praeterea fraternitati tuae pallii usum secundum antiquum Ecclesiae tuae morem concedimus, ut eo inter missarum solemnia his dumtaxat

Panormitana Ecclesia ex Saracenorum manibus vindicata;

Cui Ecclesiae olim suffraganeae restituuntur;

Et regia omnia confirmantur privilegia;

Omnibus cuiuscumque dignitatis personis quidquam ab ea auferre interdicitur.

Concessio pallii secundum antiquum eiusdem Ecclesiae usum.

(1) Edidit Roccus Pyrrhus Sicil. Sac. tom. I, col. 70.

festivitatibus utaris; videlicet Nativitate Domini: festivitate S. Stephani: Epiphania: Coena Domini: Ascensione: Penteoste: et quatuor festivitatibus S. Mariae: Nativitate S. Ioannis Baptistae: natalitiis Apostolorum: S. Laurentii: in festivitate Omnium Sanctorum, quae celebratur kal. novembris: et die tuae ordinationis: et in festivitatibus Ss. quorum reliquiis tua decoratur Ecclesia: atque in ordinatione episcoporum, seu caeterorum clericorum, et in consecratione Ecclesiae. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tantae dignitatis, supplementum utique totius sacerdotalis ordinis, moribus tuis conveniat; et non solum exteriori, sed interiori homini tuo decorem praestet et gratiam; siquidem ista sunt pallii, ista sunt huiusmodi indumenti signa, ut Dominum ex toto corde, et tota anima, et omni virtute diligas, et proximum tuum sicut te ipsum. Nam licet ad usum pallii omnium virtutum ornamenta sint necessaria, inseparabiliter tamen charitas, quae omnes supereccedit, ac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum instrumenta, vita et scientia tua subditis tuis sit forma et regula, ut si quid in eis ex humana fragilitate reprehensibile deprehenditur, intuitu sanctae conversationis tuae ad rectitudinem sinceritatis corrigatur; quibus sic studeas dispensationis iura moderari in corrigendis vitiis, ut zelo rectitudinis ferveas, et modum temperantiae non excedas; et, ut paucis multa explicemus, quidquid in Ss. Patrum dictis reperis, ad tuam, et eorum, qui tibi subduntur, utendum censeas aedificationem; quatenus documentis tuis instructi, atque boni pastoris tecum valeant pertingere, et perpetuae vitae felicitatem percipere.

Adhortatio ad Alcherium archiepiscopum pelita a concessione huiusmodi.

Datum Romae XVI kal. maii per manum Beniamin, fungentis vice Petri S. R. E. presbyt. cardin. et bibliothecarii, anno dominicae incarnationis MLXXXIII, pont. vero domini Greg. VII PP. anno X, indictione VI.

Dat. die 16 aprilis anno Domini 1083, pontif. Greg. anno X.

LIX.

Privilegium confirmationis bonorum atque immunitatum monasterii Hirsaugiensis, quod sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, iniuncto onere annui census (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Adelberti de Calb preces. — Monasterium Hirsaugiense a quibus fundatum. — Sub Apostolicae Sedis tutela recipitur: eiusque regimen abbatibus committitur. — Confirmatis privilegiis omnibus ac libertatibus a dicto Adelberto concessis, dummodo sacris canonibus non adversentur. — Poenae contra violatores paginae huius.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Willelmo abbati monasterii S. Aurelii in Hirsaugia, in episcopatu Spirensi situm, eiusque successoribus, in perpetuum.

Cum omnium Ecclesiae filiorum saluti et securitati Sancta Sedes Apostolica ex generali pastoralis regiminis providentia cavere et consulere debeat: tum vero alacrius et impensius piae intentionis et religiosae devotionis vota suscipere, ac salutifero effectui mancipare, necesse est, ut gratanter bonorum studiorum petitionibus occurrat, et quae ad laudem et gloriam divini nominis sunt instituta, auctoritatis suae soliditate firmiter tenenda stabiliat. Unde et nos dilecti filii nostri Adelberti de Calb laudabili desiderio congaudentes, precibus eius Sanctae Sedi Apostolicae humiliter directis acquiescere decrevimus, et religiose postulata efficaciter concessimus: qui aeternae retributionis amore succensus in praedio suo, quod dicitur Hirsangia, monasterium a progenitoribus suis antiquitus constructum, nuper amissa restituens, venuste reparavit, et in usus fratrum, ubi Deo servientium, pluribus possessionibus et

Exordium.

Adelberti de Calb preces.

Monasterium Hirsaugiense a quibus fundatum.

(1) Ex tom. I Chronici Hirsaugiensis, pag. 242.

redditibus adiectis, largius ampliavit: quam suae libertatis (1) institutionem, ne imposterum ulla perversorum hominum audacia imminuere, aut violare praesumat, apostolicae auctoritatis privilegio muniri, et sanctae Romanae Ecclesiae tuitione roborari, data annui aurei Bizantii pensione, postulavit; illud profecto considerans, quia dum a sanctae Matris Ecclesiae fidelibus beatis apostolis Petro et Paulo honor, metus et obedientia exhibetur, quod eorum decreto et nomine colidatum et roboratum fuerit, nullius eversionis illicita praesumptione quatiatur. Quam ob rem ibidem praefatum monasterium cum omnibus sibi hoc tempore iuste pertinentibus et legaliter collatis, et deinceps quarumcumque personarum authentica traditione conferendis, sub Apostolicae Sedis tutela et protectione generaliter amplectimur, et sub alis beatorum apostolorum Petri et Pauli, tibi, fili Wilhelme, tuisque successoribus, eliminata ac prohibita omni infestantium inquietudine, libere et absolute possidenda, et regulariter atque utiliter ordinanda praesentis scripturae testimonio confirmamus. Constitutionis quoque, immunitatis, et libertatis modos, quos praefatus comes illustris Adelbertus scripto suae traditionis inseruit, et regio sigillo imprimi curavit, ad posteritatis cautelam, et arcendos infestantium impetus diligenter observandos statuimus, hos dumtaxat, qui canonicis sanctionibus non obsistunt, ut nec permissis quilibet negligatur, nec de vetitis quodlibet irrogetur. Haec igitur, quae huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es ordine locoque, successerint, in perpetuum servanda decrevimus. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicum, et saecularium personarum, hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se de perpetrata iniquitate divino iudicio agnoscat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituat, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae retributionis inveniant. Datum Romae (1).

Sub Apostolicae Sedis tutela recipitur: eiusque regimen abbatibus committitur.

Confirmatis privilegiis omnibus ac libertatibus a dicto Adelberto concessis, dummodo sacris canonibus non adversentur.

Poenae contra violatores paginae huius.

(1) Forte *liberalitatis*.

(1) Hucusque auctor Chronici. Diploma vero, in cuius calce antiquitate fortasse corrosos chronologicos characteres ille non legit, nos datum putamus anno 1085, ut ex eiusdem monasterii historia potest coniici. (2) Ex ms. S. Huberti edidit Martenne Vet. Script. et Monument. Collect. tom. I, col. 315.

LX.

Andaginense monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur, eique nonnulla oblata dona confirmantur (2).

SUMMARIUM

Quae cura Ecclesiarum et monasteriorum Summis Pontificibus semper fuerit. — Monasterium Andaginense sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur; eique bona omnia confirmantur.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Theoderico abbati monasterii Sancti Petri Sanctique Huberti Andaginensis constituti, suisque successoribus regulariter ibidem intrantibus, in perpetuum.

Nulli fidelium est in dubio, quin Sedes Apostolica, quae universalis mater et omnium Ecclesiarum princeps est, omnibus hoc iure, ac debita solicitudine praesse debeat, non ut eos tantum catholicae religionis unitate concludat, sed generali circumspectione, etiam ab his, quae extrinsecus promoventur, sua auctoritate salvet et muniat. Inter quas tamen cum plures inveniantur, quae speciali et propria commendatione in tutelam eiusdem Sedis Apostolicae se contulerunt, ut

Quae cura Ecclesiarum et monasteriorum Summis Pontificibus semper fuerit.

speciali charitate et studio suae Matris amplexae usquequaque securiores et liberiores ab omni infestatione consisterent: quas, ut dignum erat, ita Romana suscepit Ecclesia, tantaque protexit undique diligentia, ut omnibus munimenta praesidii, nonnullis quoque gratiam conferret augendi. Cuius rei plurima nobis exempla sanctissimi viri reliquerunt, qui ante nos in illa, quam diximus, Apostolica Sede fulgentes, pro honore Ecclesiarum Dei, et exaltatione earum magis, quam pro vita aut salute sua, soliciti fuerunt, suscipientes monasteria et venerabilia loca in patrocinium apostolicae defensionis, et confirmantes ea propriis privilegiis; quatenus ex quotidiana tranquillitate ardentius in devotione divinae servitutis et in omni bono proficerent. Qua in re quam pie, quam sancte fecerunt, et illorum nobis ostendit gloria, et in ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam cum oratoria in pace et tranquillitate consistunt, et ecclesiastica beneficia pauperes Christi nutriunt, tum vero laus Deo digne promitur, et remedia peccatorum, tam vivis quam defunctis impenditur. Unde nos in eadem Apostolica Sede non nostris meritis, sed divina locati gratia, suscepti officii debitum considerantes, praefatum monasterium, cui tu, dilecte fili et praenominate abba, praesse dinosceris, tuo rogatu in tutelam Apostolicae Sedis, et nostram successorumque nostrorum defensionem suscepimus, confirmantesque, et corroborantes sibi per praesentis paginam privilegii ecclesiam S. Mariae super Auxonam sitam: ecclesiam S. Sulpicii super Mosam: caeterasque possessiones tam in villis quam castellis, caeterisque ecclesiis, et terris cultis et incultis, seu in omnibus rebus mobilibus et immobilibus, quas nunc iure possidet (1).

Monasterium Andaginense sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur; eique bona omnia confirmantur.

(1) *Videntur hic desiderari non pauca.*

LXI.

Abbatibus Cluniacensibus conceditur omnimoda iurisdictio super monachis et abbate monasterii S. Benedicti ad Padum eiusdem ordinis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium S. Benedicti ad Padum iuris Sedis Apostolicae. — Census annuus ab eo Romanis Pontificibus solvendus. — Abbatis Cluniacensis omnimoda iurisdictio super monachos et abbatem monasterii huius. — Salvo tamen iure Sedis Apostolicae.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, Hugoni venerabili abbati Cluniacensis monasterii, suisque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Suscepti nos officii cura compellit, venerabilibus locis, et praecipue his quae proprii iuris sunt Sanctae Romanae Ecclesiae, talem nostrae dispensationis adhibere diligentiam, ut in illis ea, maxime apostolicis privilegiis, et memorabili auctoritate firmentur, quae ad sacrae eruditionis studium, et ad religiosae vitae propositum, et diuturnam spiritalis gratiae aedificationem potissimum valere noscuntur. Quapropter de spiritali gubernatione et statu monasterii Sancti Benedicti, consistentis inter litora Padi et Larionis fluminum, huiusmodi instituta sancire et confirmare dignum duximus, ut nostra, quam semel impendimus, semper cum Dei adiutorio solicitudo vigilet: et sicut in illo auctorum, a quibus constructum et Deo oblatum est, omni tempore devotio, fides vivit, et pietas, ita ad commune ipsorum, ac nostrae devotionis meritum nostra ibidem providentia, Deo disponente, vivat, ac operetur auctoritas. Namque monasterium illud a Thedaldo illustri viro, patre marchionis Bonifacii, constitutum est; traditum vero, et in proprium ius collatum beato Petro et eius Apostolicae Sedi, sicut et aliqua alia monasteria tempore nostri pontificatus, a Mathilde filia eiusdem marchionis Bo-

Monasterium S. Benedicti ad Padum iuris Sedis Apostolicae.

(1) Ex Mabillon. in Append. ad tom. v Annal. Benedict.

nifacii, quondam decreta et corroborata constitutione, sicut etiam in aliis, quae ad communionem et confirmationem eiusdem loci fecimus, habetur privilegiis; ut inde per singulos annos beato Petro, et eius Apostolicae Sedi, in praesentia Romani Pontificis, aut eius archilegati, Romae, aut ubi ipse iusserit, octo diebus ante vel post kal. maii, idest romanae unciae auri in pensione reddatur. Verum quia tu, dilectissime frater et abbas venerande, ad regendum illud idem monasterium de congregatione Cluniacensis monasterii, cui Deo auctore praesesse dignosceris, fratrem Vidonem nobis donasti, virum religiosum et prudenter edoctum, qui ibidem sacrae religionis formam atque doctrinam secundum regulam sancti Benedicti, et vestrae conversationis consuetudinem, edoceret, et Deo auxiliante institueret; ne huius ædificationis vestigia in posterum deleantur, aut tui, frater spiritualis, germinis fructus per subrogationem alicuius extraneæ conversationis, et infoecundae supplantationis aliquo deinceps tempore deficiat, vel occasione depereat, curam illius loci tibi tuisque successoribus in perpetuum in nostra vice committimus, ut in eius gubernatione atque custodia nostrae solicitudinis, tu, omnesque successores tui, et potestatem habeant, et studium procurationis impendant. Decernimus etiam, ut obeunte ibi abbate, vestra semper provideat diligentia, quatenus idonea, et huic officio digna, in loco regiminis secundum regulam S. Benedicti persona subrogetur et quidquid in monasterio ad augumentum et observationem monasticae religionis institui vel emendari oportuerit, vestro semper magisterio et dispensatione administretur: salva quidem in omnibus auctoritate Sedis Apostolicae, cuius iuris locus ille esse dignoscitur: et caeteris, quae de consecratione abbatis, et fratrum monasterii, necnon et aliorum ad id pertinentium, seu de reditione census, postremo de omni statu eius in privilegiis, pro sua stabilitate et speciali munitione sibi concessis, decreta ac statuta firmavimus.

Census annuus ab eo Romanis Pontificibus solvendus.

Abbatis Cluniacensis omnimoda iurisdictio super monachos et abbatem monasterii huius:

Salva tamen iure Sedis Apostolicae.

VICTOR III

PAPA CLVIII

Anno aerae Christi comm. MLXXXVI.

Desiderius, ex principibus Beneventanis, primum monachus, mox abbas Cassinensis, et S. R. E. cardinalis tit. S. Ceciliae, fere vi adhibita (Cassinum enim aufugerat) invitus semper ac renitens, in diaconia S. Luciae die 24 maii anno 1086 electus est Pontifex, ac Victor Tertius appellatus; sed nonnisi die 9 maii sequentis anni ecclesiastico more consecratus, et in Apostolica Sede locatus est (1). Sedit in pontificatu imperantibus, in Oriente Alexio Comneno, in Occidente Henrico IV, ab electione annum unum, menses III, dies XXII, a consecratione vero menses IV, dies VII (2). Obiit enim Cassini die 16 septembris anno 1087, ibique sepultus est, primum in abside capituli monasterii: mox sacra eius ossa ex antiquo sepulcro in sacellum B. Berthalii translata sunt anno 1515, ac demum ibidem ad altaris dexteram partem recondita. Vacavit Sedes mens. V, dies XXVII (3).

(1) Hinc factum dixerimus, a nonnullis Sedis vacationi fere duos annos attributos (ut in mss. Bernardi Guidonis), a die scilicet obitus Gregorii PP. VII ad Victoris consecrationem numerandos: vel potius ad diem 27 aprilis anno 1087, qua die Victor, electione sua apud Capuam per crucis et purpurae resumptionem confirmata, Cassini postmodum Pascha celebravit.

(2) Ita tertius ac sequentes quinque ex Catalogis Critic. Baronian. praefixis, tresque alii Vignoliani, quibus tamen m. IV, dies VII solummodo inscribitur, primo extremo a consecrationis die sumpto. Nescimus tamen, quo iure Leo Ostiensis asserat, Victorem vixisse *in Sede Apostolica ab ipso suae electionis exordio anno uno;* quod quam computorum rationi contrarium sit, nemo non videt.

(3) Sic legitur in tertio ex Catalogis a Vignolio editis: quartus vero et sextus ex Critic. Baron. praefixis, habent tantum m. V, dies XXV, exclusis fortasse extremis.

Confirmatio bonorum omnium ad Ravellensem Ecclesiam spectantium (1).

SUMMARIUM

Potestas ligandi et solvendi in Romanos Pontifices per Petrum derivata. — Bona omnia confirmantur ad perpetuum episcoporum usum.

Victor episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Urso Ravellensi episcopo, in perpetuum.

Potestas ligandi et solvendi in Romanos Pontifices per Petrum derivata.

Quandoquidem, superna disponente clementia, B. Petro apostolorum principi, eiusque successoribus, ubique gentium ordinandi, disponendi, regendi et gubernandi Ecclesias a Deo est concessa potestas; nos quoque pro modulo nostro omnium Ecclesiarum solicitudinem habentes, hoc, quod nostrae mentis arcano Dei miseratio inspiravit, iure disponere, regere et gubernare satagimus. Quocirca, piis votis iustisque postulationibus annuentes, concedimus tibi, frater et coepiscope noster Urse, tuisque successoribus in perpetuum, quicquid ad Ravellensem civitatem, episcopalis dignitatis honore noviter insignitam, vel pertinere ad praesens, vel quod etiam futuris temporibus iuste acquisieritis, ut iure episcopali habeatis, retineatis, et possideatis. Si quis autem vel rex, vel marchio, vel dux, vel princeps, vel patritius, vel comes, vel vicecomes, seu aliqua magna parvaque persona contra hanc nostri decreti sanctionem agere praesumpserit, primo quidem a Christi Corporis et Sanguinis communione separatus dep..... bis aut ter canonice compellatus fuerit, nisi satisfecerit, sed.... malitia praestiterit, eum excommunicatum et damnatum esse censemus. Damus autem tibi tuisque successoribus liberam potestatem in dioecesi vestra absque alicuius con.... crisma conficere, ecclesias dedicare, clericos ordinare, et, quicquid episcopatus est ordinis, celebrare.

Bona omni confirmantur, perpetuum episcoporum usum.

Datum Capuae per manus.... Signiensis episcopi, Romanae vero Ecclesiae bibliothecarii, anno ab incarn. D. N. I. C. MLXXXVII, anno vero primo pontificatus D. Victoris III Papae, indict. X.

Dat. anno 1087, pontif. Victoris anno I.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I.

URBANUS II

PAPA CLIX.

Anno aerae Christi comm. MLXXXVIII.

Otto, seu Odo, in provincia Remensi natus, ipsaque in Ecclesia Remensi educatus, antea Prior monasterii Cluniacensis, mox a Gregorio VII S. R. E. cardinalis, atque Ostiensis episcopus factus, et in Germaniam Legatus Apostolicae Sedis missus, creatus est Summus Pontifex, ac consecratus die 12 martii anno 1088, ac Urbanus secundus appellatus. Sedit in pontificatu, imperantibus, in Oriente Alexio Comneno, in Occidente Henrico IV, ann. XI, mens. IV, d. XVIII (1). Obiit enim Romae die 29 iulii anno 1099, et sepultus est in basilica Vaticana. Vacavit sedes d. XV (2).

I.

Confirmatio bonorum, ac privilegiorum omnium Cluniacensis monasterii, quod soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur: eiusque abbati mitrae, chyrothecarum et sandaliorum usus conceditur (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Urbani II, in minoribus cum esset, vita monastica in monasterio Cluniacensi. — Confirmatio privilegiorum om-

(1) Parva quidem ac contemnenda catalogorum diversitas, ex scriptorum incuria orta. (2) In VI ex catalogis Criticae Baron. praefixis legitur: *cess. episc. d.* XXV; scriptoris certe negligentia, qui denarium adiunxit. Notandum vero in diebus XV hoc modo assignatis utrumque iuxta incretum includi extremum. (3) Ex Biblioth. Clunac. Martini Marrier. col. 514.

nium a Summis Pontificibus eidem concessorum — Et monasteriorum, quae in alodium ab eodem adepta sunt; — Idem de Moisiacensi coenobio, habito tamen prius episcopi dioeces. consensu. — Facultas conceditur monasticum habitum cuicumque imperiendi. — Ipsis Legatis Apost. Sedis cuiuscumque iuris exercitium in rebus monasterii denegatur: — Sicut etiam episcopis, salvo iure, quod a canonibus datur. — Lites, abbatis vel Sedis Apostolicae iudicio definiendae. — Eidem mitrae, dalmaticae, chyrothecarum et sandaliorum usus conceditur.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Hugoni sanctissimo abbati Cluniacensi, eiusque successoribus in perpetuum.

Exordium.

Cum omnibus sanctae filiis Ecclesiae ex Sedis Apostolicae auctoritate et benevolentia debitores existimus; venerabilibus tamen personis, atque locis, maxime, quae Apostolicae Sedi semper specialius adhaeserunt, ac devotius, quaeque ampliori religionis gloria eminent, propensiori nos convenit charitatis studio impendere. Tibi ergo, sanctissime et reverendissime ac dilectissime frater, tam ex antiqua Sedis Apostolicae familiaritate, quam ex nobilissima tuae tuique coenobii religionis reverentia, singularis a nobis debetur praerogativa dilectionis. Est praeterea, quod nos tibi non minus tuoque monasterio faciat debitores, quoniam per te monasticae religionis rudimenta suscepi. In tuo coenobio per secundam Sancti Spiritus gratiam sum renatus, cui hactenus impensiori gratia Romana Ecclesia dilectionis ac protectionis curam impendisse dignoscitur. Quicquid igitur libertatis, quicquid immunitatis, quicquid auctoritatis tibi, tuisque successoribus, tuoque coenobio, per antecessorum nostrorum privilegia concessum fuisse constat, nos quoque huius nostri decreti pagina conferimus, tradimus, confirmamus. Hoc insuper adiicientes, ut monasterium Sanctae Mariae de Charitate, monasterium Sancti Martini de Campis apud Parisios, monasterium Sancti Dionysii apud Nungentum, Sanctae Mariae de Nazara, S. Gervasii de Exis, S. Mariae de Arulis, S. Petri de Campo-Rotundo, S. Genesii in Elnensi episcopatu, S. Pauli in valle Olei, S. Mariae de Cubaria, S. Mariae de Salella, S. Mariae de Tolosa, S. Trinitatis in Marciniaco, quod tu in alodio proprio aedificasti, nunquam tuo, tuorumque successorum regimini ordinatione subtrahatur. Caetera vero omnia, quae antecessores nostri vestro monasterio privilegia tradiderunt, nos quoque contradimus, atque firmamus. Moisiacense sane coenobium in ea, qua nunc est, in posterum libertate permaneat, nisi forte episcopus admiserit, propter quod eius debeat ditione privari. Quicumque autem melioris vitae appetitu vestrum voluerit advenire coenobium, libera tibi, tuisque successoribus facultas maneat, secundum tenorem regulae S. Patris nostri Benedicti, eos suscipere. Praeterea decernimus, atque stabilimus, ne quis ultra Legatus, romani Antistitis vices in vestris partibus agens, absque ipsius licentia vel praeceptione buccam in vos, aut vestra monasteria audeat aperire, vel nisi ad idipsum specialiter dirigatur. Episcopis vero, in quorum dioecesibus vestrae sunt facultates, omnino non liceat de vestris monachis aut monasteriis iudicare: salvo canonico illo iure, quod in eis hactenus habuerunt. Si quid autem causae in eos habuerint, te, tuosve successores appellent. Quod si per vos lis nequiverit definiri, ad Sedem Apostolicam referatur, eius solius, vel Legati eius iudicio definienda. Tibi plane peculiari devotione concedimus, ut in processionum missarumque solemnibus mitra utaris episcopali. In praecipuis vero festivitatibus, idest in quinque, quas praecipuas habetis: et in Theophania: et in Ascensione, nec non et in Dedicatione vestrae Ecclesiae, dalmaticam, chyrothecas et sandalia induaris. Et hoc ad tuae religionis evidentiam, atque ostensionem nostrae peculiaris dilectionis, quam ex Sede Apostolica magis meritis exigentibus

Urbani II, in minoribus cum esset, vita monastica in monasterio Cluniacensi.

Confirmatio privilegiorum omnium a Summis Pontificibus eidem concessorum.

Et monasteriorum, quae in alodium ab eodem adepta sunt;

Idem de Moisiacensi coenobio, habito tamen prius episcopi dioeces. consensu.

Facultas conceditur monasticum habitum cuicumque imperiendi.

Ipsis Legatis Apost. Sedis cuiuscumque iuris exercitium in rebus monasterii denegatur:

Sicut etiam episcopis, salvo iure, quod a canonibus datur.

Lites, abbatis vel Sedis Apostolicae iudicio definiendae.

Eidem mitrae,

dalmaticae, chyrothecarum et sandaliorum usus conceditur.

promereris. Tuam de caetero condecet sanctitatem, quemadmodum ab Romana Ecclesia specialius honoratur, ita eiusdem Ecclesiae servitiis et utilitatibus singulariter insudare; quatinus, et hactenus vobis ab eadem Ecclesia concessa stabili tenore permaneant, et dignius vestrum sit coenobium in futuro maioris praemia gloriae adipisci.

Datum Romae per manus Iohannis diaconi sanctae Romanae Ecclesiae, prosignatoris domni Urbani II Papae, kal. novembris, indictione XI, anno dominicae incarnationis MLXXXVIII, pontificatus vero eiusdem domni Urbani Papae primo.

Dat. die 1 novembris anno Domini 1088, pontif. anno I.

II.

Bantino monasterio a se consecrato nonnulla Urbanus PP. concedit privilegia, atque exemptiones (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Bantinum ab Urbano PP. dicatum, — Ac libertatibus et exemptionibus donatum, — Cum decreto tamen, ut eius monachi a dioecesanis episcopis sacramenta accipere teneantur. — Futurae quoque donationes omnes eidem confirmantur. — Solitae conclusiones.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, universitati Christi fidelium notum in perpetuum.

Exordium. Divinae miserationis intuitu, cuius muLere, licet immeriti, catholicae Ecclesiae praesidemus, et universae fidelium potestates consistunt, condecet Apostolicae Sedis piam solicitudinem, et benignam principum magnificentiam, Ecclesiarum debitam curam gerere, et pro earum pace et quiete cum omni diligentia misericorditer insudare; quatenus, id divina operante clementia, quique iura sua aequo moderamine possidentes, praelati simul et subditi pariter attingere valeant ad promissa fidelibus gaudia sempiterna. Nos itaque in Cassino monte filiorum nostrorum Rogerii ducis, et Boamundi fratris eius, et Ursonis abbatis, precum instantia fatigati, cum multitudine confratrum nostrorum episcoporum ad consecrandum Bantinum monasterium in honorem Dei Genitricis constructum eodem auxiliante pervenimus; eumque opitulatione Domini consecrationibus eius nostris devotis manibus rite peractis, eorumdem virorum illustrium et suorum comitum et baronum interventionibus piis, ad summam eiusdem libertatem, securitatem et pacem a monasterio ipso, et Ecclesiis eius, et rebus ac locis omnibus suis, habitis et habendis, omnia episcopalia iura, et publicas omnes exactiones apostolica auctoritate generali perpetua constitutione exclusimus; attamen a sola tantum Acherontina Ecclesia Sanctae Anastasiae, intra muros civitatis constructa, Acherontino archiepiscopo annis singulis unam auri unciam suscipere indulgemus. Haec interea irrefragabiliter statuentes, ut chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum suorum, et caetera spiritualia sacramenta, ab episcopis dioecesanis, vel quibuscumque catholicis, Bantini monasterii fratres accipiant; qui mandato Apostolicae Sedis, et auctoritate suffulti, faveant, et eisdem petentibus fratribus eadem sacramenta gratis et sine aliqua pravitate exhibeant. Insuper autem beati Petri apostolorum principis auctoritate sancimus, ut omnes cuiuscumque conditionis homines, clericos et laicos, qui in morte vel in vita ad praescriptum monasterium, et ecclesias eius, et loca cum rebus suis transire, aut in suis do-

Monasterium Bantinum ab Urbano PP. dicatum,

Ac libertatibus et exemptionibus donatum,

Cum decreto tamen, ut eius monachi a dioecesanis episcopis sacramenta accipere teneantur.

Futurae quoque donationes omnes eidem confirmantur.

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 713.

mibus commorantes, quaelibet bona temporalia sua eleemosynarum largitione conferre voluerint, nullius contradictio inhibeat; et iisdem quaecumque contulerint, patrocinio Apostolicae Sedis iidem fratres quiete et generaliter libera, perpetuo possidebunt.

Solitae conclusiones.

Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum sint, qui praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, omni titulo super ea re quarumlibet oppositionum semper excluso. Indulgemus autem eis haec omnia, Apostolicae Sedis paterna pietate inducti, et confratrum nostrorum discreto consilio, et praedictorum virorum nobilium strenuo interventu; et quia monasterium ipsum post introitum Nortmannorum cum intrinseca sui expoliatione, et locorum suorum miserabili depopulatione, cum sacrilegis usurpationibus episcoporum, innumera lugenda detrimenta et indigna sustinuit, quae breviatim in privilegio comitis amici notantur; talibus ergo rationibus apertis commota viscera pietatis Apostolicae Sedis, monasterium idem cum rebus omnibus suis habitis et habendis, tamquam B. Petri possessionem, cuius est et ius et proprietas, a iuribus universis atque servitiis cuiuslibet dignitatis vel ordinis omnium hominum, anathematis gladio digne subtrahunt et defendunt. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos auri unciam nobis nostrisque successoribus eiusdem monasterii abbates persolvent.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine divinae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen (1).

III.

De reparatione Ecclesiae Tarraconensis, cuius favore ea impendi conceditur, quae necessaria forent ituris in Hierusalem, vel in alias partes (2).

SUMMARIUM

Series facti. — Adhortatio ad eos, quibus hae datae sunt literae, ad procurandam Taraconensis Ecclesiae restitutionem. — Eam procurantibus eadem indulgentia conceditur, ac si ad sacra loca pergerent.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, carissimis filiis Berengario Barchinonensi comiti, ac marchioni Ermengaudo Urgellensi, Bernardo Bisulunensi comitibus, omnibusque Tarraconensis et Barchinonensis provinciae episcopis, vicecomitibus, et caeteris nobilibus et potentibus sive laicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Dilectissimus et reverentissimus frater noster Berengarius Ausonensis episcopus,

(1) Baronius, qui privilegii huius exemplar edidit hoc anno 1088, haec praemittit: « Cassini cum esset Urbanus Papa, Rogerius et Boamundus visitarunt eum una cum aliis suis comitibus et baronibus, et cum eis Urso abbas Bantini monasterii: quorum precibus rogatus, in Apuliam se contulit una cum ipsis ad dedicationem ecclesiae S. Mariae eiusdem monasterii Bantini, qua a se dedicata, idem Urbanus Papa munivit ipsum monasterium privilegio ». Ex his patet, cui tempori hocce diploma sit consignandum. Enarrato vero privilegio, ac post verba ista *Amen, Amen*, haec subdit: « Sequebantur ista subscriptiones atque sigilla ». Porro pontificium signum, in quo apostolorum nomina, et a tergo imagines plumbo fusae habentur, cum eiusmodi in extimo circulo inscriptione legitur: BENEDICTUS DEUS, ET PATER DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. (2) Ex Cartulario Ecclesiae Tarraconensis edidit Baluzius in Appendico Marc. Hispan. n. CCCIII.

devotione et labore maximo ad apostolorum limina veniens, diu nobiscum moratus est; cuius nos prudentia, et bonis moribus, ut dignum est, delectati, privilegia, quibus sua, videlicet Tarraconensis Ecclesia per Romanam Ecclesiam donata est, diligenter inspeximus; et quod ad nos est, eamdem Ecclesiam tum pro sanctorum reverentia, tum pro praedicti fratris nostri dilectione, prout iustitia exegerit, honorare et exaltare optamus. Quia igitur corporalia spiritualibus, temporalia aeternalibus, caelestibus, dignum est, terrestria famulari; hortamur et obsecramus in Domino prudentiam vestram, ut summa ope nitamini Tarraconensis urbis statum eatenus reparare, quatenus ibi cathedra haberi possit episcopalis. Vobis ergo in poenitentiam peccatorumque remissionem mandamus, ut potentia et divitiis vestris in restitutionem eiusdem Ecclesiae devotissime et intentissime desudetis. Eis autem, qui vel in Hierusalem vel in partes alias poenitentiae spiritu vel devotionis ituri sunt, suademus, totam illam viae et sumptus operam restitutioni Ecclesiae Tarraconensis impendere: quatenus auxiliante Domino, et cathedra inibi tuto habeatur episcopalis, et civitas eadem, Saracenorum opposita populis, in murum et antemurale Christicoli populi celebretur: quibus eamdem ex Dei misericordia indulgentiam pollicemur, quam promererentur, si in dictae viae prolixitatem explerent. Nos siquidem, si vestrae bonae voluntatis effectum, et ferventis studii solicitudinem cognoverimus, praedicto fratri nostro, et Tarraconensi Ecclesiae, quae ad antiquam eius dignitatem spectant, libentissime impendemus, et corporalia vestra spiritualibus infusis prosequemur: salva tamen Narbonensis Ecclesiae iustitia. Si enim romani auctoritate privilegii Tarraconensem provinciam canonice vendicare Narbonensis antistes nequiverit; nos omni querela liberi, Tarraconensi Ecclesiae ius suum restituere, et fratri nostro Berengario pallii dignitatem conferre non praetermittemus, prout mereri studia vestra videbimus. Iterum iterumque vos, carissimi filii, admonemus, ut fratrem nostrum Berengarium in restitutionem Tarraconensis Ecclesiae adiuvetis; quatenus et in praesenti gloriam, et in futuro vitam percipiatis aeternam. Porro si noster ad vos legatus Domino annuente pervenerit, ei pro Sedis Apostolicae reverentia debitam obedientiam exhibere curate. Datum Romae kal. iulii per manus Iohannis Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et cancellarii, anno secundo domini Urbani Papae II, indictione duodecima.

Adhortatio ad eos, quibus hae datae sunt literae, ad procurandam Taraconensis Ecclesiae restitutionem.

Eam procurantibus eadem indulgentia conceditur, ac si ad sacra loca pergerent.

Dat. die 1 iulii anno Domini 1089, pontif. Urbani anno II.

IV.

Confirmatio Barensis archiepiscopatus, bonoramque ad eam Ecclesiam spectantium (1).

SUMMARIUM

Eccl. Barensis corpore B. Nicolai decorata. — Urbanus PP. in Apuliam veniens — Corpus idem Barium translatum recondit, et episcopum sua manu consecrat. — Bona ad Barenses episcopos spectantia confirmantur. — Quae sint bona huiusmodi, seu etiam Ecclesiae Barensi subiectae. — Decretum immunitatis. — Pallium Heliae archiep. conceditur. — Adhortatio ad eumdem.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, carissimo fratri Heliae archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quia nostris temporibus Ecclesiam, quam Deo auctore regis, frater charissime, Barensem (quae Canusina dicitur) omnipotens Deus beati confessoris sui Nicolai corpore visitare dignatus est: nos auctore Deo, apostolorum Petri Paulique vicarii, propter ecclesiastica negotia exequenda in Apuliae provinciam descendentes, charissimorum filiorum Romanae Ecclesiae Rogerii ducis, et fratris eius

Eccl. Barensis corpore B. Nicolai decorata.

Urbanus PP. in Apuliam veniens;

(1) Ex Baronio ad ann. 1089.

Boamundi, atque vestris deprecationibus invitati, civitatem vestram pro beati confessoris Nicolai dilectione praecipua visitavimus; cum magna undique convenientis populi frequentia laetitiaque beati Nicolai reliquias in locum parati adyti conferentes, contra morem nostrae Romanae et Apostolicae Ecclesiae te, dilectissime frater, in sede propria consecravimus, beati Nicolai reverentia, et tui populi dilectione devicti. Te igitur in specialem Romanae Ecclesiae filium amplectentes amoris intimi brachiis, tuamque, cui Deo auctore praesides, Barensem (quae et Canusina habetur) Ecclesiam exaltare, et populum tuum tam temporaliter, quam aeternaliter glorificare, largiente Domino, et favente iustitia, cupientes, confirmamus tibi praesentis paginae auctoritate integrum Barensem, (qui et Canusinus est) archiepiscopatum, ut tu tuique successores episcopali iure illum regas, disponas, atque possideas: salva Romanae auctoritate Ecclesiae, quae, instituente Domino, Ecclesiarum omnium Princeps est, cuique ut Matri summa debet ab universis reverentia exhiberi. Absque praeiudicio ergo institiae quarumlibet Ecclesiarum, sequentes tenorem, qui nostrorum continetur privilegiis praedecessorum, Barensis, sive Canusinae Eccl. possessiones, sive dioeceses tibi tuisque successoribus perpetuo possidendas regendasque contradimus: hae autem sunt Canusia: Bitrictum, Bitontum, Modunium, Iuvenatium, Melficta, Rubum, Tranum, Canna, Minervinum, Aquatecta, Mons, Meliorus, Lavellum, Rapulba, Melphis, Bitalbis, Salpi, Cupersanum, Palimarum, simul et caetera, quae intra marini litoris ora sita esse cognoscuntur. Haec vero, et alia municipia, sive civitates praedictis civitatibus adiacentes, sive longe positae, sed ad eas pertinentes, confirmamus vobis; et omnes fundos et casales, una cum casis et vineis, cum servis et ancillis, cum massis et massaritiis, atque molendinis, cum portibus, et montibus, et pratis, simul cum plebibus sive ecclesiis, cum omnibus titulis, sive cappellis suis, simul etiam cum monasteriis virorum, seu foeminarum, graecis, aut latinis, cum universis ordinibus ecclesiasticis, et quicquid honoris, possessionis, seu dignitatis per legalem largitionem, et iuxta concessionem antiquitus tenuisset, et quicquid iustitiae non contradicit et antiquitus superadditum esse probatur, et in futurum iuste poterit Barensis et Canusina Ecclesia adipisci. Atque huiusmodi privilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgentes statuimus, nullum regum, vel imperatorum, antistitum, nullam quacumque dignitate praeditum, vel quemquam alium, audere minuere, alienare, sive suis usibus applicare de iis, quae eidem Ecclesiae a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel deinceps Domino favente donari contigerit. Praeterea fraternitati tuae pallii usum ex more concedimus, ut eo inter missarum solemnia iis dumtaxat festivitatibus utaris, videlicet: Nativitate Domini, Sancti Stephani, Epiphania, Coena Domini, Resurrectione, Ascensione, Pentecoste, Sancti Ioannis Baptistae, natalitiis Apostolorum, et tribus festivitatibus Sanctae Mariae, festivitatibus sanctorum Nicolai et Sabini, festivitate omnium Sanctorum, in annuo ordinationis tuae die, in ordine episcoporum seu caeterorum clericorum, in consecratione etiam Ecclesiarum, in translatione etiam dom. confessoris Nicolai. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tantae dignitatis, supplementum utique totius sacerdotalis ordinis, moribus tuis conveniant; et non solum exteriori homini tuo decorem praestet, et gratiam, sed et interiorem quoque multiplici virtute corroboret. Siquidem ista sunt pallii; omnium virtutum ornamenta cum sint necessaria, inseparabiliter tamen charitas, quae omnes superexcedit, hac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum in-

Corpus idem Barium translatum recondit,

Et episcopum sua manu consecrat.

Bona ad Barenses episcopos spectantia confirmantur;

Quae sint bona huiusmodi, seu etiam Ecclesiae Barensi subiectae.

Decretum immunitatis.

Pallium Heliae archiep. concedit;

Adhortatio ad eumdem.

strumenta, vita et scientia tua subditis tuis sit forma et regula, ut si quid in eis ex humana fragilitate reprehensibile deprehenditur, intuitu sanctae conversationis tuae ad rectitudinem sinceritatis tuae corrigatur. Quibus sic studeas dispensationis iura moderari, ut in corrigendis vitiis et zelo rectitudinis ferveas, et modum temperantiae non excedas; et ut multa paucis explicemus, quicquid in sanctorum Patrum dictis repereris, ad tuam, et eorum, qui tibi subduntur, utendum censeas aedificationem, quatenus documentis tuis instructi, atque boni pastoris vestigia consecuti, ad regnum summi Pastoris tecum valeant pertingere, et perpetuae vitae felicitatem Domino annuente percipere. Amen.

Datum apud Barium per manus Ioannis diaconi, anno Dominicae incarnationis millesimo octogesimo nono: anno vero pontificatus domini Urbani Papae II, indictione XIII, nono octobris.

Dat. die 9 octobris anno Domini 1089, pontif. anno II.

V.

Constitutio ad Ghicardum (1) *episcopum Constantiensem, qua excommunicationem in Henricum regem, et Ravennatem haeresiarcham, a Gregorio VII latam, confirmat, et in eorum sectarios; inde quae agenda in clericos ab episcopis excommunicatis ordinatos, constituit* (2).

SUMMARIUM

Ghicardo opem pollicetur. — 1. Propter quaestiones in partibus Ghicardi agitatas, excommunicationis praedecessoris Gregorii sententiam confirmans, — 2. Ravennatem haeresiarcham cum Henrico rege excommunicat, — 3. Eorumque fautores. — 4. Eis vero communicantes non excommunicat, sed in suam communionem nequaquam sine poenitentiae ultione recipit. — 5. Quicumque ignorantia, timore, etc. se convictu, salutatione, etc. contaminaverit, eum minoris poenitentiae medicina in societatem admittitur. — 6. Eos, qui spontanee aut negligenter inciderunt, sub disciplinae cohercitione suscipi iubet. — 7. Clericos ab excommunicatis episcopis ordinatos in ordinibus, quos acceperunt, manere permittit. — 8. Sed ad superiores ordines ascendere non concedit. — 9. Presbyteros, diaconos, ac subdiaconos, in crimen lapsos, canonum censurae submittit. — 10. 11. 12. Ghicardi providentiae committit utrum eorum aliqui, qui tamen infamiae nota non fuerint aspersi, suos gradus recuperare debeant. — 13. Quae in lege morte mulctantur, occupatos criminibus, ab omni altaris ministerio sequestrat. — 14. Post nulli laico liceat honorem clericatus adipisci. — 15. 16. 17. Episcopalem ditionem Gebehardo in Insula Augiensi concedit. — 18. Idem etiam de Augustinensi et Curiensi episcopatu, aliisque vicinis regionibus studendum iniungit. — 19. Hortatio pastoralis. — 20. Benedictio apostolica.

(1) Lege *Gebehardum*. (2) Ex Labbe tom. X Concil., pag. 444. Hanc descripserat P. Iacobus Sirmundus ex Codice Atrebatensi.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Ghicardo Constantiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quia te speciale post Deum manuum nostrarum opus esse perpendimus, et quia specialem in te religionis gratiam esse cognoscimus, ideirco te specialiter adiuvare, tuisque necessitatibus specialiter subvenire Domino annuente satagimus. Ghicardo opem pollicetur.

§ 1. Quaestiones autem, quas tuis literis significasti vestris in partibus agitari, apud nos satis frequenter noveris commoveri. Fratrum itaque nostrorum communicato consilio, diuque excommunicationis quaestione tractata, sancti praedecessoris nostri Gregorii sententiam confirmantes, ita eam Deo inspirante determinavimus. Propter quaestiones in partibus Ghicardi agitatas, excommunicationis praedecessoris Gregorii sententiam confirmans,

§ 2. Primo siquidem gradu, Ravennatem haeresiarcham Romanae Ecclesiae invasorem, cum Henrico rege eiusdem perversitatis capite, ab omnibus Ecclesiae catholicae membris alienum et excommunicatum esse censemus. Ravennatem haeresiarcham cum Henrico rege excommunicat,

§ 3. Secundo eos, qui armis, pecunia, consilio, aut obedientia, ecclesiasticos maxime honores ab eis aut eorum fautoribus accipiendo, eorum nequitiae administratum subministrant. Eorumque fautores.

§ 4. Eos igitur principaliter anathe-

Eis vero communicantes non excommunicat, sed in suam communionem nequaquam sine poenitentiae ultione recipit.

matis vinculis adstringentes, in tertio gradu communicantes eis nos quidem non excommunicamus; sed quia ipsi se eorum communione commaculant, in nostram eos societatem nequaquam sine poenitentiae ultione et absolutione recipimus. Sanctis quippe canonibus cautum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur.

Quicumque ignorantia, timore, etc., se convictu, salutatione, etc., contaminaverit, cum minoris poenitentiae medicina in societatem admittitur.

§ 5. Ipsius tamen poenitentiae atque absolutionis modos ea moderatione discrevimus, ut quicumque seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negotii cuiusque maximi, et maxime necessarii, eorum se convictu, salutatione, oratione, osculove contaminaverit, cum minoris poenitentiae, absolutionisque medicina societatis nostrae participium sortiatur.

Eos, qui spontanee aut negligenter inciderint, sub disciplinae coercitione suscipi iubet.

§ 6. Eos vero, qui aut spontanee aut negligenter inciderint, sub ea volumus disciplina cohercione suscipi, ut caeteris metus incutiatur; cuius disciplinae moderamina, quod ad tuam curam spectat, nos tuae providentiae, prout oportere videris (1), pro temporis et personarum competentia servanda committimus.

Clericos ab excommunicatis episcopis ordinatos in ordinibus, quos acceperunt, manere permittit;

§ 7. Porro de clericis, qui ab excommunicatis sunt episcopis ordinati, necdum quidem sententiam ferimus, quia generalis mali contagium generalis synodi est cauterio comburendum: tuae tamen fraternitati hoc respondemus ad praesens, ut ab excommunicatis, quondam tamen catholicis, episcopis ordinatos, si quidem non simoniace ordines ipsos acceperint, etsi episcopos ipsos non simoniacos esse constiterit, ad hoc si religiosa eorum vita, et doctrinae praerogativa visa fuerit promereri, poenitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperint, ordinibus manere permittas.

Sed ad superiores ordines ascendere non concedit.

§ 8. Ad superiores autem ascendere non concedimus, nisi necessitas et utilitas maxima flagitaverit, et ipsorum sancta conversatio promeruerit; et hoc tamen ipsum rarius cum cautela est praecipua concedendum.

(1) Forsan *videbis*.

Presbyteros, diaconos, ac subdiaconos, in crimen lapsos, canonum censurae submittit.

§ 9. De presbyteris, diaconis, ac subdiaconis, qui post acceptum ordinem in aliquo crimine lapsi fuerint sive palam sive clam, constat quidem canonum censura ab ecclesiasticis eos officiis inhiberi.

Gbicardi providentiae committit utrum eorum aliqui, qui tamen infamiae nota non fuerint aspersi suos gradus recuperare debeant;

§ 10. Tuae tamen providentiae, discretionique committimus: utrum eorum aliqui, qui tamen infamiae notis non fuerint aspersi, necessitate Ecclesiae urgente, et ipsorum sancta conversatione promerente, in suis gradibus recuperari debeant.

§ 11. Hoc autem secundum indulgentiam dico, non secundum imperium, ut vestra maior vestris in partibus contra haereticos habeatur auctoritas;

§ 12. Salva tamen auctoritate communi, et sanctorum Patrum decretalibus institutis.

Quae in lege morte multantur, occupatos criminibus, ab omni altaris ministerio sequestrat.

§ 13. Si quem vero, quod absit, aut post poenitentiam acceptum, aut ante acceptum officium contigerit peremptorio quolibet eorum, quae in lege morte multantur, sive clam sive palam occupatum crimine inveniri: eos maxime, qui adhuc mundo vivunt, ab omni eos altaris ministerio sequestramus.

Post nulli laico liceat honorem clericatus adipisci.

§ 14. Sicut enim poenitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post poenitudinem ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci, vel clerico ad altiores ordines promoveri; quia quamvis sint omni peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

Episcopatem ditionem Gebehardo in insula Augiensi concedit.

§ 15. Sane insulam Augiam sub iure ditionis B. Petri ac Romanae Ecclesiae constat specialiter contineri. Sed, quia eorum privilegium, quod a Romana Ecclesia obtinet, non satis meminimus, causam facile determinare non possumus; salva tamen eiusdem privilegii auctoritate, ubi singulariter in clerum et populum illic habitantem (praeter monachos) omnem concedimus episcopalis regiminis potestatem.

§ 16. Caeterum, ut in eodem coenobio abbatem catholicum regulariter vice nostra praestituere studeas, tuae obedientiae imperamus.

§ 17. Nec solum in eo, sed ut in S. Galli coenobio, et in caeteris, si quae sunt propriis abbatibus destituta, nostra fretus auctoritate cum consilio, quorum interesse cognoveris, abbates eligere, atque electos consecrare procura.

Idem etiam de Augustunensi et Curiensi episcopat. aliisque vicinis regionibus studeodum iniungit.

§ 18. Idem etiam tibi studendum de Augustunensi et Curiensi episcopatu iniungimus, nec non et de caeteris, ad quae Pataviensis episcopus advocari vel adesse nequiverit; et ipsi enim, quemadmodum et tibi, Saxoniae, Alemanniae, ac caeterorum, quae prope sunt regionum, vice nostra procurationem iniunximus, ut ordinationes improbandas improbetis, roborandas roboretis: et quicquid ecclesiastici negotii disponendum fuerit, communicato religiosorum virorum consilio disponatis, quoad usque privatiorem annuente Domino legatum Sedis Apostolicae suscipere valeatis.

Hortatio pastoralis.

§ 19. Vos, quia Dei zelo fervetis, et scientia praecellitis atque doctrina, omni cura atque solicitudine utilitatibus ecclesiasticis insudate; scientes, quoniam et nos in hoc tempore vestris libentissime utilitatibus annuemus, et operam dabimus. Laboribus autem Romanae Ecclesiae communicare; opis nostrae auxilio sublevare nullo modo pigri sitis.

Benedictio apostolica.

§ 20. Benedictionum suarum vos omnipotens Deus ubertate perfundat, incolumes custodiat, et ad vitam perducat aeternam.

Data Romae XIV kal. maii (1).

Data die 18 aprilis.

(1) Laudatus Baronius initio anni 1089, quo decretatam ab Urbano Papa legationem in Germaniam Gebehardo Constantiensi episcopo, Bertholdi Constantiensis (qui Chronicon sui temporis ab anno 1073 ad annum 1100 scripsit) verbis utens haec subdit: « Dominus Papa Urbanus his temporibus, *anno scilicet praesenti*, Romae in insula, quae inter duos pontes sita est, morabatur, decretalemque epistolam venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo decimo quarto kalendas martii direxit, in qua episcopalem potestatem super clerum et populum Augiensis insulae, praeter monachos, concessit, data etiam authoritate, ut abbatem ibi vice sua ordinaret; item et apud Augustam sive Curiam episcopos constituere procuraret. Nempe in tota Alemannia, Boaria et Saxonia, et aliis vicinis regionibus, praedicto Gebehardo episcopo vicem suam commisit, ut ordinationes improbandas improbaret, roborandas roboraret. Sententiam quoque anathematis a praedecessore suo Gregorio Papa promulgatam ea discretione confirmavit, ut in primo gradu Ravennatem haeresiarcam cum Henrico rege anathematizaret: in secundo gradu eorum fautores, qui eisdem, armis, pecunia, consilio, obedientia faverent, quique ab eisdem, et ab eorum fautoribus ecclesiasticos ordines et honores acciperent: in tertio autem gradu eorum communicatores posuit, quos etsi non excommunicaret, adeo tamen eos externa communione commaculatos asseruit, ut in catholicam societatem sine absolutione et poenitentia recipi non deberent, videlicet, qui excommunicatis salutatione, osculo, oratione, convictu et ignoranter communicassent. Ordinatos vero in excommunicatione, sed non simoniace ab episcopis quondam catholice ordinatis, ut in adepto ordine persisterent sine promotione permisit, si tamen hoc eorum probitas, et Ecclesiae utilitas flagitare videretur. Aliquantum etiam ad superiores ordines promoveri concessit, sed hoc rarissime, et cum summa necessitate ». Haec de epistola synodali ad Gebehardum Constantiensem episcopum. Ex synodo enim scriptam esse patet ex eiusdem fragmento ab Ivone recitato. Pergit vero Bertoldus: « Guibertus autem haeresiarches, eiusque complices in parte regis eorum Henrici, anathematicas ordinationes facere non cessarunt, ipsasque suis sectatoribus nonnisi carissime venditas impenderunt. Unde et malum excommunicationis in tantum propagatum est eo tempore, ut catholici vix se ab eorum contagio possent illaesos custodire. In Theutonicis partibus quatuor episcopi in catholica communione perstiterunt, videlicet Wirceburgensis, Pataviensis, Wormatiensis, Constantiensis, sed et Metensis episcopus, quorum confortamento reliqui catholici scismaticis a principio restiterunt ». Quod autem ad legationem decretam Gebehardo Constantiensi episcopo ad Apostolica Sede pertinet, non praetereamus illud, quod idem legatus ad perferendas literas ab Urbanum PP. usus est nuntio, viro magnae virtutis Eginone, qui postea fuit abbas S. Udalrici Augustae Vindelicorum; hic enim fidelis minister sic iussus, mutato monastico habitu, in eo ministerio sapienter elasit schismaticos; ita testatur Udescalcus eius comes peregrinationis, dum res ab eo gestas enarrat.

VI.

Confirmatio erectionis Canonicae S. Mariae in Rettenbach, quae sub Apostolicae Sedis protectione recipitur: confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Potestas pontificia per Petrum derivata. — Sicut infallibilitas. — Erectio Canonicae in Rettenbach per Welfonem Bavariae ducem. — Quae sub tutela Apostolicae Sedis recipitur. — Confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus, — Statuitur, ut praepositi electio spectet ad canonicos; — Qui Frisingensi episcopo sint subiecti. — Bavariae duces perpetue Canonicae huius patroni. — Adhortatio ad canonicos ad perseverantiam in disciplina regulari. — Decreta nonnulla pro observantia regularis vitae. — Dona Lateranensi Palatio quolibet anno afferenda. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Udalrico praeposito Canonicae, quae in loco Raitenpuech ad honorem S. Dei Genitricis et Virginis Mariae sita est, eiusquesuccessoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Potestas pontificia per Petrum derivata; Potestatem ligandi atque solvendi in coelis et in terra, B. Petro eiusque successoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in coelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in coelis (*a*). Ipsi quoque et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio eodem Deo auctore praestatur, cum ad eum ait: Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*b*). Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesiae ad aeterni arbitrium Iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium prodeat, et oculi nostri videant aequitatem (*c*). Quia igitur, fidelissimi Romanae Ecclesiae filii, Velfo dux Bavariorum, et coniux eius Iudita, pro animarum suarum salute Canonicam fratrum, secundum regulam B. Augustini viventium, in loco, qui Rettenbach dicitur, constituentes eamdem domum B. Petro devotione debita obtulere: nos tum pro reverentia et devotione B. Dei Genetricis, semperque Virginis Mariae, cuius nomine locus ipse dedicatus est, tum pro dilectione praedictorum filiorum nostrorum, tum etiam pro fraternitatis vestrae religione, praefatam Canonicam, cui Deo disponente praesidere cognosceris, in (1) perpetuum ac in tutelam Apostolicae Sedis specialiter suscipimus. Tibi itaque tuisque legitimis successoribus eamdem regendam ac disponendam praesenti decreti nostri pagina confirmamus, cum omnibus, quae ei iam ex praedictorum ducum facultatibus, seu aliorum concessa sunt oblatione fidelium. Quamobrem per praesentem nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecunque hodie idem coenobium iure possidet, sive in posterum concessionem Pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, iure atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Canonicam temere perturbare aut ei subditas possessiones violenter auferre, minuere, et temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Obeunte te, nunc eiusdem loci praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris elegerint. Consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum, chrisma, oleum sanctum, et caetera ad episcopale officium pertinentia, ab episcopo Frisingen., in cuius dioecesi estis, accipietis, si tamen catholicus est, et

Sicut infallibilitas.

Erectio Canonicae in Rettenbach per Welfonem Bavariae Ducem;

Quae sub tutela Apostolicae Sedis recipitur;

Confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus,

Statuitur, ut praepositi electio spectet ad canonicos;

Qui Frisingensi episcopo sint subiecti.

(1) Edidit Hundius Hist. Salisb. t. III, pag. 99.
(*a*) Matth. XVI. 19. (*b*) Luc. XXII. 32.
(*c*) Psalm. XVI. 5.

(1) Lege *protectionem*.

gratiam ac communionem Apostolicae Sedis habuerit, et gratis et sine pravitate impendere voluerit. Alias vero liceat vobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, vel ad Sedem Apostolicam recurrere, qui fultus apostolica auctoritate sine ambiguitate postulata concedat. Praeterea advocatum vobis sive protectorem constituimus Guelfonem, egregiae strenuitatis ducem, eiusque post eum filios, si eiusmodi Deo praestante fuerint, ut Ecclesiae vestrae utiles, et paternae institutionis existant executores. Sin autem, vestri erit arbitrii, quem placuerit, eligere vestrae Ecclesiae idoneum protectorem, qui sine lucri saecularis exactione id divinae servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat. Omnipotenti autem Domino, cuius melior est misericordia super victimas, gratias agimus, quia vos estis, qui Ss. Patrum vitam probabilem renovatis, et apostolicae instituta disciplinae, in primordiis Ecclesiae sanctae exorta, sed crescente Ecclesia iam pene deleta, instinctu Sancti Spiritus suscitatis. Duo enim ab Ecclesiae sanctae primordiis vitae eius filiis sunt instituta: una, qua infirmorum debilitas retinetur, altera qua fortiorum vita beata perficitur: una remanens in Segor parvula; altera ad montis altiora conscendens: una lacrymis et eleemosynis quotidiana peccata redimens; altera quotidiana instantia merita aeterna conquirens: alteram tenentes inferiorem terrenis bonis utuntur; alteram sequentes superiorem bona terrena despiciunt ac relinquunt. Haec autem, quae a terrenis divino favore divertitur, in duas unius pene eiusdemque propositi dividitur portiones, canonicorum scilicet atque monachorum; harum secundam per divinam misericordiam iam frequentia facta etiam in saeculo universo elucet; prima vero decalescente fervore fidelium iam pene omnino defluxit: hanc martyr et pontifex Urbanus instituit, hanc Augustinus suis regulis ordinavit, hanc Hieronymus suis epistolis informavit, hanc Gregorius Augustino Anglorum archiepiscopo instituendam praecepit. Itaque non minoris aestimandum est meriti, hanc vitam Ecclesiae primitivam aspirante et prosequente Domini spiritu sustentare, quam florentem monachorum religionem eiusdem spiritus perseverantia custodire. Vestrum ergo propositum nostri auctoritate officii confirmamus, et firmos vos in eo persistere adhortamur, et tamquam Deo per nos exhortante obsecramus. Quamobrem omnibus in vestro coenobio vitam canonicam secundum huius tenorem ordinis profitentibus, et in ea adiuvante Domino permanentibus, nos, licet indigni apostolorum vicarii, eorum ac nostram benedictionem, peccatorumque absolutionem potestate illis a Domino indulta concedimus; constituentes, ne cuiquam liceat omnino hunc vestri statum ordinis commutare, de quo in Domino confidimus multum fructum excrescere. Statuimus etiam ne professionis vestrae quispiam, postquam Dei vice super caput sibi hominem imposuerit, alicuius levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu, ex eodem claustro audeat sine praepositi, totiusque congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus abbatum vel episcoporum, et nullus monachorum sine communium literarum cautione suscipiat. Decimas quoque novalium eiusdem Canonicae ad eamdem pertinere decernimus, salvo vicinarum iure ecclesiarum. Vos igitur, filii in Christo charissimi, oportet regularis disciplinae institutione solicitius ac devotius insudare, ut quanto estis a saecularibus tumultibus liberi, tanto studiosius placere Deo totius mentis et corporis viribus anheletis, praecipue studentes Romanae Ecclesiae decreta veneranda servare, cuius patrocinio ab omni iugo viventium estis donante Domino praemuniti. Ad indicium autem huius a Romana Ecclesia libertatis, per annos singulos ad nostrum nostrorumque successorum usum quotidianum Albam

Bavariae duces perpetui Canonicae huius patroni.

Adhortatio ad canonicos ad perseverantiam in disciplina regulari.

Decreta nonnulla pro observantia regularis vitae.

Dona Lateranensi palatio quolibet anno afferenda.

lineam et stolam Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex, persona quaelibet, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire, et eorum, quae concessa vel statuta sunt, quicquam irritum facere, tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris et officii sui periculo subiacere decernimus, et a corpore Christi et Ecclesiae, auctoritate apostolicae potestatis segregamus. Conservantibus autem pax et misericordia a Deo praesentibus et futuris saeculis conservetur. Amen.

Solitae clausulae.

Datum Anagniae kal. feb. anno dominicae incarnationis MXC, indict. XV, pontificatus domini Urbani II Papae II. Scriptum per manum Lanfranci vicesgerentis cancellarii sacri palatii cum signo eiusdem.

Dat. die 1 februarii anno Domini 1090, pontif. anno II.

VII.

Privilegium, seu decreta nonnulla pro Ecclesia Gratianopolitana, bonisque ad eam pertinentibus (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Gratianopolitana Hugoni episcopo cum pertinentiis omnibus confirmatur, salvo iure S. R. E. — Decretum pro eiusdem Ecclesiae, eiusque bonorum immunitate. — Ecclesia S. Donati eidem adiudicatur in perpetuum. — Ita tamen, ut nec vendi, nec donari, nec in feudum dari queat. — De non diripiendis bonis episcoporum defunctorum. — De non recipiendis iis, qui ab aliquo episcopo fuerint excommunicati. — Poenae contra violatores privilegii huius.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, carissimo fratri Hugoni Gratianopolitano episcopo, eiusque legitimis successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Potestatem ligandi atque solvendi in caelis et in terra, beato Petro eiusque successoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis (a). Ipsi quoque et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio eodem Domino auctore praestatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (b). Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad aeterni arbitrium Iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem (c). Tuis igitur, dilectissime in Christo frater Ugo Gratianopolitane episcope, iustis petitionibus annuentes, tibi tuisque legitimis successoribus Gratianopolitanum episcopatum regendum, disponendum, et iure perpetuo possidendum praesentis decreti pagina confirmamus, salva in omnibus Romanae Ecclesiae auctoritate. Constituimus ergo, ne ulli omnino hominum qualibet subreptionis astutia liceat vestri episcopatus possessiones invadere, minuere, vel auferre, aut episcopatus vestri decimas sine vestra concessione subripere, aut subreptas tenere, neque vestri iuris Ecclesias per manum laicam obtinere; sed omnia, quae iuste hactenus vestra possedit Ecclesia, sive in futurum Domino adiuvante iuste atque canonice poterit adipisci, in tua tuorumque successorum manu integra semper et illibata permaneant. Praeterea ecclesiam Sancti Donati, in archiepiscopatu Viennensi sitam, quam a tyrannica potestate auctoritate episcopali adiuvante Domino extorsisti, tibi tuisque successoribus regendam, disponendam, ac iure perpetuo possidendam, huius auctoritate privilegii confirmamus; constituentes, ne ulli successorum tuorum liceat eamdem Ecclesiam alicui personae, vel Ecclesiae,

Ecclesia Gratianopolitana Hugoni episcopo cum pertinentiis omnibus confirmatur, salvo iure S. R. E.

Decretum pro eiusdem Ecclesiae, eiusque bonorum immunitate.

Ecclesia S. Donati eidem adiudicatur in perpetuum.

Ita tamen, ut nec vendi, nec donari, nec in feudum dari queat.

(1) Ex Chartulario Ecclesiae huius edidit Baluzius Miscell. tom. II, lib. II.

(a) Matth. XVI. (b) Luc. XXII. 32. (c) Psalm. XVI. 3.

gratis pretiove concedere; sed semper incommutabiliter cum omnibus ad ipsam pertinentibus in Gratianopolitani episcopi potestate et possessione permaneat. Quia vero perversa quorundam praesumptio inolevit, ut defunctis episcopis res ecclesiasticae pervadantur, auctoritate apostolica prohibemus, ut cum vitae tuae tuorumve successorum terminus contigerit, Ecclesiae vestrae res et possessiones diripere nemo praesumat; sed cuncta libera et inconcussa in canonicarum potestate persistant, illi ex integro conservanda, qui eis canonice episcopus ordinabitur. Porro sanctorum canonum decreta ubique inviolabiliter conservari cupientes, constituimus atque censemus, ut interdictos a vobis aut excommunicatos, in communionem recipere, aut mortuos sepulturae tradere nemo praesumat. Vestra sane, carissime frater, intentio erit gregi commisso curam vigilanter impendere, et Romanae Ecclesiae decreta inviolabiliter observare; quatenus multiplicato laborum fructu ad vitam valeatis perpetuam pervenire. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, aut vicecomes, aut iudex, aut persona quaelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi Ecclesia eum auctoritate potestatis apostolicae segregamus. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen.

De non diripiendis bonis episcoporum defunctorum.

De non recipiendis iis, qui ab aliquo episcopo fuerint excommunicati.

Poenae contra violatores privilegii huius.

Scriptum per manum Gregorii scriniarii, atque notarii sacri palatii. Datum Romae per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis anno dominicae incarnationis MXC, indictione XIII, pontificatus domini Urbani Papae II anno III, die kal. aprilis (1).

Dat. die 1 aprilis anno Domini 1090, pontif. anno IV.

(1) In exemplari Baluziano legitur: *D. incarn.* MXCI, *indict.* XIII *etc.*, *anno* III. Baluzius vero, ut annus 1091 cum Urbani pontificatu cohaereret, annum tertium in quartum emendavit. At non advertit fortasse eruditissimus vir indictionem XIII neque anno 1091, neque quarto pontificatus Urbani anno convenire. Emendandam itaque satius putavimus chronologicam primam notam in Dom. annum 1090, quo pacto caetera melius componuntur.

VIII.

Approbatio congregationis monachorum Vallis Umbrosae ord. S. Benedicti, quae sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Coenobium Vallis Umbrosae in protectionem Sedis Apostolicae suscipitur. — 2. Eidem bona omnia confirmantur: — 3 Et facultas conceditur ordinationes a quocumque Antistite recipiendi. — 4. Nemo coenobium eiusque personas perturbet. — 5. Episc. eas non excommunicent. — 6. Haec privilegia aliis locis dictae Congregationis communicantur. — 7. Caput constituitur monast. Vallis Umbrosae. — 8. Abbas de omnium abbatum consensu eligendus. — 9. Hortatio pastoralis ad Congregationem. — 10. Poena in perturbatores. — 11. Pax pro eius conservatoribus.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectissimis filiis universae Vallis Umbrosanae congregationis fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum universis sanctae Ecclesiae filiis ex Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis praecipue locis atque personis, quae specialius ac familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere.

Exordium.

§ 1. Quia igitur divina propositum vestrum praeveniente ac subsequente clementia, religionis vestrae simplicitas bonae opinionis odorem in locis, et prope et longe positis, aspiravit; nos vestro provectui, annuente Domino, provectus adiungere cupientes, coenobium vestrum pro B. Mariae semper Virginis reverentia, cui dicatum est, in Romanae Ecclesiae proprietatem et tutelam, atque protectionem Apostolicae Sedis accipimus; et apostolicae illud auctoritatis privilegio

Coenobium Vallis Umbrosae in protectionem Sedis Apostolicae suscipitur;

munientes, ab omnium personarum iugo liberum permanere decernimus.

Eidem bona omnia confirmantur:

§ 2. Per praesentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecunque hodie vestrum coenobium iure possidet, sive in crastinum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Illis successoribus dico, qui eumdem religionis ritum, et fidei constantiam conservare, et strenue omnipotenti Domino in eodem proposito deservire sategerint.

Et facultas conceditur ordinationes a quocumque antistite recipiendi.

§ 3. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationem clericorum, liceat vobis a quocunque volueritis catholico episcopo, Romanae Ecclesiae gratiam atque communionem obtinente, percipere; qui nostra fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat (1).

Nemo coenobium eiusque personas perturbet.

§ 4. Ad haec censemus atque statuimus, ne ulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut ei subditas possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Episcopi eas non excommunicent.

§ 5. Nec ulli episcopo potestas sit excommunicationem, aut interdictionem vobis ingerere, ut, qui in speciales estis filii Apostolicae Sedis assumpti, nullius ulterius iudicio temere exponamini (2).

Haec privilegia aliis locis dictae Congregationis communicantur.

§ 6. Quia vero plura iam monasteria, congregatio videlicet Sancti Salvi iuxta Florentiam, Sancti Fidelis de Sermnis, Sancti Salvatoris de Sophena, Sanctae Mariae de Nerana, Sancti Cassiani de Monte Stalario, Sancti Angeli de Passiano, Sancti Salvatoris de Siculis, Sancti Angeli iuxta Pistoriam, Sancti Salvatoris de Vagiano, Sancti Petri de Mustieta, Sancti Pauli de Regnolo, Sanctae Reparatae de Faventina dioecesi, et congregatio de Rivis Caesaris, et congregatio de Fontana Tarnis, et congregatio de monte Armato in Bononiensi dioecesi, inspirante Domino in eamdem vobiscum formam consenserunt religionis, nos et ipsis et omnibus, qui se in crastinum eidem religionis usui ex integro sociare voluerint, praesenti privilegio libertatem apostolica auctoritate concedimus, quamdiu in eadem religionis et consuetudinis unitate persistere procuraverint.

(1) Vide Concil. Trident. sess. 23, cap. 12.
(2) Ibid. sess. 25, cap. 12.

Caput constituitur monast. Vallis Umbrosae.

§ 7. Constituimus autem, ut eorum omnium caput, vestrum, quod in Valle Umbrosana situm est, monasterium habeatur.

Abbas de omnium abbatum consensu eligendus.

§ 8. Sane cum terminus vitae Pastori vestro divina dispositione contigerit, qui eius loco substituendus fuerit, quia et vobis et aliis omnibus praesse debebit, omnium, qui caeteris praesunt monasteriis consensu et iudicio eligatur. Quod si forte ex ipsis abbatibus quilibet, Domino disponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum principale coenobium principaliter transeat. Et eius mox iudicio, sicut in diebus venerandae mem. Ioannis, primi abbatis vestri, factum constat, caetera omnia unita vobis monasteria disponantur (1).

Hortatio pastoralis ad Congregationem.

§ 9. Vos igitur, filii in Christo dilectissimi, nolite negligere gratiam, quae in vobis est, quae data est vobis per unitatem sanctae conversationis et religionis. Haec meditamini, in his estote ut profectus vester manifestus sit omnibus. Participes enim Christi effecti estis, si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineatis. Mementote, quod Dominus ait: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*a*). Itaque sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est (*b*). Ad indicium autem perceptae huius a Ro-

(1) Concil. Trid. sess. 5, cap. 6. (*a*) Matth. XXIV. 13. (*b*) Id. V. 16.

mana Ecclesia libertatis per annos singulos duodecim sagi. . . . Laterano palatio persolvetis.

Poena in perturbatores.

§ 10. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, aut vicecomes, aut iudex, aut persona quaelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et Ecclesiae corpore eum auctoritate potestatis apostolicae segregamus.

Pax pro eius conservatoribus.

§ 11. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen, amen, amen.

Dat. Romae per manus Ioannis S. R. E. diac. cardinalis anno dominicae incarnationis MXC, indictione XIII, VIII idus aprilis, pont. domini Urbani Papae secundi tertio.

Dat. die 6 aprilis anno Domini 1090, pontif. anno III.

IX.

Monopolitana Ecclesia, ab omni metropolico iure libera, immediateque S. Apostolicae Sedi subiecta declaratur (1).

SUMMARIUM

Maiorum Ecclesiarum causae Apostolicae Sedis iudicio terminandae. — Quaestio de subiectione vel immunitate Ecclesiae huius a iure Brundusinae examinata in concilio Benevent. anno 1091. — Adiudicata vero Monopolitanae exemptio, — Et ab Urbano II confirmata. — Eidem confirmantur quoque bona omnia. — Episcopi electio per clerum et populum peragenda. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Romualdo Monopolitanae Ecclesiae episcopo suisque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Sacrorum canonum et decretorum pontificalium deposcit auctoritas, ut maiores Ecclesiarum causae Apostolicae Sedis iudicio terminentur, cui nos, licet indigni, divinae dispositionis arbitrio praesidentes, eamdem solicitudinem universis per orbem Ecclesiis, prout nobis apostolorum suorum divinae dignatio maiestatis scire et posse impendit, impendimus. Cum ergo, praestante Domino, incarnationis dominicae anno MXCI synodale concilium in Beneventana esset Ecclesia sub nostra praesentia congregatum, et adversus fraternitatem tuam Brundusinus seu Oritanus conquereretur episc., et tuae et illius Ecclesiae munimenta perspecta sunt. Quibus, in conspectu nostro, concilii universi diligentiori indagine perquisitis, a venerabilibus nostris episcopis, presbyterisque cardinalibus adiudicatum est, Monopolitanam Ecclesiam, maiorum scriptorum pontificalium authoritate fultam, Brundusinae Ecclesiae subiectionem et obedientiam non debere. Quorum nos sententiam approbantes, nostrae auctoritatis robore confirmavimus, et per praesentis privilegii paginam te tuosque successores ab Oritanae seu Brundusinae Ecclesiae subiectione liberos, sub solius Apostolicae Sedis obedientia in perpetuum permanere decernimus; statuentes, ut quaecumque Monopolitana Ecclesia hactenus iuste possedit, aut hodie possidet sive in crastinum iuste atque canonice poterit adipisci, in castellis, villis, silvis, in ecclesiis, in Monasteriis, tibi tuisque successoribus episcopali iure regenda, disponenda, ac possidenda, firma et illibata persistant: salva in omnibus Romanae et Apostolicae Ecclesiae reverentia. Obeunte te, vel tuorum quolibet successorum, clero populoque Monopolitano facultas sit, semota omni pravitate, episcopum canonice eligendi; electus autem a Romano Pontifice consecrabitur. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, aut episc., imperator, aut rex, aut princeps, aut dux, comes, aut vicecomes, iudex, aut persona quaelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam

Maiorum Ecclesiarum causae Apostolicae Sedis iudicio terminandae.

Quaestio de subiectione vel immunitate Ecclesiae huius a iure Brundusinae examinata in concilio Benevent. anno 1091.

Adiudicata vero Monopolitanae exemptio,

Et ab Urbano II confirmata.

Eidem confirmantur quoque bona omnia.

Episcopi electio per clerum et populum peragenda.

Solitae clausulae.

(1) Ex Ughell. Ital. Sac. tom. I.

sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris sui et officii periculo subiacere decernimus, et a Christi, atque Ecclesiae corpore authoritate potestatis apostolicae segregamus. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen, amen, amen. Scriptum per manus Lanfranci notarii sacri palatii.

Datum Beneventi per manus Ioannis S. R. E. diaconi card. anno Domin. incarn. MXCI, ind. XIV, kal. aprilis anno pontificatus D. Urbani PP. II IV.

Dat. die 1 aprilis anno Domini 1091, pontif. anno IV.

X.

Tarraconensis Ecclesia, civitate nuper ab Agarenorum manibus vindicata, Ausonen. episcopis committitur, usquedum pristino statui ac splendori reddatur (1).

SUMMARIUM

Tarracona inter nobiliores Hispaniarum urbes — Ab Agarenorum manibus liberata, — Et S. Petro per annuum censum donata. — Privilegia, libertatesque, illi a Berengario comite concessa, rata habentur. — Illius Ecclesia Berengario, ac successoribus Ausonen. episcopis regenda committitur, usquedum pristino splendori restituatur. — Pallii usus. — Bona ab ea ablata eidem reddenda. — Clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Berengario Ausonensi episcopo in Tarraconensem metropolim translato, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Tarracona inter nobiliores Hispaniarum urbes.

Inter primas Hispaniarum urbes Tarraconem fuisse insignem et gentilem, etiam christianae paginae iudiciis demonstrant. Iustus autem Dominus in viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui cum in plerisque iudiciis incomprehensibilis habeatur, in nullo umquam valet reprehensibilis extimari. Ipse transfert regna, et mutat tempora: ipsi visum est in eadem urbe olim Tarraconensis urbis gloriam exaltare: ipsi visum est in eadem urbe peccata populi sui visitare. Cum enim in ea christianorum populus habitaret, visitavit in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum. Sed ecce iam transactis trecentis nonaginta annis, ex quo praefatam urbem Agarenorum gens prope solitariam fecerat, principum suorum cordibus inspirare dignatus est, ut eiusdem urbis restitutioni secundum praeceptum Apostolicae Sedis, cui auctoritate Dei, licet indigni praesidemus, insisterent. Berengarius siquidem Barchinonensis comes, auctoritatis nostrae persuasione commonitus, pro animae suae salute, cum suae potestatis magnatibus non solum restitutioni praefatae urbis insistit; sed et urbem ipsam, et omnem suae potestatis terram, B. Petro eiusque vicariis legali stipulatione tradidit, censumque quinque librarum argenti Lateranensi palatio quotannis solvendum instituit (1). Nos itaque, praestante Deo,

Ab Agarenorum manibus liberata.

Et S. Petro per annuum censum donata.

(1) Ex Concil. tom. XIII, et ex Concil. Hispan. Card. d'Aguirre.

(1) Iuvat hic referre instrumentum donationis factae de civitate Tarraconensi Romanae Ecclesiae a Berengario comite Barcinonensi, anno 1090, quodque praeter Harduinum et Labbeum in Conciliorum Collect., et Gretserum imper. S. A. munificentia pag. 55 publici iuris fecit. Cardinalis de Aguirre concil. Hispan. tom. III, pag. 290, et quod ab Urbano in super allato pro Ecclesia Tarraconensi diplomate laudatur.

« Quoniam audivimus, necnon etiam saepissime vidimus res verti in contrarium mortuis testibus; principalibus, et sapientioribus placuit, ut res gestas litteris denotarent, et ita quomodo res se habuit posteris suis traderent. Quapropter ego Berengarius Raimundi comes Barchinonensis et marchio hanc chartam scribi iussi, ut semper staret memoria huius rei; scilicet: quod ego Berengarius comes praedictus, amore Dei ductus, donavi Domino Deo, et apostolorum principi beatissimo Petro, eiusque Vicario Romanae Sedis Apostolico, omnem meum honorem qui mihi competit ex iure paterno, quemadmodum ego divisi cum Raimundo Berengario fratre meo, sicut ego eum habeo, vel habere debeo. Specialiter dono ei in Dei nomine Tarraconensem urbem cum omnibus quae perti-

Privilegia, libertatesque, illi a Berengario comite concessa, rata habentur.

restitutionis huius optamus cooperatores existere, praedicti comitis institutum, libertatesque, et consuetudines, quas novis Tarraconensis urbis colonis promulgasse nent, aut pertinere debent ad eiusdem urbis nobilitatem; ea scilicet deliberatione, ut ego, et mei posteri omnes, sicut suprascriptum est, teneamus hoc totum per manum et vocem Sancti Petri, eiusque Vicarii Romanae Sedis Apostolici; per quinquennium persolventes ei censum viginti quinque librarum purissimi argenti ad iustum pensum, et ut principes universi, vel omnes alii, qui mecum insudaverint ad praefatae urbis restaurationem, habeant in confinio huius urbis paralodium, suam (1) aprisionem, vel quod acceperint per manus nostrae largitionem; non inde persolventes aliquam pensionem, nisi forte compuncti amore Dei voluerint ipsi persolvere sua gratuita voluntate, ob hoc etiam hanc chartam ratam esse volo, ut omnis hic honor, sicut superius continetur, nullatenus transferri possit in alterius potestatis dominium; sed ego tantummodo et posteri mei in perpetuum teneamus hoc totum per manus principis apostolorum Petri, et eius vicarii domini Urbani secundi Papae, et successorum eius, beati Petri sedem canonice regentium.

Hanc oblationem offero Domino Deo, et principibus apostolorum Petro et Paulo propter redemptionem peccatorum meorum, et patris mei Raimundi, et parentum meorum, per consilium et voluntatem Berengarii archiepiscopi Tarraconensis, et episcopi Gerundensis, aequivoci Berengarii, et vicecomitum Deusdedit Tarraconensis, et Arval (2) Mironinsis Barchinonensis, et Geraldi Alemanni, et Gereberti, Girardi, Guilielmi, Raimundi, et Dorche fratris sui, et Ugonis Dalmacii, et Huberti Gousberti, et Angeri Gonfredi, et Alberti Bernardi per manum domini Raineri Romanae Ecclesiae cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus nostris, aera millesima vigesima octava, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo. *In calce monumenti huius haec notat cardinalis de Aguirre.* Donationi huic consenserunt Berengarius episcopus Ausonensis, qui ibidem dicitur archiepiscopus Tarraconensis (nondum tamen donatus pallio usque ad annum MXCI sequentem, *prout ex superallato constat diplomate*) et episcopus Gerundensis, ac varii vicecomites per manum domini Raynerii Romanae Ecclesiae cardinalis, QUI NUNC LEGATIONE FUNGITUR IN PARTIBUS NOSTRIS. Hic autem ipse novem annis postea successit Urbano II, dictusque fuit Paschalis II. Itaque Tarraconensis civitas a Berengario comite, aliisque eiusdem provinciae principibus expugnata, et erepta tyrannico Saracenorum dominio, ab iis donata fuit Romanae Ecclesiae anno ipso MXC.

(1) Du Cange ita ad hunc locum: sed legendum videtur distinctis vocibus: *par alodium, seu aprisionem.* (2) *Minoricensis.*

cognoscitur, collaudamus, et rata manere auctoritate nostra decernimus; cum universa siquidem ipsius comitis terra, quam beato Petro obtulit, Tarraconensem urbem, ac populum, Domino ibi aspirante, collectum, sub Apostolicae Sedis tutela specialiter confovendum suscipimus, libertatemque illius, per comitis Berengarii scripta collatam, eatenus confirmamus, ut nemini quidquam ultra persolvant, nisi sponte propria Romanae se faciant Ecclesiae debitores. Ut igitur haec omnia Deo auctore inconcussa permaneant, nos antecessorum nostrorum privilegia sequentes, qui Ausonensem Ecclesiam Tarraconensis quondam instituere vicariam, tibi, o carissime fili Berengari, quia tuo potissimum studio haec restitutio instituta est, ex Romanae Ecclesiae liberalitatis gratia, pallium, totius scilicet sacerdotalis dignitatis plenitudinem, indulgemus.

Illius Ecclesia Berengario, ac successoribus Ausonens. episcopis regenda committitur, usque dum pristino splendori restituatur.

Praeterea tibi tuisque successoribus legitime substituendis, qui in Tarraconensis civitatis et Ecclesiae restaurationem pari studio insudaverint, praefatam Tarraconensem Ecclesiam iure proprio possidendam per huius privilegii paginam confirmamus, una cum omnibus Ecclesiis, quas proprio iure noscitur antiquitus possedisse; praecipientes de his, quae Saracenorum ad praesens subiacent ditioni, ut cum eas Deo placuerit potestati populi christiani (1), ad debitam Ecclesiae obedientiam referantur; salva tamen in omnibus Romanae Ecclesiae auctoritate. Porro Ausonensem Ecclesiam tibi tuisque successoribus tamdiu concedimus possidendam, donec, auctore Deo, ad pristini status plenitudinem vestro studio Tarraconensis Ecclesia reformetur. Pallio itaque in missarum solemniis intra Ecclesiam solummodo uti debetis, in praecipuis tantum festivitatibus, videlicet Nativitate Domini, Epiphania, Hypapante (2), Coena Domini, Sabbato Sancto, Resurrectionis prima et secunda feria, Ascensione Domini, Pentecoste, tribus festivi-

Pallii usus.

(1) Adde *subjicere.* (2) Idest, *Purificatione.*

tatibus Sanctae Mariae, sancti quoque Michaelis, et sancti Ioannis Baptistae: in natalitiis omnium apostolorum, et eorum martyrum, quorum pignora in vestra ecclesia continentur, in commemoratione nihilominus Omnium Sanctorum, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum, clericorum, in annuo consecrationis tuae die, in solemnitatibus etiam sanctae virginis Theclae, sanctique martyris Fructuosi, ac sociorum eius. Te igitur, reverentissime frater, affectione intima exhortamus, quatenus dignum te tanti honoris pontificio (1) semper exhibeas: christianis ac Saracenis sine offensione esse procurans: ad fidem infideles quaerere, Deo largiente, verbis studeas, et exemplis: sic exterius pallii dignitate praecellas in oculis hominum, ut interius virtutum excellentia polleas coram Supernae oculis Maiestatis.

Bona ab ea ablata eidem reddenda.

Plane per praesentis privilegii paginam officii nostri auctoritate decrevimus, ut quicumque se Tarraconensis Ecclesiae bona iniuste hactenus obtinuisse cognoscunt, ea deinceps eidem Ecclesiae restituere prae iudicii divini formidine, et Sedis Apostolicae reverentia studeant. Si quis autem in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicomes, iudex aut quilibet magistratus, vel persona ecclesiastica vel saecularis, huius privilegii paginam sciens contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione condigna emendaverit, eum honoris sui et officii periculo subiacere decrevimus, et a Christi atque Ecclesiae corpore segregamus. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia praesentibus et futuris saeculis conservetur. Amen, amen.

Clausulae.

Datum Capuae kalendis iulii, per manus sanctae Romanae Ecclesiae Ioannis diaconi cardinalis, indictione XIV, anno dominicae incarnationis millesimo nonagesimo primo, pontificatus autem domini Urbani secundi anno IV.

Dat. die I iulii anno Domini 1091, pontif. anno IV.

(1) Fortasse *tanto honore*.

XI.

Decretum de controversia inter monachos S. Albini Andegaven. et Vindocinenses super Ecclesia S. Mariae Credonen. (1).

SUMMARIUM

Series controversiae inter monachos S. Albini et Vindocinenses. — Haec controversia agitata coram Urbano PP. Anglone. — Quae fuerit definitio. — Compositionem inde initam servandam praecipit Urbanus sub canonicis poenis.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Goffredo abbati Sancti Albini Andecavensis, et Bernoni abbati Sanctae Trinitatis Vindocinensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Series controversiae inter monachos S. Albini et Vindocinenses.

Anno dominicae incarnationis MXCII, pontificatus nostri V, indictione I, cum essem in provincia Calabriae apud monasterium Sanctae Mariae quae dicitur de Matina, monachi Sancti Albini, Girardus prior, Milo Stephanus, adversus monachos Sanctae Trinitatis de Vindocino, Fortmundum priorem, Ingelbaldum ostiarium, qui praesentes aderant, conquesti sunt, quod Vindocinenses fratres ad (2) ecclesiam Sancti Clementis Credonensis, quae a monachis Sancti Albini iuste secundum illorum temporum consuetudinem acquisita, et per triginta annos quiete et sine interruptione possessa, violenter ablatam iniuste detinerent. Qui cum suis instrumentis et rationibus causam suam defendere niterentur; primo die proclamationis res diu et multum ventilata nullo potuit fine terminari: secundo vero die similiter multum discussa, ad nullum tamen est finem deducta: die autem tertio, XII scilicet kalendas decembris, residentibus nobis in Anglone civitate

Haec controversia agitata coram Urbano PP. Anglone.

(1) Ex Concil. Collect. Harduini tom. IV, par. II, col. 1670. (2) Expungendum forsan *ad*.

Apuliae (1), praesidentibus religiosis et venerabilibus tam episcopis, quam sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, sive diaconibus: adstantibus etiam nobilibus romanis, et comitibus Apuliae gloriosissimis, Boamunte et Guillelmo, re iterum diu et multum inquisita, tandem inspirante Deo lucidius eluxit, in quam potius partem iustitia declinaret. Cum enim utraque pars suis nobis allegationibus obviaret, et hinc pactionem abbatum, confirmationem Pontificum, Romanae Ecclesiae legatorum; illinc vero legitimum introitum, et canonicam triginta annorum possessionem nobis opponerent: nos qui omnium fidelium causas aequa lance pensare debemus, utriusque utilitati providentes, ipsam litem concordiae convenientis aequitate decidere maluimus. Omnes igitur qui nobiscum aderant, hanc sententiam collaudantes, consentientibus praedictis utriusque coenobii fratribus, et in manibus nostris, fidem pollicendo, firmantibus, concordia et pax inter eos hoc modo posita est; ut scilicet Vindocinenses monachi de his tribus Ecclesiis, aut Ecclesiam Manitilium, vel Sancti Saturnini, sive Sancti Iovannis supra legerim, unam quam congregatio tota Sanctae Trinitatis elegerit, cum omnibus, quae ad eamdem Ecclesiam tam mobilibus, quam immobilibus interius, exteriusque ad praesens pertinent, infra dies triginta postquam domum redierint, monasterio Sancti Albini in perpetuum tradant. Fratres itaque Sancti Albini omnem litem, omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras, et Vindocinensium fratrum refutarunt: Vindocinenses vero unam supradictarum Ecclesiarum in manus nostras reddiderunt, et per nos eosdem monachos investierunt. Praesenti igitur auctoritate fraternitatem vestram admonemus, et praecipimus, ut hoc pactum a nobis intentione pacis et quietis dispositum et statutum omni tempore ratum et inconcussum teneatis et observetis. Quaecumque autem pars hanc nostrae decisionis sententiam non susceperit, vel transgredi praesumpserit, tam canonum severitati subiaceat, quam legitimae compositionis poenam, idest, auri centum librarum sustineat, et a causa penitus cadat.

Quae fuerit definitio.

Compositionem inde initam servandam praecipit Urbanus sub canonicis poenis.

Data Tarenti octavo kalendas decembris.

Die 24 novembris.

(1) Urbs Lucaniae hac tempestate eversa, cuius episcopus Tursi, a quo 12 mill. pass. abest in ort. moratur. Boudrand, Lex. Geogr.

XII.

Ad Anselmum Mediolanen. archiepiscopum de reconciliatione lapsorum (1).

De reconciliatione lapsorum.

Discretioni nostrae videtur, quatenus secundum praecepti nostri tenorem, quando secundum Ecclesiae vestrae morem sacros daturus quibuslibet aliis ordines benedicere caeperis, eos quos tua duxerit solertia reconciliandos, inter benedicendum et manus imponendum facias interesse, quibus caetera omnia consecrationis instrumenta praeter unctionis explebis, et sic ad sancta ministeria reconciliabis.

XIII.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum monasterii S. Sophiae Beneventanae dioecesis, cuius abbati quinquies in anno chirothecarum usus conceditur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur, — Ac soli Romanae Ecclesiae subiectum declaratur. — Iura omnia ac bona confirmantur. — Abbas a monachis eligendus. — Monachi vero dioecesana lege Ordinario subiiciuntur. — Abbati quinquies in anno chirothecarum usus conceditur. — Clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Madelmo, abbati venerabilis monasterii Sanctae Sophiae intra Beneventum, sibi suisque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Potestatem ligandi atque solvendi in

(1) Ex Concil. Collect. Harduini tom. IV, par. II, col. 1650. (2) Ex Concil. tom. XII, col. 770.

caelis et in terra, sancto Petro apostolo suisque successoribus, auctore Domino, principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, cuius (1) iterum est Dominus locutus: Quaecumque ligaveris in terra, erunt ligata et in caelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis (*a*). Ipsi quoque, et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio, eodem Domino auctore, praestatur; cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*b*). Oportet ergo nos, qui licet indigni, Petri residere videmur in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad aeterni arbitrium Iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Tuis igitur, fili Madelme, iustis petitionibus annuentes, Beatae Sophiae coenobium, cui, Domino auctore, praesidere cognosceris, sub tutela et iurisdictione Sedis Apostolicae, sicut hactenus mansit, perpetuo permanere, praesentis paginae auctoritate sancimus; ut soli Romanae Ecclesiae subditum, ab omnium Ecclesiarum seu personarum iugo liberum habeatur; cuncta etiam, quae praedecessoribus tuis, vel tibi, ad eiusdem monasterii immunitatem vel possessionem, nostrorum praedecessorum sunt privilegiis attributa, nos quoque tibi ac successoribus tuis, regulariter promovendis, praesenti privilegio contribuimus; cellas praeterea, vel ecclesias, vel villas, quae tua industria praedicto videntur coenobio iuste ac rationabiliter acquisitae, possidendas in perpetuum confirmamus; idest ecclesia *etc.* *(Reliqua desiderantur).*

Monasterium hoc sub tutela Sedis Apost. suscipitur ac soli Romanae Ecclesiae subiectum declaratur.

Iura omnia ac bona confirmantur.

Per praesentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate constituimus, ut quaecumque hodie idem coenobium iuste possidet, quaeque in crastinum concessione Pontificum, liberalitate principum, aut oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant.

Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut ei subditas possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel minuere: vel temerariis vexationibus molestare, aut etiam fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omni modo profutura. Obeunte autem nunc abbate, vel quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilio saniori elegerint: electus a Romano Pontifice consecretur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationem monachorum, qui ad sacros sunt iam nunc ordines promovendi, ab episcopis, in quorum dioecesibus estis, accipietis; siquidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si gratis ea sine pravitate impenderint. Si quid autem horum obstiterit, liceat vobis a quocumque volueritis catholico episcopo, quae praedicta sunt sacramenta percipere. Tibi vero, quem propensiore charitate amplectimur, ex Apostolicae Sedis peculiari benignitate id muneris personaliter indulgemus, ut per annum quinquies; idest, in die Sanctae Resurrectionis, et Pentecostes, et Natalis Domini nostri Salvatorisque Iesu Christi, solemnitatisque duodecim sanctorum Fratrum, necnon et sancti martyris Mercurii, ad missarum tantum solemnia, chirothecis, atque etiam compagis utaris. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, imperator, aut dux, rex, princeps, aut comes, aut vicecomes, iudex, aut persona quaelibet magna aut parva, potens aut etiam impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonitus atque adhortatus, si non satisfactione congrua emendaverit, eumdem honoris et officii periculo subiacere, nec-

Abbas a monachis eligendus.

Monachi vero dioecesana lege Ordinario subiciuntur.

Abbati quinquies in anno chirothecarum usus concedit.

Clausulae.

(1) Forte *quibus iterum est Dominus allocutus.*
(*a*) Matth. XVI. (*b*) Luc. XII.

non et submovere decrevimus, et a Christi atque Ecclesiae corpore, auctoritate apostolicae potestatis segregamus. Conservantibus autem ea, pax a Domino et misericordia praesentibus et futuris saeculis conservetur. Amen. Bene valete.

Datum Anagniae per manus Ioannis S. R. Sedis diaconi prid. id. martii, indic. XV, anno pontificatus domini Maximi Urbani II Papae quinto, incarnationis autem Domini nostri Iesu Christi anno MXCII.

Dat. die 14 martii anno Domini 1092, pontif. anno V.

XIV.

Corsicanae insulae episcopatus Pisano subiiciuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Pisanorum, eorumque episcopi Daiberti erga Romanam Ecclesiam merita. — Corsicanae insulae episcopatus Pisano subiiciuntur. — Ecclesiastica disciplina in Corsicae insula lapsa. — Pallium Daiberto conceditur.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Daiberto Pisanorum episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. Cum universis sanctae Ecclesiae filiis ex Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia debitores nos existamus; illis tamen locis atque personis, quae specialius ac familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque ampliorem eius gratiam obedientia gratiori, officiis frequentioribus, et auxiliis amplioribus promerentur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Ipse enim per Prophetam Dominus ait: Honorificantes me honorificabo. Discipulis quoque suis angustiarum, quas pro eo pertulerant, retributionem promittens, dixit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, et ego dispono vobis, sicut disposuit Pater meus regnum (*a*). Quia igitur in tanta tamque diuturna schismaticorum tempestate Pisanorum gloriosa civitas multis iam diutum laboribus et obsequiis Sanctam Romanam et Apostolicam Ecclesiam sibi fecit obnoxiam: tua quoque fraternitas divino charitatis ardore succensa ob eiusdem S. R. E. libertatem non solum impendit, sed et ipsa superimpendi parata est, et nostris laboribus cooperata multisque modis tribulationum particeps effecta; cooperante Domino, beneficiorum meritis respondere curamus, ut sicut nos praeteritorum memores sumus, ita et ipsi, tantae gratiae favore donati, futuris temporibus S. R. E. fideliores ac devotiores existant, et benigniori matri semper auxiliando, adiuvando, obsequendo respondeant. Divinae siquidem maiestatis dispositio Pisanae urbis gloriam nostris temporibus, et Saracenorum triumphis illustrare, et saecularium rerum provectibus promovere, et prae comprovincialibus exaltare, dignata est. Ea propter et nos, divinae pietatis prosecutores et cooperatores, eam in spiritualibus quoque glorificare decrevimus, sicut praedecessores nostros multis civitatibus olim fecisse, scriptorum ecclesiasticorum testimoniis comprobatur. Consilio itaque confratrum nostrorum episcoporum, presbyterorum, ac diaconorum cardinalium, aliorumque nostrorum fidelium assensu, immo precibus incitati, carissimae quoque beati Petri filiae Mathildis comitissae, quae se extremis quibusque pro causa Apostolicae Sedis exposuit, obnixis postulationibus inclinati, ad honorem sanctissimae Dominae nostrae Dei Genitricis Mariae, sanctorumque Petri et Pauli apostolorum principum, Corsicanae insulae episcopatus regendos ac disponendos sanctae Pisanae Ecclesiae, cui, auctore Deo, charissime frater Daiberte, praesides, praesentis decreti auctoritate committimus, atque subiicimus, teque, frater venerabilis, in archiepiscopum eiusdem insulae promovemus; idem iuris et idem honoris tuis quoque successoribus perpetuo indulgen-

Pisanorum, eorumque episcopi Daiberti erga Romanam Ecclesiam merita.

Corsicanae insulae episcopatus Pisano subiiciuntur.

(1) Ex Mole Adriana erut. edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III. (*a*) Luc. XXII. 28.

tes, qui cleri ac populi electione legitima per Romani Pontificis manus intraverint, quemadmodum Landulphum, Gerardum, et te ipsum ordinatos esse cognoscitur. Corsicana etenim insula, tam prolixitate spatiorum quam negligentia pastorum; tam insolentia dominorum, quam nostrorum dissuetudine legatorum, multis intervenientibus impedimentis, ab Apostolicae Sedis obedientia ac devotione deferbuit, et dissolutione ac dissipatione debitam ecclesiastici ordinis pene deseruit disciplinam; quam profecto tua, tuorumque successorum vigilantia, quia es illis vicinior, et Sedis Apostolicae familiarior es, in iustitiae regulam, et christianitatis vigorem annuente Domino reformari optamus, atque praecipimus. Unde, frater in Christo charissime, vestrae iurisdictioni, dispositioni, procurationique committimus Ecclesiarum illarum bona secundum Deum regenda, defendenda, et quae male destructa, et illicite usurpata reperieritis, in usus ecclesiasticos restituenda; ut auctore Deo illic ecclesiasticae religionis disciplina referveat. Palleum igitur fraternitati tuae, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate concedimus, quo iure ecclesiastico tantum ad missarum celebranda solemnia, tibi ac successoribus tuis uti licebit iis tantum, qui subscripti sunt, diebus solemnibus, idest Nativitate Domini, Epiphania, Hypapanton, Coena Domini, Paschae, Ascensionis, Pentecostes, tribus solemnitatibus sanctae Dei Genitricis ac Virginis Mariae, natalitiis sancti Ioannis Baptistae, ac sanctorum Apostolorum, commemoratione omnium Sanctorum, consecratione basilicae, et suffraganeorum episcoporum, ac clericorum, et annuo natalitii tui die, in solemnitate etiam beati martyris atque Pontificis Sisti, cuius indumenti honor efficaci actuum vivacitate servandus est. Eius ergo te volumus per omnia genium vendicare. Huius enim indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota igitur mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando eveniunt, cum iustitia erectum, amicum bonis, perversis contrarium, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiae operibus iuxta virtutem constantiae insistens, et insistere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis saeviens, in fruendis virtutibus, auditorum animum demulcens, in iracundia animi sine ira terrens. Hoc est, frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Ecclesiastica disciplina Corsicae insula lapsa.

Pallium Daiberto conceditur.

Datum Anagniae per manum Ioannis sacrae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, v kalend. maii, indictione xv, anno dominicae incarnationis MXCII; pontificatus vero domini Urbani Papae II anno v (1).

Dat. die 27 aprilis anno Domini 1092, pontif. anno v.

XV.

Confirmatio bonorum, iurium et immunitatum omnium Cavensis monasterii, ac praesertim privilegii a Rogerio Salernitano comite eidem coram Papa nonnullisque episcopis concessi (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Cavense a Gregorio VII privilegiis munitum, — Ab omni saeculari et ecclesiastica iurisdictione liberum declaratur. — Quid Gregorius in commodum eius fecerit cum S. R. E. archidiaconus esset. — Bona ab eo ablata per eumdem PP. restituta: — tum dum abbas, — mox dum Pontifex. — Mota eidem controversia a Salernitano archiepiscopo. — Ecclesia ab Urbano dedicata — Et variae indulgentiae inibi fidelibus concessae. — Abbati conceditur usus pontificalium in ecclesiis monasterii propriis: — Quae ab omni Salernitani archiep. iure liberae declarantur: — Cuius tamen requirendus consensus, si monachi, vel cle-

(1) Superiori anno insulam ipsam Corsicae Pisanis civibus, episcopo et clericis commissam legimus sub annuo censu lib. quinquaginta Lucanae monetae. (2) Ex Ughell. tom. I, et Concil. tom. XII.

rici eccles. monast. a non dioecesano episcopo velint ordinari. — Episcopus pro legatis favore monast. factis tertiam vel quartam partem requirere nullatenus possit. — Liberum cuique in ecclesiis monast. sepulturam sibi eligere. — De litibus cognoscendis. — Privilegium Rogerii ducis monasterio Cavensi. — Decimae piscationis. — Mercimoniorum contractus absque datio. — De causis iudicandis. — De ministrorum Curiae electione. — De appellationibus. — Facultas liberandi condemnatos etiam capite. — Si quid ad monast. pertinens vendi aut emi contigerit, invalidatur. — Oblationes in posterum monast. faciendae roborantur cum omni exemptione. — Bona obeuntium ab intestato monasterio applicata: — Ad cuius quoque Curiam spectat iudicium de bonis sibi pertinentibus, per quemcumque hominum invasis. — Haec omnia privilegia ab Urbano PP. confirmantur. — Facultas abbatis excommunicare eos qui molestiam ullam monasterio intulerint. — Anathema contra violatores privilegii huius. — Subscriptiones.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, charissimo ac reverendissimo fratri Petro coenobii Cavensis abbati, eiusdemque successoribus canonice promovendis, salutem (1).

Exordium

Cum universis S. Ecclesiae filiis pro Sedis Apostolicae authoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen locis, atque personis, quae specialius ac familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque ampliori religionis gratia eminere noscuntur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Apostolicae ergo memoriae praedecessoris nostri Gregorii VII institutis tenacius adhaerentes, Cavense coenobium, cui (1) summa religio viget, quod ipse singulariter dilexit, et suae institutionis privilegio communivit, nos quoque huius nostri privilegii pagina communimus, et ab omni tam saecularis quam ecclesiasticae personae iugo liberum esse omnino decernimus. Idem namque Apostolicus Pontifex, dum in Romana sancta Ecclesia archidiaconatus adhuc officio fungeretur, praedictum locum a Gisulfo Salernitano tunc principe, in cuius manu fuerat, postulavit. Cellas quoque plurimas, quas usque ad id temporis spatium idem princeps in manu propria detinuerat, ab ipso acquirens, eidem sancto loco contulit absolute cum omnibus habitantibus et habitaturis, tam in Cilenti monte eiusque pertinentiis, quam in locis Passiano, Mitiliano, Castro S. Adiutoris, et pertinentiarum earumdem locum cum omnibus angariis, et perangariis, et pensionibus solutis, tam ratione fratrum, quam pro quolibet foculari ipsorum locorum, sicut nos in ipso privilegio enucleatius vidimus contineri. Quam donationem nos authoritate apostolica confirmamus. Praeterea Cluniaticum locum illum famosum dirigens, inde se ut abbatem praefato monasterio praeponeret, ascivit, quem deinceps cum universis subiectis, seu personis singulariter dilexit, fovit, tuitus est. Mox Pontifex factus, eorum libertatem decreto seu pagina confirmavit. Sic praestante Deo ab omnium viventium iugo liberum usque ad tempora nostra permansit. Nostris autem diebus Alfanus, Salernitanae Ecclesiae archiepiscopus, confrater noster, ad eiusdem loci subventionem (1) modis coepit omnibus anhelare. Nobis itaque disponentibus basilicam ipsius loci dedicare, ille suae Ecclesiae minui iura clamitabat, cui nos ex abundanti satisfactionem iuris obtulimus; ille autem, cum ad postulatum et acceptum actioni terminum pervenisset, actionem aggredi refutavit.

Monasterium Cavense a Gregorio VII privilegiis munitum,

Ab omni saecolari et ecclesiastica iurisdictione liberum declaratur.

Quid Gregorius in commodum eius fecerit cum S. R. E. archidiaconus esset.

Bona ab eo ablata per eumdem PP. restituta:

Tum dum abbas,

mox dum Pontifex.

Mota eidem controversia a Salernitano archiepiscopo.

Sic nos, praesentibus fratribus nostris reverendiss. episcopis Ubaldo Sabinense, Odone Albanense, Bernardo Praenestino, Ioanne Tusculanense, Brunone Signino, Raugerio Regitano, Gerardo Troiano, Io. Baptista Rapellano: et cardinalibus Ecclesiae nostrae Erumno presbytero ex tit. Quatuor Coronatorum, Gregorio presb. S. Vitalis, Benedicto presb. tit. S. Susannae, Gregorio ex diaconia S. Mariae in Schola Graeca, Petro ex diaconia in S. Adriano, Iacobo ex diaconia S. Eustachii, et Teutione ex diaconia S. Gre-

Ecclesia ab Urbano dedicata,

(1) Coletus addit: *et apostolicam benedictionem in perpetuum.* (2) Forsan *ubi.*

(1) Forsitan *subiectionem.*

gorii ad Velum Aureum, diaconibus: astante etiam dilectiss. filio nostro duce Rogerio cum innumera clericorum et laicorum turba, praestante Domino nostro Iesu Christo, cuius vices licet immeriti gerimus in terris, ad honorem summae et individuae Trinitatis manibus nostris propriis in eodem loco, qui Mitiliani, Cava vulgariter nuncupatur, basilicam dedicavimus die nonarum septembris, indulgentes eidem monasterio contemplatione cuiusdam praerogativae specialis charitatis, quam experti fuimus in eodem coenobio, immo potius perfectam religionis observantiam, dum adhuc essemus in minoribus ordinibus constituti, ut quicumque in statu poenitentiae Domino opitulante fuerit positus, et ad dictum locum accedens fuerit ibi ipso die ante ipsius basilicae consecrationem, et per totum diem sequentem, nec non in die Iovis Sancti, atque per totum diem Veneris S. sequentem, de omnibus peccatis, de quibus vere contritus fuerit et confessus, illam indulgentiam et veniam a Domino consequatur, quam meretur in eundo et redeundo ad S. Iacobum Compostellanum; reliquis vero temporibus, et diebus singulis causa devotionis illuc accedentes, quatuor annorum et totidem quadragenarum indulgentiam suorum peccatorum obtineant de Sedis Apostolicae gratia speciali: qui vero ad capellam tuam sitam in eodem monasterio, ac eodem die consecratam per vener. fratrem nostrum praedictum Bennonem (1) Signinum episcopum, in diebus et festivitatibus suprascriptis, septem annos et totidem quarantenas de indulgentia pro peccatis confessis a Domino consequatur: accedentes similiter ad ecclesiam constructam in casali eidem monasterio adiacenti et eminenti, dedicatam ipso die per dictum venerab. fratrem nostrum Raugerium episcopum Regitanum, in diebus et festis praedictis, nec non et in omnibus festivitatibus Virginis gloriosae, ad cuius vocabulum constructa est ecclesia memorata, septem annos et quarantenas totidem de indulgentia a Domino promereantur;

Et variae indulgentiae inibi fidelibus concessae.

Concedentes et edicto perpetuo confirmantes, ut tam tu, quam successores tui per terras tui monasterii habitas et habendas, libere possis ecclesias construere, cum cruce signare, aliaque pontificalia et spiritualia exercere: sacrorum ordinum collatione, basilicarum et altarium consecratione, et chrismatis confectione, tibi tuisque successoribus dumtaxat abdicata penitus potestate; decernentes, ut tam ipsius coenobii caput, quam Ecclesiae, quas nunc habet, vel quas ex nunc in antea habebit, sive plebanae fuerint, vel rurales, in civitate et dioecesi tantummodo Salernitana, servatae ab omni iure et iurisdictione archiepiscopali sint exemptae, de plenitudine potestatis, et gratia speciali; ita ut in nullo iure, seu foro contentioso tu vel tui successores, fratres ipsius monasterii, clerici saeculares in praefata civitate et dioecesi, per Salernitanum praesulem aut capitolum aliquatenus constringantur; quin immo Ecclesiae cum omnibus suis iuribus et pertinentiis pleno iure ipso monasterio sint subiectae. Si vero aliquis de tuis monachis, seu clericus saecularis, in Ecclesiis civitatis praefatae et dioecesi commorantes ad sacros eligens ordines promoveri, liceat tibi tuisque successoribus, quemcumque malueris episcopum convocare, dummodo catholicus fuerit; sed in aliis dioecesibus, requisito dumtaxat primitus dioecesano, de quibus Ecclesiis in iam dicta auctoritate et dioecesi nihil dioecesanus exigere praesumat; immo potius tam monachi, si clerici defuerint, quam ipsi clerici, absque quorumlibet contradictione totum officium sacerdotale, quodam marum curam exigit et requirit, exerceant, dummodo sint idonei talia exercere.

Abbati concediturusus pontificalium in ecclesiis monasterii propriis:

Quae ab omni Salernitani archiep. iure liberae declarantur:

Cuius tamen requirendus consensus, si monachi vel clerici eccles. monast. a non diocesano episcopo velint ordinari.

De his autem, quae a catholicis christianis eidem monasterio tam inter vivos, quam in ultima voluntate donata fuerint, vel legata a quocumque, vel ubicumque,

Episcopus pro legatis favore monast. factis

(1) Lege *Brunonem*.

tertiam vel quartam partem requirere nullatenus possit.

nulli episcoporum dioecesanorum ei licitum sit quartam vel ternam partem in ipsis legatis, seu donatis, tam in stabilibus quam in mobilibus, exigere praetextu consuetudinis cuiuscumque, et si processu temporis per quoscumque contra tenorem huiusmodi nostrae concessionis fuerit per aliquos attentatum, illud ex nunc decernimus viribus vacuatum, et praescriptione in hoc longi temporis non currente. Si quis vero ad eumdem locum vel eius ecclesias sibi sepulturam elegerit, licitum sit tibi tuisque successoribus, et fratribus in ecclesiis ipsius coenobii commorantibus, ipsum in suo coemeterio sepelire absque cuiuslibet contradictione, dummodo christianus et catholicus habeatur. Statuimus insuper perpetuo valiturum, ut quoties in vassallos eiusdem monasterii orta fuerit quaestio, quae ipsum contingat coenobium, liceat tibi tuisque successoribus et patribus ipsius, querelas huiusmodi decidere iustitia mediante, iure communi super hoc edicto in aliquo non obstante.

Liberum cuique in Ecclesiis monast. sepulturam sibi eligere.

De litibus cognoscendis.

Privilegium Rogerii ducis monasterio Cavensi.

Insuper memoratus excellentissimus dux, visa huiusmodi dedicationis solemnitate, compunctus, ut credimus, divino spiritu, nobis et nostro apostolatui attentius supplicavit, ut donationem, et confirmationem, quam ipse eidem monasterio facere ob reverentiam sanctae et individuae Trinitatis, et suorum peccatorum remedium, intendebat, dignaremur auctoritate apostolica confirmare, nostroque mandaremus inseri privilegio diligenter. Nos igitur, suis in hac parte precibus iustissimis inclinati, in favorem ipsius loci, quem speciali prosequimur dilectione pariter et devotione, concessiones et donationes ipsius in nostro praesenti privilegio inseri fecimus ad cautelam.

Decimae piscationis.

Concessit siquidem praedictus dux eidem monasterio in perpetuum, ut patres dicti monasterii absque qualibet contrarietate haeredum et successorum suorum possint exigere et recipere integram decimam partem piscium, qui capti fuerint in mari a Vallone, qui dicitur de Galloca (1), usque ad fluvium de Caetera, qui est de territorio ipsius monasterii, per quinque millia passuum intra mare. Praedictum monasterium vero mercimonia sua absque omni datione, solutione seu exitura libere vendat, nedum in suis litoribus vel portibus, immo per totum suum ducatum tam ipsum coenobium, quam ementes eius mercimonia liberos constituit perpetuo a qualibet praestatione. Indulxit etiam, ut omnes homines, quos dictum coenobium habet et habebit in praefatis locis, Mitiliano, Passiano, Villula adiacenti Castro S. Adiutoris, in Cilenti monte, et pertinentiis eorumdem locorum, tam clerici quam laici, semper sint liberi ab omni exactione pecuniae, vel rerum quarumlibet aliarum, quas pro aliqua opportunitate vel causa ipsi, seu haeredes vel successores aliquando duxerint a suis hominibus faciendas: et ut de ipsis hominibus liberam curiam, et fori facturas omnes sine ullo baiulo suo vel ministro habeatis, et in Curia ipsius monasterii per eius commissum veniant ad iustitiam faciendam, et a iudicibus, quos eis statueritis, debeat rationaliter iudicari, et notarios publicos statuendi liberam vobis tribuit facultatem, tam in causis civilibus, quam criminalibus omnibus, praeter illis causis, de quibus condemnatus legitime debet mori; de aliis autem criminibus omnibus, de quibus poenam aliam absque morte subire debebunt, quidquid volueritis, faciatis similiter, et de duellis, si in ipsis causis intervenerint: appellationes vero, si ipsis vestris hominibus fuerint opportunae, ad vestram Curiam appelletur; quoniam quicquid in praedictis hominibus locorum ipsorum, et in tenimentis, in quo morantur, posset ipse dux et eius successores exigere, statuere et ordinare, statuendi, ordinandi et exigendi vobis perpetuo tribuit potestatem. Concessit etiam vobis in perpetuum, ut in quacumque parte sui ducatus tu vel successores

Mercimoniorum contractus absque datio.

De causis iudicandis.

De ministrorum curiae electione.

De appellationibus.

Facultas liberandi condemnatos etiam capite.

(1) Gallocauda et Gallocauta.

tui personaliter fueritis, et unus vel plures homines ibi fuerint ad mortem, vel ad quodlibet supplicium iudicati, possitis eos, sicut volueritis, liberare; et ubicumque per suum ducatum transitum feceritis, obviosque habueritis in vestro transitu condemnatos, qui ad suspendium, vel ad decollationis supplicium deportentur, valeatis eos, si vobis placuerit, facere liberare.

Si quid ad monast. pertinens vendi aut emi contigerit, invalidatur.

Si vero homines vassalli ipsius monasterii vendunt, offerunt, donant, et modis aliis alienant terras, quas ab eodem monasterio tenent, asserantque eorum consuetudines esse, ut id possint facere; sancivit, et firmiter inhibuit praedictus dux, ut omnes terras, quas ipsi homines ab eodem coenobio tenent, et quae alienantur absque ipsius requisitione, dummodo evidenter appareat, quod ipsius monasterii sint, liceat vobis eas capere, et ad dominium eiusdem coenobii revocare, consuetudine aliqua non obstante, nisi forsan qui terras ipsas habuerint, praescriptionibus legitimis vel aliis rationibus inde valeant se tueri.

Oblationes in posterum monast. faciendae roborantur cum omni exemptione.

Largitus est quoque iam dictus dux, ut si quis ex suis comitibus, baronibus, militibus, catholicis hominibus totius sui ducatus, de eo, quod ab ipso in feudum tenent, voluerint in partem vel in totum dicto monasterio offerre, vel alienare, potestatem illud habeant faciendi qualiter voluerint; dictumque monasterium bona ipsa ad ipsum taliter devoluta, sine omni sui haeredumque et successorum suorum licentia, recipere valeat, et in suo dominio retinere, et a quolibet servitio vel praestatione feudum ipsum vel pars ipsius deinceps sit immune. Si vero aliquis tam de vassallis ipsius monasterii, quam de aliis, tenens de bonis suis stabilibus vel mobilibus, sine haerede legitimo et naturali decesserit, vel satisfactum fuerit, per quod ipsa ad manus reipublicae de iure possent applicari, licitum sit vobis, per vos eadem bona ad vestrum dominium revocare: omni sui, haeredum, suorumque successorum officialium contradictione remota, nulla super bonis ipsius potestate sibi vel reipublicae reservata; tenentes nihilominus bona ipsius monasterii, concessit, vos posse ad vestram curiam vocare, ad docendum qualiter bona ipsa tenent; nisi rationabiliter docuerint bona eadem ad se spectare, vel se praescriptione legitima, videlicet centenaria, ostenderint se munitos, bona ipsa valeatis taliter occupata ad dominium ipsius monasterii auctoritate huius indulgentiae revocare: iure communi super hunc articulum penitus revocato.

Bona obeuntium ab intestato monasterio applicata:

Ad cuius quoque Curiam spectat iudicium de bonis sibi pertinentibus, per quemcumque hominum invasis.

Concessit insuper vobis in perpetuum, ut si tua, successorum et patrum ipsius monasterii manifesta culpa non intervenerit contra eumdem ducem, haeredes et successores suos; et praefatae suae concessiones futuris temporibus propter quamlibet causam fuerint in totum vel in partem oblivioni traditae vel omissae, et praescriptio longissimi temporis intervenerit, contra ipsas, per quas dici possit, concessiones ipsas locum ulterius non habere; praescriptio ipsa, per suum sacramentum nobis praesentibus praestitum, et per hanc suam sanctionem constituit, ut prorsus irrita reputetur; quandoque ipsius haeredes et successores suos super hoc duxeritis postulandos, dedit et reliquit eis omnibus sub divinae nostraeque benedictionis obtemptu firmiter in mandatis, ut ipsas omnes concessiones et exemptiones per eorum vobis privilegia debeant confirmare sine omni pretio, et taedio tarditatis, et nullus ipsorum eas praesumat infringere vel mutare, sed illas illaesas servare debeant, et tenere, donec vos in suum (1) haeredum, et successorum suorum fide sincera fueritis permanentes. Quas concessiones, confirmationes, exemptiones, et indulgentias collatas eidem monasterio per ipsum dilectissimum filium ducem Rogerium ratificamus, approbamus, et ex certa scientia confirmamus auctoritate apostolica et plenitudine potestatis.

Haec omnia privilegia ab Urbano PP. confirmantur.

(1) Forte *suorum*.

Facultas abbatis excommunicare eos qui monasterio intulerint.

Decernentes, et edicto perpetuo roborantes, ut quicumque dictum monasterium in suis iuribus, possessionibus ac libertatibus laeserit, aut etiam perturbaverit, liceat tibi, successoribus tuis, et patribus ipsius monasterii, cuiuscumque praeeminentiae sive status fuerint, auctoritate praesentis nostri privilegii praecedente, canonica monitione praemissa, excommunicare, et excommunicatos fore denuntiare, a qua absolvi non possint, nisi digne satisfecerint, privilegio eis collato vel concedendo, quod excommunicari vel interdici non possint, aliquatenus non obstante, nisi de indulto huiusmodi plenam et expressam fecerint mentionem.

Anathema contra violatores privilegii huius.

Si quis autem contra hanc nostri decreti auctoritatem venire attentaverit, salva Sedis Apostolicae, et legatorum eius recurrentia et dignitate, sciat, se B. Petri apostoli gratiam amissurum, et indignatione apostolica feriendum. Obedientes vero, et huiusmodi privilegii scripta servantes, dignam a Deo accipiant retributionem, et benedictionem apostolicam consequantur. Amen.

Ego Urbanus catholicae Ecclesiae episcopus.

Subscriptiones.

Ego Ubaldus Sabinensis episcopus.
Ego Oddo Albanensis episcopus.
Ego Bernardus Praenestinus episcopus.
Ego Bruno Signinus episcopus.
Ego Rangerius Regitanus episcopus.
Ego Gerardus Troianus episcopus.
Ego Ioannes Tusculanus episcopus.
Ego Ioannes Rapollanus episcopus.
Ego Hermanus presbyter cardinalis.
Ego Gregorius presbyter cardinalis.
Ego Benedictus presbyter cardinalis.

Datum Salerni per manus Ioannis S. R. Ecclesiae diaconi cardinalis, XVIII kalendas octobris, XV indictione, anno dominicae incarnationis MXCII, pontificatus D. Urbani Papae II anno V.

Dat. die 14 septembris anno Domini 1092, pontif. anno V.

XVI.

Constitutio ad Rainoldum archiepiscopum Remensem et suffraganeos eius contra polygamos, eosve, qui foeminarum rite promiscua haberent connubia (1).

SUMMARIUM

1. Quid sit muneri episcopali proprium. — 2. Polygamis benedictio non danda. — 3. 4. Hortatur episcopos, ut a polygamia regem desistere compellant: 5. et ut pro ereptione Carnutensis episcopi instantiam adhibeant. — 6. Excommunicationi subiicit castella et terram eius, qui eum retinuerit.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabilibus confratribus et coepiscopis, Raynoldo Remensi et suffraganeis eius, salutem et apostolicam benedictionem.

Si sacerdotale, quod geritis, officium consideratione debita pensaretis, tanti facinoris infamia ad aures nostras saltem impunita non pervenisset.

Quid sit muneri episcopali proprium.

§ 1. Cum enim, domui Israel speculatores a Deo dati, impiis impietates suas annunciare, et pro domo Israel murum opponere deberetis, qualibet ratione vos pati potuisse miramur, ut tam inclyti regni rex, humani pudoris, divini timoris immemor contra ius, contra fas, contra legum et canonum sanctiones, contra totius catholicae Ecclesiae consuetudines, et suam uxorem inordinate relinqueret, et propinqui sui coniugem amore sibi nefario copularet (2). Quod factum utique et regni totius confusionem, et Ecclesiarum vestrarum dissipationem portendit, et ad animam vestram redundat infamia. Peccanti enim, cum impedire possis, non contradicere, consentire est.

Polygamis benedictio non danda.

§ 2. Te autem, carissime confrater Rainolde, noxa haec maxime impetit pro eo, quod Sylvanectensis subiectus tibi episcopus hoc publici adulterii crimen suo, ut audivimus, firmavit assensu, cum maechis illis benedictionis sacerdotalis manum imposuit. Quod etsi licite nube-

(1) Ex Labbe tom. X, pag. 465. (2) Philippus I Galliae rex Bertam regiam repudiaverat, atque Bertrandam uxorem Folchi comitis Andegavensis nupserat.

rent, bigamis tamen impendi secundum canones non liceret.

Hortatur episcopos, ut a polygamia regem desistere compellant:

§ 5. Nunc igitur vobis apostolica praecipimus auctoritate, ut his visis apicibus, quod etiam non iubentibus nobis iamdudum fecisse vestra prudentia debuisset, mature convenire curetis regem, et ex Dei, et nostra pariter, et vestra parte instanter commoneatis, arguatis, obsecretis, increpetis, et a tanto tamque horrendo facinore desistere compellatis.

§ 4. Quod si contempserit; et nobis et vobis necessitas imminebit, ut ad ulciscendas divinae legis iniurias pro nostri officii debito accingamur, et Phines gladio Madianitas adulteros perforemus.

Et ut pro ereptione Carnutensis episcopi instantiam adhibeant.

§ 5. Eamdem quoque instantiam pro ereptione confratris nostri Carnotensis episcopi adhibete.

Excommunicationi subiicit castella et terram eius, qui eum retinuerit.

§ 6. Quod si monitis vestris, qui eum coepit, obtemperare contempserit, vos et ipsum excommunicationi subiicite, et castellis, in quibuscumque eum retinuerit, et terris eius divinum Officium interdicite; ne similia deinceps in viris huius ordinis praesumantur.

§ 7. Ut Ordinem vestrum diligitis, ita hoc accelerare omnibus modis satagetis. Valete.

Data VI kalendas novembris, anno videlicet Dei Christi MXCII.

Dat. die 27 octobris anno Domini 1092, pontif. anno V.

XVII.

Siracusana Ecclesia, a Rogerio comite eiectis Agarenis restituta, bonisque aucta, confirmatur, indicta, poena excommunicationis contra eam quomodolibet perturbantes (1).

SUMMARIUM

Saracenorum in Sicilia contra christianos persecutio. — Rogerius comes insulam liberat; et Siracusanam Ecclesiam restituit eligens in ea episcopum. — Confirmatur ab Urbano PP. — Sicut et eius bona omnia. — Decretum pro eiusdem Ecclesiae libertate ab omni vexatione. — Adhortatio ad Rogerium episcopum. — Anathema contra violatores privilegii huius.

(1) Ex auctog. in Tabulario Ecclesiae huius edidit Roccus Pirrus Sicil. Sac. tom. I.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Rogerio, Syracusanae civitatis episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis in episcopatu.

Universis fere per orbem christianorum populis notum esse credimus, Siciliae insulam multis quondam et nobilibus illustratam Ecclesiis, opibusque et populo copiosam, multorumque religione effulsisse virorum, et quarundam sanctissimarum martyrum et virginum claruisse martyrio. Verum, peccatis exigentibus, tanta species rerum, tantaque probitas morum ad nihilum subito redacta est; effera etenim Saracenorum gens praefatam insulam ingressa, quoscumque ibi christianae fidei cultores reperit, alios gladio peremit, quosdam exilio deputavit, plures miserabili servitute oppressit, sicque christiana religio per CCC fere annos a Dei sui cultura cessavit. Dominator autem rerum omnium Deus, cuius sapientia et fortitudo, quando vult, regnum transfert, et mutat tempora, quemadmodum ex Occidentis partibus militem Rogerium, scilicet virum et consilio optimum, et bello strenuissimum, ad eamdem insulam transtulit, qui multo labore, frequentibus praeliis, et crebris suorum militum caede, et sanguinis effusione, regionem praedictam a servitute Gentilium opitulante Domino liberavit. Syracusanam itaque Ecclesiam novissime restaurans, venerab. filium nostrum Rogerium Traginensis Ecclesiae decanum consilio episcoporum illius provinciae Pontificem Syracusanae elegit Ecclesiae, nostrisque obtulit manibus consecrandum. Illius igitur piae devotionis affectum sacerdotali studio prosequentes, eiusque iustis petitionibus annuentes, Syracusanam Ecclesiam, cui Deo auctore, Rogeri frater in Christo venerabilis, praesides, tibi tuisque successoribus regendam, disponendam, et, largiente Domino, propagandam praesentis

Saracenorum in Sicilia contra christianos persecutio.

Rogerius comes insulam liberat;

Et Syracusanam Ecclesiam restituit eligens in ea episcopum.

Confirmatur ab Urbano PP.

privilegii auctoritate concedimus et confirmamus. Quaecumque igitur a praedicto filio nostro Rogerio comite eidem Ecclesiae concessa sunt, infra hos terminos adiacentia: a castro videlicet Limpiados usque ad flumen Salsum, ubi in mare defluit, sicut ostendit supra intra divisiones castri Ioannis Anaor, indeque tendens ad Mauraneum ascendit ad flumen de Calthaelfar, et vadit inde ad pontem ferreum, tendens Heuthachayn, quod vadit in flumen de Paternione Natenius; et sic hoc flumen currit Visam cadens in mare, inde per maritimam usque Syracusam, Syracusa usque ad castrum Limpiados, quod est Caltha, ubi coepit haec divisio: infra quas divisiones Syracusa est cum omnibus pertinentiis suis Lentina, Nota, Pentegra, Cassibula, Bizinias, Essina, Calthaelfar, Lespexa, Isbarbia, Modica, Selicla, Anaor, Ragusa, Butera, cum omnibus eorum pertinentiis, et alia castella et casalia, quae infra praedictos terminos aedificata sunt vel aedificabuntur: et quidquid deinceps eidem Ecclesiae iuste a quocumque concessum fuerit, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata manere, praesentis decreti pagina decernimus, et sancimus, ut ex iis omnibus Ecclesiis decimas et consuetudines ecclesiasticas perpetuo habeatis, iura pontificalia. Statuimus, ut nulli omnino hominum liceat praedictam Ecclesiam temere perturbare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia, sicut superius designata sunt, immota perpetuo conserventur, et integra. Tu autem, frater in Christo carissime, commissum tibi officium debita solicitudine attende: cura in conspectu Dei esse, quod diceris: Luceat lux tua coram hominibus, ut non credentes, tuis bonis exemplis, et assiduis exhortationibus ad Dominum convertantur, et credentes, Deum Patrem, qui in coelis est, glorificent. Si quis vero sacerdotum, regum, principum, ducum, comitum, iudicum, aut quorumlibet saecularium, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae insta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem aeternae pacis praemium inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum Anagniae per manus Ioannis S. R. E. diaconi cardinalis, kal. decemb. indict. I, anno domin. incarn. MXCIII, pontificatus autem domini PP. Urbani secundi anno VI.

Sicut et eius bona omnia.

Decretum pro eiusdem Ecclesiae libertate ab omni vexatione.

Adhortatio ad Rogerium episcopum.

Anathema contra violatores privilegii huius.

Dat. die 1 decembris anno Domini 1093, pontif. Urbani anno VI.

XVIII.

Restitutio Atrebatensis Ecclesiae, cui proprium praesse episcopum decernitur (1).

SUMMARIUM

In provincia duodecim episcopatus. — Rhemensis Ecclesia metropolis. — Atrebatensis Ecclesiae calamitates. — Postmodum redintegrata. — Quare episcopus ei restituitur. — Quibus civitatibus praeficiendi episcopi. — Lambertus episcopus Atrebatensis confirmatur. — Confirmantur quoque bona omnia ad eamdem Ecclesiam pertinentia. — Limites assignantur Atrebatensi et Cameracensi Ecclesiis. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Lamberto Atrebatensi episcopo, nostris manibus consecrato, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Liquet sanctorum canonum institutis integram esse provinciam, et metropolitanum proprium debere sortiri, quae duodecim constat episcopatibus. Secundam igitur Belgicam constat integritatem provinciae obtinere, quae duodecim quon-

In provincia duodecim episcopatus.

(1) Ex Spicileg. Dacher. tom. III.

Rhemensis Ecclesia metropolis.

dam scitur episcopos habuisse; et Rhemensem Ecclesiam iure metropolitanam haberi, quae tot solet suffraganeis eminere. Caeterum, peccatis exhigentibus accolarum, cum irruentibus barberis urbes quaedam detritae sunt, duodecimus ille numerus imminutus est; inter quas Atrebatum, nobilis quondam et populosa civitas, quae per b. Remigium episcopum Vedastum obtinuit, post nonnullorum antistitum obitum episcopalis cathedrae perdidit dignitatem, et per nonnullorum tempora Cameracensi episcopo subdita obedivit. Porro nostris temporibus supernae miserationis respectu praedicta civitas in eiusmodi statu redacta est, ut et populi frequentia, et divitiarum abundantia Cameracensem superet civitatem. Dignum igitur Spiritui Sancto et Auctoritati Apostolicae visum est, ut Atrebatensi Ecclesiae cardinalis restitueretur antistes. Sanctum enim Sardicense concilium statuit, non passim episcopum ordinari, nisi aut in civitatibus, quae episcopos habuerunt, aut quae tam populosae sunt, ut habere mereantur episcopum. In secundo quoque concilio Africano decernitur, ut illa dioecesis, quae aliquando habuit episcopum, habeat proprium; et si, accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desideraverit habere proprium rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius potestate est dioecesis constituta, habeat proprium episcopum. Beatus quoque Gregorius in Sardinia apud Phasianam oppidum secundum pristinum modum reordinari praecepit antistitem.

Atrebatensis Ecclesiae calamitates.

Postmodum redintegrata.

Quare episcopus ei restituitur.

Quibus civitatibus praeficiendi episcopi.

Et nos ergo Atrebatensis Ecclesiae restitutioni, et Remensis metropolis redintegrationi pro nostri officii debito imminentes, te, frater charissime Lamberte, cleri plebisque consensu electum unanimi, beato Vedasto, et sanctis, qui in urbe ipsa quondam praesiderunt, Pontificibus constituimus successorem. Per praesentis itaque privilegii paginam legitimum perpetuum statuimus, ut Atrebatensis Ecclesia deinceps semper cardinalem episcopum sortiatur. Quicquid autem praedictae Ecclesiae beatus Remigius contulit, quicquid antiquis temporibus, dum episcopali dignitate polleret, eam possidere constituit, salvis legalibus institutis, et Romanae Ecclesiae privilegiis, ratum tibi ac tuis successoribus sancimus permanere. In quibus nominatim archidiaconias duas, quarum una Atrebatensis, altera dicitur Obstrevandensis, praefatae Ecclesiae confirmamus; et illos omnino limites inter Atrebatensem et Cameracensem Ecclesias fore praecipimus, quos antiquitus fuisse, vel scriptorum monimentis, vel territoriorum diremptione, vel certis aliquibus inditiis potuerit comprobari; ut, annuente Deo, Ecclesiarum pax nulla occasione turbetur; et, quae pro fidelium salute statuta sunt, perenni tempore inconvulsa stabilitate persistant. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex, aut persona quaelibet magna vel parva, huius nostri paginam sciens privilegii, contra eam temere venire praesumpserit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Lamberius episcopus Atrebatensis confirmatur.

Confirmantur quoque bona omnia ad eamdem Ecclesiam pertinentia.

Limites assignantur Atrebatensi et Cameracensi Ecclesiis.

Solitae clausulae.

Scriptum per manum Boni-Hominis scriniarii sacri palatii. Datum Romae per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis diaconi, x kalendas aprilis indictione II, anno dominicae incarnationis millesimo nonagesimo (1) tertio, pon-

(1) Lege *quarto* ut caetera conveniant.

tificatus autem domini Urbani II Papae, septimo.

Dat. die 23 martii anno Domini 1094, pontif. anno VII.

XIX.

Sequitur ad populum et clerum Atrebatenses ut episcopum sibi eligant; electo vero onus detrectare interdicitur (1).

SUMMARIUM

Atrebat. Ecclesia sedes olim episcopalis; — a subiectione Cameracensis vindicata, suos sibi eligat episcopos; — cessata omni persecutione, pristinam dignitatem recipiat (2).

Urbanus episcopus servus servorum Dei, clero et populo Atrebatensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Atrebat. Ecclesia sedes olim episcopalis.

Atrebatensis Ecclesia, una ex nobilioribus Ecclesiis comprovincialibus Remensis metropolis, solemnibus canonum monumentis freta, olim principalis sedes episcopatus fuit, proprium Pontificem habuit, suam dioecesim, et caetera pontificalia iura firmis antiquitate rationum instrumentis obtinuit.

A subiectione Cameracensis vindicata, suos sibi eligat episcopos;

Volumus itaque, et apostolica auctoritate praecipimus, ut iugo Cameracensis subiectionis ab Ecclesia vestra excusso, et accepta dignitate primis temporibus rationabili firmitate possessa, cardinalem episcopum, vobis et Ecclesiae vestrae utilem, eligere, et per manum metropolitani vestri consecrare, et Ecclesiae vestrae incardinare studeatis. Ei vero, qui canonico consensu cleri et populi electus fuerit, apostolica auctoritate interdicimus, ne impositam ipsi electionem dissimulatione aliqua huius novae ordinationis subterfugiat.

Cessata omni persecutione, pristinam dignitatem recipiat.

Solet enim fieri, ut Ecclesiae persecutionis tempore suis ordinibus, suis populis, subsidiis etiam temporalibus destitutae, aliis temporaliter committantur Ecclesiis. Postquam vero iis, quibus imminutae fuerant, Domino donante, abundare coeperunt, pristinam recipiant dignitatem.

Data Romae.....

(1) Ex Baluzii Miscell. tom. v, pag. 258.
(2) R. T.

XX.

Sequitur adiudicatio Atrebatensis et Ostrevannensis archidiaconiarum pro substentatione Atrebatensis episcopi (1).

SUMMARIUM

Atrebatensi Ecclesiae pristina dignitas restituitur, excusso iugo Ecclesiae Cameracensis: — Lambertus episcopus electus, consecratur et confirmatur; bonaque adiudicantur: admonitio, ut obedientia, sicuti cardinali episcopo pressetur; — contra inobedientes sententia (2).

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alardo Atrebatensi, et Bernardo Ostrevannensi archidiaconis, omnibus praepositis et decanis cum omnibus cleris, qui in praedictis archidiaconiis sunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Atrebatensi Ecclesiae pristina dignitas restituitur, excusso iugo Ecclesiae Cameracensis:

Apostolicae Sedis nos compellit auctoritas, universis per orbem terrarum Ecclesiis providere, et sua iura poscentibus paterna compassione succurrere. Quia igitur Atrebatensis Ecclesia, multis iam temporibus propria carens dignitate, Cameracensis Ecclesiae iugum pertulit, dignum profecto duximus, ut propitiante Domino amissa ei dignitas ex Apostolicae Sedis benignitate restitueretur. Neque enim subiectionem Atrebatensis Ecclesiae aliquod Romanae Auctoritatis chyrographum Cameracensibus vendicat: et Atrebatensis populositas longe illam, cui hactenus subdita fuerat, antecedit.

Lambertus episcopus electus, consecratur et confirmatur;

Et canonum itaque decretis, et praedecessorum nostrorum exemplis freti, nunc tandem, annuente Domino, Atrebatensium iustis votis et petitionibus importunis effectum dedimus, et venerabilem virum Lambertum, quem communi assensu electum, ad nos cum communi decreto adduxerant, in episcopum consecravimus; quaeque ad Atrebatensem parochiam antiquitus pertinuisse noscuntur, ipsi et ipsius successoribus perpetuo regenda, et episcopali iure possidendi, privilegii auctoritate confirmavimus; nominatim archidiaconias duas, quarum una Atrebatensis, altera dicitur Ostrevannensis.

Bonaque adiudicantur.

(1) Ex Baluzii Miscell. tom. v, pag. 264.
(2) R. T.

Admonitio, ut obedientia, sicuti cardinali episcopo praestetur;

Vestram ergo dilectionem literis praesentibus admonemus, atque praecipimus, ut ei deinceps tamquam cardinali episcopo, et tamquam B. Petri manibus consecrato, subesse et obedire iuretis; unde et vos, et clericos universos, qui in praedictis archidiaconiis sunt, a professione Cameracensis Ecclesiae absolvimus.

Contra inobedientes sententia.

Si quis vero, huius nostrae constitutionis tenore perspecto, praedicto confratri nostro Atrebatensi episcopo obedire contempserit, quamcumque in eos sententiam ipse episcopali moderamine dictaverit, auctoritatis nostrae pondere firma permaneat.

Data Romae XIII kalendas aprilis.
Die 20 martii.

XXI.

Confirmatio restitutionis oblationum monasterio S. Ægidii in Septimiana, factae per Raymundum comitem Tolosanum (1).

SUMMARIUM

Facta per Raymundum comitem restitutio. — Confirmat. — Anathema iis qui altarium oblationes invadunt, iisque qui consentiunt.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, universis episcopis per Gothicam provinciam fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Facta per Raymundum comitem restitutio.

Notum omnibus nobis (2) volumus, quia dilectus filius noster Raymundus Tolosanus comes, tam nostri quam aliorum religiosorum virorum monitis excitatus, et omnipotentis Dei timore compunctus, partem, immo rapinam, quam ex parentum suorum invasione in altari S. Ægidii, et reliquis ipsius Ecclesiae altaribus habere solitus erat, Deo, ac Sanctae Dei Genitrici Mariae, sanctisque apostolorum principibus Petro ac Paulo, et B. confessori Ægidio reddidit. Quae redditio sive dimissio in Tolosana synodo facta est coram legato nostro Bernardo Tolosano archiepiscopo, et pluribus tam episcopis quam abbatibus. Item in festivitate Sancti Ægidii coram eodem legato nostro aliisque quamplurimis episcopis vel abbatibus, eamdem redditionem cum uxore sua Hervira et filio Bertranoro super altare Beati Ægidii confirmavit, duobus illic nummis Ægidiensis monetae positis. Igitur nos secundum ipsius comitis postulationem, pro sua et parentum suorum salute factum hoc auctoritate apostolica confirmamus; et omnipotentis Dei misericordiam deprecamur, quatenus, quae de rerum ecclesiasticarum usurpatione hactenus admiserunt, sua eis propitiatione indulgeat, et a suorum delictorum vinculis per se, per sanctorum apostolorum, et S. Ægidii merita et preces absolvat. Porro tam ipsum quam eius posteros universos, si altarium oblationem ulterius invadere tentaverint, anathemate subiicimus, et ab universo Ecclesiae consortio segregamus. Quicumque etiam vel ab ipso comite vel ab alio quolibet de oblationibus illis feudum tenet, huius decreti tenore cognito, nisi omnino Ecclesiae reddiderit, eidem anathemati subiaceat. Ipsis etiam monachis sub anathemate interdicimus, ne ullo unquam tempore laicorum cuiquam in ipsis altarium oblationibus partem habere permittant; alioquin et qui dederit, et qui receperit, anathemati, quod proposuimus, subiacebit. Data per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, Cremonae, XII kalendas martii, indictione III, anno ab incarnatione Domini MXCV, pontificatus vero domini Urbani Papae septimo.

Confirmatio.

Anathema iis qui altarium oblationes invadunt, iisque qui consentiunt

Dat. die 18 februarii anno Domini 1095, pontif. anno VII.

XXII.

Monasterium Hirsaugiense Spirensis dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; bonaque omnia eidem confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur monast. huic concessa a Gregorio PP. VII. — Monast. hoc ab Adalberto comite constructum, — Sub protectione Sedis Apost. suscipitur: bona-

(1) Edidit Baluzius Miscell. tom. VI, pag. 382.
(2) Fortasse *vobis*.

(1) Ex tom. I Annalium Hirsaugiensium a Tritemio descript.

que omnia eidem confirmantur. — Immune declaratur a quacumque molestia etc. — Adalberti diploma ratum habetur. — Abbatis electio monachis asseritur: — Qui dioecesana lege Spirensi episcopo subiiciuntur. — Adalberti filii perpetui monast. eiusdem advocati. — Annuus census Lateranensi palatio persolvendus. — Clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gebehardo monasterii Hirsaugiensis abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum universis sanctae Ecclesiae filiis pro Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen locis ac personis, quae specialius et familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Unde nos, bo. me. praedecessoris nostri Gregorii formam sequentes, eadem tibi tuisque legitimis concedimus successoribus, quae ipse praedecessori tuo Willelmo et eiusdem monasterio, precibus Adalberti comitis, concessit et confirmavit; qui aeternae retributionis amore succensus, in praedio suo, quod dicitur Hirsaugia, monasterium a progenitoribus suis antiquis constructum, nuper amissa restituens venuste reparavit, et in usus fratrum inibi Deo servientium pluribus possessionibus et redditibus ampliavit. Quam suae liberalitatis institutionem ne ulla in posterum perversorum hominum audacia minuere aut violare praesumat, apostolicae auctoritatis privilegio muniri, et S. R. E. tuitione roborari postulavit. Quamobrem, praefatum monasterium sub Apostolicae Sedis protectione ac tutela specialiter amplectentes, praesentis privilegii pagina statuimus, ut quae hodie idem coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec nominatim designanda duximus: cellulas S. Gregorii, quae dicitur Richenbac, et S. Martini, quae dicitur Vischbahaio, et praedium, quod dicitur Gilstein, quod datum est pro cella S. Petri; constituentes, ne vel tu, fili charissime Gebeharde, vel quilibet tuorum successorum, praefatas cellulas destruere, vel ea, quae illis iam concessa sunt seu concedentur, temere praesumatis imminuere. Praeterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, vel eius possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura. Constitutionis quoque immunitatis et libertatis modos, quos praefatus comes illustris Adelbertus scripto suae traditionis inseruit, et regio sigillo imprimi curavit, ad posteritatis cautelam, et arcendos infestantium impetus diligenter statuimus, uti nec de promissis quidlibet negligatur, nec de vetitis quidlibet praesumatur. Obeunte vero te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam elegerint. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes quoque clericorum, oleum sanctum, et caetera ad episcopale officium pertinentia, ab episcopo Spirensi, in cuius estis dioecesi, accipietis, si tamen catholicus fuerit, et communionem Apostolicae Sedis habuerit: si ea gratis sine simoniaca pravitate impendere voluerit; alias vero liceat catholicum, quem volueritis, episcopum adire, et ab eo consecrationum sacramenta accipere; qui, apostolica fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Advocatum praeterea sive protectorem vobis Gotfridum, praefati comitis Adelberti filium, instituimus, si huiusmodi Deo praestante fuerit, ut Ecclesiae et servis Dei honorem debitum exhibeat, et praedicti monasterii utilis et studiosus defensor fuerit; sin autem, in vestra sit

Confirmantur monast. huic concessa a Gregorio PP. VII.

Monast. hoc ab Adalberto comite constructum,

Sub protectione Sedis Apost. suscipitur: bonaque omnia eidem confirmantur.

Immune declaratur a quacumque molestia, etc.

Adalberti diploma ratum habetur.

Abbatis electio monachis asseratur.

Qui dioecesana lege Spirensi episcopo subiiciuntur.

Adalberti filii perpetui monast. eiusdem advocati.

potestate eligere vestrae Ecclesiae idoneum protectorem, qui sine lucri saecularis exactione id divinae servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat. Vos igitur, filii in Christo charissimi, oportet regularis disciplinae institutionibus solicitius et devotius insudare, et quanto estis a saecularibus tumultibus liberi, tanto studiosius plane Deo totius mentis et animae virtutibus anheletis; praecipue studentes Romanae Ecclesiae decreta veneranda servare, cuius patrocinio ab omni iugo viventium estis, annuente Domino, praemuniti. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos Bizantium (1) aureum Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum episcopus et archiepiscopus, imperator aut rex, comes aut vicecomes, iudex, aut persona quaelibet magna vel parva, huius privilegii nostri paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et eorum, quae concessa sunt vel statuta, quicquam irritum fecerit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, aeterno se innodatum anathemate, et a Corpore Christi, et Ecclesia, ex auctoritate potestatis apostolicae segregatum cognoscat. Conservantibus autem haec pax a Deo et misericordia praesentibus et futuris saeculis conservetur. Amen.

Annuus census Lateranensi palatio persolvendus.

Clausulae.

Datum Placentiae per manum Ioannis S. R. E. diaconi cardinalis, VIII idus martii, indict. III, anno Domin. incarnat. MXCV, pontificatus autem domini Urbani Papae II anno VII.

Dat. die 8 martii anno Domini 1095, pontif. anno VII.

XXIII.

Narbonensi Ecclesiae primatus asseritur in duas Narbonas, quarum Ecclesiae metropolico iure eidem subiiciuntur (2).

(1) Nummus aureus ab imperat. Constantinopolitanis excusus; quoniam vero Constantinopolis *Byzantium* antiquis, inde monetae nomen. (2) Ex Chartulario Ecclesiae huius edidit Baluzius in Appendice Actorum ad Petr. de Marca, De Primatibus.

SUMMARIUM

Exordium. — Bertrandus antea episc. Nemausensis, Ecclesiae Narbonen. praeficitur. — Civitates ei subiectae. — Primatus Narbonensis Secundae. — Pallium Bertrando concessum.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Bernardo Narbonensi archiepiscopo, perpetuam salutem in Domino.

Exordium.

Potestatem ligandi atque solvendi in caelis et in terra beato Petro eiusque successoribus auctore Deo principaliter traditam illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis, et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis (*a*). Ipsi quoque, et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio eodem Domino auctore praestatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre, et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos (*b*). Oportet ergo nos, qui licet indigni Petri Sedem videmur habere, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad aeterni arbitrium Iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Fraternitatis igitur tuae iustis petitionibus annuentes, sanctam Narbonensem Ecclesiam, cui divina largiente clementia praesides, possidendam, regendam ac disponendam praesentis tibi decreti pagina confirmamus. Nos enim te in Nemausensi Ecclesia episcopum consecravimus, et exigente necessitate ad tuam te transferri metropolim per suffraganeorum electionem auctoritatis nostrae scriptis permisimus, quod nulli deinceps concedimus permittendum. Has igitur civitates eidem Ecclesiae, tuaeque fraternitati sancimus esse subiectas, Tolosam, Carcassonam, Elnam, Biterrim, Agdam Magalonam, Nemausum Uticem, Lugdevem; salvo tamen in omnibus Sedis Apostolicae iure. Praeterea primatum Aquensis metropolis, quae est Nabornensis Secunda, et quidquid dignitatis, vel ho-

Bertrandus antea episc. Nemausensis Ecclesiae Narbonen. praeficitur.

Civitates ei subiectae.

Primatus Narbonensis Secundae;

(*a*) Matth. XVIII. (*b*) Luc. XXII.

noris eandem Narbonensem Ecclesiam antiquitus iure habuisse constiterit (1). Nos quoque praesentis decreti pagina inconcussum et inviolabile perpetuo ma-

(1) Quam impensa solicitudine servandam Narbonensis Ecclesiae dignitatem, tuendaque eius bona curaverit Urbanus PP. ex praesenti patet documento. Duas insuper praestat referre epistolas in eamdem rem ab eodem Pontifice datas, quarum prima Raimundo comiti Narbon. atque Aimerico vicecomiti scripta decimas Dalmatio archiepiscopo solvi, bonaque ab hac Ecclesia iniuste a pravis hominibus ablata restitui mandat, altera quam Raynerio S. R. E. cardinali et legato dedit, eiusdem Ecclesiae dignitatem, eiusque auctoritatem in episcopos provinciae Tarraconensis tuetur. Illam subiicimus editam a Sammarthanis Galliae Christianae antiquae editionis, tom. 1, pag. 375, tenoris qui sequitur:

In eandem rem.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, clero et populo Narbonensi, Raimundo videlicet comiti atque Aimerico vicecomiti, carissimis filiis, apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos reverendissimum filium nostram Dalmatium vestratem archiepiscopum debita benignitate suscepimus, eiusque religionem et probitatem iamdudum agnoscentes, ipsum dilectioni vestrae Apostolicae Sedis operibus commendamus. Vos ei, ut devoto et catholico patri dilecti filii obedite, reverentiam et debitam subiectionem, ut Domini vicario in omnibus exhibete, decimas unicuique Ecclesiae pertinentes, ex integro reddite, et quaecumque episcopalis iustitiae sunt integra sibi conservate: quae autem vobis ex Deo dixerit, pro Christo enim legatione fungitur inter vos, observans pro Christo ut reconciliemini Deo, ipsum igitur sicut Deum honorantes, et audientes, mores vestros corrigite, a vitiis abstinete, Deo in omnibus placere curate; si enim Deo in omnibus placere studueritis, pastorem profecto placentem Deo habebitis, et summum pro vobis Iudicem interpellans, nisi vestra delicta impedient, copiosius audietur. Eis autem, qui bona Narbonensis Ecclesiae iniuste detinent, et violenter auferunt, denunciamus nomine Domini Iesu, et apostolica authoritate praecipimus, quatenus ea archiepiscopo reddant, aut pactum cum eo tale faciant, quod ipsi debeat complacere, ne bona iniuste detinendo et auferendo terrena, et animae incurrant periculum, et bonis priventur aeternis. Quod si nostra praecepta contempseritis, cum iterata ad nos querela pervenerit, nos canonum ultionem, et gladium spiritus afferemus: obedientes vos monitis nostris divina misericordia custodiat (1).

In eandem rem.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, carissimo atque dulcissimo fratri Rainerio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali atque legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Quantum de tua religione confidentes, qua fide, qua caritate, in partes illas te direxerimus, ipse tu, dilectissime, recognoscis. Age ergo pro spe, quam de tua prudentia gerimus, et negotia quaeque poteris Domino adiuvante canonice definire procura, ea maxime pro quibus specialiter missus es, videlicet quae inter Narbonensem et Tomeriensem abbatem iactantur: veniens siquidem cum Barcinonensi fratre nostro venerabili episcopo reverentissimus frater noster Narbonensis archiepiscopus, quem iamdudum vita et religione spectatum habemus, plurima adversus Tomeriensem abbatem conquaestus est, scilicet, quod ecclesias suae dioecesis saecularibus potestatibus fultus invadat, quod excommunicatos ab eo sine omni eius absolutione recipiat, quod in Iacentii sede sine sui licentia fecerit episcopum consecrari, quodque auditu horrendum est, moriuum sub anathemate

(1) Quod epocham huius epistolae spectat, nulla in eius calce legitur nota chronologica: sed ante annum 1096 datam fuisse dicendum est, cum eo anno obierit Dalmatius archiepiscopus.

Pallium Bertrando concessum.

nere decernimus. Pallium autem fraternitati tuae ad missarum tantum solemnia celebranda ex more concedimus; quo in

---

quendam ab eius monachis extumulatum, et infra suum monasterium tumulatum asseruit. Inter caetera praeiudicium sibi factum de Tarraconensium episcoporum subtractione per Romanam Ecclesiam suppliciter intimavit, cum eos Narbonensis metropolis per annos quadringentos sine alterius Ecclesiae reclamatione possederit. Nostra igitur vice in partibus illis fungens, Tarraconensibus episcopis, nostra auctoritate praecipito, ut interim Narbonensi tamquam proprio metropolitano obediant, donec praestante Domino Tarraconensis restauretur Ecclesia. Toletano autem sicut primati reverentiam exhibeant, donec Narbonensis archiepiscopus se eorum primatem fuisse certa possit auctoritate monstrare. Novit siquidem tua fraternitas primatem a nobis Toletanum sic institutum, ut salva sint metropolitanorum privilegia caeterorum. Abbatem quoque, ut sanctae opinionis virum, commoneto praecipiens, ne ulterius, quae episcopalis iuris sunt, sine episcopi concessione recipiat, et de iniuriis Narbonensi archiepiscopo illatis competenti emendatione satisfaciat: de caetero eum, ut proprium, et sanctae conversationis revereatur antistitem, et pacem cum eo fraternae caritatis inviolabiliter retinere procuret. Tu autem in omnibus romanae auctoritatis memor ita te exhibe, ut nulla de te cuique possit suspicio remanere. Quia vero Nabornensis archiepiscopus privilegia de primatu Ecclesiam suam habuisse memoravit, quae a suo praedecessore translata, se tamen sperat praestante Domino reperturum, tu causam hanc diligenter inquire, inquisitam ad nos referre procura. Quod si privilegiorum nequiverit auctoritas inveniri, tu cum principalibus terrae de restitutione Tarraconensis Ecclesiae stude. Interim tamen Tarraconenses episcopos ei tamquam metropolitano proprio obedire praecipito. Elenensis quoque episcopi causam diligenter inquirito, et inter Narbonensem archiepiscopum et ipsum iusto omnia iudicio definito. Idem quoque te de Crassensi coenobio inter Narbonensem archiepiscopum et monachos eiusdem coenobii exercere praecipimus (1).

suscriptis tibi solummodo licebit uti diebus, scilicet diebus in Nativitate Domini, in Epiphania, in omnibus beatae Mariae festivitatibus, in Coena Domini, in Resurrectione Domini duobus diebus, in Ascensione Domini, in Pentecosten, in Nativitate beati Ioannis, in natalibus Apostolorum omnium, in festo beati Martini, in solemnitatibus sanctorum martyrum Iusti et Pastoris, ac Pauli confessoris, in consecratione episcoporum et Ecclesiarum, in ordinatione clericorum. In quo quid ponderis tibi, ac solicitudinis iniungitur, considerare te diligentissime convenit. Huius enim indumenti honor, humilitas, atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando venerint, cum iustitia erectam, amicam bonis, perversis contrariam, nullius unquam faciem contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiae operibus iuxta virtutem substantiae insistens, et tamen supra virtutem insistere cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis fervens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem serenitatis iustae censuram non deserens. Haec est, frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si sollicite

---

(1) Hanc Raynerio S. R. E. cardinali legato datam exscripsit Baluzius ex chartulario archiepiscopi Narbonensis, et publici iuris fecit in appendice Actorum ad Petr. de Marca, De primatibus. Eam sic accipe.

servaveris, quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Fraternitatem tuam omnipotens Dominus per tempora longa conservare dignetur incolumem. Scriptum per manum Petri scrinarii sacri palatii.

Datum Laterani VIII idus novembris per manum Lanfranci vicem agentis cancellarii, anno dominicae incarnationis millesimo nonagesimo VII, indictione VI, pontificatus autem domini Urbani II Papae anno X.

Dat. die 6 novembris anno Domini 1097, pontif. anno X.

XXIV.

Confirmatio immunitatum et privilegiorum omnium Cluniacensis monasterii, et caeterorum monasteriorum eidem subiectorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Causa privilegii. — Confirmantur libertates atque immunitates omnes Cluniac. monast. hactenus concessae. — Quibus frui quoque decernitur cappella S. Odonis ab Hugone abbate constructa. — Item monasteria et ecclesiae omnes, quae hic enumerantur. — Confirmatur quoque immunitas a subeundis censuris ab episc. vel legatis apostolicis eidem monast. irrogandis. — Usus mitrae etc. pro caeteris abbatibus successuris Hugoni. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, reverentissimo fratri Hugoni, monasterii Cluniacensis abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Cum omnibus sanctae Ecclesiae filiis ex Sedis Apostolicae auctoritate ac benevolentia debitores existamus, venerabilibus tamen personis atque locis, maxime quae Apostolicae Sedi semper specialius ac devotius adhaeserunt, quaeque ampliori religionis gloria eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Tibi ergo reverentissime, ac dilectissime frater, tam ex antiqua Sedis Apostolicae familiaritate, quam ex nobilissima tuae tuique coenobii religionis reverentia, singularis a nobis debetur praerogativa dilectionis. Quicquid igitur libertatis, quicquid immunitatis, quicquid auctoritatis tibi tuisque successoribus tuoque coenobio per antecessorum nostrorum privilegia concessum fuisse constat, nos quoque huius nostri decreti pagina conferimus, tradimus, confirmamus. Ea propter nos capellae illi, quam in honore et nomine S. Odonis tua strenuitas extra Burgum ad orientalem partem aedificavit, eam omnino libertatem, eam immunitatem praesentis decreti auctoritate concedimus, quam apostolicae memoriae praedecessor noster Gregorius capellis caeteris eiusdem burgi suo privilegio confirmavit.

Causa privilegii.

Confirmantur libertates atque immunitates omnes Cluniac. monast. hactenus concessae;

Quibus frui quoque decernitur cappella S. Odonis ab Hugone abbate constructa;

Ad haec adiicimus, ut monasterium S. Stremonii de Mauxaca, S. Mariae de Verziaco, S. Petri de Viziliaco Alta-Petra, monasterium, quod dicitur Sales, numquam tuae tuorumque successorum ordinationi et regimini subtrahantur. Hoc ipsum de universis, quae inferius scripta sunt, monasteriis ecclesiisve statuimus: videlicet in episcopatu Lugdunensi, ecclesia S. Iusti et S. Deuterii, ecclesia de Frontenaico, de Rorterio: in Matisconensi, ecclesia de Meleto, de Otgers, de Saviniaco, de Saniciaco; de Berziaco, ecclesia S. Hypoliti, S. Martini, S. Mariae de Casellis: in Augustodunensi, ecclesia de Morisalt, de Pulignio, de Blanchiaco, de Monte S. Ioannis, de Luciaco, de Crupellis, de Milpont, ecclesia S. Mammetis, S. Cristophori: in Lingonensi, ecclesia S. Eulaliae, S. Ioannis de Laona, de Trualt, de Arcu, de Vandoura, de Marmaissa, de Altars: in Basila, ecclesia Sancti Albani: in Cabilonensi, ecclesia de Viniules: in Arvenensi, ecclesia Sancti Amandi, S. Sepulchri de Lavenna, S. Mariae de Castello, de Canariis, de Montania, de Nigro-Stapulo, de Angerolis, de Arunna: in Viennensi, ecclesia de Artaz, Moras, Mantula Loteng, Monte Castaneto:

Item monasteria et ecclesiae omnes, quae hic enumerantur.

(1) In Biblioth. Cluniac. edidit Martin. Marrier col. 516.

in Gratianopolitano, ecclesia de Alavart, de Avalum, de Lejes, de Valbones, de Visilia: in Valentiniensi, ecclesia de Cabetul, de Castellis, de Ales, de Urz: in Diensi, ecclesia S. Sebastiani, Sanctae Eufemiae, Sancti Petri de Trefort, de Arun, de Aurel, de Calcium, de Castellonovo: in Tullensi, ecclesia de Domna Maria, de Frondonis villa: in Metensi, ecclesia de Tihencurt: in Lemovicensi, monasterium, quod dicitur Boort: in Belvacensi, ecclesia Sancti Lupi, Sancti Christophori: in Meldensi, ecclesia S. Mariae de Nantolio: in Parisiensi, ecclesia Sanctae Mariae de Longo Ponte, de Alnes: in Ambianensi, ecclesia Sancti Petri de Lehun: in Morinensi, ecclesia Sancti Michaelis: in Suessionensi, ecclesia Sancti Petri de Cusiaco: in Longobardia, monasterio (1) Sancti Valeriani de Castello Rothobio, Sancti Maioli de Papia, S. Michaelis de Mucharione, Sancti Maioli de Costemola, Sanctae Mariae de Feraria cum omnibus quae in Lomello et Lomellina Gontcranus dedit; ecclesia Sanctae Mariae de Lacu: in Vercellensi episcopatu, monasterio Sancti Petri de Castellitio, Sancti Ioannis de Baina, Sanctorum Ioannis et Pauli de Sandaliano, Sancti Martini de Salamone, Sanctae Mariae de Firminiana, ecclesia de Parione, de Calvallio, Sancti Petri de Sade: in Pergamensi, monasterio Sancti Iacopi de Ponticla cum suis obedientiis, Presiate, Mediolaco, Portiziana, Mauringo, Glariola, Verziliano, Maglo Sala, Vultulina, Sancti Pauli cum his obedientiis, Sanctae Mariae de Sarnecho, S. Petri de Umbriano, Sanctae Trinitatis de Cremina, Sancti Petri de Madegniaco, S. Michaelis de Sencino, Sancti Martini de Rudiliano, Sanctae Iuliae de Cazaco, S. Thomae de Quintiano, Sancti Salvatoris de Valle-Camonicha, Sancti Andreæ Brignano, Sanctae Mariae de Caturi, S. Ægidii de Vergesima: monasterio Sancti Petri de Redingo, Sancti Petri de Prevallo cum his cellis, Trignlis, Alfianello, S. Gabrielis de Cremona cum cellis suis quae sitae sunt in Castro Fontanellae, Trigulo, Grumello, Scandalario, Brixiana iuxta Virolam: in Placentia, monasterio Sancti Gregorii cum his cellis, ecclesia Sancti Leonis de Miradulo, S. Laurentii de Cuminiaco: in Laudensi, monasterio Sancti Marci cum his cellis, Sanctorum Firmi et Rustici de Fratta, S. Crucis de Vicodardo, Sanctae Mariae de Calventiano, monasterio S. Ioannis de Vertumade cum suis ecclesiis sanctorum martyrum Cassiani et Hipolyti de Ulzade, Sanctae Mariae de Laveno, et Sanctae Heliae de monte Veglimo cum universis appendiciis et pertinentiis suis.

Haec omnia, vel quae in futurum, Domino adiuvante, iuste poteritis adipisci, tibi tuisque successoribus ita perpetuo regenda, disponenda ac possidenda firmamus, ut nemini umquam liceat eorum aliquid a coenobii Cluniacensis unitate subtrahere. Porro sicut a beatae memoriae Papa Gregorio in romana synodo, et a nobis nuper in Placentina statutum est, praesentis privilegii auctoritate decernimus, ut nulli sit archiepiscopo, nulli episcopo, nulli Apostolicae Sedis legato facultas sine certo Romani Pontificis praecepto adversum vos aut vestrum coenobium excommunicationis, aut interdictionis, proferre sententiam, neque vestra, vobis invitis, iudicia ventilare. Dalmaticae, compagorum, chyrothecarum et mitrae usum in festivitatibus octo praecipuis, sicut tibi concessus est, ita tuis quoque successoribus pro tuae religionis ampliori dilectione concedimus. Si qua vero ecclesiastica, saecularisve persona, huius privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena

Confirmatur quoque immunitas a subeundis censuris ab episc. vel legatis apostolicis eidem monast. irrogandis.

Usus mitrae etc. pro caeteris abbatibus successuris Hugoni.

Solitae clausulae.

(1) Forsan *monasterium*, quod et in seqq.

fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco insta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Datum Placentiae per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XVII kal. aprilis, indictione III, anno dominicae incarnationis MXCV, pontificatus autem domni Urbani secundi Papae anno VIII.

Dat. die 16 martii anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

XXV.

Decretum, ut mortuo Giraldo episcopo Arausicano, nullus in eius locum eligatur; sed haec Ecclesia in pristinam redeat unitatem, et ab episcopo Tricastino regatur (1).

SUMMARIUM

Controversia inter Arausicanos et Tricastinos a Gregorio VII examini subiecta; sed non definita; ad Urbanum PP. delata; et in concilio cognita. — Tricastinae Ecclesiae iura ab episcopo prolata. — Gregorii PP. privilegium de unione, ab Alexandro II confirmatur. — Monumenta in contrarium ab episcopo Araus. delata. — Tandem Arausicana Ecclesia Tricastinae pontificio decreto unitur.

Urbanus episcopus servus servorum Dei.

Ad praesentium notitiam, et futurorum memoriam non latere volumus, quoniam inter Tricastinos et Arausicos diuturna contentio habita est; Tricastinis quidem de unitione, Arausicis vero de parochiarum Ecclesiarum divisione, contestantibus. Et concertatio cum reverendissimo Pontifici Gregorio praedecessori nostro..... Arausici..... literas dirigens, legatum pro huius rei discussione ad eos se missurum pollicitus est; quod tamen postea..... indagare nequivimus. In hac autem suspensione..... G..... Ecclesiam episcopus electus et consecratus est. Tricastinus ergo episcopus Pontio, Aurisicensem Ecclesiam asserens per multos annos a suis praedecessoribus fuisse possessam, querelam hanc cum ad nostras aures pro multis Ecclesiae Romanae persecutionibus proferre non posset, in pluribus transalpinis conciliis exponi procuravit. Novissime cum ad nostram notitiam pervenisset, nos quoque eam ad concilii proxime celebrandi audientiam differri praecipimus. Interim venerabili fratri nostro Guillelmo Arausicensi episcopo significare curavimus, ut ad synodum veniens, se ad defendendum huiusmodi negotium praepararet. Cum autem venisset, ipse quidem divisionis istius canonicas causas proferre non potuit; Tricastinus vero post diuturnam et plusquam centenariam possessionem, venerabilium Pontificum Romanorum, et Gregorii et Alexandri privilegiis causae suae partes tuebatur. Quare nos de Gregorii decreto, quo ab ipsa fuit Ecclesia potitum, quaedam inter fratres nostros quaestio orta est, placuit alium adhuc definiendae causae terminum adhiberi, in quo et Aurisicensis episcopus, si quam posset, defensionem nancisceretur, et Tricastinae Ecclesiae clerici de eodem privilegio nos iureiurando facerent certiores. Cumque..... convenissent, et confrater noster Arausicensis episcopus, sicut promiserat, non venisset, nec excusationes aliquas praemisisset, et tunc nobis placuit negotii finem in tempus aliud protelari. Caeterum clericis et itineris difficultates, et rerum longa dispendia praetendentibus, nec longiores posse moras pati instantissime proclamantibus, visum est fratribus nostris tam episcopis, quam et nostrae Apostolicae Ecclesiae cardinalibus, ut Tricastinorum clericorum satisfactionem suscipere deberemus. Tres itaque Tricastinae Ecclesiae clerici super Evangelia sacrosancta iurarunt, se vidisse et legisse Romani Pontificis Gregorii bullatum privilegium, Bonifacio Tricastino episcopo attributum, per quod praedictae Ecclesiae fuerant counitae. Cuius videlicet privilegii tenorem secutus s. memoriae Pontifex Alexander II praefatas

Controversia inter Arausicanos et Tricastinos a Gregorio VII examini subiecta;

Sed non definita;

Ad Urbanum PP. delata;

Et in concilio cognita.

Tricastinae Ecclesiae iura ab episcopo prolata.

Gregorii PP. privilegium de unione,

(1) Ex Sammarth. Gall. Christ. tom. I, inter Instrumenta Ecclesiae Tricastinae, num. II.

Ab Alexandro II confirmatur.

Ecclesias censuerat sub uno semper episcopo permanere. Post hoc Aurisicensis episcopus cum Ecclesiae suae clericis veniens, eas, quas praesignavimus, Gregorii Papae VII literas detulit; alia quoque chartarum monimenta monstravit, quibus et rerum veritas certius claruit, et Tricastinorum relatio vires accepit. Et nos ergo instrumentis talibus roborati, secundum fratrum nostrorum iudicium, praesenti decreto sancimus, ut defuncto fratre nostro venerabili episcopo, qui ad praesens Aurisicensi Ecclesiae praesidet, utraque mox Ecclesia in pristinam redeat unitatem; nisi forte post proximam, quam praeparante Domino expectamus Pentecosten, infra unius anni spatium..... constiterit, eas certo Romani Pontificis praecepto et decreto fuisse divisas. Alioquin omnis sopiatur..... ut defuncto confratre nostro superius nominato episcopo, eadem Ecclesia ad aliam transeat. Illa vero, quae hactenus prima habita est, et deinceps principatum obtineat: ita tamen, ut episcopus, qui utrique praefuerit, nihil de proventionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriis, quae vel quomodocumque in alterius patrimoniis habentur, modo quocumque, vel occasione qualicumque patiatur imminui. Si quis vero hanc nostrae constitutionis paginam, etc.... Actum Cremonae XVII kal. maii.... anno dom. incarnationis MXCV.

Monumenta in contrarium ab episcopo Araus. delata.

Tandem Arausicana Ecclesia Tricastinae pontificio decr. unitur.

Dat. die 15 aprilis anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

XXVI.

Caturcensis Ecclesiae canonici confirmantur in professione vitae regularis, quam recens professi erant (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio vitae regularis, ita ut nemini liceat sine licentia e claustro egredi. — Confirmantur bona canonicis a Giraldo Caturcen. conlata — Decretum pro eorumdem bonorum immunitate. — Ecclesiastici honores huius Canonicae canonicorum voto conferendi. — Solitae clausulae.

(1) Ex original. Ecclesiae Caturcensis edidit Sammarthan. Gall. Christ. tom. I, inter Instrumenta Eccl. Caturc., num. VIII.

SUMMARIUM

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Gosberto priori, eiusque fratribus in Caturcensi Ecclesia canonicam vitam professis, et eorum successoribus in eadem religione permansuris, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utiliter postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur vos, o filii in Christo carissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitae disciplina coercere, et communiter secundum Ss. Patrum institutionem omnipotenti Domino deservire proposuistis; nos votis vestris atque petitionibus paterna benignitate impertimur assensum. Vitae quippe canonicae ordinem, quem professi estis, praesentis privilegii auctoritate firmamus; et, ne cui post professionem exhibitam sine prioris seu congregationis licentia de claustro discedere liceat, interdicimus: et tam vos quam vestra omnia Sedis Apostolicae protectione munimus. Vobis itaque, vestrisque successoribus in eadem religione permansuris, ea omnia perpetuo possidenda sancimus, quae venerabilis frater noster Giraldus Caturcensis episcopus ad gubernationis vestrae solatia noscitur contulisse: ecclesiam scilicet S. Iuliani de Bovena, ecclesiam S. Petri de Mortrado, reditus villae, quae dicitur Pardinas, medietatem oblationum ex altari beati Stephani, medietatem census monetae Caturcensis, qui episcopo competere videtur, tertiam partem paratarum, quae porochiani solent episcopo comparari, caetera omnia, quae idem episcopus vel iam vobis contulit, vel in futurum est largiente Domino collaturus. Ea etiam, quae olim ad Caturciensium canonicorum usum collata, sed post eorum negligentiis detrita, et in manus militum caeterorum-

Confirmatio vitae regularis.

Ita ut nemini liceat sine licentia e claustro egredi.

Confirmantur bona canonicis a Giraldo Caturcen. collata.

Decretum pro eorumdem bonorum immunitate.

que saecularium dissipata sunt. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Canonicam temere perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Illud etiam supranominati episcopi constitutum praesentis decreti pagina stabilimus, ut praepositura, sive archidiaconatus, et caeteri ecclesiastici honores Caturcensis Ecclesiae vestris vestrorumque successorum consiliis ordinentur. Siqua vero in futurum ecclesiastica, saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat; reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; atque a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.....

Ecclesiastici honores huius Canonicae canonicorum vel conferendi.

Solitae clausulae

.....Ioannis Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, x kal. sept. indict. III, anno dom. incarnationis MXCVI (1), ...bani secundi Papae octavo.

Dat. die 23 augusti anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

XXVII.

Confirmatio regularis disciplinae canonicorum S. Avenionensis Ecclesiae, qui cum bonis omnibus ad Canonicam ipsam spectantibus sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur (2).

(1) Lege MXCV. (2) Ex Archiv. Arelatensi edidit Sammarth. loc. cit. inter Instrum. Ecclesiae Avenion. n. XIII.

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio vitae regularis, — Et bonorum omnium, quae Apostolicae Sedis protectione muniuntur. — Ecclesiae Avenionensis episcopi, praepositi et canonicorum electio penes ipsos canonicos. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Silvestro praeposito, et eius fratribus, in Avenionensi Ecclesia canonicam vitam professis, eorumque successoribus, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur vos, o filii in Christo carissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitae disciplina coercere, et communiter secundum Ss. Patrum institutionem omnipotenti Deo deservire proposuistis; nos votis vestris paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni vestrae benignitate debita impertimur assensum, et vitae canonicae ordinem, quem professi estis, praesentis privilegii auctoritate firmamus; et ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere, neve sine praepositi congregationis licentia de claustro discedere liceat, interdicimus; et tam vos quam vestra omnia Sedis Apostolicae protectione munimus. Vobis itaque vestrisque successoribus, in eadem religione permansuris, ea omnia perpetuo possidenda sancimus, quae in praesentiarum pro communis victus substentatione possidere videmini, ecclesiam scilicet S. Marthae apud Tarasconem, S. Agricolae de Lupera, et S. Pauli de Palude, S. Dom..... et S. Columbae de Cortedune etc., S. Georgii de Garriga, Pagi de Mairranica partem quartam, et insularum ad ipsum pertinentium. Universas praeterea Avenionensis Ecclesiae praebendas et honores seu dispensationes, quas hodie possidetis vos, qui auctore Domino vitam canonicam ducitis, sive quas clericorum quidam obtinent, qui necdum propriis obrenun-

Exordium.

Confirmatio vitae regularis.

Et bonorum omnium, quae Apostolicae Sedis protectione muniuntur.

ciaverint, communitatis vestrae usibus confirmamus, quocumque in tempore illas aperiri contigerit: et quaecumque deinceps concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poteritis adipisci. Ad haec decernimus, ut defuncto Ecclesiae vestrae episcopo, successoris electio vestrum potissimum, vestrorumque successorum, qui canonice vixerint, deliberatione persistat. Id ipsum etiam et universae Ecclesiae, seu claustri vestri praepositis, sive dispensatoribus eligendis perpetuo observandum censemus. Si qua sane in crastinum ecclesiastica, saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secunda tertiave commonitione, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem congregationi iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Ecclesiae Avenionensis episcopi, praepositi, et canonicorum electio penes ipsos canonicos.

Solitae clausulae.

Datum Avenione per manum Iohannis Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XVII kal. octob., indict. III, anno dominicae incarnationis MXCV, pontificatus domini Urbani Papae anno octavo.

Dat. die 15 septembris anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

XXVIII.

Confirmatio monasterii Aubechiensis in dioecesi Cameracensi, et rerum omnium ad illud spectantium (1).

SUMMARIUM

Confirmantur bona a Gerardo ep. monasterio donata: et quae in futurum eidem a quocumque fidelium conferuntur. — Decretum pro immunitate loci, ac possessionum ad eum pertinentium.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rogerio abbati monasterii, quod situm est in parochia Cameracensi, insula quae dicitur Abbetias, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et quae recte statuta sunt, stabilire. Quamobrem, charissime fili Rogeri, tuis petitionibus apostolicae benignitatis aures inclinantes, monasterium Sanctissimae Trinitatis, cui auctore Deo praesides, praesentis decreti auctoritate munimus, et quaecumque bona venerabilis confrater noster Gerardus Cameracensis episcopus, cuius nimirum donatione locus ipse institutus esse cognoscitur, praefato monasterio contulit: quaecumque praeterea quilibet fideles de suo iure concesserunt, vel in futurum Sancti Spiritus inspiratione concesserint, integra semper et illibata manere apostolica auctoritate sancimus. Decrevimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat eumdem locum temere perturbare, vel eius possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Quisquis autem locum ipsum pro divini timoris reverentia vel rebus suis ditare, protegere, vel pro sua facultate exaltare studuerit, omnipotentis Dei misericordiam, et Apostolorum eius gratiam consequatur. Qui vero contra huius nostri decreti tenorem pertinaciter agere tentaverit, Sancti Spiritus gladio plectatur. Datum apud Clarummontem Arverniae per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, III kalen. decembris, indict. III (1), anno domin. incarnationis MXCV, pontificatus autem domini Urbani secundi Papae anno VIII.

Confirmantur bona a Gerardo episc. monasterio donata:

Et quae in futurum eidem a quocumque fidelium conferuntur.

Decretum pro immunitate loci, ac possessionum ad eum pertinentium.

Dat. die 29 novembris anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

(1) Sammarth. loc. cit. tom. III inter Instrum. Eccles. Camerac. num. XIV.

(1) Lege IV.

XXIX.

Decretum Urbani II et synodi Claromontanae de primatu Lugdunensi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Synodus Claromontana, — Ubi actum de primatu Lugdunensi. — Statutum, ut Senonensis archiep. Lugdunensi tamquam primati esset subiectus. — Idem de Rotomagensi et Turonensi. — Senonensis archiep. contumacia. — Quare officio privatus a synodo. — Tandem a caeteris obtemperatum, et controversia terminata. — Primatus Lugdunensis a Pontif. confirmatur super quatuor provincias. — Poenae contra inobedientes.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Lugdunensi archiepiscopo et primati, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex Apostolicae Sedis debito, et sanctorum canonum auctoritate impellimur, in omnibus ubique terrarum Ecclesiis prave acta corrigere, recte statuta firmare. Unde cum nos in Galliarum partes venire, supernae dispositionis dignatio concessisset, curae nobis fuit apud Clarummontem Arverniae generale concilium convocare. Ibi inter alia, quae ad synodalem audientiam discutienda perlata sunt, fraternitas tua de primatu sanctae Lugdunensis Ecclesiae querelam exposuit, multis iam ante provincialibus conciliis agitatam. Lecta sunt in eodem consessu, eumdem primatum astruentia, Romanae et Apostolicae Auctoritatis privilegia. Cum igitur Richerius Senonensis archiepiscopus pro causa hac die altero respondere praeceptus esset, nullamque excusationis rationem legitimam reddidisset, placuit tamen nobis ex apostolicae mansuetudinis abundantia ad deliberandum de subiectione hac in diem tertium inducias indulgere. Tertio itaque die, cum se ille partim pro negotii gravamine, partim pro aegritudinis occasione, synodali conventui subtraxisset, per legatos requisitus, et obedire renuens, adhuc deliberandi inducias flagitabat. Definitionis etiam iam imminente sententia, rursus ab Senonis (1) Ecclesiae suffraganeis in diem alterum, ut eum familiarius convenirent, induciae impetratae sunt, ea nimirum pollicitatione praemissa, ut, si etiam ille tunc pertinaciter reniteretur, ipsi tamen definitioni concilii unanimiter obedirent. Porro die iam sexto concilii evoluto, cum ille adhuc inducias expetendo resisteret, ex totius synodi favore et iudicio sancitum est, Senonensem archiepiscopum Lugdunensi tamquam primati subiectionem obedientiamque debere, quia et catalogorum antiquitas, et Sedis Apostolicae idipsum contestabatur auctoritas. Cui profecto sententiae se humiliter obedituros, Senonensis Ecclesiae suffraganei propria quisque voce professus est. Idipsum etiam de Rotomagensi Ecclesia confirmatum est; de Turonensi enim, quia iam a retroactis temporibus sine refragatione obedierat, nulla iam quaestio movebatur. Die vero concilii octavo, tua iterum fraternitas questa est, Senonensem archiepiscopum a legatis tuis, Aganone scilicet Eduensi, et Lamberto Atrebatensi episcopis, admonitum, nullam adhuc Lugdunensi Ecclesiae pro primatu reverentiam profiteri; ea propter nos, toto consentiente concilio, pallii usum, et suffraganeorum obedientiam, donec ipse obediret Senonensi archiepiscopo, interdiximus. In Rotomagensem quoque, qui aberat, eamdem sententiam promulgavimus, nisi inter tres menses, post sententiam cognitam, si quidem viva voce non posset, subiectionem debitam scripto polliceretur. Ipsius itaque suffraganeis, qui praesentes aderant, sententiam nostram debita humilitate suscipientibus, ac obedientiam promittentibus, sic tandem Lugdunensis Ecclesiae querela diuturna annuente Domino terminata est. Per praesentis igitur privilegii paginam Lugdunensi Ecclesiae tuae primatum super quatuor provincias confirmamus, et per eam tibi tuisque successoribus, his

Synodus Claromontana.

Ubi actum de primatu Lugdunensi;

Statutum, ut Senonensis archiep. Lugdunensi tamquam primati esset subiectus;

Idem de Rotomagensi et Turonensi.

Senonensis archiep. contumacia.

Quare officio privatus a synodo.

Tandem a caeteris obtemperatum, et controversia terminata.

(1) Edidit Sammarth. loc. cit. tom. IV inter Instrumenta Eccles. Lugdun. n. XIII.

(1) Fortasse *Senonensis*. (R. T.)

Primatus Lugdunensis a Pontif. confirmatur

tantum, qui eo ordine eoque tenore electi vel promoti fuerint, qui per sanctae memoriae Gregorii VII privilegium, praedecessori tuo Gebuino praefixus et praescriptus est. Provincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rotomagensem, Turonensem, et Senonensem, ut hae videlicet provinciae condignam Lugdunensi Ecclesiae obedientiam solvant, et honorem, quem Romani Pontifices reddendum esse scriptis propriis praefixerunt, devote humiliterque, salva in omnibus Sedis Apostolicae reverentia et auctoritate. Si qua sane in erastinum ecclesiastica, saecularisve persona, huius privilegii paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Interfuerunt autem definitioni huic archiepiscopi diversarum provinciarum numero duodecim, cum episcopis octoginta, abbatibus nonaginta, et eo amplius. Datum apud Clarummontem Arverniae, per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, kalendis decemb. indict. IV, anno domin. incarnat. MXCV, pontificatus autem Urbani II papae anno octavo.

super quatuor provincias.

Poenae contra inobedientes.

Dat. die 1 decembris anno Domini 1095, pontif. anno VIII.

XXX.

Confirmatio privilegiorum omnium Turonen. Ecclesiae, ac praesertim, ut in gravioribus causis a solo Romani Pontificis iudicio dependeant canonici (1).

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 727.

SUMMARIUM

Urbanus PP. B. Martini Turonen. Ecclesiam invisit. — Abusus nonnulli illam in Ecclesiam invecti. — Ex apost. privilegiis canonici Ecclesiæ huius soli Romano Pontifici, regi, et Turonen. archiep. obviam ire tenentur, — Quod illis confirmatur. — Ac insuper statuitur, ut graviores causas ad Rom. Pontificem deferant. — Roboratio huiusce privilegii.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, universis sanctae Ecclesiae filiis, salutem et apostolicam benedictionem.

Urbanus PP. B. Martini Turonen. Ecclesiam invisit.

Notum fore volumus tam futuris quam praesentibus, quoniam omnium bonorum largitor Deus devotionem nostram ad B. Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in eiusdem B. confessoris Ecclesia quaedam inoleverant, quae in melius promovenda, salutis falce extirpanda videbantur, nos per septem dies et eo amplius immorati, medicinam animarum, frequentius inter eos intrantes et exeuntes, eis impertivimus; et nobis in omnibus obedientes, et benevolos, Deo aspirante et in eis cooperante, nobiscum experti sumus. Sed quoniam ad nostras aures pervenerat, quod legatos Romanae Ecclesiae suscipere cum processionis benignitate supersederant: neque etiam eis, videlicet legatis, auctoritas huius Ecclesiae per notitiam privilegiorum eius innotuerat, succensuimus, et graviter eos increpavimus, cur tantam inobedientiae offensionem incurrerent. Illis itaque humiliter nobis scripta patrum nostrorum Romanorum Pontificum praetendentibus, diligenter attendimus eorum privilegia. Et quia praeter apostolicum, et regem, et Turonensem archiepiscopum semel in vita sua, neminem ad processionis susceptionem admittebant, studiose notavimus nostris cardinalibus, Teuzone, Alberto, Gregorio Papiensi, Rausgerio, et Hugone Lugdunensi primate, et aliis tam episcopis, quam aliarum dignitatum personis, praesentibus Brunone Signiensi episcopo, et

Abusus nonnulli illam in Ecclesiam invecti.

Ex apost. privilegiis canonici Ecclesiae huius soli Romano Pontifici, regi, et Turonen. archiepisc. obviam ire tenentur;

Ingelramno Suessionensis Ecclesiae archidiacono.

Quod illis confirmatur;

Porro nos tanta auctoritate refecti, eorum antiquam consuetudinem, eorum scriptis suffragantes, auctoritate nostra corroboravimus in praesentia nostrorum fratrum. Et quia filius noster Amatus, Burdigalensis archiepiscopus, unus erat de Legatis Romanae Ecclesiae a Gregorio septimo praedecessore nostro in Gallia destinatus, non ab hac Ecclesiae processionis solemnitate susceptus, unde etiam graviter contra eosdem clericos commotus in Exuldunensi concilio eos excommunicatione perfoderat, cum in concordiam et pacem eorum reformavimus. Neque eos ad ullam satisfactionem, quia auctoritate pollente sese munierant, compulimus: neque qualibet pro tali excessu absolutione purgandos censuimus. Denique quoniam in quibusdam suae Ecclesiae privilegiis proprium eis habere episcopum concessum est, eius vice nos Romano eos sancimus specialiter adhaerere Pontifici, et graviores eorum causas ex eius pendere iudicio.

Ac insuper statuitur, ut graviores causas ad Roman. Pontificem deferant.

Roboratio huiusce privilegii.

Si quis sane in crastinum cardinalis, aut legatus, aut episcopus, aut quilibet a nostro latere missus, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et nostram perfringens auctoritatem, processionem ab ipsa sancti confessoris Ecclesia expetierit, si commonitus non destiterit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata praesumptione cognoscat. Cunctis autem ista servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Amen, amen, amen. Datum Turonis in castello S. Martini per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, secundo idus martii, indictione quarta, anno dominicae incarnationis MXCVI, pontificatus autem domini Urbani secundi Papae nono.

Dat. die 14 martii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXI.

Trenorciensis monasterii bona, iuraque omnia in tutelam Apostolicae Sedis recipiuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia ei confirmantur, — Remota cuiuscumque personae vexatione. — Ecclesiae nonnullae huic monast. adiudicantur indicto silentio monachis S. Florentii. — Solitae clausulae. — Urbani PP. subscriptio. — Symbolum Urbani PP.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Trenorciensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri; quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolicae portum confugiens, eius tuitionem devotione debita requisivit, nos supplicationi tuae clementer annuimus, et Trenorciense coenobium, cui Deo auctore praesides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, sub tutelam Apostolicae Sedis excipimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones catholicorum imperatorum seu caeterorum principum largitione, episcoporum concessione, seu caeterorum fidelium oblatione ad idem coenobium in praesentiarum pertinent, sive in futurum iuste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel oblationes retinere, minuere, vel temerariis vexationibus inquietare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Caetera etiam, quae per reverendae memoriae Iohannis Papae privilegium Trenorciensi monasterio con-

Bona omnia ei confirmantur.

Remota cuiuscumque personae vexatione.

(1) Ex Chiffleto inter Probat. Hist. Abbatiae huius.

firmata sunt, confirmamus. Querelam autem monachorum S. Florentii, quam de Ecclesiis Lausduni, Sanctae Crucis videlicet, et Sancti Nicolai, contra te et Ecclesiam tuam faciunt, quamque in praesentia nostra Turonis habitam diligenter pertractavimus, debito fine Deo auctore terminamus: apostolica iterum auctoritate praecipientes, quatenus deinceps nullam tibi vel Ecclesiae molestiam ex his inferre praesumant; sed absque eorum inquietudine praefatas Ecclesias tu successoresque tui iure perpetuo possideatis. Siquae sane ecclesiastica, saecularisve persona contra hanc nostrae constitutionis paginam venire tentaverit, potestate, honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, quousque digna satisfactione resipiscat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ecclesiae nonnullae huic monasterio adiudicantur indicto silentio monachis S. Florentii.

Solitae clausulae.

Urbani PP. subscriptio.

Ego Urbanus Catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Symbolum Urbani PP.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi.

Datum Turonis per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis XIII kalendas aprilis, indictione IIII, incarnationis dominicae anno MXCVI, pontificatus autem domini Urbani secundi Papae IX.

Dat. die 20 martii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXII.

Confirmatio bonorum omnium, privilegiorum ac libertatum Ecclesiae S. Martini Turonen. (1).

SUMMARIUM

Urbanus PP. tumulum S. Martini invisit. — Praebendas in eius Ecclesia pretio acquiri videns, — Clericos ad emendationem sacramento obligavit. — Eos vero soli praeposito subiectos declaravit. — Bona ad eamdem spectantia Ecclesiam confirmat; — Ac insuper libertates omnes eidem in synodo Tussiacensi concessas. — Clausulae.

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 728.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ecclesiae B. Martini canonicis tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Bonorum omnium largitori Deo gratias agimus, qui devotionem nostram ad B. Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in eiusdem beati confessoris Ecclesia consuetudo pravitatis eiusmodi inoleverat, ut honores seu praebendae omnes precio acquirerentur, nos locum sanctum emundare ab hac peste execrabili cupientes, religiosos viros ad praemonitionem nostram decrevimus praemittendos, quibus estis fideliter, Domino inspirante, polliciti, et praeceptis omnimodis obedire, et simoniacae pravitatis inquinamenta deserere. Quod et praesentibus nobis per Dei gratiam perfecistis, in nostra tamquam beati Petri manu firmantes, nihil vos ulterius honorum, nihil praebendarum vendituros aut empturos, nec, ut vendantur aut emantur, aliquando consensuros: adiicientes etiam, nullum deinceps in canonicorum numerum admittendum, nisi eamdem sponsionem iureiurando firmaverit. Quae videlicet universa nos sanctorum apostolorum auctoritate firmavimus, et violatores omnes anathematis mucrone confodimus. Et praeteritorum igitur gratiae respondentes, et futurorum spem longe meliorem gerentes, secundum praedecessorum nostrorum Romanae Ecclesiae Pontificum privilegia, vos in spirituales filios Apostolicae Sedis assumpsimus: et eadem auctoritate statuimus, nullum Pontificum, nullum regum, nullum cuiusque dignitatis aut ordinis, praeter praepositos vestros, in vestra Ecclesia vel eius pertinentiis potestatem aut dominium exercere; ut Romanae Ecclesiae praecepta servantes, Romanae Ecclesiae libertate

Urbanus PP. praebendas in eius Ecclesia pretio acquiri videns,

Clericos ad emendationem sacramento obligavit.

Eos vero soli praeposito subiectos declaravit.

Tumulum S. Martini invisit.

perpetua gaudeatis, salvo nimirum iure seu consuetudine, quam hactenus erga vos Turonensis noscitur archiepiscopus habuisse.

Bona ad eamdem spectantia Ecclesiam confirmat;

Quaecumque igitur venerabilis illa B. Martini Ecclesia legitimo iure vel Pontificum collatione, vel regum, vel principum liberalitate, vel fidelium oblatione possidet, seu in futurum praestante Domino iuste poterit et canonice adipisci, firma vobis semper et illibata permaneant. Nullus in villis aut mansionibus sive territoriis, sive ecclesiis, aut pagis, ad vestram Ecclesiam pertinentibus, invitis vobis, iudicia agere, ingenuos servosve saeculi potestate constringere, nec teloneum aut naulum (1) praesumat exigere. Possessionum vero vestrarum decimae seu novae in pauperum usus omnino proficiant. Episcopus autem, in cuius dioecesi eædem possessiones sunt, ordinandorum clericorum tantum curam gerat: nihil de caetero gravaminis clericis inferat: nec Ecclesiarum altaria vel alia bona, per regalia praecepta vobis antiquitus data, et Pontificum romanorum privilegiis confirmata, vel aliis dare, vel venalitate distrahere, vel modo quolibet alienare praesumat.

Ac insuper libertates omnes eidem in synodo Tussiacensi concessas.

Quidquid praeterea libertatis, quidquid immunitatis, vel praedecessores nostri Romani Pontifices, vel Turonenses archiepiscopi, vel Gallicanarum Ecclesiarum apud Tussiacum in Tullensi parochia generalis synodus congregata, pro B. apostolici confessoris Martini reverentia vestrae Ecclesiae vestrisque praedecessoribus contulerunt, nos praesentis decreti pagina confirmamus. Et quia in quibusdam vestrae Ecclesiae privilegiis proprium vobis habere episcopum concessum est; nos eius vice Romano vos sancimus specialiter adhaerere Pontifici, et graviores vestri causas ex eius pendere iudicio. Si quis sane in crastinum archiepiscopus, aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo iudicio districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Clausulae.

Datum Pictavis per manus Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, IV kalendas aprilis, indictione IV, anno dominicae incarnationis MXCVI, pontificatus autem domini Urbani secundi Papae nono.

Dat. die 29 martii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

(1) *Teloneum*; licet sit locus in quo *teloneorius* suas ex teloneis cnactas pecunias asservet (Du Cange); hic tamen pro ipsa pecunia accipitur. — *Naulum*, quaevis exactio de novo imposita (Du Cange). (R. T.)

XXXIII.

Decretum, ut abbos Cormeriacensis sumat baculum pastoralem ex sepulchro B. Martini (1).

Urbanus episcopus servus servorum Dei.

Series facti.

Quercam de Cormaricensi coenobio, inter B. Martini canonicos, et illius loci monachos diutius agitatam, qualiter in conspectu nostro archiepiscoporum abbatumque iudicio definita sit ad utrorumque quietem perpetuam, nostrae authoritatis literis praecipimus annotandum. Lectis enim in conspectu publico B. Martini privilegiis, ipsius etiam coenobii monimentis, patuit, locum illum ex supradictae Ecclesiae stipendiis canonicorum ipsorum studio fuisse aedificatum; qui postea per Andegavensem comitem advocatiae seu defensionis occasione, ex canonicorum potestate sublatus est. Ex considentium

(1) Ex Dacher. Spicileg. tom. IV.

igitur fratrum, qui nobiscum Turonis ad ecclesiastica negotia finienda convenerant, deliberatione atque iudicio, Cormaricensis abbas Guido baculum non ordinate acceptum B. Martini canonicis reddidit; qui mox super B. Martini tumulum positus est: postea tamen ex eodem tumulo eidem abbati, quia religiosae conversationis habebatur, restitutus est. Perpetuo itaque decreto ratum esse praecipimus, ne deinceps in Cormaricensi coenobio aliter eligatur, quam in supradictae Ecclesiae privilegio continetur. Electus autem supradicto tenore, de B. Martini sepulchro baculum sumat: item defuncto abbate semper ad eumdem locum baculus referatur, ut super illa sanctissima Confessoris apostolici membra, communi decani et capituli iussu, signum illud pastoralis regiminis semper accipiatur, salvo Turon. archiepisc. iure, quod in abbatis ordinatione secundum communem Ecclesiae consuetudinem exercendum est. Si quis sanctae constitutioni huic obviam ire, et Cormaricense coenobium ecclesiae B. Martini subtrahere tentaverit, apostolicae indignationis gladio, et S. Spiritus iudicio feriatur.

Urbani PP. II. decretum.

Solitae clausulae.

Subscriptiones.

Signum Urbani Papae.
Sig. Hugonis Lugdunensis
Sig. Rodulphi Turonensis
Sig. Guidonis Viennensis } archiepisc.
Sig. Hildeberti Bituricensis
Sig. Amati Burdegalensis
Sig. Heuzonis
Sig. Alberti } cardinales.
Sig. Gregorii
Sig. Iuonis Carnutensis
Sig. Goffredi Andegavensis
Sig. Hoelli Cenomanensis
Sig. Moruani Venetensis } episcopi.
Sig. Benedicti Nannetis (1)
Sig. Guillelmi Arvernensis
Sig. Brunonis Signiensis
Sig. Marobodi Redonensis electi.
Sig. monachorum Cormaricensium, Simonis prioris Bernerii.

(1) Forte *Nannetensis*.

Sig. Burcardi praecantoris S. Martini.
Sig. Fulcherii praepositi.
Sig. Matthaei praepositi.
Sig. Sichardi praepositi.
Sig. Alexandri subdiaconi.

Datum Pictavis per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, III kalendas aprilis, indictione IV, anno Domini MXCVI, pontificatus Urbani Papae IX.

Dat. die 30 martii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXIV.

Ad Tolosanum, Agennensem, Caturcensem, et Lactoratensem episcopos, ut restitui curent Ecclesias, et bona Moysiacensi ablata monasterio, pro cuius immunitate et regimine nonnulla decernuntur (1).

SUMMARIUM

Moysiacense monasterium magnae famae propter regularem disciplinam: — Postea suo ex splendore lapsum: — Tandem Cluniac. abbatum industria restitutum: — Suis in bonis confirmatur sub dominio eorumdem. — Enumeratio huiusmodi bonorum. — Non abbas, sed prior eligendus. — In abbatiis vero Moysiacensi subiectis non eligendi abbates nisi praevio Moysiacensis consensu. — Ecclesiae et bona huic monasterio ablata. — Quae ei restituenda fore praecipitur sub anathematis poena.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus et coepiscopis, Isarno Tolosano, Simoni Agennensi, Gerardo Caturcensi, Raymundo Lactorensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatem vestram non ignorare credimus, quod Moysiacense monasterium magnae famae, magnaeque fuerit excellentiae. Postmodum vero, cum illic habitantium negligentia religionis gloria decrevisset, substantiarum quoque copia diminuta, et pene ad nihilum redacta est. Gratias autem Deo, qui nostris temporibus per Cluniacensium abbatum industriam, religionem in eodem loco abolitam repa-

Moysiacense monasterium magnae famae propter regularem disciplinam;

Postea suo ex splendore lapsum;

Tandem Cluniac. abbatum industria restitutum:

(1) Ex Cartularii Moysiacensis fragmento edidit Sammarth. inter Instrumenta Ecclesiae Cadurc. num. XXV.

rare dignatus est. Oportet ergo et vestram fraternitatem pro beatorum Petri et Pauli devotione, quorum nomini locus ipse dicatus est, operam dare, quatenus antiquarum possessionum substantiam recipere, et quas in praesenti tenet, firmiter ad usus servorum Dei ibidem manentium (1) mercatur. Proinde abbatias vel monasteria, quas et quae nunc usque tenuerunt vel tenent, confirmamus Ecclesiae Moysiacensi apostolica auctoritate, ut possideant et teneant sub dominio (2) Asiniacensis abbatis; scilicet in episcopatu Tolosano abbatiam Lezatensis: in Aginensi abbatiam S. Gervasii Exiensis: in Elenensi, Sanctae Mariae Arulensis: in Girundensi, Sancti Petri Campi-Rotundi. Sed in hac constituimus et mandavimus, ut non ibi amplius abbas ordinetur; sed a Moysiacensi abbate ibi prior praeponatur. Prioratum etiam Sanctae Mariae Tolosae, Sancti Petri de Coquinis, et Sancti Genii Nirtorensis, et Durivelleris, et Villae-Novae in Ruthunensi pago, et conquetas cum appendiciis suis, et omnia, quae nunc in praesenti tenent, ut in aeternum possideant in pace, volumus et mandamus; et haec ex beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate et nostra; adiicientes haec, ut in abbatiis supranominatis sine Moysiacensis abbatis consilio et voluntate abbas nullatenus eligatur, vel ab aliquo ordinetur; quod si contigerit ausu temerario ab aliquo fieri, eligentes, ordinatus et ordinator excommunicentur, et a suis ordinibus ex beati Petri auctoritate sub anathematis interminatione deponantur.

Suis in bonis confirmatur sub dominio eorumdem.

Eoumeratio huiusmodi bonorum.

Non abbas, sed prior eligendus.

In abbatiis vero Moysiacensi subiectis non eligendi abbates nisi praevio Moysiacensis consensu.

Conqueruntur etiam ipsi fratres Moysiacenses, plurimas sui iuris Ecclesias a laicis hominibus occupari; in Tolosano quidem episcopatu ecclesiam S. Martini de Maurago, S. Iuliani, S. Rustici, ecclesiam de Affiniaco, de Corduba, de Bisingis, de Monte-Beterio: in Aginnensi ecclesiam Sancti Amantii de Tarrago, de Verbegarria, de Anganiaco: in Caturcensi ecclesias Sancti Martini, et Sancti Vincentii de Anteiaco, Sancti Petri de de Boilo, Sancti Theodori de Linaco, Sanctae Liberatae, Sancti Amantii, Sancti Martini, et Sancti Petri de Catex, Sancti Saturnini de Bas, Sancti Iohannis de Persica, ecclesiam Sancti Saturnini, quae coniuncta est ecclesiae Sancti Petri; ecclesiam de Titiaco, Sancti Petri de Burgarias, Sanctae Mariae de Troilo, ecclesiam de Cogornoco, de Gratacumba, Sancti Lupi de Malausa, ecclesiam cum curia, quae dicitur Fals; ecclesiam de Arduno, ecclesiam Sancti Sulpitii, Sancti Mauritii: in Lactorensi episcopatu, in parrocchia Limana, ecclesiam de Sarraciaco, de Flamalingis, de Aliciano, de Orriols, ecclesiam Sancti Martini, Sancti Quiriaci, Sancti Hilarii, Sancti Saturnini, Mansionis villam. Vestram igitur prudentiam literis praesentibus exhortamur, atque praecipimus, ut supradictarum Ecclesiarum occupatores pro vestri officii debito commoneatis; et quae Dei servis vel ipsi vel ipsorum parentes perperam abstulerunt, restituire compellatis. Quod si vestris noluerint commonitionibus obedire, noverint se beatorum apostolorum indignationem, sicut ecclesiasticarum rerum pervasores, in pervasione ipsa contumaciter permanentes habere, et excommunicatos esse. Data Tolosae nonis maii indict. IV, anno dominicae incarnationis MXCVI, per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis.

Ecclesiae et bona huic monasterio ablata;

Quae ei restituenda fore praecipitur sub anathematis poena.

Dat. die 7 maii anno Domini 1096, pontif. Urbani anno IX.

XXXV.

Urbanus PP. II in concilio Nemausensi controversiam inter Conchenses monachos et Figiacenses componit, et utrique monasterio proprium abbatem indulget (1).

(1) Ex Sammarth. loc. cit. num. XXXVIII.

(1) Deest fortasse *tenere*. (2) Lege *Cluniacensis*.

SUMMARIUM

Series facti. — Gregorii VII decretum pro unione utriusque monasterii. — Discordia unde profecta. — Quaestio in Nemausensi synodo agitata. — Sententia in ea lata. — Confirmatio sententiae eiusdem.

Urbanus servus servorum Dei

Series facti.

Cum pro negotiis ecclesiasticis in partes Galliae venissemus, apud Arverniam largiente Domino plenariam synodum convocavimus. Illic a Conchensis monasterii fratribus reverendae memoriae Gregorii septimi Papae literae praesentatae sunt, praecipientes, Figiacense coenobium Conchensi coenobio uniendum; et quia per idem tempus utrique loco abbates proprii praesidebant, alterutro defuncto, cum, qui superstes esset, utrique monasterio praeferendum. Conchensis itaque coenobii abbas, quia contra literarum ipsarum tenorem substitutus fuerat, in eodem concilio depositus, et Figiacensis, qui supervixerat, utrique loco praelatus est. Coepit ergo inter utrumque monasterium discordia tanta versari, ut et bona plurima distraherentur, et animarum salus detrimentis maximis pessundaretur. Praeterea, cum ad aures Cluniacensis abbatis huiusmodi constitutio pervenisset, coepit supradictas Gregorii Papae literas tamquam subreptitias calumniari, et definitionem eiusdem negotii se praesente aliter perpetratam testari, quandoquidem ab eodem Pontifice Figiacensis locus Conchensi monasterio per privilegium fuerit superpositus. Igitur cum, largiente Domino, tertio per instantiam nostram apud Nemausum synodus convenisset, coepit eiusdem negotii quaestio graviter agitari. Post longum vero super hac re episcoporum abbatumque tractatum, placuit cum pro apostolici privilegii conservatione, tum pro communi monasteriorum salute, ut utrique loco, sicut ante fuerat, abbas cardinalis restitueretur; et tam Figiacenses monachi quam Conchenses sub proprii abbatis cura deinceps et provisione persisterent. Et nos igitur commune concilii decretum apostolicae auctoritatis pondere confirmantes, definitionis huius ordinem perpetuo permansurum, nostri nominis literis annotari, et sigilli nostri praecipimus. impressione firmari. Si quis autem huiusce definitionis tenorem temerario ausu fuerit conatus infringere, sciat se apostolicae indignationis ultionem incurrere, et detrimentum sui ordinis vel officii invenire. Actum in concilio apud Nemausum in ecclesia Sanctae Mariae, septimo idus iulii, anno dominicae incarnationis MXCVI, indictione IV, anno vero pontificatus domini Urbani Papae secundi, nono. Datum apud Vallem Flavianam, in monasterio Sancti Ægidii idus iulii.

Gregorii VII decretum pro unione utriusque monasterii.

Discordia unde profecta.

Quaestio in Nemausensi synodo agitata.

Sententia in ea lata.

Confirmatio sententiae eiusdem.

Dat. die 15 iulii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXVI.

Confirmatio bonorum monasterii Rivipollensis, cui nonnulla immunitatis ac exemptionis privilegia conceduntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad monast. spectantia confirmantur. — Enumeratio huiusmodi bonorum. — Molestiam ullam aut vim illi inferre omnino interdicitur. — Abbas per monachos eligendus. — Monasterii omnimoda exemptio ab ordinarii iurisdictione. — Sepulturam ibidem statuere cuicumque liberum. — Missas publicas ibidem celebrare nec episcopus possit sine abbatis consensu. — Poenae contra inobservantes.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Bernardo abbati venerabilis monasterii Sanctae Mariae, quod Rivipollense dicitur, in comitatu Ausonensi inter duo flumina constitutum, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter

(1) Ex Archiv. monasterii huius edidit Baluzius loc. saepe cit. num. CCCXIV.

petitionibus tuis, fili in Christo carissime Bernarde, non immerito annuendum esse censuimus, ut Rivipollense monasterium, cui Deo auctore praesides, ad praedecessorum nostrorum Sergii et Agapiti exemplar Apostolicae Sedis privilegio muniremus. Per praesentis igitur decreti paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque hodie idem coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda: ecclesiam Sancti Petri eidem monasterio adiacentem cum caeteris ei subiectis ecclesiis: in castro Cervasiae ecclesiam Sancti Martini, cappellam Sancti Nicolai, cellam (1) Sancti Petri cum ecclesia castri de Monte Palatii, cellam Sancti Quintini, monasterium Sanctae Mariae, quod dicitur Gulterii, Sancti Andreae inter Pontonos, Sanctae Mariae de Panizariis, Sanctae Mariae de Monte Serrato, ecclesiam Sancti Stephani de Ripa de Grannollariis, Sancti Stephani de Ripa cum alodiis Bernardi vicecomitis, quae coenobio delegavit: mercati vero, quod penes idem monasterium fieri consuevit, teloneum, et omnem iustitiam tibi tuisque successoribus confirmamus: castrum quoque Menslei cum terminis et pertinentiis suis, castrum de Torsa cum ecclesiis et dominicaturis (2), et portibus maris, piscationibus, et omnibus sibi pertinentibus: piscationes aquarum de Tezer a Ripa Mala usque ad Spatam, et de flumine Freverii a ponte Corba usque Tezer: omnem etiam dominicaturam, quam Bernardus Bisuldunensis Beatae Mariae tradidit tam in Rivipollensi valle, quam in aliis locis: quicquid praeterea possessionum, villarum, sive ecclesiarum, cum decimis, primitiis vel oblationibus suis per antecessorum nostrorum privilegia in quibuslibet regionibus possidetis: quicquid authenticis Pontificum scriptis, vel principum, vel quorumque fidelium iuste et legaliter vel in praesenti habetis, vel in futurum Domino largiente habituri estis, saepefato Beatae Mariae monasterio confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius subditos praeter abbatis et fratrum voluntatem saeculari iudicio vel potestate constringere, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia proponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum ipsius loci vestri, seu monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque volueritis catholico accipietis episcopo. Ad haec adiicimus, ut episcoporum quilibet claustrum ipsum, et illic Domino servientes, temerario ausu excommunicare, sed neque capellas, quae circa ambitum monasterii sitae sunt, sine Romani Pontificis vel legati eius audientia interdicere vel excommunicare non debeat; neque caeteris ad vos pertinentibus locis sine certis causis praeindicium canonicae ultionis inferre. Sepulturam sane eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et externae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Missas quoque publicas praeter abbatis et fratrum voluntatem in eodem monasterio ab episcopo celebrari, vel stationes fieri prohibemus, ne forte in servorum Dei

Bona ad monasterium spectantia confirmantur.

Enumeratio huiusmodi bonorum.

Molestiam ullam aut vim illi inferre omnino interdicitur.

Abbas per monachos eligendus.

Monasterii omnimoda exemptio ab ordinarii iurisditione.

Sepulturam ibidem statuere cuicumque liberum.

Missas publicas ibidem celebrare nec episcopus possit sine abbatis consensu.

(1) *Cellae* vox crebro pro *Monasteriolis*, seu, ut olim vocabant, *Abbatiolis* vel *Obedientiis*, quae maioribus suberant, sumitur, ut in praes. diplom. et in plur. aliis. (R. T.) (2) Dominicatura, dominium, proprium, *proprietas*. (R. T.)

recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, huius decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iuxta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Poenae contra inobservantes.

Datum in monasterio Sancti Ægidii per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XVII kal. augusti, indictione IV, incarnationis dominicae anno MXCVI, pontificatus autem domini Urbani secundi, nono.

Dat. die 16 iulii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXVII.

Idem omnino privilegium pro monasterio Balneolensi (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Confirmatio bonorum ad monasterium spectantium; — Quae hic enumerantur. — Confirmatio quoque privilegiorum omnium. — Decretum immunitatis a quacumque molestia etc. — Abbas a monachis eligendus; — quibus liberum quoque sit altarium consecrationes et clericorum ordinationes a quocumque libuerit episcopo petere. — Idem ab ordinario episcopo excommunicari non possint, nisi consentiente Romano Pontifice; ab eius enim iurisdictione sint omnino liberi. — Sepulturam in monasterii ecclesiis statuere cuicumque sit liberum. — Poenae contra violatores privilegii huius.

(1) Edidit ex Cartulario monast. huius Baluzius loc. cit. num. CCCXV.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Benedicto abbati venerabilis monasterii sancti protomartyris Stephani, quod situm est in loco qui Balneolis dicitur, in comitatu Bisuldunensi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter petitionibus tuis, fili in Christo carissime Benedicte, non immerito annuendum censuimus, ut Balneolense monasterium, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis privilegio muniremus. Per praesentis ergo privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque hodie idem coenobium iuste possidet, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant: parochia videlicet de ipsa valle Balneoli, ecclesia Sancti Benedicti et Sancti Petri de Agemal, Sancti Romani de Millanicas cum cimiterio suo, Sancti Christophori, Sancti Iacobi cum decimis et primitiis suis, et cum medietate decimarum seu primitiarum de Villa Figerolis et de Eremitanis, ecclesia Sanctae Mariae, Sancti Laurentii cum cimiterio de Porcarii, ecclesia Sancti Mauritii de Calvis, Sancti Quirici, Sancti Martini de Campo Maiori in valle de Milliariis, ecclesia Sancti Petri, Sancti Andreae de Ritulis, Sancti Vincentii de Saliente, Sancti Iuliani de Augustino, Sanctae Mariae de villa Azert, Sancti Martialis de Quarantela, cella Sanctae Mariae de Rivo d'Azar cum decimis, oblationibus ac caeteris pertinentiis suis: in comitatu Petralatensi ecclesia Sancti Martini, Sancti Silvestri: in valle Mala, cella Sancti Ioannis de Crosis, Sancti Cypriani de Pineta, cum decimis, oblationibus, et caeteris earum pertinentiis: in comitatu Empuritanensi, cella Sanctae Crucis, Sancti Nicolai cum cimiteriis, et alodiis suis, et castrum Calepodium cum pertinentiis suis: in comitatu Gerundensi, ecclesia

Confirmatio bonorum ad monasterium spectantium;

Quae hic enumerantur.

Sanctae Mariae de Fenestris, Sancti Felicis de Buada cum decimis, oblationibus et caeteris earum pertinentiis: in comitatu Barchinonensi, monasterium Sancti Martialis de Monte Signi: in Tazilano ecclesia Sancti Salvatoris: mercati quoque, quod penes vestrum coenobium fieri solet, teloneum, et omnem iustitiam, tibi tuisque successoribus confirmamus. Quicquid praeterea vel per antecessorum nostrorum Apostolicae Sedis Pontificum privilegia, vel per authentica regum, seu principum scripta, vel ex quorumcumque fidelium oblationibus loco vestro iuste et legaliter collatum est, vel in futurum largiente Domino habituri estis, ratum vobis et integrum servari praecipimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut praeter abbatis et fratrum voluntatem eorum familiam saeculari iudicio et potestate constringere, aut coenobii possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum loci vestri, seu monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a quocumque volueritis catholico accipietis episcopo, sicut a nonnullis praedecessoribus nostris monasterio vestro est concessum, et a comprovincialibus est episcopis confirmatum. Ad haec adiicimus, ut episcoporum quilibet claustrum ipsum, et illic Domino servientes, temerario ausu, aut sine Romani Pontificis vel legati eius audientia interdicere vel excommunicare non debeat, neque caeteris ad vos pertinentibus locis sine certis causis praeiudicium canonicae ultionis inferre. Missas vero publicas praeter abbatis et fratrum voluntatem in eodem monasterio per episcopum celebrari, aut stationes fieri, vel ad agendas causas populares conventus aggregari prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Sepulturam quoque eiusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati nisi excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, huius decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Confirmatio quoque privilegiorum omnium.

Decretum immunitatis a quacumque molestia, etc.

Abbas a monachis eligendus.

quibus liberum quoque sit altarium consecrationes et clericorum ordinationes a quocumque libuerit episcopo petere.

Ibidem ab ordinario episcopo excommunicari non possint, nisi consentiente Romano Pontifice;

Ab eius eolim iurisdictione sint omnino liberi.

Sepulturam in monasterii ecclesiis statuere cuicumque sit liberum.

Poenas contra violatores privilegii huius.

Datum in monasterio Sancti Ægidii apud vallem Flavianam per manum Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XVI kal. augusti, indictione quarta, incarnationis dominicae anno MXCVI, pontificatus autem domni Urbani secundi Papae, nono.

Dat. die 17 iulii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXVIII.

Confirmatio bonorum, et donationum omnium, factarum vel in posterum faciendarum Iuviniacensi monasterio, cui privilegia immunitatis ac Apostolicae Sedis protectionis conceduntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, — eique bona omnia confirmantur. — Decretum immunitatis a quacumque vi, vel molestia; — et libertatis in abbatissae electione: — adhibito tamen episcopi dioecesani consilio. — Advocatus ab abbatissa eligendus: — Qui tamen, sicut et abbatissa, nihil a Monast. quoquomodo alienare possit. — Census annuus Sedi Apost. persolvendus. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectae filiae Halburgi (2) abbatissae monasterii Iuviniacensis, et caeteris, quae post eam regulariter in eiusdem monasterii regimine substituendae sunt.

Exordium.

Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum maxime, quae eius Sedi specialius adhaerent, et tamquam proprio iure subiectae sunt, quieti auxiliante Domino providere. Quapropter, filia in Christo charissima Galburgis, devotionis tuae precibus clementer annuimus, et Beatae Scholasticae virginis monasterium, cui Domino auctore praesides, apud villam, quae Iuviniacum dicitur, constitutum, sub Apostolicae Sedis protectionem specialiter confovendum praesentis decreti auctoritate suscipimus. Quod videlicet monasterium egregiae memoriae Bonifacius marchio et eius uxor Beatrix cum insigni filia sua domina Mathilde, beato Petro et episcopis sanctae Romanae Ecclesiae obtulerunt. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaevis bona a praedictis principibus eidem monasterio data, firma et illibata semper permaneant: ipsa videlicet Iuviniacencis villa integra cum utrisque medietatibus suis, quarum alteram praefatus marchio et eius coniux in vita sua, alteram post obitum eorum comitissa Mathildis beatae Scholasticae tradidisse cognoscitur: Remonis villa cum pertinentiis suis, et reditibus: medietas villae Verinoli Magni: Yreia cum duabus ecclesiis: Busonis villa cum appenditiis suis: Minus Viroliuum totum: in villa Vismoli mansi duodecim: in Marceio tres mansi cum ecclesia: in Clymenceio terra cum quarta parte ecclesiae: in Hastoii mansi quatuor, et tertia pars ecclesiae cum molendino: in Betrui mansi duo cum ecclesia: in Vellanes mansi duo et semis, sexta pars mansi ecclesiae, et molendini, et piscationis: in Gualkeringi mansus unus: apud Ase iuxta Masenceium terrae: apud aliud Ase quarta pars mansi: apud Nemachium mansus: apud Ham mansus cum quarta parte ecclesiae et molendini. Confirmamus etiam vobis ecclesiam de Surreio cum alodio et municipiis, novem perticata vinearum lasura (*sic*) quadriginta et septem diurnata bovum in Remoni villa, quae tua prudentia ab Arluino pretio comparuit (1). Quidquid praeterea idem Beatae Scholasticae monasterium iuste possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste ac canonice poterit adipisci, ratum vobis illibatumque servari sancimus. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradicti coenobii congregationem temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, earum, pro quarum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Trevirensis Ecclesiae canonica reverentia. Obeunte te, nunc eius loci abbatissa, vel earum quaecumque post te in eiusdem loci regimine successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia

Monasterium sub Apostolicae Sedis protectione recipitur;

Eique bona omnia confirmantur.

Decretum immunitatis a quacumque vi, vel molestia;

Et libertatis in abbatissae electione:

(1) Ex Mabillon. in Append. Annal. Benedict. tom. v, num. XLII. (2) Fortasse *Galburgae*.

(1) Fortasse *comparavit*.

praeponatur, sed quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Deum, et beati Benedicti regulam providerint eligendam, adhibito etiam dioecesani episcopi consilio, si catholicus religiosusque extiterit, ut iam omnino non liceat infra abbatiam ipsam aliquid violentiae vel pravae consuetudinis vindicare, aut gravaminis quicquam, quod ancillarum Domini Dei quieti impediat, irrogare. Advocatum quoque eiusdem loci non alium fore statuimus, nisi quem monasterio utilem abbatissa cum religiosarum suarum voluntate poposcerit. Nec ipsi, aut abbatissae, nec alicui loci ipsius ministro facultas sit Ecclesiae bona vel in feudum personis saecularibus dare, vel sub censum redigere, vel modis quibuslibet alienare. Nullum praeterea clericum in monasterio vestro ministrare permittimus, nisi de regularium canonicorum numero, quos apud B. Montani ecclesiam religionis vestrae solicitudo constituit, quibus delegatum ex vestrarum facultatum portionibus victum ne qua in posterum persona subtrahere audeat, interdicimus. Ad indicium autem perceptae a Romana Ecclesia libertatis, Virdunensis monetae sex argenteos quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica persona saecularisve, huius decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Adhibito tamen dioecesani episcopi consilio.

Advocatus ab abbatissa eligendus:

Qui tameo, sicut et abbatissa, nihil a monaster. quoquomodo alienare possit.

Census annuus Sedi Apost. persolvendus.

Solitae clausulae.

Datum in monasterio S. Ægidii apud vallem Flavianam per manus Iohannis S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis decimo quarto kal. augusti, indictione quarta, incarnationis dominicae anno MXCVI, pontificatus domni Urbani secundi PP., IX.

Dat. die 19 iulii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XXXIX.

Confirmata in concilio Nemausensi donatione Raymundi comitis Tholosani, monasterium S. Ægidii subditur S. R. Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Donatio Raymundi comitis qualis. — In concilio Nemausensi confirmata. — Lato anathemate contra inobservantes. — Monast. ipsum ab omni episcopali iure exemptum, — Soli R. E. subditur. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Comes nimirum Tholosanorum ac Rutheneusium, et marchio provinciae, Raimundus, potentatus sui partem a Romana Ecclesia detinens, honores omnes ad B. Ægidium pertinentes, tam in valle Flaviana quam in extrinsecis, quicquid iuste sive iniuste videbatur tenere, omnes rectas sive pravas consuetudines, quas ipsius antecessores, aut ipse habuerant, ob honorem Dei, et B. Ægidii reverentiam dereliquit. Quam videlicet missionem apud Nemausense concilium, iurans in manu nostra, Odiloni abbati et eius fratribus fecit, in Hierosolymitanam expeditionem iturus, seque et universos successores suos, si forte hoc donum irritum facere pertentarent, quod ad se erat, damnatione et maledictione mulctavit. Quid igitur, suggerente ipso et monachis exorantibus, in totius concilii conspectu firmavimus, necnon et per auctoritatis nostrae literas

Donatio Raymundi comitis qualis

In concilio Nemausensi confirmata.

(1) Ex Daccher. Spicileg. tom. VI.

stabilimus. Si quis ergo ecclesiastica, saecularisve persona hanc supradicti comitis missionem, et nostram atque totius concilii confirmationem evacuare, aut pervertere praesumpserit, usquequo satisfaciat, excommunicationi anathematique subdatur et honoris atque officii sui evacuatione plectatur.

Lato anathemate contra inobservantes.

Post haec divinae voluntatis dispositione actum est, ut apud B. Ægidii monasterium basilicae novae aram omnipotenti Deo nostris manibus dicaremus. Sanximus igitur, et sancimus, et ad posterorum memoriam literis designamus, ne quis ulterius archiepiscopus aut episcopus adversus eamdem Ecclesiam audeat excommunicationis aut interdictionis proferre sententiam; quatinus idem monasterium ex ipsius B. Ægidii traditione sanctae Romanae Ecclesiae iuri proprio subditum, Romanae semper libertatis gratia perfruatur. Si quis autem, decreti huius tenore cognito, obviam venire tentaverit, honoris et officii sui detrimentum patiatur, atque a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus pax et misericordia a Deo et Patre nostro et Domino Iesu Christo praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen, amen.

Monast. ipsum ab omni episcopali iure exemptum,

Soli R. E. subditur.

Solitae clausulae.

Datum per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, apud Avenionem in monasterio S. Andreæ, XI kalendas augusti, indictione IV, incarnationis dominicae MXCVI, pontificatus autem domini Urbani II Papae, IX.

Dat. die 22 iulii anno Domini 1096, pontif. anno IX.

XL.

Confirmatio libertatum omnium Cluniacensi monasterio a Summis Pontificibus concessorum; quibus nonnulla alia privilegia exemptionis adiunguntur (1).

(1) Ex Chartul. Sancti Dionisii de Nogento Rotrodi edidit Martinus Marrier biblioth. Cluniac., col. 520.

SUMMARIUM

Exordium. — Cluniac. monasterii dignitas. — Confirmatio libertatum et privilegiorum: — Item rerum omnium donatarum, pertinentiarum etc., et eorum, quae acquiri in posterum contigerit; — Atque exemptionis a subordinatione episcopali in altarium vel ecclesiarum consecratione, in ordinationibus monachorum, et in sacris peragendis: — A quibus suspendi, vel excommunicari monachi vel monasterium omnino non posse decernitur. — Poenae contra inobedientes huic decreto. — Presbyteri electi ad curas animarum ab episcopis accipere debeant facultates. — Qui si denegaverint, a Sede Apost. obtineant: — Eisdem quoque reservatur altarium et ecclesiarum consecratio gratis tamen peragenda. — Ei subiecti datur facultas recipiendi quemcumque ad ea confugientem, etiamsi anathemate sit obligatus, vel monachus, vel etiam clericus regularis. — Abbatis electio monachis conceditur; electoque facultas datur suscipiendi ordinationem a quo maluerit episcopo. — Decretum pro quiete monast., bonorumque ad illud pertinentium. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnium fidelium petitionibus et necessitatibus subvenire debeat apostolicae charitatis gratia, multo magis his est impertienda eius beneficii clementia, quos singulariter filios se gaudet habere Romana mater Ecclesia. Inter quos, quoniam Cluniacensis congregatio divino carismate caeteris imbuta, plenius ut alter sol enitet in terris, adeo ut his nunc temporibus ipsi potius conveniat, quod a Domino dictum est: Vos estis lux mundi (*a*); eo magis, o carissime frater Ugo, sublimitatis apostolicae auctoritas cogitur praebere vestris petitionibus assensum; cum etiam pro sanctimonia vitae desideriis vestris parere novimus auctorem omnium. Eapropter quicquid libertatis, quicquid tuitionis, quicquid auctoritatis praedeces-

Cluniac. monast dignitas.

Confirmatio libertatum et privilegiorum:

(*a*) Ioan. VIII, 12.

sores nostri Ecclesiae Romanae Pontifices, praesertim apostolicae memoriae Gregorius VII vestro monasterio et locis ad id pertinentibus contulerunt, nos quoque praesenti decreto, auctore Deo, confirmamus: scilicet, ut cuncta loca et monasteria ad Cluniacense coenobium pertinentia, quae ab aliquibus fidelibus christianis, regibus, episcopis, ducibus, comitibus, seu principibus eidem loco sunt concessa, et ab antecessoribus tuis acquisita, et quaecumque ad eumdem locum aliquo modo pertinere videntur, vel imposterum dabuntur, sive terrae, sive ecclesiae, sive decimae, et quaecumque quorumcumque beneficia fidelium, absque ullius contradictione cum magna quiete et securitate tu et tui possideatis, et per te universi successores tui in perpetuum. Necnon sub divini iudicii promulgatione et confirmatione, et anathematis interdictione corroborantes decrevimus, ut nullus episcopus seu quilibet sacerdos in eodem venerabili coenobio, neque omnino in aliquo loco huic subdito, pro aliqua ordinatione seu consecratione altaris, vel ecclesiae, presbyterorum, vel diaconorum, missarumque celebratione, nisi ab abbate eius coenobii, vel prioribus eidem coenobio subditis, invitatus fuerit, venire ad agendum praesumat. Sed liceat monachis tuis ubicumque positis cuiuscumque voluerint ordinationis gradum suscipere, ubicumque tibi et illis vestrisque successoribus placuerit. Interdicimus autem sub simili anathematis promulgatione, ut neque Cluniacum, neque loca ad id pertinentia ubicumque, episcopi vel sacerdotis deprimantur interdictionis titulo, seu excommunicationis vinculo vel anathematis. Non enim patitur Sedis Sanctae Apostolicae authoritas, ut illius cuiuscumque personae obligatione proscindatur a se, cuilibet concessa libertatis potestas. Non igitur fratres tui et monachi ubicumque, cuiuscumque episcopi vel maledictionis vel excommunicationis seu interdictionis vinculo teneantur astricti. Quod si quis, sciens hanc nostram paginam, contra eam facere praesumpserit, auctoritate beati Petri, cui Conditor omnium ligandi atque solvendi potestatem commisit, Ecclesia vestra et ipsi monachi absolvantur. Et is, quicumque sit, qui Apostolicae Sedis filium ligare sive maledicere contra decretum nostrum voluerit, maledictione perpetua ligetur, anathematizetur, condamnetur. Si qua vero competens ratio adversus quicquam moverit, et hoc aliter determinari vel diffiniri nequiverit, iudicium apostolicum, quod nulli praeiudicium praetendere patitur, super hoc patienter praestoletur, et humiliter requiratur. Licet quoque vobis seu fratribus in Ecclesiis vestris presbyteros eligere, ita tamen ut ab episcopis vel ab episcoporum vicariis animarum curam absque venalitate suscipiant; quas si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate officia celebrandi licentiam assequantur. Ecclesiarum vero, seu altarium consecrationes ab episcopis, in quorum dioecesibus sunt, locorum vestrorum fratres accipiant; si quidem gratis ac sine pravitate voluerint exhibere; alioquin a catholico, quem malueritis, episcopo, consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Decernimus etiam illius, cuius vice quamvis indigni fungimur, et auctoritate sancimus, ut idem locus, et loca ei subdita, omnibus ob salutem confugientibus sint misericordiae sinus, sint totius pietatis et salutis portus, obtineat in iis locum iustus, nec repellatur poenitere volens iniustus; praebeatur innocentibus caritas mutuae fraternitatis, non negetur offensis spes salutis et indulgentia pietatis. Et si aliquis etiam quocumque obligatus anathemate eumdem locum vel loca ei subdita expetierit, sive pro corporis sepultura, seu alterius utilitatis ac salutis gratia, minime a venia et optata misericordia excludatur; sed oleo medicamenti salutaris fovendus benigniter obligetur; quia et iustum sic est, ut in domo pietatis et

Item rerum omnium donatarum, pertinentiarum etc., et eorum, quae acquiri in posterum contigerit;

Atque exemptionis a subordinatione episcopali in altarium vel ecclesiarum consecratione,

In ordinationibus monachorum, et in sacris peragendis.

A quibus suspendi, vel excommunicari monachi vel monasterium omnino non posse decernitur.

Poenae contra inobedientes huic decreto.

Presbyteri electi ad curas animarum ab episcopis accipere debeant facultates;

Qui si denegaverint, a Sede Apost. obtineant:

Eisdem quoque reservatur altarium et ecclesiarum consecratio, gratis tamen peragenda.

Ei et subiecti locis datur facultas recipiendi quemcumque ad ea confugientem,

Etiamsi anathemate sit obligatus,

iusto praebeatur dilectio sanctae fraternitatis, et ad veniam confugienti peccatori non negetur medicamentum indulgentiae et salutis. Sit autem omnibus ibi advenientibus causa salutis hic et in perpetuum, divinae miserationis et pietatis refugium, et apostolicae benedictionis et absolutionis praesidium. Hinc etiam vobis praerogativam concedimus, ut quisquis ad vos alieni monasterii monachus pro vitae melioratione transierit, licenter recipiatur, remotis prioris loci querimoniis, ut largiente Domino, salutis, quam quaerere videtur, apud vos potiatur effectu. Clericos quoque regulares, quos canonicos vocant, qui vel in locis suis salvari non possunt, vel pro necessitatibus ad loca vestra confugiunt, suscipiendi, et vestrum propositum admittendi licentiam impertimur. Decernimus praeterea, et omnino constituimus, ut praedicti loci obeunte abbate, non ibi alicuiuscumque personae violentia constituatur ordinandus; sed ab ipsa congregatione loci secundum timorem Dei, et institutionem legislatoris Benedicti, Pater, qui sibi praeesse debeat, eligatur, atque ad eum ordinandum qualiscumque illis placuerit episcopus advocetur. Praeterea constituimus, ut nulli omnino hominum liceat vestrum venerabile coenobium et loca ei subdita temere perturbare, sed eorum Ecclesiae, decimae, possessiones, et bona caetera, quae pro animarum salute iam donata sunt, vel in futurum, Domino miserante, donari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostram constitutionem sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis iusta eidem coenobio suisque locis servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Vel monachus.

Vel etiam clericus regularis.

Abbatis electio monachis conceditur; electoque facultas datur suscipiendi ordinationem a quo maluerit episcopo.

Decretum pro quiete monasterii, bonorumque ad illud pertinentium.

Subtae clausulae.

Datum Lateani v idus ianuarii, indictione v.

Dat. die 9 ianuarii anno Domini 1097, pontif. anno IX.

XLI.

Monasterium S. Mauri Glannafoliense in Gallia Fossatensibus abiudicatum, Cassinatium ditioni restituitur (1).

SUMMARIUM

S. Maurus S. Benedicti discipulus: — Monasterium Glannafoliense construxit: — Et Cassinatibus regendum dedit: — Iisdem ab Hadriano PP. adiudicatum: — Dehinc a barbaris destructum Fossatentibus in regimen datum. — Urbano PP. porrectae preces pro restitutione Cassinatibus facienda. — Lis coram eodem agitata. — Hadriani privilegium suppositiitium. — Decretum, ut proprius ibi constitueretur abbas, monasteriumque Cassinatibus restitutum. — Bona omnia eidem confirmantur. — In posterum abbates a monachis de gremio eligendi. — Sin vero idoneus nemo ibi reperiatur, de Cassinen. eligatur. — Abbas quolibet quinquennio Cassinum adeat. — Cuius tantummodo ditioni sit subiectum. — Conclusiones.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, reverentissimo et carissimo fratri Oderisio nostris per Dei gratiam manibus, et in cardinalem sanctae Romanae Ecclesiae, sacerdoti, et in abbatem Cassinensis monasterii consecrato, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Pater et princeps monachicae institutionis, gratia et nomine Benedictus, discipulum suum beatissimum Maurum ob

S. Maurus S. Benedicti discipulus:

(1) Ex originali edidit Gattula Hist. Cassinen. saec. VI, pag. 298.

religionis studium docendum et augendum in Gallias destinavit, sicut in eorum gestis luce clarius reperimus; qui, ad loca destinata perveniens, monasterium, quod Glannafolium dicitur, in Andecavensium dioecesi divina gratia prosequente construxit, quod Cassinensi coenobio unde prodierat commisit; ubi, cum plurimis virtutum insignibus cooperante Domino effulsisset, Bertulfum discipulum suum abbatem substituens, monachis Cassinen. qui una secum venerant, super eum solicitius invigilare praecepit, ne in aliquo a rectitudine regularis tramitis deviaret, sicque temporalis vitae finem sortitus est, ac sepultus. Post nonnulla igitur annorum curricula, peccatis exigentibus, idem monasterium a Gaidulfo quondam destructum, sed postmodum religiosorum virorum studio reparatum. Eo itaque tempore venerandae memoriae Adrianus Papa simul cum Carolo rege Francorum et patritio Romanorum praefatum monasterium Glannafoliense venerabili Theodemario Cassinensi abbati, super hac re querimoniam facienti, cognita ratione restituit, atque auctoritate apostolica confirmavit. Verum, quia Dei iudicia abissus multa, iam dictum coenobium barbarorum incursu vastatum iterum et destructum asseritur. Depopulationis ergo illius barbaricae solitudine permanente, illustrium principum studio provisum fuit, quatenus Glannofoliensis locus, monachicae tunc quieti incongruus, per Fossatenses monachos disponeretur. Quae quidem dispositio usque ad tempora nostra immobiliter perduravit. Caeterum cum Fossatensis etiam locus a religionis observatione desiisset, Glannafoliensis Ecclesia per loci ipsius praepositos non tam disposita quam dissipata diutius videbatur. Contigit autem divinae dispositione clementiae cum pro ecclesiasticis causis in Gallias transissemus, nos locum illum cum confratribus nostris episcopis, et Romanae Ecclesiae cardinalibus visitasse. Fratrum igitur Deo servientium illic, et circum habitantium nobilium virorum nos turba circumstetit, super dissipatione multimoda conquerentium, quae ab his inferebatur, quorum eos oportuerat industria gubernari. Adiectae his sunt communis filii nostri Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et vestri Cassinensis coenobii monachi pro parte tua, et venerabilis fratris nostri Goffridi Andecavensis episcopi, et filii nostri Fulchonis Andecavensis comitis preces, proprium loco illi abbatem sub ditione Cassinensis Ecclesiae, auctoritate Sedis Apostolicae restitui postulantium; nec parum in brevi profectum loco eventurum sperabant; et de trigesimo, qui nunc inerat, monachorum numero repente ampliorem futurum, si quidem a Fossatensium erepti tyrannide, abbatis proprii regimine fruerentur. Proinde Fossatensibus monachis diem certum statuimus, quo se nostrae audientiae, si haberent privilegia praesentarent. Considentibus ergo nobiscum in Turonensi Ecclesia archiepiscopis, episcopis et abbatibus numero quatraginta quatuor, facta de hoc negotio quaestione, cartam nobis praedicti fratres in communi audientia praesentarunt quasi Romani Pontificis Adriani, quae omnino falsa manifestis est indiciis comprobata. Placuit itaque cunctis in commune fratribus, qui consederant, quandoquidem in Fossatensi monasterio religionis observantia iam per tempora longa defecerat, et Glannafoliensis locus per eos non meliorationi, sed deteriorationi videbatur expositus, cessante causa et cessare effectus, et Glannafoliensibus monachis abbatis cardinalis solatium redderetur. Ei tunc ergo communi decreto sancimus, et nunc per praesentis privilegii paginam, legitimum sempiternum, apostolica auctoritate statuimus, ut in loco illo venerabili, saepe superius nominato, cardinalis abbas perpetuis temporibus habeatur, salva per omnia reverentia et obedientia matris suae Ecclesiae Cassinensis. Praedecessorum nostrorum ergo Romanorum Pontificum

Monasterium Glannafoliense construxit:

Et Cassinatibus regendum dedit:

Iisdem ab Hadriano PP. adiudicatum:

Dehinc a barbaris destructum Fossatensibus in regimen datum.

Urbano PP. porrectae preces pro restitutione Cassinatibus faciendae.

Lis coram eodem agitata.

Hadriani privilegium suppositium.

Decretum ut proprius ibi constitueretur abbas:

Monasterium quoque Cassinatibus restitutum,

Adriani et Nicolai vestigia comitantes, praenominatum Glannafoliense coenobium cum omnibus pertinentiis suis, salva libertate et dignitate eiusdem loci, tibi quoque Cassinensi monasterio praesentis nostri privilegii pagina cum omnibus possessionibus suis confirmamus; in quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda: in primis villam Blazon, Longus Campus, Boscus Mariacus, Gena, Gaudiacus, Fano, S. Petri cum tota villa Fabriensi, S. Petri de Vodda, S. Remigii in Varena, S. Hilarii in Corcozona, villam Solonge, S. Mariae in Castro Doe, S. Martini de Castro Saracech, S. Iustini in Verce, Sancti Quirici, et Sanctae Mariae de Salmonsa, Gru cum pertinentiis suis, Sancti Martini in Bornu, Sancti Mauri in Lauduno, Sanctae Mariae in Vareno, villam Lambri cum pertinentiis suis, villam ad Panes, villam Syndvemont, S. Gervasii et Protasii in Battheaco, Sanctae Mariae in Mo, Sanctae Mariae de Rillo, Sancti Petri de Cotur, Sancti Simplicii, et Sancti Ioannis supra Ligerim, Sanctae Mariae in Danae, terras de Corne, Sancti Petri in Mazi, Sancti Simphoriani in Balzi, Sancti Petri de Anast cum septem aliis ecclesiis, Sancti Petri in Canovit, Sancti Ioannis, Sancti Petri et Sanctae Mariae in Salmur, Sancti Vetrini et Sancti Eusebii de Gena', Sanctae Mariae in Tori, Sancti Petri in Laior, Sancti Ioannis in civitate Andecavensi, Sancti Gervasii et Protasii in villa Briensi, Sancti Aniani in villa Brem, Sancti Mauricii in valle Carteniensi, Sanctae Mariae in Alanzo, S. Petri in Geii, S. Ioannis supra Ligerim, S. Mariae in Tanata, S. Petri et S. Mariae in Basilica, S. Ioannis in Cannuito, (1) Insula S. Mauri, ecclesiam in villa Maymina cum silvis et pertinentiis suis, S. Petri et S. Remigii prope Glannafolium, S. Martini in Urbanella, S. Saturnini iuxta Andecavis. S. Petri in Bessi, S. Symforiani et S. Simplicii in Baagi, S. Michaelis in villa Briensi, S. Martini in Bozi, S. Martini et S. Bebiani in Civili, S. Medardi in Civile, S. Mariae in Castro Lungi, S. Agem in villa Brem, S. Mariae et S. Martini in Brisart, S. Petri in Resti, S. Petri in Banios, S. Hilarii in Crottos, S. Andreae in Verri, S. Petri in Mangi, S. Vincentii in Domos, S. Mariae in Catinge, S. Simplicii in Ruccli, S. Petri in Ardeno, S. Iuliani in Birasi, S. Petri in Castro Caroli, S. Mariae et S. Laurentii in Tufelis, S. Martini et S. Lamberti in Platea, S. Salvatoris et S. Mariae in Cunalt, S. Gervasii in Baazi, S. Cosmi in Mili, S. Ioannis in Danezzi, S. Petri in Lorazo, S. Martini in Ambillo, S. Hylarii in Gredilli, S. Georgii in Aason, S. Georgii in Saboes, S. Georgii in Fontana, S. Petri in Trallazi, S. Perri in Baior de civitate Pictavi, S. Mariae in Alanzo, S. Petri in Monte Goer, S. Ioannis in Arezi, S. Iuliani in Ceuto, S. Petri in Aringi, S. Mariae in Danae supra Ligerim, S. Petri et S. Romani in Savoner, S. Georgii et S. Martini ad Leones, villam Fabrensem, S. Simplicii in Bartinge, villam Bornu, S. Mariae et S. Petri in Basages, terram de Culturis, terram de Varenna, villam Baugiacum cum ecclesia S. Symphoriani in Brittannia, Wiperica vicaria, Prisperiaca vicaria, Brucca vicaria, Quarantoia vicaria, Cambryzaica vicaria, Wer vicaria, Priula vicaria, Bemgloen vicaria, Winnona vicaria, factos sex iuxta ecclesiam S. Veterini in villa Canaba cum pertinentiis suis, et cum omnibus mansuum adiacentiis. Statuimus etiam ut obeunte nunc Girardo eius loci abbate, nullus ibi subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum beati Benedicti regulam elegerint, apud Casinum secundum tenorem privilegiorum suorum benedicendum. Quod si forte, quod evenire vix credimus, in ipsa congregatione aliquis ad hoc officium idoneus non reperitur, de Cassinensi coenobio abbatem sibi eligant ibidem similiter benedicendum; sic praepositurum Cassinensem, et

Bona omnia eidem confirmantur.

In posterum abbates a monachis de gremio eligendi.

Sin vero idoneus nemo ibi reperiatur, de Cassinen. eligatur.

(1) Forsitan *Insulam.*

vicariatum eiusdem Cassinensis abbatis per totam Galliam accipiens ad suum coenobium redeat. Omnibus autem quinque annis limina beati Benedicti Cassinensis visitet in Mauri loco: residcat in Casino: et in omnibus cellis eius, super eum nullus abbas sedeat: et nulli alio loco nisi tantum Cassinen. subdatur. Si quid vero de ordine monastico tractandum fuerit, tam arbitrio praepositi Cassinensis, quam et abbatis Beati Mauri disponatur. Insuper autem praesenti privilegio supradictum locum una cum omnibus suis pertinentibus ecclesiis et possessionibus per totum orbem roboramus, atque ut nullius alterius Ecclesiae vel episcopi, nisi Cassinensis Ecclesiae, ditionibus submittatur, auctoritate apostolica interdicimus. Quaecumque praeterea in futurum sive concessione Pontificum, sive liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poteritis adipisci, firma eidem loco et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnibus modis profutura. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse facimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati nullus obsistat. Si qua sane in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se existere divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo et sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem vestroque coenobio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen. Scriptum per manum Petri scriniarii sacri palatii.

Abbas quolibet quinquennio Cassinum adeat;

Cuius tantummodo ditioni sit subiectum.

Conclusiones.

Datum apud Tarracinam per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, XII kal. aprilis, indictione V, anno dominicae incarnationis MXCVII, anno autem pontificatus domni Papae Urbani secundi X.



Dat. die 21 martii anno Domini 1097, pontif. anno X.

XLII.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum Cassinen. monasterii: cum declaratione, quod nullum eidem praeiudicium inferatur ex privilegiis monasteriis S. Sophiae Beneventano et Bandusino nuper concessis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. Cassinense cum bonis omnibus Romanae Ecclesiae iuri subiectum. — Bona omnia ei confirmantur. — Decretum immunitatis ab omni molestia. — Declaratio, quod ex privilegiis monast. S. Sophiae, ac Bandusino nuper concessis, nullum Cassinen. praeiudicium inferatur. — Privilegia omnia eidem confirmantur. — Cella Palladii in urbe eidem conceditur in hospitium. — Abbas a monachis eligendus. — Clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, reverendissimo et carissimo fratri Odorisio, nostris per Dei gratiam manibus et in cardinalem sanctae Romanae Ecclesiae sacerdotem, et in abbatem Cassinensis monasterii consecrato, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Praeter generale caritatis debitum, praeter singularem vestri coenobii praerogativam, qua in monasticae legislatione, et latore sanctissimo Benedicto universorum per Occidentem monasteriorum caput a Domino institutum, illa etiam benignitatis magnificentia, qua semper, et nostris praecipue temporibus, congregatio vestra sanctae Romanae subvenit Ecclesiae, multum nos eidem loco fore compellit obnoxios. Is enim locus nostrorum pauperum relevatio, fugientium refugium, fessorum Sedis Apostolicae filiorum requies indefessa permansit et permanet. Et nos ergo, tam divinae constitutioni quam fraternae benignitatis dulcedini respondentes, locum ipsum, et universa ad eum pertinentia, quieta semper et omnium mortalium iugo libera permanere, et sub solius sanctae Romanae Ecclesiae iure ac defensione perpetua haberi decernimus: in quibus haec propriis nominibus adnotanda duximus. In primis monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem ipsius montis, atque monasterium S. Dei Genetricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumbarola; itemque monasterium S. Mariae in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis et pertinentiis suis, S. Sophiae in Benevento, S. Mariae in Canneto iuxta fluvium Trinium, S. Benedicti et S. Laurentii in Salerno, S. Mariae in Tremiti cum ipsis insulis, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marsi, S. Mariae in Luco, et S. Cosmati in Civitella, S. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae ancillarum Dei in civitate Cossentia, S. Mariae in Barise, S. Ioannis puellarum in Capua, Sancti Angeli ad Formam, Sanctae Agatae in Aversa; item Sancti Rufi, et Sancti Benedicti Pizuli in Capua, Sancti Petri de Laco, Sancti Petri de Avellana, Sancti Herasmi, et Sancti Benedicti et Sanctae Scholasticae in Caieta, Sancti Magni in Fundi, S. Stephani, et Sancti Benedicti in Terracina, Sancti Petri in Foresta, Sancti Pauli ibidem, Sanctae Mariae in Pontecorbo, Sancti Dionisii ad Pontem, Sanctae Anastasiae, Sancti Benedicti in Benevento ad Portam Rofini, Sancti Benedicti in Pantano, Sancti Angeli et Sancti Hicandi in Troia, Sanctae Ceciliae in Neapoli, Sancti Eustasii de Pantasia, Sancti Benedicti in Larino, et Sancti Benedicti in Pectinari, Sanctae Mariae ad Casalem Planum, Sanctissimae Trinitatis in Termule, Sancti Focatis in Lesina cum fuce et piscaria, S. Benedicti in Ascula, S. Eustasii in Petra Abundanti; item S. Eustasii in Vipera, S. Mariae in Barretano, S. Scholasticae in Pinne, S. Salvatoris in Tave, Sancti Nicolai iuxta fluvium Trutino in Abrutio, S. Benedicti in Trunto, Sancti Benedicti in fluvio Tisino, S. Apollinaris in Firmo, quod dicitur ad Opplanis, S. Mariae in Arbo-

Monast. Cassinense cum bonis omnibus Romanae Ecclesiae iuri subiectum.

Bona omnia ei confirmantur

(1) Edidit Gattula Hist. Cassinen. saecul. VI, pag. 149.

sela, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, et Sanctorum Septem Fratrum, et S. Laurentii, Sancti Benedicti in Ripavesa: in comitatu Aquinense cella S. Gregorii, et S. Martini, S. Pauli, S. Constantii, S. Christophori, S. Nicolai: S. Mariae in Albaneta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii in Comino, et S. Valentini et S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, Sancti Pauli, S. Felicis et S. Salvatoris, S. Angeli in Valle-Luci, S. Michaelis in Oliveto. S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannutio, S. Mariae in Verule, S. Petri in Escleta, S. Luciae, et S. Petri in Curuli, S. Silvestri et S. Martini et S. Luciae in Arpino, S. Mariae de Castello Zupponi, S. Benedicti in Colle de Insula, S. Mariae in Bauco, S. Nicolai in Turrice, S. Germani in Sora, Sancti Benedicti in Pascesano, S. Petri in Morini, S. Angeli in Pasclo Canali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, S. Herasmi in Pomperano, S. Mariae in cellis in Venafro, S. Benedicti, et S. Nazarii, et S. Martini in ipsa Furca et Curte, S. Mariae in Sala, et S. Benedicti Piczuli, ibidem S. Benedicti in Cesama, S. Benedicti in Svessa (1), et (2) curtem, quae dicitur Lauriana, S. Benedicti in Theano, S. Mariae in Calvo, S. Nazarii in Anglono, S. Adiutoris, et S. Benedicti in Alifas, S. Domnini in Telesia, S. Martini in Vulturno, in Amalfi S. Crucis et S. Nicolai, S. Crucis in Isernia, S. Marci in Carpenone, S. Valentini in Ferentino, S. Angeli in Algido, S. Marci in Ceccano, S. Agatae in Tusculana, et S. Hierusalem S. Benedicti in Albano: in Roma monasterium S. Sebastiani, quod dicitur Pallaria: in Lucca cella S. Georgii, S. Salvatoris in Civitella: in ducatu Spoletino, S. Mariae in Caleno S. Benedicti in Thrani, S. Benedicti in Bari, S. Petri Imperialis in Tarento: in Calabria cella S. Anastasiae, Sancti Nicolai in Salectano, S. Mariae in Tropea, Sanctae Eufemiae in Marchia; item civitatem (1), quae dicitur S. Germani, positam ad pedes ipsius montis, et castellum S. Petri, quod ab antiquis dictum est castrum Casini, castellum S. Angeli, Piniatarium, Plumbariola, Pesdemonte, Iunctura, S. Ambrosii, S. Apollinaris, S. Gregorii, Vallis Frigida, S. Andreæ, Vantra Monastica, Vantra comitalis, S. Stephani, Terami, Fracta, Mortula cum ipsa curte, quae dicitur Casa Fortini, S. Salvatoris, qui vocatur Cocuruzo, Turrem (2) ad mare iuxta fluvium Garilianum, S. Petri in Flia, S. Victoris, Torocclo, Cervaria, S. Heliae, Valle Rotunda, Sarraceniscu: in Marchia Teatina castellum, quod dicitur Lastinianus, Montem Alberici, Muccla S. Quirici cum Porta Frisa, S. Iustae: in comitatu Asculano castellum, quod dicitur Octanus, et post montem Cinianum, et Trivilianum, et Cavinum: in Principatu castellum, quod dicitur Ripaursa, Monsbellus, Petrafracida: in Comino castellum, quod vocatur Bicalvum: in Marsi territorio Carseolano castellum, quod dicitur Auricula, Piretum, Rocca, quae dicitur Incamerata, et Fossaceca: in Calabria Cetrarium: in Amalfi Fundicum: in territorio Troiano Castellione de Baroncello: in territorio Capuano Gualdum de Liburia, curtem S. Felicis de Miniano cum ecclesia S. Hippoliti. Praeterea per praesentis privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque in praesenti vestrum coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus abdicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profu-

Decretum immunitatis ab omni molestia.

(1) Lege *Suessa*. (2) Forsitan *curtis*.

(1) Fors. *civitas . . . posita*. (2) Fors. *Turris*.

Declaratio, quod ex privilegiis monasterii S. Sophiae, ac Bandusino nuper concessis, nullum Cassinen. praeiudicium inferatur.

tura. Porro de monasterio S. Sophiae, intra Beneventum sito, sive de monasterio Bandusino, nullum loco vestro praeiudicium evenire volumus pro privilegiis, quae nos, munimentorum vestrorum ignari, eisdem monasteriis contulisse cognoscimus; sed praedecessorum nostrorum munimina Cassinensi coenobio collata proprium robur obtineant. Eorumdem enim et nos vestigiis insistentes, Cassinense coenobium caeteris per Occidentem coenobiis praeferendum asserimus, et tam te quam successores tuos in omni conventu episcoporum seu principum superiores omnibus abbatibus consedere, atque in iudiciis priorem caeteris sui ordinis viris sententiam proferre sancimus. Usum compagorum, ac chirothegae, dalmaticae, ac mitrae praeter kardinalatus ius, quo in Sede Apostolica fungeris, tam tibi quam successoribus tuis in praecipuis festis habendum concedimus. Sane tam in ipso venerabili monasterio quam et in cellis eius, cuiuslibet Ecclesiae episcopum vel sacerdotem praeter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi praesumere prohibemus; ita ut nisi ab abbate vel priore loci fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare: liceatque ipsius monasterii et cellarum eius fratres vel clericos cuiuscumque ordinis de quocumque episcopatu ad conversionem venientes, absque episcoporum contradictione suscipere: liceat, absque cuiuslibet saecularis vel ecclesiasticae potestatis inhibitione, subiectos monasteriis suis tam monachos quam sanctimoniales foeminas iudicare: liceat etiam fratribus, pro cellis in civitatibus constitutis ad divina officia celebranda, quandocumque voluerint, signa pulsare: chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum a quocumque volueritis catholico accipiatis episcopo: baptismum vero per clericos vestros in oppidis vestris seu villis agatis. Reditum, qui ab officialibus nostris apud Hostiam vel Portum de navibus exigi solet, navi vestrae, si qua eo venerit, relaxamus. Ad perpetuum etiam hospitium tibi tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis, ordinetis; quem si forte Romano Pontifici in abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestrae congregationis monachum sub vestra decrevimus dispositione persistere. Obeunte autem te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Ad haec tam praesentium quam futurorum avaritiae ac nequitiae obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt seu direptiones in cuiuscumque abbatis morte aut electione fieri, auctoritate apostolica interdicimus. Si quis sane in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps vel dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire praesumpserit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in estremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Privilegia omnia eidem confirmantur.

Cella Palladii in urbe eidem conceditur in hospitium.

Abbas a monachis eligendus.

Clausulae.

Scriptum per manum Petri scriniarii sacri palatii.



Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis VI kal. aprilis indict. V, anno domin. incarn. MXCVII, anno autem pontificatus domni Papae Urbani secundi X.



Dat. die 27 martii anno Domini 1097, pontif. anno X.

XLIII.

Privilegium Verulensi Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur donationes huic Ecclesiae hucusque factae, vel imposterum faciendae. — Decretum pro immunitate eiusdem Ecclesiae, ac bonorum eius. — Solitae clausulae.

(1) Ex Tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Alberto Verulensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui licet indigni institiae custodes atque praecones in excelsa apostolorum principis Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, videmur existere. Tuis igitur, frater in Christo charissime Alberte, iustis petitionibus annuentes, S. Verulanam Ecclesiam, cui authore Deo praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut quaecumque eidem venerabili loco a quibushibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, Deo miserante, collata fuerint, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Vallis scilicet de Literana cum affinibus suis, Lacusce cum pertinentiis suis, Astianum, Patena, Mundeganum, Paternum, Cassale, Criptae Anselmi, Cassianum cum eorum pertinentiis, ecclesiae S. Crucis, S. Mariae, quae dicitur Rutunda, Sancti Archangeli, S. Mariae de Paretis cum pertinentiis suis, molendinum, quod est in Masena, cum pertinentiis suis, ecclesia S. Stephani, et S. Viti cum pertinentiis earum, ecclesia Ss. Cosmae et Damiani cum pertinentiis suis, ecclesia S. Angeli de Forgna cum sylvis et territoriis suis, ecclesia S. Ioannis in territorio Frusinonis, quae sita est iuxta flumen Casam, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, lacus de Masciano, et quicquid in territorio Surrici per authentica chartarum monumenta eidem Verulanae Ecclesiae pertinere cognoscitur. Per ipsam itaque tam tibi quam tuis successoribus episcopali iure regendam perpetuo, ac disponendam concedimus atque firmamus civitatem Verulanam cum

Confirmantur donationes huic Ecclesiae hucusque factae, vel imposterum faciendae.

omnibus adiacentibus eccl. intus vel foris, Trusinonem cum omnibus suis. Oppida Turricis, Larnaria, Paphen cum ecclesiis S. Petri et S. Columbae, monasterium S. Silvestri, Ripas Castrum, Monte-Nigrum, Fabrateriam cum finibus et pertinentiis earum, Ceperanum, Cannetum, castellum Novum, Strangulagallum, Carpenum, montem S. Ioannis cum eiusdem nominis monasterio, ecclesiam S. Petri de Arenula, S. Pudentianae, Babuenum cum omnibus ecclesiis eidem castello adiacentibus, duo praeterea canonicorum monasteria, unum videlicet S. Paterniani, alterum S. Petri de Canneto, ecclesiam S. Ioannis in Ceperano, et S. Magni cum omnibus aliis, ecclesiam S. Benedicti inter castrum et montem Nigrum sitam cum suis omnibus pertinentiis, ecclesia S. Angeli de Meruleta, et S. Stephani cum omnibus aliis, tuae tuorumque successorum dispositioni perpetuo subesse sancimus. In monasterio monachorum, quod dicitur Ss. Ioannis et Pauli, quicquid ad antiquum Verulani episcopii ius canonice pertinet, integrum vobis perpetuo servari censemus, salva nimirum nostrae S. R. Ecclesiae reverentia. Ad haec per praesentis privilegii paginam apostolica authoritate decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut sub cuiuslibet causae occasionisve specie minuere, sive suis usibus applicare, vel aliis, quasi piis de causis, pro suae avaritiae excusatione concedere; sed omnia integre conserventur, tam vestris quam clericorum ac pauperum usibus omnimodis profutura. Si quis igitur sacerdotum, aut clericorum, imperatorum, aut regum, principum, aut ducum, comitum, vicecomitum, iudicum, vel quarumlibet magnarum parvarumque personarum, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire praesumpserit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decretum pro immunitate eiusdem Ecclesiae, ac bonorum eius.

Solitae clausulae.

Scriptum Albani, et datum per manum Lanfranci vicesgerentis cancellarii anno Domini MXCVII, indict. sexta, domni Urbani II Papae anno X.

Dat. anno Domini 1097,
pontif. anno X.

XLIV.

Oscitanae civitati episcopalis dignitas restituitur; ac bona omnia, Ecclesiae huic ab Aragoniae regibus concessa, confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Osca civitas per Petrum Aragoniae regem a Saracenorum tyrannide liberata, — Episcopalis efficitur, — ac Jaccensis Ecclesiae caput. — Confirmantur eidem donationes omnes regum Aragoniae. — Confirmatur quoque concordia inita inter ep. Oscitanum, et clericos Ecclesiae D. N. I. Nazareni. — Assignatur dioecesis.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Oscensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Miserationibus Domini multiplices a nobis gratiarum habentur actiones, quia post multa annorum curricula nostris potissimum temporibus christiani populi pressuras relevare, fidem exaltare dignatus est. Nostris siquidem diebus in Asia Turcos, in Europa Mauros christianorum

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 774.

viribus debellavit, et urbes quondam famosas religionis suae cultui gratia propensiore restituit: inter quas Oscam quoque pontificalis cathedrae urbem Saracenorum tyrannide liberatam charissimi filii nostri Petri Aragonensis regis instantia catholicae suae Ecclesiae conformavit. Æquum igitur fore perpendimus, ut et nos omnipotentis Dei benignitatem, ipso praestante, liberalitate sanctae Sedis Apostolicae prosequamur; et cui multiplici miseratione ipse fidei suae reddidit libertatem, et nos quoque restituamus episcopalis cathedrae dignitatem. Praesentis ergo decreti auctoritate statuimus, ut eadem Oscitana Ecclesia, totius parrochiae, quae nunc Iaccensi Ecclesiae subdita est, et in ipsius Iaccensis Ecclesiae caput deinceps temporibus perpetuis habeatur. Locus autem episcopalis cathedrae in maiori illa Mazcita servetur, quam Sancii regis dono, Saracenorum temporibus canonici Domini nostri Iesu Christi Nazareni possederant; sed Petrus eius filius rex tuae fraternitati capta civitate concessit; cuius etiam dona caetera vestrae Ecclesiae collata, nos praesentis decreti auctoritate firmamus, et universa praedia sive possessiones, aut reditus vectigalium seu tributorum, quae bo. mem. Ranimirus rex, praesentis regis Petri in Domino carissimi filii avus, cum filio suo Sancio Iaccensi Ecclesiae per regalis excellentiae scripta concessit, nos largiente Domino supradictae Oscitanae Ecclesiae illibata in perpetuum permanere censemus; sicut etiam idem rex Petrus in oblationis suae literis optasse ac statuisse cognoscitur: exceptis nimirum his, quae praefatus eius filius Sancius rex una cum filio suo Petro saepe superius nominato, consentientibus praedecessoribus tuis Sancio et Garsia, te quoque idipsum confirmante, de illa Ranimiri parentis sui constitutione mutavit. Item tam tibi quam successoribus tuis, et Ecclesiae vestrae in perpetuum stabilimus quidquid ab egregio rege Sancio oblatum cognoscitur: his exceptis, quae de ipsius chirographo praefatus rex Sancii filius, consentientibus Ecclesiae tuae clericis, et eximio praeposito Canonicae D. N. Iesu Nazareni, teque idipsum confirmante, mutavit.

Osca civitas per Petrum Aragoniae regem a Saracenorum tyrannide liberata.

episcopalis efficitur,

ac Iaccensis Ecclesiae caput;

Confirmantur eidem donationes omnes regum Aragoniae.

Venientes enim ad nos sedis tuae archidiaconus Lupus, et idem eximius Ecclesiae D. N. Iesu Nazareni praepositus, in nostra audientia collaudaverunt, et mutuo consensu confirmari petierunt diffinitionem illam, quae inter te et filium nostrum Petrum Aragonensem seu Pampilonensem regem acta est apud castrum Calasanz, de rebus ac reditibus Ecclesiae tuae, et Canoniciae D. N. Iesu Nazareni. Dilectio siquidem tua quartam decimarum partem de toto Monte Aragone, et quicquid praeter animarum curam, et ecclesiarum seu clericorum consecrationem ad se episcopali iure pertinebat, intercedente supradicto rege, illius Canonicae clericis tradidit, et scripti cautione firmavit. Illi vero medietatem decimarum, quam de Oscitana civitate per manum eiusdem regis accipere consueverant, tuae tuorumque successorum ditioni restituerunt. De laboribus autem domus regis decimarum medietas tibi, et episcopalis cathedrae clericis: altera autem medietas canonicis D. N. Iesu Christi mutua caritate convenit. Caetera vero omnia secundum Sancii bo. mem. regis, et supradicti eius filii chirographum communi concordia statuistis, et a nobis eadem stabiliri per supradictos nuncios postulastis.

Confirmatur quoque concordia inita inter ep. Oscitanum, et clericos Ecclesiae D.N. I. Nazareni.

Ad haec adiicientes statuimus, ut parochiarum fines, qui adhuc Saracenorum oppressionibus detinentur, ad Oscitanam Ecclesiam antiquo iure pertinentes, in idipsum referantur, cum eas omnipotentis Dei dignatio christianae restituerit ditioni. Hasien quoque Canonicam nostri iuris, quam supradicti Ranimiri regis filius, Petri vero regis avunculus, Sancius comes, suo studio aedificatam, sanctae Romanae Ecclesiae obtulit, nos tam tibi quam successoribus tuis, et Ecclesiae vestrae canonicis, Apostolicae Sedis decreta ser-

Assignatur dioecesis.

vantibus, et gratiam obtinentibus, regendam seu disponendam secundum fundatoris votum committimus; eo videlicet tenore, ut et regularem illic disciplinam servari attentius faciatis, et ex loco ipso censum annuum Lateranensi palatio auri unciam dimidiam persolvatis. Praeter hoc universa decimarum seu primitiarum debita tam ex ipsa civitate Osca, quam ex caeteris finibus, quos ad eam episcopali iure pertinere constiterit, tam tibi quam tuis successoribus canonice ordinatis, seu cathedrae ipsius clericis, confirmamus, praeter illam reditnum partem, quam supradicti regis Petri precibus fraternitas tua Iesu Nazareni canonicis benigniore liberalitate concessit. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, etc.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, v idus maii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MXCVIII, pontificatus autem domni Urbani II Papae anno XI.

Dat. die 11 maii anno Domini 1098, pontif. anno XI.

XLV.

Privilegia monasterio SS. Trinitatis de Cava, caeterisque in dioecesi Salernitana constitutis monasteriis, concessa in praeiudicium archiepiscopi, irritantur cum decreto, ut quae ab eisdem monasteriis post mortem Gregorii VII sunt acquisita, suis reddantur Ecclesiis (1).

SUMMARIUM

Urbanus PP. concessum a se monast. de Cava privilegium immunitatis, datum fatetur per ignorantiam privilegiorum Salernitan. Ecclesiae, quae suae fuerant notitiae subrepta. — Illud irritat; — Totumque ius Salernitanis archiepiscopis restituit. — Bona vero, quae monasteria ante Gregorium VII obtinuere, eisdem confirmat. — Caetera suis reddit Ecclesiis.

(1) Ab authographo edidit Ughell. Ital. Sac. tom. VII.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Alphano S. Salernitanae Ecclesiae archiepiscopo, suisque successoribus.

Quia monasterio SS. Trinitatis, quod in vestra parochia situm est, precibus P. abbatis eiusdem monasterii, pro charitate fratrum in eo religiose viventium, libertatem concessimus, et illud sub tuitione et subiectione solius S. R. E. recepimus, et ipsi abbati suisque successoribus concessimus, ut abbatis benedictionem a Romana tantum Ecclesia reciperent: et ecclesiarum, et altarium, et clericorum consecrationes a Salernitano archiepiscopo acciperent, si catholicus esset, et nostram successorumque nostrorum gratiam haberet, alioquin praefato abbati suisque successoribus liceret a quocumque vellent episcopo praedicta recipere; modo vestrae Ecclesiae privilegia videntes, quae prius ignorabamus, in veritate comperimus, quod antecessores nostri Ecclesiae vestrae concesserint omnes ecclesias, et omnia monasteria tam constructa quam construenda, sive infra civitatem sive extra, ut eidem subiectae Ecclesiae vestrae, et integrum ius in ipsis et in clericis earum haberet, sicut canones Ss. Patrum praecipiunt. Advertimus tandem, nobis persuasum fuisse contra canones Ss. Patrum et contra auctoritatem antecessorum nostrorum de omnibus suprascriptis, quae praefato abbati suisque successoribus concesseramus. Ideoque suprascripta omnia per subreptionem nobis suggesta advertimus, et advertentes irrita.... deinceps fore decernimus; et Ecclesiae vestrae, ac vobis vestrisque successoribus de praedicto monasterio et de aliis monasteriis, et de omnibus ecclesiis, vel clericis eorum secundum canones sanctorum Patrum, et secundum privilegia antecessorum nostrorum, vestrae Ecclesiae facta, canonicum ius reddimus in integrum. Praeterea si praedictum monasterium vel alia

Urbanus PP. concessum a se monast. de Cava privilegium immunitatis, datum fatetur per ignorantiam privilegiorum Salernitanae Ecclesiae, quae suae fuerant notitiae subrepta.

Illud irritat:

Totumque ius Salernitanis archiepiscopis restituit.

Bona vero, quae monasteria ante Gregorium VII obtinuere, eisdem confirmat.

monasteria aliquas ecclesias habuerunt in parochia vestra ante decreta venerabilis mem. Gregorii VII Papae antecessoris nostri, illi habeant. Quod si praedictum monasterium et reliqua monasteria aliquas ecclesias post decreta praefati Papae in vestra parochia, vestra sive concessione, vel praedecessorum et successorum vestrorum, quomodolibet acquisierunt vel acquisierint, Ecclesiae vestrae illas reddimus et stabilimus. Tantum si praedicto monasterio, aut reliquis monasteriis quamlibet iniustitiam aliquis fecerit, et propterea ad auxilium Romanae Ecclesiae confugerint, a tuitione nostra et successorum nostrorum illa non repellimus. Datum Romae, anno dominicae incarnationis MCXVIII mens. maii, indict. VI.

Caetera suis reddit Ecclesiis.

Dat. mense maii anno Domini 1098, pontif. XI.

XLVI.

Confirmatio S. Urgellensis Ecclesiae, bonorumque ad eam spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad hanc Ecclesiam spectantia confirmantur. — Statutum pro immunitate clericorum. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Oloni Urgellensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae custodes atque praecones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi Domino disponente videmur existere. Tuis igitur, frater in Christo carissime Oddo, iustis petitionibus annuentes, sanctam Urgellensem Ecclesiam, cui auctore Deo praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut universa, quae iuste ad eamdem Ecclesiam sive parochiali sive proprietario iure pertinere noscuntur, tibi tuisque successoribus libera semper et illibata serventur: scilicet Cerdaniensis pagus, Libianensis, Bergitanensis, Paliarensis, Libacurcensis, Gestabiensis, Cardoseusis, Anabiensis, Tirbiensis, et locum (1) Sanctae Deodatae cum finibus suis, castrum de Gisona cum omnibus terminis suis, castrum de Lanera cum finibus suis, castrum Celsona, et ecclesia Beatae Mariae Celsonae cum omnibus sibi pertinentibus, castrum Aguda de Vallearia cum finibus suis, castrum Clusae cum finibus suis, castrum Figerola et Fontaned cum omnibus eorum pertinentiis, castrum Perarva, castrum Sallent, et villa Montaniocel et de Cubilar cum finibus eorum, castrum Corneliana cum terminis suis, et Tossen cum finibus suis, castrum, turris et villa Bicaran, et villa Archevel cum earum pertinentiis, et vallem Andorra cum omnibus finibus suis, castrum Rivi Matrici, castrum Colomers, castrum Sarred, castrum Arnall, castrum Archalis cum omnibus eorum pertinentiis, et villa Saort, et villa Loguanes, et villa Aquatepida, Calbiciniano, et Feners, et Subinonte, et Alass, Leton, Clopedera, Ges, Sardinae, ambae Nocolonae, ambo Boxedera, villam Sancti Stephani, et villam ipsius Sedis Urgellensis cum omnibus earum pertinentiis: in Ausonensi parrochia, castrum de Turrizella, Castelleto subtus Menresa, salvo parrochiali iure Ausonensis episcopi. Confirmamus etiam tibi tuisque successoribus tertiam partem telonei sive mercati in omnibus locis ad vestrum episcopium pertinentibus, primitias quoque ac decimas secundum canonicas sanctiones distribuendas. Quicquid praeterea in praesentiarum vestra Ecclesia iuste possidet, sive in futurum iuste atque canonice poterit adipisci, tibi tuisque successoribus firmum semper integrumque permaneat. Ad haec adiicientes statuimus, ut parrochiae vestrae clerici nullius saecularis potestatis districtionibus

Bona ad hanc Ecclesiam spectantia confirmantur.

Statum pro immunitate clericorum.

(1) Ex Chartulario Ecclesiae huius edidit Baluzius in Appendice ad Marcam Hispan. loc. cit. num. CCCXX.

(1) Forsitan *locus*.

addicantur; sed iuxta sanctorum canonum instituta episcopali semper sint subditi disciplinae. Si quis sane in crastinum archiepiscopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, marchio, comes, vicecomes, iudex aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Scriptum per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae scriniarii, Constantini filii, in mense et indictione subscripta. Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, VIII idus aprilis, indictione VI, anno dominicae incarnationis MXCVIII, pontificatus autem domni Urbani secundi Papae XI.

Solitae clausulae.

Dat. die 6 aprilis anno Domini 1098, pontif. anno XI.

XLVII.

Salernitanis archiepiscopis primatus super Consanam et Acheruntinam Ecclesias confirmatur: cum decreto quod cum illorum consilio istarum archiepiscopi eligantur, obedientiam illis praestituri (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Salernitanae Ecclesiae decus. — Primatus super Consanam et Acheruntinam Ecclesias. — Illorum archiepisc. semper cum consilio Salernitani archiepisc. eligendi; cui post consecrationem obedientiam promittant. — Adhortatio ad Salernitanos archiepp. — Clausulae.

(1) Ab exemplari edidit Ughell. Ital. Sac. tom VII.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Alfano Salernitano archiepiscopo eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Singulare semper Sedis Apostolicae privilegium claruit, subiectas sibi per orbem terrarum Ecclesias et auctoritate disponere, et benignitate clementius confovere: quibus autem supernae Maiestatis dignatio gratiae suae pleniorem contulit largitatem, ipsa etiam consuevit excellentiorem contribuere dignitatem. Unde non immerito extimamus, Salernitanam amplioribus nostrae benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Dominus eximiae suae donationis praerogativa per misericordiam gratuitam sublimavit. Ex novissimis namque terrarum finibus B. Matthaei apostoli et evangelistae corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi, clementissima suae dispositionis dignatione permisit: cuius scilicet apostoli quanta sit in Deo et Ecclesia gloriae eccellentia, collatorum divinitus munerum gratia cumulate demonstrat. Hic enim primus inter caeteros Evangelii seriem scribere inspiratione divina exorsus est. Hic in divini seminis fructu trium ordinum coronam centesimam singulariter reportavit, ut simul apostolus, evangelista et martyr existeret: adiecit ad haec omnipotens Dominus, ut eamdem Ecclesiam gloriosorum martyrum Fortunati, Gaii et Antheis, triumphis simul et corporibus honoraret. Apposuit etiam tertii muneris claritatem, ut eam nostris temporibus Gregorii apostolicae memoriae Papae VII tam exilio quam tumulo illustraret; cuius quam egregia vita, quam praeclara doctrina, quam miranda constantia fuerit, Romana Ecclesia praedicat: Occidens universus agnoscit: tyrannorum pertinacia tolerata et conculcata testatur. Nec illud tamquam ingrati praeterimus, quae inter multimodas Sedis Apostolicae persecutiones, quas nostris temporibus pertulit Ecclesia eadem, gloriosissimorum ducum Roberti,

Salernitanae Ecclesiae decus.

et filii eius Rogerii, devotione ac studio, filiorum Sedis Apostolicae, nonnunquam etiam nostri ipsius requies et portus fuit. Cum igitur per omnipotentis Dei gratiam Sedis Apostolicae, licet indigni, moderamina teneamus, tantis divinae gratiae beneficiis, et vestrae devotionis officiis per sententiae Romanae Ecclesiae liberalitatem concurrendum et respondendum arbitrati sumus; ob reverentiam siquidem S. et gloriosae, semperque Virginis Dei Genetricis Mariae, et beati apostoli evangelistae ac martyris Matthaei, ob devotionem reverendissimi Patris ac praedecessoris nostri Gregorii, ob petitionem nihilominus tam tuam quam charissimi filii nostri ducis Rogerii, qui semper Apostolicae Sedi fideliter obsecutus est, veterum etiam Ecclesiae vestrae privilegiorum rationibus informati; tibi deinceps tuisque successoribus super Consanam et Acheruntinam Ecclesias et earum suffraganeos primatum gerere ex Apostolicae Sedis liberalitate concedimus. Has nimirum Ecclesias sive civitates Ecclesiae vestrae privilegia continent, tamquam vestrae metropoli olim ex Apostolicae Sedis concessione subiectas. Verum, et ipsae, qua nescimus ratione, et pallei dignitatem et privilegiorum auctoritatem praeteritis temporibus a Sede Apostolica meruerunt. Verum, quia praedecessorum nostrorum statuta inconvulsa et intemerata manere cupimus, eis quidem propriae dignitatis gratiam conservamus, ut archiepiscopali honore ac nomine potiantur; vestrae vero Ecclesiae suorum privilegiorum integritatem hoc ordine restituimus. Quidquid igitur reverentiae, quidquid subiectionis primatibus persolvendum, sacrorum canonum decreta constituunt, tibi deinceps tuisque successoribus legitimis a Consano et Acheruntino archiepiscopo persolvatur. Quin etiam ex abundantia gratiae plenioris adiicimus, ut etiam praesente Romanae legato Ecclesiae in supradictis duabus metropolitanis urbibus, cum tuo semper aut successorum tuorum consilio archiepiscopi eligantur. Cum vestris etiam literis aut nuntiis consecrandi ad Sedem Apostolicam dirigantur. Et item ipsi ad successorum tuorum electionem nihilominus advocentur. Post consecrationem vero, vel pallium ab Apostolica Sede perceptum, tibi tuisque successoribus tamquam primati obedientiam promittant et exhibeant: salva in omnibus secundum canonicas sanctiones Romanae auctoritate Ecclesiae, ipsarum etiam urbium privilegiis robur proprium obtinentibus. Oportet igitur, et vos propensiorem deinceps Apostolicae Sedi devotionem et obedientiam exhibere, et eius in omnibus decreta efficacius observare, ut quanto per eam altius supra caeteros sublimamini, tanto ei humilius et cordis affectione, et operis exhibitione subiiciamini. Vitam etiam vestram, et mores solicitiori expedit custodia moderari, ut qui aliorum iudices eligimini, vosmetipsos prius secundum Apostoli sententiam districtius iudicetis: Mandatum Domini sine macula, et irreprehensibile conservate; ut cum apparuerit Princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriae coronam. Fraternitatem vestram superna Dignatio per tempora multa conservare dignetur incolumem. Si quis autem, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Conservantibus autem haec, pax Domini nostri Iesu Christi et misericordia; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Primatus super Consanam et Acheruntioam Ecclesias.

Illorum archiepisc. semper cum consilio Salernitan. archiepisc. eligendi;

Cui post consecrationem obedientiam promittant.

Adhortatio ad Salernitanos archiep.

Clausulae.

S. Petrus, S. Paulus. Urbanus PP. II.

Datum Salerni per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis XIII kal.

augusti, indictione VI ab incarn. Dom. anno MXCVIII, pontificatus autem D. Urbani II Papae XI.

Dat. die 20 iulii anno Domini 1098, pontif. anno XI.

XLVIII.

Cella Cinglensis monasterio Montis Casini asseritur, iniuncta tamen lege, ut semper illic ancillarum Dei congregatio remaneat (1).

SUMMARIUM

Procemium. — Series controversiae de Cinglensi cella. — Eadem cella Cassinensi abbati adiudicatur: ita tamen ut inde sanctimoniales nunquam expellantur.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Cassinensis coenobii monachis, salutem et apostolicam benedictionem.

Procemium. Ex officii nostri debito et auctoritate compellimur, Ecclesiarum saluti et paci, prout Dominus scire et posse dederit, providere: vestri praecipue monasterii, quod sanctae nostrae Sedi Apostolicae semper familiarius ac devotius adhaesit, et in omni persecutionis opportunitate promptius ac benignius adfuit. Ideoque opportunum duximus secundum petitionem venerabilis fratris nostri Oderisii abbatis vestri, nostris in posterum literis annotare, qualiter Cinglensis cellae causa, unde vestrum coenobium diutius inquietatum est, nuper in nostra sit audientia nostro iudicio diffinita. Quod enim dilectio vestra plenius novit, saepe de eodem negotio in Romana Ecclesia inter synodales actus ante praedecessores nostros quaestio acta est a sanctae memoriae Desiderio Apostolicae Sedis presbytero cardinali, et monasterii Casinensis abbate, qui postmodum divinae dignitatis gratia ad summi pontificatus apicem pervenit, sed exiguo tempore supervixit. Nostro etiam tempore in synodalibus gestis a confratre vestro, quem superius nominavimus, Oderisio, sanctae nostrae Ecclesiae presbytero cardinali, de causa ipsa coram nostra est praesentia saepius proclamatum. Accidit autem, ut Robertus comes, ad beati Benedicti devotionem promptius conversus, locum ipsum ad vestri monasterii ius pertinere cognosceret, qui mox eumdem locum in manum praefati fratris nostri Oderisii reddidit; eo siquidem tempore abbatissa, quae in cellam violenter ingressa fuerat, eiusdem comitis timore discesserat. Coepit inter haec illa nostrae auctoritatis aurem, dum in urbe essemus, crebris clamoribus appellare; unde nos ex latere nostro viros strenuos usque Capuam destinavimus, qui diligenter causam utramque cognoscerent, et pacifice definirent; quod tunc quidem quibusdam occasionibus ad effectum pervenire non potuit. Post aliquantum pro causis ecclesiasticis urbem egressi, cum eamdem causam diligentius in utriusque partis praesentia tractaremus, cognovimus, praefatum venerabilem fratrem nostrum Oderisium abbatem vestrum, non malitiae intentione, sed iustitiae respectu locum illum tamquam sui iuris, de quo saepius proclamaverat, recepisse. Enim vero et pontificalibus decretis, et regalibus instrumentis, et loci fundatoris chirographo cellam ipsam ad vestrum ostendebatur monasterium pertinere. Quia tamen sine iudicio praecedente receperat, aequum nobis visum est, ut abbatissa, quae se querebatur expoliata, reinvestiretur; post reversionem vero nostram in utramque partem legitimum iudicium ageretur. In iis diebus, largiente Domino, plenarium in Barensi urbe concilium celebrare disponebamus. Post menses igitur sex abbatissam illam et literis, et nostri oris invitatione revocavimus: venire quidem renuit, sed nuntium destinavit. Cum autem minus plenas, nec satis rationabiles causas de illius absentia coram concilio reddidisset; nos, ne quod illa gravamen pati querere-

Series controversiae de Cinglensi cella.

(1) Ex Archiv. Cassinen. edidit Mabill. loc. cit. num. XLVII.

tur, eiusdem causae actionem usque ad nostrum reditum duximus deferendam. Porro Beneventum venientes, iterum nostras ad illam literas destinavimus, diem et locum, quo causa ventilanda fuerat, designantes. Cum autem nec tunc venisset, ad locum alium eam tertio vocavimus. Venit illa, sed causam aggredi recusavit, asserens se nequaquam omnia Cinglensis cellae munimenta et literas recipisse; ad quod fratrum nostrorum quidam sacramentis asserere parati fuerant, se nec plures, nec alias in loco eodem cartas, quam quas reddiderant, invenisse. Illa secreto nonnullis fratrum, qui nobiscum erant, munimenta sua prodidit; nobis autem ostendere detrectavit; cumque iudiciario ordine causam nec vellet agere, nec valeret, nos eam, ut ad abbatis et fratrum vestrorum concordiam satageret, commonuimus: nec monita suscepit, et iudicium penitus subterfugit. Iterum coenobii vestri munimina vidimus: iterum Pontificum Romanorum privilegia, et imperatorum scripta perspeximus: iterum fundatoris loci chirographum, et Beneventani principis, qui tunc temporis fuerat, concessionem audivimus; quibus omnibus instructi, ut prius, sumus, Cinglensem cellam ab ipso fundationis exordio ad Cassinense coenobium pertinuisse; et per Cassinensis abbatis voluntatem sanctimonialium ibi congregationem fuisse dispositam. Sic post multas tandem dilationes, negotii veritate perspecta, communicato cum fratribus nostris episcopis, seu Romanae Ecclesiae cardinalibus, iudicibusque consilio, venerabili fratri Oderisio abbati vestro Cinglense monasterium ex integro restituimus; ita tamen ut de loco ipso sanctimoniales minime expellantur, sed semper illic puellarum Dei congregatio conservetur, tanto, ut speramus, religiosius, quanto sanctiori patrono monasterioque commissae sunt: salva in omnibus Sedis Apostolicae reverentia. Quam scilicet restitutionem literis praesentibus ratam et inviolatam perpetuo manere censemus, dico, decernimus. Si quis autem post haec, huiusce actionis tenore cognito, constitutioni nostrae temere obviare temptaverit, apostolicae indignationis ultione plectetur; qui vero conservator extiterit, divinae benedictionis gratia perfruatur. Scriptum per manum Petri scrinarii sacri palatii, indictione septima, mensis decembris die VII. Datum Romae apud Beatum Petrum per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, VI idus decembris, indictione septima, anno dominicae incarnationis MXCVIII, pontificatus autem domni Urbani II Papae, XI.

Eadem cella Cassinensi abbati adiudicatur: ita tamen ut inde sanctimoniales nunquam expellantur.

Dat. die 8 decembris anno Domini 1098, pontif. anno XI.

XLIX.

Monasterium S. Cucuphatis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur: eique bona omnia ac privilegia hactenus concessa confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur: — Eique bona omnia confirmantur. — Decretum immunitatis a cuiuscumque personae molestia; et libertatis in eligendo abbate ex gremio monachorum; electus vero consecrandus ab episcopo dioecesano, nisi fuerit excommunicatus. — Eadem decernuntur pro altarium consecratione, et clericorum ordinatione. — Census annuus Ecclesiae S. Pauli de Urbe persolvendus. — Poenae contra temeratores privilegii huius.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Berengario abbati monasterii Sancti Cucuphatis, quod Octoviense dicitur, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus, et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia ergo dilectio tua, ad Sedis Exordium.

(1) Ex Archiv. monasterii huius edidit Baluzius loc. cit., num. CCCXVII.

Apostolicae portum confugiens, eius tuitionem devotione debita requisivit, nos supplicationi tuae clementer annuimus. Beati siquidem Cucuphatis venerabile monasterium, cui disponente Domino in abbatem praesse dignosceris, nos, iuxta venerabilium praedecessorum nostrorum exemplar, sub Apostolicae Sedis protectione specialiter in perpetuum manere sancimus; et tam ipsum, quam universa ad ipsum pertinentia, tibi tuisque legitimis successoribus possidenda, regenda, ac disponenda firmamus: alodium scilicet, quod in monasterii ipsius ambitu circumsitum est, cum ecclesia Sancti Petri et Sancti Severi, cum omnibus finibus pertinentiisque suis, sicut in praedecessorum nostrorum privilegiis continetur: monasterium Sanctae Caeciliae de Monte Serrato cum terminis et possessionibus et pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Laurentii et Sancti Stephani, quae sunt in monte, quem dicunt Sancti Laurentii, cum ecclesia Sancti Stephani et Castellari cum terminis, adiacentiis, possessionibus pertinentiisque suis: ecclesiam Sancti Pauli extra muros Barcinonae cum alodio, quod ibi obtulit Giribertus et uxor eius, cum omnibus, quae modo possidet et inantea acquisierit: ecclesiam Sanctae Mariae de Fonte Rubea cum alodio, quod ibi obtulit Geraldus Mironis: ecclesiam Sancti Petri de Clariano, ecclesiam Sancti Vincentii de Aqua-Alba, ecclesiam Sanctae Mariae et Sancti Stephani de Palatio, ecclesiam Sancti Cucuphatis de Rifano, ecclesiam Sancti Stephani de Rivipullo, ecclesiam Sancti Afiseli de villa Auziri, ecclesiam Sancti Martini et Sancti Romani de Monte Gato, ecclesiam Sancti Felicis de Castellario, ecclesiam Sancti Sebastiani de Monte-Maiore cum ipso monte, ecclesiam Sanctae Mariae de Toledolo, ecclesiam Sancti Felicis de villa de Milanes, ecclesias Sanctae Mariae et Sancti Petri, quod castrum Felix dicitur, ecclesiam Sanctae Mariae et Sancti Iohannis, quod Monasteriolum vocant, ecclesiam Sanctae Crucis et Sancti Silvestri de Vallerana, ecclesiam Sancti Cucuphatis de Moia, et aliam ecclesiam Sancti Cucuphatis de Garriga, ecclesiam Sancti Benedicti de Spiselis, ecclesiam Sancti Stephani de Castelleto, ecclesiam Sancti Iuliani de Sancta Oliva cum castello, ecclesiam Sancti Salvatoris Bactensis cum possessionibus et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri et Sanctae Crucis de Masquefa, ecclesiam Sanctae Mariae de Capelades, ecclesiam Sancti Felicis de castro Odilione, ecclesiam Sanctae Mariae de castello de Clariana cum ipso castello, ecclesiam Sanctae Mariae de Aqualatam (1), ecclesiam Sancti Petri de Viri, castellum Sancti Vincentii cum ipsa ecclesia, castellum de Albeniana cum ecclesia sua, ecclesias Sancti Sepulchri et Sanctae Mariae de Aposta cum universis possessionibus et pertinentiis earum, ecclesias Sancti Martini et Sancti Felicis et Sancti Genesii, quae sunt ad ipsam curtem de Faio, ecclesiam Sancti Ginesii et Sanctae Eulaliae, quam vocant Tapioles: alodium, quod est intra muros civitatis Barcinonae, scilicet cum domibus, curtibus, hortibus, et hortalibus, vel quantum infra territorium praedictae civitatis praefatum monasterium habere videtur: alodium, quod est infra terminos de castro Fonte Rubea, et de Monte Acuto, et de Piniana, et de Carolo, et de castro Virili, alodium de Olorda cum ipsa turre, et alodium, quod est in duodecima sive in Misano: alodium, quod habet infra terminum de Terraria, et de Castellaro, et in Arraona, et in Barbarano, et de palatio Ausit, et de palatio Salatano, et in villa de Megoda, et de Moleto, et in palatio de Aries, et in Lisiano superiore et inferiore, et in parrochia de Parietes, et de Gallegos, et Palegarnanis, et de Petiaco, quod dicunt Bellum-Disinum, et de Petilona, et de Palumbar, et de Orto, et de Rivopullo, et de valle de Ariolfo, et de Granularios, et de Lerona, et de Mescrata, et de Samatus, et de

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur:

Eique bona omnia confirmantur.

(1) Lege *Aqualata*.

Canovas, et de Corrone superiore et subteriore: alodium de Turres Beses, cum alio, quod Nelma foemina ibi obtulit: alodium de Ausona: alodium de Steria, et omnia alodia quae habet, et habere debet in praedicto comitatu Barcinonensi, Gerundensi, Ausonensi, et in comitatu Minorisa cum universis terminis suis: ecclesiam Sancti Quirici cum decimis et primitiis et oblationibus suis: decimas quoque, quas de his sive de aliis locis ante triginta annos monasterium vestrum praedecessorum nostrorum concessione possedit, nos in perpetuum vestris usibus omnino quietas et integras conservari censemus. Praeterea per praesentis privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona sive possessiones in praesenti coenobium vestrum iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste ac canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Electus autem a dioecesano episcopo consecretur, siquidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, et gratis ac sine pravitate id exhibere voluerit. Alioquin ad Romanum Pontificem recurrat, aut ab alio quem maluerit catholico antistite consecretur. Idem et de ordinationibus fratrum, de Chrismate, de altarium sive basilicarum consecratione statuimus. Ad indicium autem praestitae a Romana Ecclesia libertatis pro ecclesia Sancti Pauli morabatinum (1) unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si nôn satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iuxta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Scriptum per manus Gerardi notarii regionarii, et scrinarii sanctae Romanae Ecclesiae, anno dominicae incarnationis millesimo nonagesimo octavo, indictione septima, mensis decembris die primo.

Decretum immunitatis a cuiuscumque personae molestia;

Et libertatis in eligendo abbate ex gremio monachorum: electus vero consecrandus ab episcopo dioecesano, nisi fuerit excommunicatus.

Eadem decernuntur pro altarium consecratione, et clericorum ordinatione.

Census annuus Ecclesiae Sancti Pauli de Urbe persolvendus.

Poenae contra temeratores privilegii huius.

Script. die 1 decembris anno Domini 1098, pontif. anno XI.

L.

Confirmatio monasterii Burrhonensis in dioecesi Constantiensi, ac donationum omnium eidem ab Adelaide Patruisque factarum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Comitissae Adelaidis oblatio PP. facta de monasterio Burrhonensi. — Confirmantur bona omnia ad monasterium pertinentia. — Illudque sub Apostolicae Sedis protectione recipitur. — Salvo iure

(1) Moneta quaedam hispanica, aurea praesertim. (R. T.) (2) Edidit Bruschius in Hist. monasterii German. pag. 74.

episcopi Constantiensis; — Et cum annuo censu palatio Lateran. persolvendo. — Abbatis electio monachis conceditur. — Solitae clausulae.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto Azelino monasterii Burrhonensis abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic iusta petentium votis benigna debemus assensione concurrere. Eapropter charissimae filiae nostrae Adelaidis comitissae desiderio ac petitioni duximus annuendum. Haec nimirum ad limina sanctorum Apostolorum veniens, et suam, et Viri, et Leviri sui devotionem strenue adimplere curavit. Burrhonensem namque Ecclesiam cui nunc auctore Deo tua fraternitas praesidet, soceri sui studio a fundamentis aedificatam, secundum ipsorum vota supra sacrosanctum B. Petri altare obtulit, et per manum nostram in proprium Sedis Apostolicae allodium delegavit: quam videlicet oblationem scriptorum nostrorum petiit authoritate confirmari. Nos igitur praesentis decreti authoritate sancimus, ut tam praefatus locus, quam universa, quae ibidem supradictorum comitum Henrici et Hugonis, seu praenominatae Adelaidis comitissae largitione collata sunt, vel in futurum ipsorum, aut aliorum fidelium oblationibus conferentur, sub Apostolicae Sedis tutela integra semper, et illibata permaneant, servorum Dei illic degentium usibus omnimodis profutura, salva Constantiensis episcopi canonica reverentia: ut tamen ex eodem loco unius Bisantii census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel piis de causis suis usibus applicare. Obeunte te nunc loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptione vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam elegerint. Si quis igitur sacerdotum, clericorum, regum, ducum, comitum, et iudicum, vel saecularium personarum, hanc nostrae constitutionis paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se divini iudicii existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Comitissae Adelaidis oblatio PP. facta de monasterio Burrhonensi.

Confirmantur bona omnia ad monasterium pertinentia.

Illudque sub Apostolicae Sedis protectione recipitur;

Salvo iure episcopi Constantiensis;

Et cum annuo censu palatio Lateran. persolvendo.

Abbatis electio monachis conceditur.

Solitae clausulae.

Datum Laterani per manum Iohannis S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, VIII kal. februarii, indictione septima, anno dominicae incarnationis MXCIX, pontificatus autem domni Urbani secundi PP. undecimo anno.

Dat. die 25 ianuarii anno Domini 1099, pontif. anno XI.

LI.

Simile privilegium pro monasterio Sancti Saturnini in pago Urgellensi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; eique privilegia omnia, piae donationes factae, vel in posterum faciendae, ac bona omnia confirmantur. — Decretum immunitatis a quacumque molestia; et libertatis in electione abbatis. — Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus. — Poenae contra violatores privilegii huius.

(1) Ex Archiv. Regio Fuxensi edidit Baluzius loc. cit., num. CCCXXI.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Saturnini, quod situm est prope amnem Valeriae in parochia Urgellensi, eiusque successoribus, in perpetuum.

Exordium:

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri; quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde nos postulationi tuae paternae benignitatis accomodantes assensum, Beati Saturnini venerabile monasterium, cui auctore Deo praesides, sub Apostolicae Sedis tutela suscipimus, et in ea semper libertate manere decernimus, quam egregiae memoriae Carolus imperator instituit, et Leo venerabilis Sanctae Sedis Apostolicae Pontifex privilegii sanctione firmavit, et provinciales episcopi scriptorum suorum assertionibus consenserunt; ut videlicet sub iure semper et proprietate Sedis Apostolicae locus ipse servetur, ut nulla super illud laicalis persona dominatum exerceat; sed placita omnia sive iudicia et districtiones omnium eidem monasterio pertinentium, in abbatis potestate persistant; nec dioecesano episcopo liceat aliquam eidem monasterio excommunicationem inferre, nec molestiam irrogare, sed quaecumque in praesentiarum quiete in authentica possessione possidere cognoscitur, quaecumque in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; ea praesertim, quae venerabilis memoriae Erimbaldus Urgellensis, et Arnulfus Ripacorcensis episcopi in dedicatione eiusdem monasterii tradidisse et concessisse leguntur in Ecclesiis, Ecclesiarum decimis, primitiis et oblationibus, sive cimiteriis per Urgellensem, sive Ripacorcensem parochiam, per Cerdaniam, Bergitanum, sive Paliarum: ecclesiam quoque Sancti Petri de Villanita, apud quam statum disciplinae monasticae reformastis, cum castello suo Caragio, et Rocha quae dicitur Sancti Romani, et caeteris ad eam pertinentibus, vestro, sicut hodie est, monasterio in perpetuum subiectum esse concedimus. Ad haec adiicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat praenominatum Beati Saturnini monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nihilominus eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptae a Romana Ecclesia libertatis, quotannis unam argenti libram Lateranensi palatio persolvetis. Si qua sane in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen. Scriptum per manum Petri regionarii et scriniarii sacri palatii. Datum Romae in porticu Beati Petri per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XIII kal. maii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MXCIX, pontificatus autem domini Urbani II Papae, XII.

Dat. die 19 aprilis anno Domini 1099, pontif. anno XII.

Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Eique privilegia omnia, piae donationes factae, vel in posterum faciendae, ac bona omnia confirmantur.

Decretum immunitatis a quacumque molestia;

Et libertatis in electione abbatis.

Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus.

Poenae contra violatores privilegii huius.

LII.

Responsiones ad consulta Pitonis Tullensis episcopi super simoniacis, ac illicitis ordinationibus (1).

SUMMARIUM

Ab episcopo praebendae suae Ecclesiae gratis dandae. — Subdiaconi uxoribus vacantes a sacro ordine et beneficio removendi. — Presbyterorum filii ab altaris ministerio removendi; nisi prius in coenobiis sese probaverint. — Cum ordinatis ab haereticis episcopis, non tamen simoniacis benigne utendum. — Episcopi et clerici simoniaci a sacris officiis removendi. — Bigami et viduarum mariti a sacris ordinibus segregandi.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Tul'ensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Super quaestionibus, quas ad nos Adalbertus vestrae Ecclesiae filius detulit, haec a nobis sunt in synodalis assensu concilii capitula per Dei gratiam confirmata.

CAP. I.

Ab episcopo praebendae suae Ecclesiae gratis dandae.

Episcopus omnia sui episcopatus membra, videlicet archidiaconatus, archipresbyteratus, decanias, vel aliquas praeposituras, Ecclesiae suae canonicis gratis absque omni venalitate distribuat. Quisquis autem ea pretio dederit, depositioni subiaceat.

CAP. II.

Subdiaconi uxoribus vacantes a sacro ordine et beneficio removendi.

Eos, qui a subdiaconatu uxoribus vacaverint, ab omni sacro ordine removemus, officioque atque beneficio Ecclesiae carere decernimus; si vero episcopi consenserint eorum pravitatibus, a suis se noverint officiis interdictos.

CAP. III.

Presbyterorum filii ab altaris ministerio removendi; nisi prius in coenobiis sese probaverint.

Presbyterorum filios a sacri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in coenobiis, aut in canoniis religiose probati, fuerint conversati. Absque praeiudicio tamen capitulorum istorum, ei qui praebendas, aut ipsi ante hanc Sedis Apostolicae interdictionem emerunt, aut emtas se nescientibus possiderunt, habendas eas permittimus, si eorum personae tuo arbitratu visae fuerint promereri; eis autem, qui fidem possessionis suae irritam facientes, post subdiaconatus acceptionem vacare uxoribus praesumpserint, et officium et coniugium penitus interdicimus; eisque, quoniam seipsos apostatando destruxerunt, et voluptatem corporis Domino praetulerunt, omni vitae suae tempore aut in coenobiis, aut in canoniis regularibus poenitentiam decernimus iniungendam. Presbyterorum vero filios, qui secundum praecepti nostri conditionem aut in coenobiis aut in canoniis religiose probati fuerint conversati, qui patrum peccata cum saeculi possessionibus abdicarunt, pro religionis ac scientiae praerogativa apostolico moderamine tolerandos ducimus, et ad sacros ordines, et ad honores ecclesiasticos permittimus provehendos.

CAP. IV.

Cum ordinatis ab haereticis episcopis, non tamen simoniacis benigne utendum.

Porro de clericis, qui ab excommunicatis episcopis sunt ordinati, necdum quidem sententiam fiximus, quia generalis mali contagium generalis synodi est cauterio comburendum. Tuae tamen fraternitati hoc respondemus ad praesens, ut ab excommunicatis, quondam tamen catholicis episcopis ordinatos, siquidem non simoniace ipsos ordines acceperunt, et si episcopos istos non simoniacos fuisse constiterit, et adhuc si eorum religiosior vita, et doctrinae praerogativa visa fuerit promereri, et poenitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus manere permittas. Ad superiores autem ascendere non concedimus, nisi necessitas vel utilitas maxima flagitaverit Ecclesiae. Hoc tamen ipsum

(1) Ex Cod. ms. Biblioth. Patavinae in Concil. edit. tom. XII, col. 747.

rarius et cum cautela, est praecipua concedendum.

CAP. V.

Episcopi et clerici simoniaci a sacris officiis removendi.

Episcopos ac clericos, quos simoniacos esse constat, a sacris officiis et beneficiis removendos omnino decernimus; in Ecclesiis vero, quae ab huiusmodi simoniacis exaratae sunt (1), non aliter quam in locis orandum videtur, donec subversis altaribus, benedictione et unctione catholici antistitis consecrentur.

CAP. VI.

De his, qui sine titulis ordinati sunt, licet eiusmodi ordinatio sanctorum canonum sanctioni contraria iudicetur, utrum tamen aliqui in acceptis sint ordinibus permittendi, discretioni tuae pro praesenti Ecclesiae necessitate committimus. Si tamen alias sine pravitate eos ordinatos fuisse constiterit.

CAP. VII.

Bigami et viduarum mariti a sacris ordinibus segregandi.

Bigamos et viduarum maritos a sacris ordinibus secundum communem Ecclesiae consuetudinem, auctoritate nostri officii segregamus. Haec universa tamquam Apostolicae Sedis praecepta, sanctorum conciliorum sententiis consonantia, religionis tuae strenuitas et in Ecclesia sibi commissa Deo iuvante custodiat, et custodienda aliis innotescat. Nec senectutem tuam oblatrantium canum multitudo praeterreat. Maior enim est, qui in nobis est, quam in illis; ipse siquidem confirmans discipulos suos ait: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum (*a*). Ipse misericordia sua nos confirmet, ac protegat, et ad caelestia regna perducat.

(1) Forsitan *extructae*. (*a*) Luc. XII, 32.

LIII.

Confirmatio regularis instituti canonicorum Ecclesiae Ruthenensis; quibus nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Regularis vitae institutum confirmatur: ac totalis iurisdictio in canonicos praeposito conceditur: ita ut quibus ab eo fuerit interdictum, nec ab episcopo recipi possint. — Confirmantur quoque bona omnia ad canonicos pertinentia. — Conceditur sepultura iuxta tumulum episcoporum. — Poenae contra violatores privilegii huius. — Bona custodientibus.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Petro praeposito, et eius fratribus in Ecclesia Ruthenensi canonicam vitam professis, eorumque successoribus in eadem religione permansuris, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri; quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur vos, o filii carissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitae disciplina coercere, et communiter secundum sanctorum Patrum institutionem omnipotenti Domino deservire proposuistis; nos votis vestris paterno congratulamur affectu; unde etiam petitioni vestrae benignitate debita impertimur assensum. Vitae namque canonicae ordinem, quem professi estis, praesentis privilegii auctoritate firmamus; et, ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere, neve sine praepositi, vel congregationis licentia de claustro discedere liceat, interdicimus. Quod si discesserit, et commonitus, redire contempserit, tibi tuisque successoribus facultas sit, eiusmodi ubilibet a suis officiis interdicere; interdictum vero nullus episcoporum abbatumve suscipiat, quamdiu scilicet illic canonici ordinis tenor Domino praestante viguerit. Vobis itaque, vestrisque successoribus in eadem religione perman-

Regularis vitae institutum confirmatur;

Ac totalis iurisdictio in canonicos praeposito conceditur:

Ita ut quibus ab eo fuerit interdictum, nec ab episc. recipi possint.

(1) Ex Archiv. Ecclesiae huius edidit Baluzius Miscell. tom. XI, lib. 2.

suris, ea omnia perpetuo possidenda sancimus, quae in praesentiarum pro communis victus substentatione possidere videmini, ecclesiam videlicet Sancti Salvatoris de Veirieiras, et ecclesiam Sancti Petri de Colnac, et ecclesiam Sancti Geraldi de Salas: universas praeterea paratas sive simbolas, quas sinodos vocant, tam Ecclesiarum iam dictarum, quam ex caeteris Ecclesiis, quas Ruthensis Ecclesiae antistites, Petrus quondam Berengarii, Poncius Sthephani, Raymundus Frotardi et Ademarus, qui in praesentiarum eidem Ruthenensi Ecclesiae praesidet, in sumptus vestium concesserunt. Praepositurum quoque dignariam Ruthenensis parochiae, archidiaconiam, oblationes quoque vestrae matricis Ecclesiae, quas dono praelati Ademari confratris nostri et coepiscopi possidetis, vestrae communitatis usibus confirmamus; et quodcumque deinceps vos aut successores vestri concessione Pontificum, aut liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poteritis adispisci.

Confirmantur quoque bona omnia ad canonicos pertinentia.

Ut autem omnipotenti Deo quietius deservire, et canonici ordinis disciplinam districtius observare possitis, cimiterium vobis apud matrem Ecclesiam, ubi communiter vivitis, iuxta praefati fratris nostri Ademari vestri episcopi petitionem habere concedimus, in quo fratrum vestrorum sive parochianorum, quibus viventibus mysteria divina ministratis, deficientium corpora tumulentur. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Conceditur sepultura iuxta tumulum episcoporum.

Poenae contra violatores privilegii huius.

Bona custodientibus.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii sacri palatii. Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, II idus maii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MXCIX, pontificatus autem domni Urbani Papae secundi duodecimo.

Dat. die 14 maii anno Domini 1099, pontif. anno XII.

LIV.

Decretum, ne domus in claustro Carnotensi existentes laicis dentur, aut locentur a canonicis (1).

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri R. episcopo, et dilectis filiis Decano, et Capitulo Carnotensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Audivimus, et audientes nequivimus non mirari, quod laici quidam, in claustro vestro domos iure haereditario possidentes, tales personas plerumque admittunt, per quas clericorum quies inhonesto strepitu saepe turbatur: et devotio populo, ne divinis intendat officiis, praepeditur. Ioculatoribus quidem, aleatoribus, cauponibus, et mulieribus turpibus praescriptae domus de consuetudine prava locantur. Volentes igitur communi Ecclesiae honestati consulere, auctoritate apostolica prohibemus, ne domos canonicales ulterius laicis, per quos honestati ecclesiasticae derogetur, vel gratis dentur, aut etiam sub quacumque occasione locentur. Constituimus etiam de domibus, quas laici in claustro iure haereditario tenent, si eas in personis propriis cum honesta familia, exclusis mulieribus turpibus,

Decretum Urbani PP.

(1) Ex ms. Ecclesiae Carnoten. edidit Dacher, Spicil. tom. XIII.

inhabitare noluerint, ut non nisi clericis, vel personis regularem vitam professis, gratis vel pro pretio concedantur, si congruum eis pretium voluerint exhibere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Ven. XII kal. martii.

Dat. die 18 februarii.

LV.

Privilegium pro monasterio monialium S. Petri Blazilien (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub iure Sedis Apostolicae suscipitur: — Confirmatisque bonis omnibus; — Omnibus omnino personis quidquam ab eo auferre, alienare etc. interdicitur.

Urbanus episcopus . . . . dilectae in Christo filiae Florentiae abbatissae monasterii S. Petri de Blazilia (2), et eis, quae in ipsius loci regimine successerint regulariter, in perpetuum.

Exordium. Ad haec nos disponente Domino in Apostolicae Sedis servitium promotos agnoscimus, ut eius filiis, auxilium implorantibus, efficaciter subvenire, et ei obedientes tueri ac protegere, prout Dominus dederit, debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis extendere, et servorum atque ancillarum Dei quieti attentius providere.

Monasterium sub iure Sedis Apostolicae suscipitur: Tuis igitur, dilecta filia in Christo Florentia, precibus annuentes, B. Petri de Blazilia monasterium in Arvernensi comitatu situm, cui Deo auctore praesides, ab Ermengarda comitissa constructum, et Romanae Ecclesiae traditum, sub iure et protectione Sedis Apostolicae suscipimus, quemadmodum a praedecessoribus nostris constat esse susceptum. Per praesentem itaque privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque idem coenobium hodie iuste possidet, vel infuturum iuste et canonice possidebit, et poterit adipisci, in cellis, in ecclesiis, in villis, et in caeteris rebus mobilibus sive immobilibus, tibi tuisque sororibus tam praesentibus quam futuris, regulariter victuris, firma semper et illibata permaneant.

Confirmatisque bonis omnibus,

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur earum, pro quarum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo canonico Sedis Apostolicae iure. Ad indicium autem huius perceptae a Romana Ecclesia libertatis, per singulos annos quinque monetae vestrae solidos Lateranensi palatio persolvetis. Si quis sane in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator, aut rex, aut princeps, aut dux, aut comes, aut vicecomes, iudex, aut quaelibet ecclesiastica vel saecularis persona, sciens huius privilegii paginam, contra eam venire temere tentaverit, secundo vel tertio commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat (1).

Omnibus omnino personis quidquam ab eo auferre, alienare etc., interdicitur.

LVI.

Fragmentum bullae exemptionis Ecclesiae Sanctae Trinitatis, a Liprando presbytero Mediolanensi fundatae ad pontem Guinzelmi (2).

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Liprando, etc.

Statuimus Ecclesiam illam cum praediolo, in quo fundata est.... vel per alios

(1) Ex Gall. Christ. tom II, inter Instrumenta ecclesiae S. Flori num. XXIV. (2) Alias *de Blesse*.

(1) Reliqua desiderantur. (2) Ex Landulphi iunioris Hist. Mediol. cap. VIII inter Rer. Ital. Script. tom. V.

fideles illic Domino largiente collata fuerint, ab omni saeculari oppositione quietam perpetuo manere et liberam. Clericis vero ibi victuris, vivendi regulariter concedimus facultatem; eosque decernimus tam proprias ordinationes, quam altarium et ecclesiarum consecrationes, caeterorumque dona sacramentorum a Mediolanensi archiepiscopo suscipere, si tamen catholicus fuerit et communionem ac gratiam Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis et non pravitate indulserit; alias autem liberum eis arbitrium sit, sacramenta eadem suscipere a quocumque voluerint catholico episcopo. Decernimus ergo, ut neque Mediolanensi archiepiscopo, neque alicui viventium, liceat eamdem Ecclesiam, et fratres, qui illic Deo servierint, quolibet occasionis iugo deprimere, aut bona eorum distrahere, et suis usibus applicare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, vobis et successoribus vestris (1) omnimodis profutura: salva eiusdem Mediolanensis archiepiscopi catholica reverentia. Ad indicium autem huius perceptae libertatis a Romana Ecclesia, mediolanensis monetae nummos sex quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, huius decreti paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

(1) Forsitan add. *usibus*. (R. T.)

LVII.

Constitutio ad Richerium Senonensem, et caeteros Francorum episcopos, qua regem excommunicatum absolvi vetat, eosque ad synodum Arelatensem invitat (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Sanctis Patrum institutionibus a quolibet iuste excommunicatum episcopo, alii absolvere, ipsi quidem metropolitani prohibentur. — 2. Sola, non synodo praecedente, Sedes Apostolica valet suo statui restituere quos synodus inique damnaverit; ipsius vero nemini licet retrahere iudicia. — 3. Exemplis sacris sententia confirmatur. — 4. Francorum rex donec Deo et sanctae Romanae Ecclesiae satisfaciat, eique communicantes, excommunicantur. — 5. Universi Galliae episcopi ad concilium Arelatense invitantur.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Auditum est apud nos, quosdam confratres nostros in tantam audaciam prorupisse, ut asserant se nequaquam a regis societate abstenturos; imo etiam regem ipsum ab excommunicationis vinculo soluturos, quamquam foeminam illam, pro qua per nos excommunicatus fuerat, non dereliquit.

Sanctis Patrum institutionibus a quolibet iuste excommunicatum episcopo, alii absolvere, ipsi quidem metropolitani prohibentur.

§ 1. Sed qui hoc loquuntur, aut profecto Scripturas nesciunt, aut pertinaciter excedere nequaquam pertimescunt. Sanctorum quippe canonum sanxit auctoritas, et ea passim Ecclesiae consuetudo servat, ut a quolibet iuste excommunicatum, episcopus alius absolvere non praesumat. Ipsa etiam suffraganeorum ligamenta, metropolitani, qui videlicet eorum maiores sunt, sanctorum Patrum institutionibus prohibentur absolvere.

Sola, non synodo praecedente, Sedes Apostolica valet suo statui restituere quos synodus inique damnaverit; ipsius vero nemini licet retrahere iudicia.

§ 2. Quod si a quibuscumque id servatur episcopis, videant venerabiles fratres nostri, quemadmodum Apostolicae Sedis valeant acta dissolvere; cum profecto luce iam clarius constet, Apostolicae Sedis Pontifici, non solum episcopos et primates, sed ipsos etiam patriarchas divina institutione subiectos: cum nove-

(1) Ex Labbe tom. x Concil. pag. 443.

rint, ab omnibus ad ipsum, ab ipso autem ad neminem appellandum: cum sciant, ei soli fas esse de omni Ecclesia iudicandi, ipsum vero nullorum subiacere iudicio; nec eos illud credimus ignorare, quod sola, nulla synodo praecedente, Sedes Apostolica valeat suo statui restituere, quos synodus inique damnaverit; ipsius vero nemini liceat retrahere iudicia.

Exemplis sacris sententia confirmatur.

§ 3. Certe, cum de leprarum, id est de criminum varietatibus, ad Moysen Dominus loqueretur: Considerabit, inquit, leprosum sacerdos, et immundum iudicabit; ac deinde subiungit: Et clausus tenebitur ad arbitrium sacerdotis (*a*). Videtis ergo, quia ad illius sacerdotis arbitrium clausus teneri praecipitur, cuius arbitrio iudicatus est immundus. Quomodo itaque ad aperiendum manum porrigent, ad quem claudendum os aperire non ausi sunt? Cum quatriduanum Lazarum Dominus suscitasset (*b*), non legitur ad absolvendum eum circumstantius (1) aliquis se iniecisse, dum ipsius Salvatoris praecepto, iam viventem iam stantem discipuli absolverunt; ut profecto secuturis daretur exemplum, quia etiam poenitens quis solvendus non est, nisi per illius arbitrium, cuius voce vel gemitu a sepulcro criminosus educitur. Sed neque illud venerabilibus fratribus arbitramur ignotum, quia Deus superbis resistit, prope est autem obtritis corde (*c*). Super quem enim respiciam, ait Dominus, nisi super humilem, et quietum, et trementem verba mea (*d*)? Viderint ergo, quo pacto peccatorem conentur absolvere praeter illius vel praesentiam vel praeceptum, cuius est iudicio in generali synodo compeditus. Nobis sane, et omnibus, qui Turonis nobiscum Deo propitiante convenerunt, liquido patuit, et Legis, et Evangelii et sanctorum canonum documentis, nullam solvendi, quem nos ligavimus, fraternitati vestrae suppetere potestatem.

(1) Forsitan *circumstantium* (R. T.) (*a*) Levit XIII. (*b*) Ioan. XI, 45. (*c*) Iacob. IV, 6. (*d*) Isai. LXVI.

§ 4. Unde et filium nostrum Francorum regem, donec Deo in nobis, et sanctae Romanae Ecclesiae satisfaciat, excommunicatum, et tam episcopos, quam alios quoslibet, ei pertinaciter communicantes, excommunicatos esse sancimus, et privilegium potestatis amittere, si quis in eius absolutione inconcessa abuti praesumpserit potestate.

Francorum rex donec Deo et sanctae Romanae Ecclesiae satisfaciat, eique communicantes, excommunicantur.

§ 5. De caetero universos vos Arelatem in octavis apostolorum Petri et Pauli ad concilium omni reposita occasione, invitamus.

Universi Galliae episcopi ad concilium Arelatense invitantur.

LVIII.

Decretalis epistola ad Lucium praepositum Sancti Iuventii Papien. civitatis contra simoniacos: et de ordinationibus ab haereticis acceptis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Ecclesiasticam rem venderesimoniacum esse decernit. — 2. Munere linguae, vel indebiti obsequii, vel pecunia res ecclesiasticas adipiscentes, simoniacos esse declarat. — Chalcedonensis synodus ordinationum per pecuniam factarum interventores anathematizat. — 3. Explicantur verba concilii. — 4. Ira Dei super simoniacos, et quam gravis peccati rei efficiantur. — 5. Quibus in rebus praepositis nostris debeamus obedire. — 6. Utrum uti sacramentis possimus, quae a criminosis conferuntur. — 7. Schismaticorum et haereticorum sacramenta formam habere, sed non virtutis effectum declarat. — 8. Baptisma ab haereticis, vel etiam a schismaticis more ecclesiastico datum, ratum esse declarat.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Lucio, praeposito Ecclesiae Sancti Iuventii apud Ticinum, salutem et apostolicam benedictionem.

Salvator praedicit in Evangelio, circa finem saeculi pseudochristos et pseudoprophetas surgere, et multos seducere: et fideles suos in mundo multas habituros pressuras; sed tamen portas inferi adversus Ecclesiam non praevaliturus (*a*). Proin quia, ut ait Apostolus, oportet haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant (*b*);

Exordium.

(1) Edidit Baronius circa finem tom. XI, edit. roman. pag. 723. (*a*) Matth. XXIV, XVI, 18. (*b*) I Cor. XI. 19. (R. T.)

oportet nos cum Propheta ex adverso ascendere, et murum opponere pro domo Israel (*a*), et cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei; unde non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis (*b*).

Ecclesiasticam rem vendere simoniacum esse decernit.

§ 1. Igitur quia innotuisti nobis, quod tibi obiicitur, utrum vendere ecclesiasticam rem, simoniacum sit: hoc simoniacum esse, patenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus apostolus ait Simoni: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri (*c*). Donum quippe Dei est Spiritus Sanctus, et donum Dei est res ipsius Ecclesiae oblata. Et si bene advertis, Simon Magus, qui ficte ad fidem accessit, non Spiritum Sanctum, quo ipse indignus erat (quoniam, ut scriptum est: Spiritus Sanctus disciplinae effugiet fictum) (*d*), sed ideo, quantum in ipso erat, emere voluit, ut ex venditione signorum, quae per eumdem fiebant, multiplicatam pecuniam, quam obtulerat, lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus Sancti, quam bene noverat fieri non posse, sed ambitionem talis questus, idest avaritiam, quod est idolorum servitus, in eodem Simone exhorrnit, et maledictionis iaculo perculit.

Munere linguae, vel indebiti obsequii, vel pecunia res ecclesiasticas adipiscentes, simoniacos esse declarat.

§ 2. Quisquis itaque res ecclesiasticas, quae Dei dona sunt, quoniam a Deo fidelibus Deo donantur, quaeque ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis dari debent, propter sua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat. Ideo qui easdem res non ad hoc, ad quod institutae sunt, sed ad propria lucra, munere linguae, vel indebiti obsequii, vel pecunia largitur vel adipiscitur, simoniacus est: cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniae avaritia, idest idolatria, ut ait apostolus Paulus (*e*). Alioquin cur synodus Chalcedonensis sexcentorum triginta episcoporum, procuratorem vel defensorem Ecclesiae, quamquam regulae subiectum, adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eosdem simoniacos iudicet? Quod si praefati milites Ecclesiae ob huius scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit, non militantes Ecclesiae multo damnabilius hanc ob causam, idest venditionis vel emptionis, debere percelli (1).

Chalcedonensis synodus ordinationum per pecuniam factarum interventores anathematizat.

§ 3. Sed et beatus praedecessor noster Paschalis, de consecratione, et de rebus, quae proveniunt ex consecratione, affirmat, quod quisquis alterum eorum vendit, sine quo alterum habere non potest, neutrum non venditum derelinquit. Ac per hoc eum, qui rem Ecclesiae vendit vel emit, simoniacum intelligit. In nomine vero procuratoris intelligit praefata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia praepositum, oeconomum, vice dominum: defensoris nomine advocatum, sive castaldum, iudicem: in subiecto regulae archipresbyterum, archidiaconum, canonicum, monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quod vero Spiritum Sanctum, quantum in se est, vendat vel emat, qui praepositurarn, vel huiusmodi vendit vel emit, audi Augustinum super Ioannem: O quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi et illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliquis emere columbam? Unusquisque propositum suum laudat, quod vendit etc. Ecce venerabilis Augustinus, de propositurae distractione agens, in nomine Columbae Sancti Spiritus venditionem vel emptionem accipit, sicut omnes huius evangelici capituli tractatores.

Explicantur verba concilii.

(*a*) Ezech. XIII. 5. (*b*) Rom. VIII, 18. (*c*) Act. VIII 20. (*d*) Sap. I, 5. (*e*) Ephes. V, 3. (R. T.)

(1) D. Cocquelines in suis *addend. et corrigend.* ait sequentia verba hic addenda esse: *Quid de ordinationibus ab haereticis acceptis sentiendum sit, satis docent theologi et canonistae, quorum scripta consulenda.*

Ira Dei super simoniacos, et quam gravis peccati rei efficiantur.

§ 4. Pensandum vero est, qua poena multentur, qui iam Deo et Ecclesiae suae oblata vendunt, vel emunt, si cum flagellis a Dei templo eiecti sunt qui, quae Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorum venditoribus vel emptoribus dictum est: Vos fecistis domum Patris mei domum negotiationis, et speluncam latronum (*a*); quid dicetur iam de Ecclesiae oblatorum venditoribus vel emptoribus? Et ne quis insanus obiiciat, merito hos Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in templo, ecclesiasticae vero res modo extra templum distrahantur; attendat super his Augustini non determinantem locum venditionis vel emptionis propositorum, sed tantum indefinite dicentem: Circumit aliquis emere columbam: unusquisque propositum suum laudat, quod vendit; non adiiciens in templo vel extra templum haec contra venditores vel emptores sacrarum Dei.

Quibus in rebus praepositis nostris debeamus obedire.

§ 5. Ad hoc vero, quod in epistola tua sequitur, idest utrum obedire his tentantibus ad mortem nefas sit: et circa finem eiusdem epistolae hoc idem iterum inculcatur; illud beati Petri respondemus: Obedire Deo oportet magis, quam hominibus (*b*). In quo exemplo notandum, hominibus interdum obediri debere, sed magis Deo: hominibus quidem in his, quae contra fidem et religionem non sunt. Quoniam cives Ierusalem legimus Babylonis civibus militasse, ut sanctum Ioseph, et socios Danielis: quorum primus stuprum dominae: sequentes vero idolatriam perhorrentes, rem publicam, et alienigenarum principum strenue gubernaverunt. Et in Evangelio habes: Cum eo, qui te angariaverit uno milliario, alia duo ambulare debere: et reddere, quae sunt Caesaris, Caesari: et quae sunt Dei, Deo (*c*). Item Hieronymus super epistola ad Philippenses: Si dominus ea iubet, quae non sunt adversa Scripturis sanctis, subiiciatur domino servus; si vero contraria praecipit, magis obediat spiritus, quam corporis domino; et infra: Si bonum quid praecipit imperator, iubentis exequere voluntatem; si malum, responde: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

Utrum uti sacramentis possimus, quae a criminosis conferuntur.

§ 6. Ad hoc vero, quod subiungitur in eadem epistola, idest utrum sit utendum ordinationibus et reliquis sacramentis a criminosis exhibitis, ut ab adulteris et a sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi, ad hoc, inquam, ita respondemus: Si schismate vel haeresi ab Ecclesia non separantur, eorumdem ordinationes et reliqua sacramenta sancta et veneranda non negamus, sequentes beatum Augustinum, qui super Iohannem de huiusmodi tam copiose quam veraciter disseruit; ait enim: Baptizet vos servus bonus, sive servus malus, non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari non ab eo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem; et paulo post: Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem; si fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur; sed per illum Christi sacramentum non contaminatur. Quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit, liquidum est. Idem: Spiritualis vero virtus Sacramenti ita est ut lux, quae ab illuminandis pura excipitur, et si per immunda transeat, non inquinatur. Quos batipzat ebriosus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter, Christus baptizat; et caetera huiusmodi. Attamen decessores nostri Nicolaus et Gregorius a missis sacerdotum, quos tales revera esse constiterit, fideles abstinere decreverant, et ut peccandi licentiam caeteris auferrent, et huiusmodi ad dignae poenitentiae lamenta revocarent. Scribit hoc praedecessor noster Gregorius Rudolpho et Bertholdo ducibus inter caetera: Officium simoniacorum, et in fornicatione iacentium, scientes, nullo modo accipiatis, et quantum potestis, tales sanctis deservire misteriis vi, si oportuerit, prohibeatis etc.

§ 7. Porro ad haec, quae tibi sylogi-

(*a*) Matth. XXI, 13. (*b*) Act. V, 29. (*c*) Matth. XXII, Luc. XX, Mar. XII. (R. T.)

stice in eadem epistola obiiciuntur, idest si Corpus et Sanguis Christi non sunt, et alia quae praediximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obsunt; quod si habent, cur spernuntur, sicubi ab indigno praesumuntur? Ad haec, inquam, ita respondemus, proprias quidem habent virtutis dignitates, ut praefatus Augustinus ait super Iohannem contra Donatistas, sed agentibus vel suscipientibus eadem sacramenta contra praefatorum Pontificum instituta, nisi forte sola morte interveniente, utpote ne sine baptismate vel communione quilibet humanis rebus excedat, eis, inquam, in tantum obsunt, ut veri idolatrae sint, cum talibus et ordinationum et sacramentorum confectio, et aliter quam praemissum est, scienter susceptio vehementer a sanctis canonibus prohibeatur; ait namque Samuel propheta: Quoniam peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere (1). Haec de malis catholicis, qui intra Ecclesiam sunt; caeterorum schismaticorum et haereticorum sacramenta, quoniam extra Ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, sicut Pelagii, Gregorii, Cypriani, Augustini, Hieronymi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi vel eorum sacramentis initiati, per manus impositionem ad catholicam redierint unitatem.

Schismaticorum et haereticorum sacramenta formam habere, sed non virtutis effectum declarat.

§ 8. Sciendum vero est, quod canones apostolorum, quorum auctoritate Orientalis, et ex parte Romana utitur Ecclesia, et insignis martyr Cyprianus, et LXXX episcopi cum eodem, baptismum haereticorum lavacrum diaboli appellant. Stephanus vero, et Cornelius, martyres et Pontifices Romani, et venerabilis Augustinus in libro de Baptismate, eumdem Cyprianum et praefatos episcopos hanc ob causam vehementer redarguunt, affirmantes, baptismum, sive ab haeretico sive schismatico, ecclesiastico more celebratum, ratum esse; et merito, quia alia in baptismo, et alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum et ordine prior et necessarior sit: subito enim morituro prius baptismate, quam Dominici Corporis communione, vel aliis sacramentis consulitur; et dum forte catholicus non invenitur, satius est ab haeretico Baptismi sacramentum sumere, quam in aeternum perire. Et hanc sententiam praescriptorum Pontificum, Cornelii, Stephani et Augustini secuti sunt Innocentius, Siricius, Leo, Anastasius, et Magnus Gregorius, et omnis Ecclesia: et quoniam epistolaris brevitas propositis tibi quaestionibus fortasse non sufficit, eorumdem temeritatem ad Sedem Apostolicam instruendam mitte, aut iuxta Apostolum veluti sanae doctrinae adversarium post secundam et tertiam correctionem devita. Tu vero esto fidelis usque ad mortem, ut percipias coronam Vitae. Data Romae (1).

Baptisma ab haereticis, vel etiam a schismaticis more ecclesiastico datum, ratum esse declarat.

(1) 1 Reg. XV, 23.

PASCHALIS II

PAPA CLX.

Anno aerae Christi comm. MXCIX.

Paschalis II natione Tuscus, patria Bledanus, antea Rainerius seu Ragingerius, monachus Cluniacensis et abbas monasterii Sanctorum Laurentii et Stephani extra muros, presbyter cardinalis tituli S. Clementis, electus est in Romanum Pontificem die 13 augusti 1099, ac

(1) Cum nulla in calce huius epistolae legatur chronologica nota, ultimam ex Urbani PP. epistolis fecimus, Baronii secuti exemplum. Quae vero de veritate eiusdem clarissimus hic auctor brevibus asserit, libet referre. Illa vero hic integra est reddenda . . . Decretalis epistola, quae data habetur praeposito S. Iuventii . . . quam necdum causam reperimus: extat enim ipsa apud Anselmum Lucensem etc. Porro quam etiam apud Gratianum diversis in locis sub diversis titulis per fragmentum positam habes epistolam, hic ut fuit, simul integram leges.

postridie huius diei consecratus. Sedit in pontificatu annos XVIII, mens. V, dies VII (1), imperantibus in Oriente Alexio Comneno, in Occidente duobus Henricis III et IV, obiit die 21 (2) ianuarii anno Dom. 1118, et sepultus est in pariarchio Lateranensi. Vacavit Sedes dies III (3).

Schisma vigesimum quartum in Ecclesia triplex.

Primo, vel altero a Paschalis PP. electione anno, Guibertus antipapa quem Clementem tertium appellatum diximus, de loco ad locum fugiens, tandem infelix cum fuga diem clausit extremum. At non proinde restituta Ecclesiae tranquillitas. Henrici enim (III) opera (ait Baronius) tres post Guibertum sunt subrogati sibi invicem succedentes pseudo-pontifices, Albertus, Theodoricus, et Maginulphus, arescentibus suo ipsorum ortu maledictionis palmitibus infelicibus. Post mortem Guiberti duo statim deliguntur Papae (ait Pandulphus Pisanus) alter post alterum, et unus quidem eodem, alter vero post CV electionis suae diem a fidelibus captus, qui Albertus vocabatur, apud S. Laurentium retrudi; et, qui Theodoricus, apud S. Trinitatem in Cava eremiticam vitam addiscere, Patrum iudicio adiudicati sunt. Eligitur et tertius Maginulphus nomine (qui archipresbyter antea fuerat, et Silvestri IV nomen accepit). Hic quia nigromantiae fabulis simplicem populum, illos maxime, qui conscientia scelerum, vel ambitu futuri successus ad eum refugium fecerant, allicuerat, gravem in Ecclesiam calcem impressit. Sed dum augoriis fisus, Pontificium adipisci nititur, quod ex diabolo dari non potuit, divinis destitutus auxiliis merito amisit; et sacerdotium, quod sine Deo arripuit, tenere non licuit misero: amisit et urbem, ut exul gravi inopia miseriisque afflictus (corrosa, ut aiunt, lingua), vitam cum crimine finiret.

(1) Sic legitur in quarto ex Critic. Baron. praefixis catalogis, in sexto legitur *dies* IX inclusis extremis, in septimo *dies* VIII inclusa obitus die, in octavo *m.* VI, scriptoris incuria *dies* VII. (2) Baronius Paschalis PP. obitum refert ad diem 18 mensis huius, eiusque pontificatui dies IV tantum addit supra annos XVIII, mens. V, Pandulphi Pisani innixus auctoritati, qui Paschalem *carnis debitum* solvisse scribit XV *kalendas februarii*: sed cum auctore Pandulpho eodem Sedes vacaverit *diebus tribus*, Gelasius vero successor electus fuerit die 25 ianuarii, prout ostendemus, legendum videtur XII *kalendas februarii*. (3) Prout habet octavus ex laudatis catalogis.

I.

Concesso pallio Guidoni archiepiscopo Viennensi, eidem episcopatus et metropolitana iura confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Summa potestas a Christo data Petro; et mandatum de confirmandis in fide fratribus. — In omnibus iudicandum secundum aequitatem. — Ecclesiae suffraganeae Viennensis archiepiscopatus. — Tarantasiensis quoque Ecclesia Viennensi subiecta. — Cui bona omnia ac donationes, — Item privilegia et iura confirmantur. — Pallium Guidoni archiep. conceditur. — Et monita quaedam dantur saluberrima.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Guidoni Viennensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Summa potestas a Christo data Petro; et mandatum de confirmandis in fide fratribus.

Potestatem ligandi atque solvendi in caelis et in terra, beato Petro eiusque successoribus authore Deo principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit: quibus Petrum Dominus allocutus est, Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis (*a*). Ipsi quoque, et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio, eodem Deo auctore, praestatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*b*). Oportet ergo nos, qui licet indigni, Petri residere videmur in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad

(1) In Biblioth. Floriac. edidit Ioann. a Bosco. (*a*) Matth. XIII. 18. (*b*) Luc. XXII. 32.

In omnibus iudicandum secundum aequitatem.

interni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Tuis igitur, frater charissime Guido, iustis petitionibus annuentes, sanctam Viennensem Ecclesiam, cui authore Deo praesides, Apostolicae Sedis authoritate munimus. Mansuro itaque in perpetuum decreto, videlicet Grationopolis, Valentina, Dia, Alba, quae et Vivarium dicitur, Geneva, Maurienna, sanctae Viennensi Ecclesiae tamquam metropolitanae iure perpetuo debeant subiacere. Porro Tarentasiam ita semper sub primatu Viennensis Ecclesiae permanere decernimus, sicut a sanctis praedecessoribus nostris Leone, Nicolao atque Urbano noscitur constitutum; abbatias quoque tam intra quam extra urbis Viennensis moenia sitas, tuae fraternitati regendas disponendasque committimus. Praeterea statuimus, ut quaecumque praedia, quaecumque dona, vel a romanis imperatoribus, vel a Burgundiae regibus, tuae Ecclesiae data vel reddita sunt, quaecumque hodie possidet, sive in futurum iuste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Ad haec tam supranominatorum praedecessorum nostrorum, quam et caeterorum catholicorum Sedis Apostolicae Pontificum privilegia, de iure seu possessione Viennensis Ecclesiae edita, nos quoque praesentis decreti auctoritate, firma integraque perpetuo permanere decernimus. Pallio ad missarum tantum solemnia illis solummodo diebus uti fraternitas tua meminerit, qui tuis praedecessoribus Romanae authoritate Ecclesiae concessi sunt: cuius te volumus per omnia genium conservare. Huius enim indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando adveniunt, inveniatur cum iustitia recta, amica bonis, perversis contraria; nullius umquam faciem pro veritate loquente premens, misericordiae operibus iuxta virtutem insistere cupiens: infirmis compatiens: benevalentibus congaudens: de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans: in corrigendis vitiis pie saeviens: in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens: in ira iudicium sine ira tenens: in tranquillitate severitatis iuste censuram non descrens. Haec est, frater charissime, pallii dignitas, quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Fraternitatem tuam supernae miserationis dignatio per tempora longa conservet incolumem. Scriptum per manum Petri notarii regionarii sacri palatii (1).

Ecclesiae suffraganeae Viennensis archiepiscopatus.

Tarantasiensis quoque Ecclesia Viennensi subiecta.

Cui bona omnia ac donationes.

Item privilegia et iura confirmantur.

Pallium Guidoni archiep. conceditur.

Et monita quaedam dantur salutberrima.

II.

Confirmatio bonorum omnium ac possessionum ad Eduensem Ecclesiam pertinentium (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Summi Pontifices B. Petrum in fide debent aemulari. — Potestas in eosdem ab illo derivata. — Confirmantur bona huius Ecclesiae. — Datoque decreto pro eius immunitate, — Nonnulla concedunturprivilegia. — Solitae clausulae, poenam praemiumve irrogantes. — PP. Subscriptio.

Paschalis servus servorum Dei, dilecto fratri Norigaudo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Cum divini dispensatione iudicii ad huius officii gradum, licet indigni promoti simus, ut apostolorum principis vices in Ecclesiae regimine teneamus, elaborandum nobis est, et annitendum omnino, ut in constituendis ecclesiasticis

Exordium.

(1) Primo pontificatus Paschalis anno datas allatas literas non negaverit quisquis adverterit anno 1100 venisse in Angliam Guidonem istum Viennensem archiepiscopum *functurum legatione totius Britanniae ex praecepto et auctoritate Apostolicae Sedis*, ut inquit Eadmerus lib. 3 Novorum, cap. 1. (2) Ex Chartario Eccles. Eduen. edidit Sammarth. inter Instrumenta Ecclesiae huius num. XLVII.

Summi Pontifices B. Petrum in fide debent aemulari.

negotiis eius monita et institutiones devotione fidelissima, et fide devotissima aemulemur, cuius fides praecipua, et dilectio spectata Domino extitit, adeout in eius singulariter fidei stabilitate immobili, pretioso Sanguine redemptam, suam Dei filius statuere et confirmare voluerit Ecclesiam, dicens: Tu es Petrus et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam (*a*). Cui etiam tantam potestatis praerogativam concessit, ut eius arbitrio in caelo et in terra, vel liganda ligarentur, vel solvenda solverentur. Quam potestatis suae successionem ipse B. Clementi, et per eum omnibus concessit, qui eius Sedi iuste praesidere, et Ecclesiam Dei canonica studuerint ordinatione disponere. Cuius nos fidei auctoritate muniti, tibi, dilecte frater Norigaude, omnibusque tibi canonice successoribus, confirmamus omnia, quae ad Eduensem Ecclesiam, in qua te canonice credimus ordinatum, pertinere videntur, tam in ecclesiis, parochiis, coemeteriis, presbyteriis, cunctisque ecclesiasticis ordinibus, quam etiam praediis aliisque omnibus possessionibus, mobilibus, quae acquisita sunt, vel iuste acquiri poterunt, ut haec omnia tibi tuisque successoribus ita libere possidere liceat, sicut antecessor tuus in uno die ante suum obitum quiete et iuste possedisse probatur. Illud autem apostolica auctoritate statuimus, ut nulli presbytero vel viventi vel morienti, seu ad aliam religionem, vel ad quietam vitam transeunti, liceat res, quas a die ordinationis suae in Ecclesia, in qua est ordinatus, conquirere poterit, auferre vel minuere; sed intacta ea et illibata in ipsa, in qua conquisita sunt, permittat Ecclesia remanere. Illos etiam, qui a vobis excommunicati, vel ab officiis divinis pro suis fuerint excessibus remoti, ne aliquis in communionem recipere, vel in officium praesumat restituere, eadem auctoritate prohibemus. Statuimus quoque, ut pro sepulturae quidem loco vel spatio nullum penitus ab aliquo pretium exigatur: pro redemptione vero peccatorum, morientes, in Ecclesia, in qua fidei sacramenta acceperint, eleemosynam dare secundum apostolica decreta statuimus omnino et confirmamus. Si quis autem ad aliam, vivens sive moriens, se conferre voluerit, de eo, quod pro salute animae suae dare disposuerit, secundum apostolica decreta, matrici Ecclesiae partem relinquat. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona contra hanc nostrae constitutionis paginam praesumptuose venire tentaverit, huiusmodi, ut sacrilegii reum, a liminibus sanctae Dei Ecclesiae arcendum iudicavimus. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud bonorum Retributorem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Potestas in eosdem ab illo derivata

Confirmantur bona huius Ecclesiae.

Datoque decreto pro eius immunitate,

Nonnulla conceduntur privilegia.

Solitae clausulae, poenam praemiumve irrogantes.

Scriptum per manum Iohannis scrinarii sacri Lateranensis palatii. Ego Paschalis episcopus S. Ecclesiae subscripsi etc.

PP. Subscriptio.

Datum Laterani per manum Leonis scriptoris XVIII cal. maii ind. VIII, anno dominicae incarn. MC, pontificatus autem D. Paschalis secundi Papae, primo.

Dat. die 14 aprilis anno Domini 1100, pontif. anno I.

III.

Monasterium Cistercii monachorum S. Benedicti, in dioecesi Cabilonen. nuper institutum, sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Monasterium Cistercii sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur. — 2. Perturbari prohibetur. — 3. Concordia cum monasterio Molismensi confirmatur. — 4. Hortatio pastoralis. — 5. Poena contra violatores privilegii huius. — 6. Benedictio fautorum dicti monasterii. — Papae subscriptio.

(*a*) Matth. XVI. 18.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili filio Alberico novi monasterii abbati, quod in Cabilonen. parochia situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Desiderium, quod ad religiosum propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, sine aliqua est dilatione complendum.

Unde nos, o filii in Domino dilectissimi, citra difficultatem omnem vestrarum precum petitionem admittimus, quia religioni vestrae paterno congratulamur affectu.

Monasterium Cistercii sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

§ 1. Locum igitur illum, quem inhabitandum pro quiete monastica elegistis, ab omnium mortalium molestiis tutum ac liberum fore sancimus; et abbatiam illic perpetuo haberi, ac sub Apostolicae Sedis tutela specialiter protegi, quamdiu vos et successores vestri in ea, quam hodie observatis, disciplinae ac frugalitatis observantia permanseritis: salva Cabilonen. Ecclesiae canonica reverentia.

Perturbari prohibetur.

§ 2. Praesentis itaque decreti pagina interdicimus, ne cuiquam omnino personae liceat statum vestrae conversationis immutare, neque vestri, quod novum dicitur, coenobii monachos sine regulari commendatione suscipere; neque congregationem vestram astutiis quibuslibet, aut violentiis perturbare.

Concordia cum monasterio Molismensi confirmatur.

§ 3. Eam sane controversiae decisionem, quam inter vos et Molismensis claustri monachos frater noster Lugdun. episcopus, tunc Apostolicae Sedis vicarius, cum provinciae suae episcopis, aliisque religiosis viris, ex praecepto praedecessoris nostri apostolicae memoriae Urbani II impetravit, nos tamquam rationabilem ac laudabilem confirmamus.

Hortatio pastoralis.

§ 4. Vos igitur, filii in Christo dilectissimi ac desideratissimi, meminisse debetis, quia pars vestri saeculares latitudines, pars ipsas etiam monasterii laxioris minus austeras angustias, reliquistis. Ut ergo hac semper gratia digniores censeamini, Dei semper timorem et amorem in vestris cordibus habere satagite, ut quanto a saecularibus tumultibus et deliciis liberiores estis, tanto amplius placere Deo totius mentis et animae virtutibus anheletis.

Poenae contra violatores privilegii huius.

§ 5. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Benedictio fautorum dicti monasterii.

§ 6. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax D. N. Iesu Christi, quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Papae subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Dat. Troiae per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis kalendis maii, indictione octava, incarnationis dominicae anno MC, pontificatus autem domini Paschalis secundi, I.

Dat. die 1 maii anno Domini 1100, pontif. anno I.

IV.

Privilegium Troianae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Troiani episcopi a Summo Pontifice consecrandi. — Omnibus et singulis eiusdem Ecclesiae bonis fruantur, absque ullius personae vi, sive molestia. — Solitae clausulae. — Paschalis PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Huberto Troiano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis consensum praebere, iustisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui, licet indigni, institiae custodes atque praecones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimur. Tuis igitur, frater in Christo charissime Huberte, iustis petitionibus annuentes, S. Troianam Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut eiusdem Ecclesiae Troianae antistites in perpetuum a Sedis Apostolicae Pontifice consecrentur; cui uimirum Ecclesiae, tibique ac tuis legitimis successoribus iure proprio possidere firmamus, Montem Maiurum, villam, quae dicitur S. Laurentii, et quicquid in posterum iuste et canonice ad Ecclesiae possessionis proprietatem, largiente Domino, poteritis adipisci. Episcopali vero iure regendam in perpetuum ac disponendam sancimus ipsam civitatem Troianam, et in ea S. Nicolai monasterium cum Ecclesiis ad id pertinentibus, S. Crucem de Portula, et Felicem, Castellionem, Castellum Novum, Biccarum, cum abbatia S. Petri in Burgo cum ecclesiis ad id pertinentibus, ecclesiam S. Viti, fabricam S. Mariae de Focis, S. Petrum de Montella, S. Iustam, et quaecumque praedia praedecessorum nostrorum authenticis privilegiis, quae Ecclesiae vestrae data sunt, continentur. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas, suis usibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis vero in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vice comes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet, saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Troiani episcopi a Summo Pontifice consecrandi.

Omnibus et singulis eiusdem Ecclesiae bonis fruantur.

Absque ullius personae vi, sive molestia.

Solitae clausulae.

Ego Paschalis S. catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

Paschalis PP.

Ego Oddo Ostiensis episcopus subs.
Ego Odorisius cardinalis et abbas subsc.
Ego Albic. dia. card. S. Petri subsc.
Ego Milo Praenestinus episc. subsc.
Ego Bruno Signin. episc. subsc.
Ego Teuto card. Ss. Ioannis et Pauli ss.
Ego Paganus diaconus Romanae Ecclesiae cardinalis subsc.

et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Datum apud Casinum per manum Iohannis S. R. E. diac. cardinalis IV idus novembris ind. VIII, incarn. Domini anno MC, pontificatus autem D. Paschalis II Papae, anno II.

Dat. die 10 novembris anno Domini 1100, pontif. anno II.

V.

Privilegium, quo monasterii Cluniacensis bona omnia ac iura confirmantur (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — Confirmantur privilegia omnia Cluniacensibus concessa a Gregorio VII et Urbano II. — Et quae concessa sunt in Concilio Arvernensi. — Bona quoque prout hic enumerantur. — Quae bona omnia cum ecclesiis et cappellis declarantur immunia

(1) Edidit Martinus Marrier in Bibliotheca Cluniac. col. 522, et Guichenon ex Archiv. Nantuanae Ecclesiae.

ab omni laicali onere. — Earum vero presbyteri animarum curam ab episcopo loci accipere debeant. — Facultas datur recipiendi eleemosynas, quae gratis offeruntur. — Abbatiae nonnullae Cluniacensi abbati subiiciuntur. — Salvo iure S. R. E. fratres Cluniacenses a sacris officiis suspendi non posse declaratur; — Nec prohiberi, quominus in monasteriis clerici aut laici delinquentes recipiantur; — Nec bona ad eadem spectantia quoquomodo molestari: — Sub poena privationis gradus et censurarum. — Paschalis PP. subscriptio. — Subscriptiones S. R. E. cardinalium.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis imposterum.

Prooemium.

Zelus Domini (1), et religionis praerogativa, qua per universum fere Occidentem nostris temporibus per Dei gratiam congregatio vestra percelluit, et inconcussa unitas, qua inter procellas omnes Sedi Apostolicae adhaesistis, mansuetudinem nostram vehementius exhortantur, imo urgent atque compellunt, ut vestris petitionibus assensum accomodare, et quieti vestrae imposterum providere solicitius debeamus. Quapropter quidquid libertatis, quidquid tuitionis, quidquid authoritatis praedecessores nostri Ecclesiae Romanae Pontifices, praesertim apostolicae memoriae Gregorius VII et Urbanus II vestro monasterio, et locis, ad idem pertinentibus, contulerunt, nos quoque praesenti decreto authore Domino confirmamus. Ad haec adiicimus, ut in omnibus prioratibus et cellis, quae nunc sine proprio abbate vestro regimini subiectae sunt, nullus unquam futuris temporibus abbatem ordinare praesumat; sed tam prioratus ipsi et cellae, quam et caetera in quibuslibet locis omnia, quibus fraternitas tua Arvernensis concilii, quod per supradictum Urbanum PP. celebratum est, tempore investita erat, de quibus tunc nulla quaestio mota est, cui nimirum concilio per temetipsum interfueras, tam tibi quam successoribus tuis in pace semper et quiete serventur, in quibus haec propriis visa sunt annotanda nominibus: S. Maria de Charitate de Martignaco (1), S. Petrus de Munsiaco (2), S. Petrus de Leniciis (3), S. Paulus de Pergamo, S. Isidorus de Hispania, S. Odylus (4) de Scarrione, Sanctus Marcellus de Salsimoniaco, S. Marcellus de Cabilone, Carus Locus, Paredus, Romanum monasterium, S. Victor de Gebenna, Paterniacus, S. Saturninus de Provincia, S. Eutropius, S. Martinus de Auxia, monasterium de Cacerris, S. Maria de Tolosa, Boort (5), Tiernus, S. Martinus de Capis (6), Sylviniacus, Virgenus, Ginniacus, Nantuacus, S. Pancratius de Anglica, S. Lecerius de Bigorro, S. Arientius (7) Auxiensis, S. Maria de Nazara, S. Iacobus de Potino, S. Gabriel de Cremona, S. Salvator et S. Stephanus de Niverno. Praecipimus etiam, ut omnes ecclesiae seu capellae vestrae et cimiteria libera sint et omnis exactionis immunia praeter consuetam episcopi paratam iustitiam in presbyteros, si adversus ordinis sui dignitatem offenderint: exceptis nimirum Ecclesiis illis, quae absque huiusmodi subiectione in abbatis potestate subsistunt. Liceat quoque vobis cum iuribus vestris (8) presbyteros eligere, ita tamen, ut ab episcopis, vel episcoporum vicariis animarum curam absque venalitate suscipiant; quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur; neque cuilibet facultas sit, aut claustri unquam aut locorum vestrorum fines pro vivorum sive defunctorum eleemosynis ob salutem datis inquietare; sed tam virorum quam mulierum oblationes, quae Deo offeruntur, in usum servorum Dei, pauperumque Christi percipere liceat.

Confirmantur privilegia omnia Cluniacensibus concessa a Gregorio VII et Urbano II;

Et quae concessa sunt in Concilio Arvernensi.

Bona quoque prout hic enumerantur.

Quae bona omnia cum ecclesiis et capellis declarantur immunia ab omni laicali onere.

Earum vero presbyteri animarum coram ab episcopo loci accipere debeant.

Facultas datur recipiendi eleemosynas, quae gratis offeruntur.

(1) Haec desiderantur in exemplari a Marrier edito.

(1) Marr. *de Marciniaco.* (2) Marr. *de Cusiniaco.* (3) Marr. *de Leuntiis.* (4) Marr. *Orylius.* (5) Marr. *S. Maria de Tobosa Boarum.* (6) Marrier *de Campis.* (7) Marrier *S. Orvenitius.* (8) Marrier *seu fratribus vestris.*

Abbatias vero, quas tuae tuorumque successorum ordinationi praedecessor noster Gregorius VII PP. commisit, nos quoque committimus, videlicet Virhelva, S. Ægidii, S. Ioannis de Angelico, S. Petri de Moysiaco, Maliacensem, S. Martialis de Lemovico, novum monasterium S. Cypriani Pictaviensis de S. Sacco; adiicientes etiam S. Germani Antissiodorensis, S. Astrimonii Mauricensis, S. Bertini Tarvaniensis eidem ordinationi subiaceant: salvo nimirum iure sanctae Ecclesiae Romanae. Nec minus illud supradictum Urbani II Papae capitulum confirmamus, ne cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi quam et famuli eorum, et qui se monasticae professioni devoverunt, clausis Ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Concedimus etiam vobis laicos seu clericos sacculares, nisi qui pro certis criminibus excommunicati sunt, ad conversionem, sive sepulturam per loca vestra suscipere. Clericos quoque regulares, qui pro necessitatibus ad vestrum coenobium effugiunt, suscipiendi, et ad vestrum propositum admittendi, religioni vestrae licentiam impertimus. Praeterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat vestrum venerabile coenobium et loca subdita temere perturbare; sed eorum Ecclesiae possessiones, et bona caetera, quae pro animarum salute donata sunt, vel in futurum Deo miserante donari contingerit, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant, quos profecto cognoscimus ab excommunicatis et rapacibus discretione debita contineri. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo et tertio commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatiae nonnullae Cluniacen. abbati subiiciuntur;

Salvo iure S. R. E., fratres Cluniacenses a sacris officiis suspendi non posse declaratur;

Nec prohiberi, quominus in monasteriis clerici aut laici delinquentes recipiantur.

Nec bona ad eadem spectantia quoquomodo molestari.

Sub poena privationis gradus et censurarum.

Ego Paschalis Sanctae Ecclesiae Catholicae episcopus.

Paschalis PP. subscriptio.

Ego Odo Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Milo.... Praenestinus episcopus.

Subscriptiones S. R. E. cardinalium.

Ego Albericus cardinalis S. Petri ad Vincula.

Ego Walterius (1) episcopus Albanensis Ecclesiae subscripsi.

Ego Teuto cardinalis Ss. Ioannis et Pauli.

Ego Ioannes Tusculanensis episcopus.

Ego Paganus S. R. E. cardinalis subscripsi (2).

Datum Anagniae per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, XVII kal. decembris, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MC, pontificatus autem domni Paschalis PP. II.

Dat. die 15 novembris anno Domini 1100, pontif. anno II.

VI.

Absolutio Godifredi Florentini episcopi, et damnatio accusatorum.

SUMMARIUM

Facti series. — Episcopi innocentia probata: — Falsi accusatores condemnati.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Florentino, salutem et apostolicam benedictionem.

Iamdudum apud nos confrater noster G. episcopus vester querelam suam de-

Facti series.

(1) Alias *Gualterus*. (2) In hisce subscriptionibus quae in exemplari S. Guichenon non legebantur, ex altero Martini Marrier supplevimus vel emendavimus.

posuit adversus Ecclesiae vestrae archidiaconum, et eius socios, videlicet Ioannem priorem ecclesiae Sancti Laurentii, et Petrum S. Petri de Scaradio, et Rambaldum S. Stephani priorem, quod eum in populo criminarentur simoniacae pravitatis. Missis itaque literis utrique parti, agendae causae terminum dedimus. Cum in termino venisset episcopus, illi ad praesentiam nostram minime accesserunt, terrorem captionis in itinere praetendentes. Nos autem, ut eis huiusce occasionis diverticula tolleremus, per eumdem episcopum, et per episcopum Volterranum ducatum eis omnino tutum providere curavimus. Archidiaconus quidem, et B. Laurentii prior ad nostram praesentiam convenerunt; caeteri alii nec venerunt, nec pro se nuntios transmiserunt. Tunc praesentibus eis adversus eos episcopus questus est: quod se ipsius obedientiae, communionique subtraxerint: quod ipsum in populo simoniaci flagitii criminati sint: quod eius execrati sint consecrationes: quod adversus eum conspirationem in conventiculis fecerint.

Episcopi innocentia probata:

Porro illi, praemisso tractationis spatio, se accusatores episcopi, aut illius criminis probatores penitus negaverunt; collectiones clericorum seu laicorum in ecclesiasticis fecisse asseruerunt; sed propter inquirendam rumoris illius, qui contra episcopum increbuerat, veritatem; in quibus nimirum collectionibus conspirationis conventicula intelleximus: in caeteris quoque se offendisse confessi sunt. Prolata sunt igitur his causis congruentia sanctorum Patrum diversa capitula, Antiochenae videlicet synodi quintum: De his, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahunt, et seorsim colligunt; item de conspiratione, seu coniuratione Chalcedonensis synodi decimumoctavum; et Callisti Papae ad episcopos per Galliam constitutos, cuius initium est: Conspirationum crimina vestris in partibus vigere audivimus; item Alexandri Papae: De his, qui sanctos persequuntur, aut amovere, aut dilacerare nituntur; item Stephani Papae: De his, qui adversus Patres armantur, et qui fratres calumniantur. Nos ergo, tantorum Patrum auctoritatibus instructi, praefatos viros, tamquam propria confessione convictos, ob (1) officiis seu dignitatibus suis sententia iudiciali removemus, nisi eis in posterum misericordia subveniatur Ecclesiae: aliisque etiam, qui vocati venire ad nostram praesentiam neglexerunt, idem iudicium irrogamus, quoniam eisdem videntur capitulis irretiti; equum est enim, ut delationem sententiae de absentia non lucrentur, quia confitetur de omnibus quisque, si subterfugere iudicium dilationibus putat. Omnibus igitur vobis praesentium literarum auctoritate praecipimus, ut episcopum vestrum, tamquam per Dei gratiam catholicum, unanimi concordia diligatis et vereamini. Si quis vero clericorum, aut laicorum temeraria deinceps praesumptione huiusmodi episcopum infestaverint, noverint se pertinacia sua clerici quidem depositione mulctandos: laici vero excommunicationi subiiciendos.

Falsi accusatores condemnati.

Data Laterani, v non. martii, indict. IX.

Dat. die 3 martii anno Domini 1101, pontif. anno II.

VII.

Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae supra caeteras omnes Hispaniarum Ecclesias (1).

SUMMARIUM

Toletanae Ecclesiae dignitas in multis synodis comprobata. — Toletana urbs ab Ildefonso rege ex Maurorum servitute vindicata, prima Hispaniarum sedes declaratur: eiusque archiepiscopo pallii usus conceditur. — Minores aliorum episcoporum causae per ipsum cognoscendae. — Eique subiicit dioeceses Saracenorum ditioni subiectas, cum primum de eorumdem manibus liberari contigerit. — Illos in-

(1) Forsitan *ab*. (2) Ex tom. XII Concil. inter epistolas Paschalis PP.

super, quae proprios metropolitas perdiderunt, usquedum tamen iis restituantur. — Confirmantur quoque antiqua omnia Ecclesiae eiusdem iura et privilegia. — Adhortatio ad Berhardum ut pastoris munus pro debito adimpleat. — Poenae contra temeratores privilegii huius. — Paschalis Papae subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Berhardo Toletano archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Toletanae Ecclesiae dignitas in multis synodis comprobata.

Actorum synodalium decreta scrutantibus, liquet, quantanae (1) Toletana Ecclesia dignitatis fuerit ex antiquo, quantaeque per eam in ecclesiasticis negotiis utilitates accreverint. Unde et nos eiusdem urbis statum, quantum nostrae est facultatis, in ecclesiasticis (2) dignitatibus gloria stabilire Domino adiuvante optamus. Igitur tum pro benignitate sanctae Romanae Ecclesiae debita, tum pro digna Toletanae Ecclesiae reverentia, tum etiam pro reverendissimi filii nostri praestantissimi regis Ildefonsi postulationibus, cuius nimirum virtute et prudentia Toletana Ecclesia (3) Maurorum et Moabitarum iugo erepta est, te, carissime frater, iuxta constitutum praedecessoris nostri sanctae memoriae Urbani Papae secundi, in totis Hispaniarum regnis primatem fore, praesentis privilegii auctoritate sancimus, sicut eiusdem urbis constat antiquitus extitisse Pontifices. Pallio sane in missarum solummodo celebrationibus uti debebis praecipuarum, quae subscriptae sunt, festivitatum temporibus; tribus videlicet diebus in Nativitate Domini, in Epiphania, Hypapante, Coena Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, tribus solemnitatibus Sanctae Mariae, Sancti quoque Michaelis, et Sancti Ioannis Baptistae, in omnibus natalitiis Apostolorum, et eorum martyrum, quorum pignora in vestra Ecclesia requiescunt, sancti quoque Martini et Ildefonsi confessorum, et omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum et clericorum, et in annuo consecrationis tuae die, natali etiam sancti Isidori et Leandri. Primatem te universi Hispaniarum praesules respicient: et ad te, si quid inter eos graviori quaestione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen Romanae Ecclesiae metropolitanorum privilegiis singulorum. Toletanam ergo Ecclesiam iure perpetuo tibi, tuisque, si divina praestiterit gratia, successoribus canonicis tenore huius privilegii confirmamus, una cum omnibus ecclesiis et dioecesibus, quas proprio iure noscitur antiquitus possedisse; praecipientes, de iis, quae Sarracenorum ad praesens subiacent ditioni, cum eas Domino placuerit potestati restituere populi christiani, ad debitam Ecclesiae vestrae obedientiam referantur. Illarum autem civitatum dioeceses, quae Sarracenis invadentibus metropolitanos proprios perdiderunt, vestrae ditioni eo tenore subiicimus, ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere. Si vero metropolis quaelibet in statum fuerit pristinum restituta; suo quaeque dioecesis metropolitano restituatur. Neque tamen ideo minus tua debet studere fraternitas, quatenus unicuique metropoli suae restituatur gloria dignitatis. Haec et caetera omnia, quae ad antiquam Toletanae, Sedis Apostolicae concessione probari poterunt, nos tibi tuisque successoribus perpetuo possidenda contradimus atque firmamus. Te, reverende frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honore pontificii (1) semper exhibeas, christianis ac Sarracenis sine offensione semper esse procurans; et ad fidem infideles convertere, Domino largiente, verbis studeas et exemplis. Sic ex tui pallii dignitate, et primatus praerogativa praecellas in oculis hominum, ut interius virtutum excellentia polleas coram supernae oculis maiestatis.

Toletanae urbs ab Ildefonso rege ex maurorum servitute vindicata, prima Hispaniarum sedes declaratur: eiusque archiepiscopo pallii usus conceditur.

Minores aliorum episcoporum causae per ipsum cognoscendae.

Eique subiicit dioeceses Saracenorum ditioni subiectas, cum primum de eorumdem manibus liberari contigerit.

Illos insuper, quae proprios metropolitas perdiderunt, usquedum tamen iis restituantur.

Confirmantur quoque antiqua omnia Ecclesiae eiusdem iura et privilegia.

Adhortatio ad Berhardum ut pastoris munus pro debito adimpleat.

(1) Forte pro *quantae*. (2) Alias *in ecclesiasticae dignitatis gloriam stabilire*. (3) Alias *civitas*.

(1) Forte *tanto honore pontificio*.

Poenae contra temeratores privilegii huius.

Si qua igitur in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis sciens paginam, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sanctissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scrinarii sacri palatii.

Paschalis Papae subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscribo.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, secundo nonas martii, indictione octava, incarnationis dominicae anno MCI, pontificatus autem domni Paschalis Papae secundi, anno secundo.

Dat. die 6 martii anno Domini 1101, pontif. Paschalis anno II.

VIII.

Confirmatio episcopatus Atrebatensis, cui distincti a Cameracensi dioecesi limites constituuntur (1).

SUMMARIUM

Antiquas leges non esse infirmandas. — Atrebatensi Ecclesiae proprius datur episcopus; — Et antiqua iura omnia, ac bona restituuntur; — Cum iisdem limitibus, quos antiquitus habebat. — Solitae clausulae contra violatores Chartae huius.

(1) Ex tom. III Spicilegii Dacheriani.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Lamberto Atrebatensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Antiquas leges non esse infirmandas.

Quae a Patribus constituta sunt, oportet profecto, ut sub metu et irrefragabili auctoritate teneantur. Dignum enim est ut nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. Unde et nos, quod a piae memoriae praedecessore nostro Urbano de restitutione Atrebatensis Ecclesiae constitutum est, iustum omnino, et sacris canonibus congruum perpendentes, nostri quoque decreti auctoritate sancimus: ut videlicet Ecclesia eadem, sicut antiquitus episcopali dignitate clarnit, ità etiam in posterum cardinalem per Dei gratiam sortiatur antistitem. Divinae siquidem miserationis affectum, quem in Ecclesiarum suarum et populorum restitutionibus operatur, debemus et nos competentibus subsequi ac implere suffragiis. Te igitur, dilectissime ac reverendissime frater, quem in Atrebatensi Ecclesia praedecessor noster, Domino restituente, constituit, nos quoque cum divini favoris praesidio in episcopalis dignitatis functione firmamus. Quidquid autem praedictae Ecclesiae B. Remigius contulit, quidquid antiquis temporibus, dum episcopali dignitate polleret, eam possidere constiterit; salvis legalibus institutis, et Romanae Ecclesiae privilegiis tantum tibi ac successoribus tuis permanere censemus. In quibus nominatim archidiaconias duas, quarum una Atrebatensis, altera dicitur Obstrevandensis, praefatae Ecclesiae confirmamus: et illos omnino limites inter Atrebatensem et Cameracensem Ecclesias fore praecipimus, quos antiquitus fuisse, vel scriptorum monumentis, vel territoriorum diremptione, vel certis aliquibus indiciis potuerit comprobari; ut annuente Deo Ecclesiarum pax nulla occasione turbetur; et quae pro fidelium salute statuta sunt, perenni tempore inconvulsa stabilitate persistant. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis pagi-

Atrebatensi Ecclesiae proprius datur episcopus;

Et antiqua iura omnia, ac bona restituuntur;

Cum iisdem limitibus, quos antiquitus habebat.

Solitae clausulae contra violatores Chartae huius.

nam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii, et scrinarii sacri palatii.

PASCHALIS catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani, per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XVII kalend. maii, indictione IX, incarnationis dominicae anno MCI, pontificatus autem domini Paschalis secundi Papae, secundo.

Dat. die 15 aprilis anno Domini 1101, pontif. anno II.

IX.

Confirmatio sententiae ab Urbano PP. II editae in controversia inter coenobium Cassinense et abbatissam S. Mariae de de Capua super cella Cinglensi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Urbani PP. super hac lite sententia. — Abbatissae S. Mariae de Capua appellatio in synodo Melphitana. — Causa inibi agitata. — Per Urbanum PP. Cinglensis cella Cassinensibus restituta: — Iterum ad Paschalem PP. appellatum est. — Quae deinde acta fuerint, exponitur. — Hinc confirmatur Urbani sententia: — Apposita excommunicationis poena contra inobedientes. — Paschalis PP. subscriptio.

(1) Ex originali in archiv. edidit Gattula Hist. Cassinen. saeculi III, pag. 48.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri et compresbytero Oderisio Cassinensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et, quae recte statuta sunt, stabilire. Ea perpetuo (1) coenobii vestri causam de Cinglensi cella nequaquam statu illo dimovendam duximus, qui a Domino praedecessore nostro sanctae memoriae Urbano scripti assertione institutus agnoscitur. In Melfitana siquidem synodo, quam largiente Domino, nostrae ordinationis anno secundo solemniter celebravimus, abbatissa, quae Cinglensem cellam ante tenuerat, vehementius reclamavit, se perpetram tractatam, se passam iniuriam asseverans. Cumque consessum totum suis questibus implevisset, communis filius Iohannes Ecclesiae nostrae diaconus, absentiam tui gravatus, tandem surrexit, et negotium id canonice definitum exposuit. Cuius mox relationi confrater noster Oddo episcopus Ostiensis testimonium contulit, dicens, vere abbatissam de cella illa domini Urbani Papae iudicio revestitam: vere post menses tres ad Barense concilium invitatam, quo cum non iverit, nuntium destinavit: ille, negotii finem subterfugiens, abbatissam non plenius revestitam clamabat, quia quasdam cellae cartas, defensioni suae necessarias, minime recepisset. Unde actum fuit, ut per manum domni Roffridi Beneventani episcopi, cartae ipsae non ante requisitae in conspectu concilii redderentur. Mox Papa Beneventum regresso, iterum abbatissa per literas, ut Sinuessam venisset, ne quid gravaminis pati se illa iuste conquereretur, ad S. Germani oppidum, quod Casini Monti adiacet, veniendi accepit inducias. Venit tandem, sed causam aggredi recusavit, conquerens adhuc, quia non omnia Cinglensis cellae monimenta receperit. Fratres vero Cassinenses sacramento probare praesto fuerunt, se nec plures nec alias in eodem loco cartas,

Exordium.

Urbani PP. super hac lite sententia.

Abbatissae S. Mariae de Capua appellatio in synodo Melphitana.

Causa inibi agitata.

(1) Forte *caepropter*.

quam reddiderant, invenisse. Illa quibusdam nostrum clam munimina cartarum ostendens, ad Pontificis conspectum producere nolnit. Tandem domini Urbani Papae ad concordiam suadentis, nostrisque commonitionibus parvipensis, clam discedens, iudicio locum dedit. Sic Dominus noster sanctae in Christo memoriae Papa Urbanus, relectis diligentius Romanorum Pontificum decretis, imperatorum praeceptis, loci fundatoris chirographis, cellam ipsam Cassinensi coenobio reddidit imperpetuum possidendam. Illa quippe abbatissae procurata absentia iuxta canonum sanctiones pro confessione habenda cunctis fratribus qui tunc aderant, episcopis seu cardinalibus censebatur. His verbis confratris nostri Ostiensis episcopi, Albertus quoque nunc Sipontinus episcopus, huius autem actionis tempore transacto Romanae Ecclesiae cardinalis presbyter, quia et ipse interfuerat, testificationis suae suffragium copulavit. Romani etiam indices, Petrus et Raymbaldus, negotium illud se praesentibus pertractatum perhibuerunt, se etiam ex romanae legis libris sententiam proferentibus. His perauditis, grave nobis videri diximus, ut quae ab antecessoribus nostris decisa fuerant, retractarentur. Caeterum abbatissa illa vehementius insistente, fratribus nostris episcoporum quibusdam praecepimus, ut in partem euntes ex consilio responderent, utrum causa haec retractanda ulterius videretur. Regresso Brunone Signino episcopo, proloquente, dixerunt, rationabile ac iustum sibi domini Papae iudicium videri, ratumque id habendum tamquam canonico ordine pertractatum. Et nos ergo in eodem statu semper manere censuimus; et sicut tunc verbo, ita et nunc scripto sancimus, Cinglensem cellam, sub disciplina semper religionis monasticae disponendam, ad ius semper et possessionem Cassinensis monasterii pertinere. Si quis vero, huiusce definitionis et confirmationis tenore agnito, obviam ire, et cellam illam a Cassinensi coenobio separare praesumpserit, ipse quoque ab Ecclesiae corpore, Ecclesiae iudicio separetur. Scriptum per manum Petri notarii regionarii, et scriniarii sacri palatii.

Per Urbanum PP. Cinglensis cella Cassinensibus restituta:

Iterum ad Paschalem PP. appellatum est.

Quae deinde acta fuerunt, exponitur.

Hinc confirmatur Urbani sententia:

Apposita excommunicationis poena contra inobedientes.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Paschalis PP. subscriptio.

Datum Lateranis per manum Iohannis S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis II kal. aprilis, indictione IX, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo secundo, pontificatus autem domni Paschalis secundi anno II.

Dat. die 31 martii anno Domini 1102, pontif. anno II.

X.

Descriptio et assignatio confinium territorii Veliternensis (1).

SUMMARUM

Abolitio Actorum omnium a Guiberto antipapa in praeiudicium civitatis Veliter. — Et confirmatio privilegiorum a Gregorio PP. VII eidem concessorum. — Describuntur fines territorii. — Poena pecuniaria contra inobedientes huic decreto. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, Veletranae urbis civibus, Apostolicae Sedis fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Et prava corrigere, et recta firmare, commissi loci et officii debito commonemur. Ideirco iuxta petitionem vestram omnes pravas consuetudines vel exactiones, quas haeresiarcha Guibertus Provenatus, quondam episcopus, mox Apostolicae Sedis invasor, imposuit, de medio vestrae civitatis penitus abolere praesentis paginae auctoritate decernimus. Illam vero benignitatem, quam a praedecessore nostro s. memoriae Gregorio VII civitas vestra promeruit, hanc quoque, tam vobis quam posteris vestris, in Apostolicae Sedis fidelitate permanentibus, firmam manere san-

Abolitio Actorum omnium a Guiberto antipapa in praeiudicium civitatis Veliter.

Et confirmatio privilegiorum a Gregorio PP. VII eidem concessorum.

(1) Ex authentico edidit Ughellius Ital. Sac. tom. I.

cimus, ut videlicet loci vestri potentiores, quibus et vos suum ius non negetis, imponere vobis graviora non audeant. Nec solum urbis vestrae habitatores, sed etiam antiqui fines ab omni saecularis potestatis invasione serventur et infestatione securi. Civitatis autem fines dicimus illos, qui pertinentias suas longe lateque concludunt. Cum de montibus, sylvis, et pratis, et aquaeductis, locis cultis atque incultis, quos in sequentibus nominatim exprimendos decrevimus: a primo latere fossatum, quod descendit in monte Episcopi, et descendit ad aquam Palumbari, et exinde in silice de Marco: inde vero protenditur in vallem ad Centum-Guttas, et descendit ad Balneum Novum, unde revertitur per viam in colle de Benone-Manioso, descenditque per vallem in pratum de Camulselli, et tenditur per eam in possessionem S. Mariae de Domo, atque exinde in fossatum de Cerris, et per ipsum in terminum Turrichiae, ac reflectitur in pratalina de formali de Ulmis, descenditque per vallem in possessionem S. Andreae in Silice, ac inde in fossatum de Lectere, et exinde iuxta vineas S. Andreae in fossatum de Arcione, descenditque per ipsum in Silicem, ac per eam recurvatur in Fossatum de Formello, unde descendit in valle de Scazi. A secundo vero finis incipit a columnella marmorea, quae inter vos et habitatores S. Petri in forma olim fuit, ubi et nunc est communi consilio constituta; inde vero protenditur in Plagarum de Salciara. A tertio autem finis incipit a fossato de Carciavo, ac per ipsum ascendit ad Pontem de Carano, indeque extendit (1) ad formales de Stuti, et exinde tenditur in fossatum S. Angeli sub terra, et per ipsum fossatum ad Pentomichiam, atque inde ascendit ad fontem de Fico, et inde usque in Silicem, ac per eam in Pontem Valagni; exinde ascendit ad Pontem Magnellum, et per ipsum ad aquam Luciae, atque ad summitatem Montis de Spina. A quarto latere per Montis cacumen protenditur finis usque ad primum. Hos igitur fines cum detrimento vestro mutare omnino apostolica interdictione prohibemus: statuentes, ut quod in certis continentur, sicut ius est uniuscuiusque, tam vos quam vestri haeredes, et quibus vos legaliter concesseritis, quiete possideatis in perpetuum. Quod si quaelibet parva vel magna persona contra hoc apostolicum decretum atque praeceptum temerario ausu venire tentaverit, admonita semel et iterum usque tertio per convenientes inducias, si non resipuerit, et quod iniuste egerit, condigne non concesserit, sciat se centum libras denariorum Papiensium, medietatem Camerae nostrae, medietatem iniustitiam patientibus, persoluturam.

Describuntur fines territorii.

Poena pecuniaria contra inobedientes huic decreto.

Scrip. per manum Petri notarii regionarii et secretarii sacri palatii.

Paschalis PP. subscriptio.

Ego Paschalis episcopus ss.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. card. VIII id. aprilis, indict. X, incarnationis dominicae anno MCII, pontificatus autem domni Paschalis II anno III.

Dat. die 6 aprilis anno Domini 1102, pontif. anno III.

(1) Forsitan *extenditur*. (R. T.)

XI.

Lichefeldensis, seu Castrensis Ecclesiae translatio Conventriam, cuius monachis ibidem regulariter vivere statuitur (1).

SUMMARIUM

In villis et castellis episcopos non ordinandos decrevit Anacletus PP. et ab Ecclesia ad aliam non transferendos: — Qua de causa episcopalis Sedes Conventriam transferenda: — Absque remotione fratrum inibi degentium; iuxta institutionem Cantuariensis Ecclesiae, et decretum a Gregorio PP. ad id editum. — Decretum immunitatis Conventriensis Ecclesiae ab omni molestia, vi etc. — Sub poena excommunicationis contra violatores etc. — PP. subscriptio.

(1) Ex Cod. 3126 Biblioth. Colbertinae edidit Baluzius Miscell. lib. VII, pag. 152.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Roberto Conventrano episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

In villis et castellis episcopos non ordinandos decrevit Anacletus PP., et ab Ecclesia ad aliam non transferendos:

Per Petri apostoli discipulum successorem, Anacletum, Petri apostoli praeceptum habemus, ne in villis sive castellis aut modicis civitatibus ordinentur episcopi. Ab eodem etiam Pontifice, vel posterioribus patribus, constitutum est, ut sacerdotes ad quamcunque constituti fuerint Ecclesiam, in ea vitae suae diebus debeant perdurare. Huius nos iustitiae ratione commoniti, carissime frater et coepiscope Roberte, providendum duximus ne tua vel successorum tuorum cathedra imposterum fluctuet; quia et Lichifeldensis locus, et Cestrensis villa, ubi praedecessoribus tuis vel tibi hactenus sedes fuit, pro exiguitate ac paupertate sui episcopalis dignitatis solum non merentur. Statuimus ergo, ut apud Conventriam deinceps tam tibi quam successoribus tuis in perpetuum episcopalis cathedra conservetur. Porro monachi, qui apud eumdem locum in Beatae Mariae monasterio conversantur, semper sub tua seu successorum tuorum obedientia maneant, et in ipsa episcopali Ecclesia divinorum officiorum debita peragant, prout in Cantuariensi Ecclesia per beatum quondam Augustinum novimus institutum; et sanctissimi patris ac praedecessoris nostri Gregorii, doctoris Ecclesiae catholicae, assertione sancitum. Nec cuiquam omnino successorum tuorum liceat monasticae disciplinae viros ab ipsa Ecclesia removere, aut eis possessiones aut bona caetera auferre, quae ab egregiae memoriae Leobrico comite, ipsius coenobii fundatore, vel aliis fidelibus, ad monachorum sumptus oblata et comparata sunt, vel in futurum offerri Domino disponente contigerit. Ad haec adiicientes, decrevimus, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam turbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Qua de causa episcopalis sedes Conventriam transferenda:

Absque remotione fratrum inibi degentium; iuxta institutionem Cantuariensis Ecclesiae, et decretum a Gregorio PP. ad id editum.

Decretum immunitatis Conventriensis Ecclesiae ab omni molestia, vi etc.

Sub poena excommunicationis contra violatores, etc.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scrinarii sacri palatii.

PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episc. Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XIV kal. maii, indictione X; dominicae incarnationis anno MCIIII (1), pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, III.

Dat. die 18 aprilis anno Domini 1102, pontif. anno III.

XII.

Confirmatio limitum ac bonorum omnium S. Ravellensis Ecclesiae, quae sub protectione Sedis Apostolicae recipitur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ravellensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Cuius episcopos a Romano Pontifice consecrari debere statuitur. — Confirmatisque dioecesis finibus, et bonis ad hanc Ecclesiam pertinentibus, omnia in sua immu-

(1) Ut bene conveniant indictio X et annus IIII Paschalis PP. mense quidem aprili cum nota hac chronologica, legendum omnino est MCII, ut computanti patebit. (2) Edidit Ughell. Ital. Sacr. tom. I.

mitate servari decernitur. — Sub poena excommunicationis. — PP. subscriptio.

Sub poena excommunicationis.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili Constantino Ravellensis Ecclesiae episcopo, et successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Tuis ergo postulationibus, frater in Christo venerabilis Constantine episcope, clementer annuimus, quia devotionis tuae sinceritatem erga communem Ecclesiarum matrem Romanam Ecclesiam affectio diutina declaravit: cuius nimirum merito voluntati tuae auctore Domino accommodavimus affectum, ut Ecclesiae tibi commissae status inconcussa semper stabilitate persistat. Per praesentis itaque decreti paginam decernentes decernimus, ut Ravellensis Ecclesia, cui per Dei gratiam, et praedecessoris nostri ministerium, ac manus impositionem praesides, familiariori benignitate semper sub Apostolicae Sedis tuitione servetur: et quicumque deinceps episcoporum Ravell. Ecclesiae, Deo disponente, successerint, ab eiusdem Apostolicae Sedis Pontifice consecrationis gratiam sortiantur, sicut a sanctae memoriae praedecessoribus nostris Victore III et Urbano II statutum esse cognoscitur. Omnem quoque Ravellensis parochiae ambitum, sicut a praedecessore tuo reverendae in Christo memoriae Ursone possessa est, tibi tuisque in perpetuum successoribus confirmamus. Ad haec quicquid vel proprietario iure, vel parochiali iam praefata Ecclesia in praesentiarum obtinet, sive in futurum largiente Domino iuste poterit atque canonice adipisci, libera tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam vestris, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ravellensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Cuios episcopos a Romano Pontifice consecrari debere statuitur.

Confirmatisque dioecesis finibus,

Et bonis ad hanc Ecclesiam pertinentibus,

Omnia in sua immunitate servari decernitur.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae epis. ss.

PP. subscriptio,

Datum Beneventi per manum Iohannis S. R. E. diaconi card., III kal. octob., indict. X, incarn. dom. anno MCII, pontificatus autem domni Paschalis II, IV.

Dat. die 29 septembris anno Domini 1102, pontif. anno IV.

XIII.

Confirmatio donationum Melphiensi Ecclesiae a Rogerio duce factarum (1).

SUMMARIUM

In villulis, municipiis et parvis civitatibus non ordinandi episcopi. — Sic statuendum de oppido Lavellano qui Melphiensi episcopo omnino subiicitur: cui praeterea confirmantur alia bona ad Melphiensem Ecclesiam pertinentia, ac praecipue donatio Rogerii ducis. — Cum decreto, ut episcopi a Rom. Pontif. consecrentur. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gulielmo Melphiensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Per apostoli Petri discipulum successorem, Anacletum, apostoli Petri prae-

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I

In villulis, municipiis et parvis civitatibus non ordinandi episcopi.

ceptum accepimus, ne in villis aut municipiis, vel in modicis civitatibus ordinentur episcopi; magnum enim est Ecclesiae detrimentum, cum episcoporum nomen ac dignitas frequentia inopiaque vilescit. Huius nos providentiae iustitia commoniti, praesentis decreti authoritate iuxta Ss. Patrum statuta sancimus, ne in Lavellano oppido, quod Melphiae proximum est, ullo deinceps tempore episcopalis cathedra statuatur; ipsum vero oppidum cum pertinentiis et finibus suis tibi, venerabilis frater Gulielme Melphiensis episcope, tuisque legitimis successoribus perpetuo regendum et episcopali iure tenendum, disponendumque firmamus. Praeterea villam Salsulae, Gaudianum, possessiones S. Ioannis de Ilieeto ita semper in propria Melphiensis Ecclesiae possessione permanere censemus, sicut a filio nostro duce Rogerio suis temporibus traditae, et chirographo confirmatae sunt; hoc ipsum Iudaeorum censu, balnearum reditu, villanorumque vectigalibus, molendinis, vineis, agris, caeterisve rebus, quas intra vel extra civitatem Melphiae idem dux Ecclesiae vestrae contulit praesentis privilegii pagina constituimus: ad hoc, quicquid vel proprietario, vel baronali iure Ecclesia vestra in praesentiarum obtinet, sive in futurum largiente Domino iuste poterit atque canonice adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro in legationem... ut quicumque deinceps episcopi Melphien. in Ecclesia, Deo authore, successerint, ab Apostolicae Sedis nostrae Pontifice consecrationis gratiam sortiantur. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine D Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Sic statuendum de oppido Lavellano qui Melphiensi episcopo omnino subicitur:

Cui praeterea confirmantur alia bona ad Melphiensem Ecclesiam pertinentia, ac praecipue donatio Rogerii ducis.

Cum decreto, ut episcopi a Rom. Pontifice consecrentur.

Solitae clausulae.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episc.

PP. subscriptio.

Datum Beneventi per manus Iohannis S. R. E. diaconi III kal. octobris, indictione X, incarn. dom. anno MCII, pontificatus autem D. Paschalis II Papae, IV.

Dat. die 29 septembris anno Domini 1102, pontif. anno IV.

XIV.

Privilegium monasterio S. Sophiae intra Beneventum sito, cuius bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Madelmi abbatis precibus indulgendo, Paschalis Papa monasterium S. Sophiae sub tutelam Sedis Apostolicae recipit. — Confirmatisque privilegiis omnibus a praedecessoribus Pontificibus concessis, et bonis ad monasterium huiusmodi pertinentibus quae enumerat; — Decernit nihil ab eodem auferri, alienari etc. posse; — Sed omnia monachorum usibus inservire sub regimine abbatis; — Qui de ipso monasterio a monachis eligatur: cum dependentia ab episcopo ordinario in iis, quae ad sacramentorum spectant administrationem. — Roboratio privilegii huius. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Madelmo abbati monasterii venerabilis Sanctae Sophiae intra Beneventum siti, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Unde nos tuis, fili humanissime Madelme, piis postulationibus annuentes, Sanctae Sophiae coenobium, cui Domino

Madelmi abbatis precibus indulgendo,

(1) Ex tom. IX Ital. Sac Ughell.

Paschalis Papa monasterium S. Sophiae sub tutelam Sedis Apostolicae recipit.

auctore praesidere cognosceris, sub tutelam et iurisdictionem Sedis Apostolicae, sicut hactenus mansit, perpetuo permanere praesentis paginae auctoritate sancimus: ut soli Romanae Ecclesiae subditum, ab omnium Ecclesiarum necnon et personarum iugo liberum habeatur. Cuncta etiam, quae praedecessoribus tuis, vel tibi, ad eiusdem monasterii immunitatem, vel possessionem, nostrorum praedecessorum sunt privilegiis attributa, nos quoque tibi iuxta (1) ac successoribus tuis regulariter promovendis praesenti privilegio contribuimus. Cellas propterea vel ecclesias vel villas, quae praedecessorum tuorum vel tua industria praedicto videntur coenobio iuste ac rationabiliter adquisitae, possidendas in perpetuum confirmamus: id est ecclesiam S. Benedicti quae dicitur xenodochium, S. Ioannis praecursoris Domini nostri Iesu Christi, S. Euphemiae virginis, S. Petri, quae dicitur Tonsuri, Sanctae Mariae Rotundae intra ipsam civitatem Beneventanam, ecclesiam Sanctae Mariae Genitricis semperque Virginis ac Matris Iesu Christi, ecclesiam Sancti Petri apostolorum principis, ecclesiam Sancti Nicolai episcopi, Sancti Erasmi confessoris, Sancti Martiani martyris, Sanctae Sophiae virginis, Sancti Angeli foras eamdem civitatem Beneventanam, in Pantano ecclesiam Sancti Benedicti, Sancti Vitalis martyris, Sancti Mercurii apud Olivolam, Sancti Angeli, Sanctae Mariae de Scolcatura cum suis omnibus pertinentiis, in vado Azara Sancti Benedicti, in Faffone Sancti Valentiniani, apud Votum ecclesiam Sancti Felicis una cum terris suis, in Corneto Sancti Sylvestri, in duabus rivis Sanctae Mariae, in Partitulo Sancti Martiani, in Cucciano S. Petri apostolorum principis, in Pazano Sancti Nicolai, item Beneventi S. Stephani, in Palearia Sanctae Mariae de Lucernara, et curtes duas, Sancta Maria in Sableta, et Sancta Maria in Templana in civitate quae nominatur Triana, ecclesiam Sancti Angeli cum cellis suis, S. Stephani in Fronari, Sancti Gregorii in Escle, Sancti Angeli in Peselo, in Alipergo ecclesiam Sanctae Mariae Virginis, ecclesiam S. Angeli, Sancti Petri apostolorum principis, S. Marci, Sancti Ioannis, S. Laurentii martyris fortissimi, Sanctae Luciae virginis, in Casale Alvulo Sanctae Mariae, Sancti quoque Ioannis praecursoris Domini, in Ascoli Sancti Petri Apostoli, Sancti Desiderii in Illiceto, Sancti Effrem in Morteto, Sancti Petri apud Asolam, Sancti Mercurii apud Bivinum, Sancti Martini episcopi in Biferno, monasterium Sancti Angeli cum cellis suis, in Petra Sancti Angeli, S. Trinitatis, in Patara Trindi Sancti Agelli, Sancti Petri in Balneo in valle Luparia, Sanctae Crucis in Linosano, Sancti Martini in Mitale, S. Marciani, Sancti Istonis archangeli, Sanct Stephani protomartyris in via Tarentina in via Terria S. Angeli, in Alisis Mercurii, S. Mariae, Sancti Marci, Sancti Silvestri, Sanctae Mariae Garoini abbatis, apud Sanctam Agatham S. Adiutoris, in Trevento apud monasterium S. Adiutoris Sancti Laurentii, apud Luceriam Sancti Stephani, apud Matalonem S. Martini in Palmae, S. Aldegundis virginis in Galo-Fechine, Sancti Mercurii, Sanctae Reparatae, Sancti Stephani, in Galo-Noceto S. Magni Heliae ad Sanctum Stephanum martyrem invincibilem Sanctae Crucis, S. Martini, Sancti Simeonis in Galo Pollucis, S. Iohannis in finibus Laniensis, Sanctae Mariae in Galo Effere, Sancti Archangeli in Olicino, Sanctae Mariae in Melanica, Sanctae Mariae in civitate Dragonara, Sancti Benedicti apud Cannas, Sancti Iohannis in Abellino, Sancti Germani, Sanctae Mariae in Bellola in Candiis, Sancti Angeli cum cellis: in civitate Neapolitana Sanctae Crucis in Sessula. S. Michaelis archangeli in Tocco, Sancti Angeli in monte Foliolanensis, Sanctae Bennae una cum omnibus ecclesiis suis, Sancti Marciani et Sancti Angeli in Petra

Confirmatisque privilegiis omnibus a praedecessoribus Pontificibus concessis,

et bonis ad monasterium hujusmodi pertinentibus, quae enumerat.

(1) Lege *iusta*.

Strumini, casas et sylvas et curtem de Lapillo, et ecclesiam S. Bartholomaei apostoli in Collina, Sancti Matthaei, et curtem Denoriano, Sancti Petri de Magna-Luce apud Rederium, S. Martini in Alarino, S. Mariae in Gildone in Monte Malo, Sancti Felicis in Sertore, S. Viti in Sertore; ad Balbam apud montes S. Marci Evangelistae, in Fossa Caeca Sancti Stephani protomartyris, ad Furculas Gaudinas Sancti Ieremiae, in monte Vici S. Fossii, in territorio Campi-Laeti ecclesiam Sanctae Luciae martyris, iuxta civitatem Florentinam monasterium S. Salvatoris una cum aliis quamplurimis ecclesiis ad idem pertinentibus; videlicet S. Leonis infra praedictam civitatem Florentinam, et Sancti Petri apostolorum principis de Vitiano, et Sancti Stephani protomartyris cum villa, quae nominatur Francisca, monasterium S. Nicolai episcopi in monte Felico una cum aliis ecclesiis ad idem pertinentibus, idest ecclesiam S. Petri foras civitatem vestram, et ecclesiam S. Martini intra Cannetum, et S. Gregorii extra ipsum Cannetum, in territorio Rodensi Sanctae Barbarae virginis, in civitate veteri Sepina monasterium S. Mariae cum cellis suis, idest Sanctae Mariae extra ipsam urbem, in civitate Neapolitana monasterium Sanctae Gertrudis, Sancti Constantini, Sanctae Elisabethae, S. Annae, Sancti Iacobi, S. Adiutoris cum omnibus suis pertinentibus, necnon et medietatem S. Silvestri, ecclesiam S. Gregorii apud Vaccantiam, monasterium S. Aroncii cum cellis et pertinentiis suis, in Sambuceto Sanctae Mariae, apud Arolam S. Nicolai, item apud Vaccariciam monasterium S. Benedicti, in casali Petraefictae S. Iohannis, in Butticella in portula S. Viti, castellum cum ecclesiis, villis, atque omnibus pertinentibus suis, in Cerito S. Martini episcopi, in Tusculano S. Christophori, castellum Pharneti cum ecclesiis, necnon et omnibus pertinentibus suis, villam dictam Lacovana cum ecclesia S. Donati secundum auctoritatem Angeli cum omnibus pertinentiis eorum, cum ecclesia S. Marciani una cum omnibus suis pertinentibus, Urbanum cum omnibus pertinentiis suis, Ripas Longas cum ecclesia Sanctae Mariae, Castellum Vetus, et ecclesiam S. Nicolai episcopi, villam Leo-Cubantis et ecclesiam S. Donati una cum omnibus, necnon et universis eorum pertinentibus, heremitarium S. Onuphrii, ecclesiam Sancti Michaelis archangeli una cum omnibus suis pertinentiis cum mobilibus atque immobilibus. Praesentis itaque nostri privilegii pagina apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque idem coenobium iuste possidet, quaeque in crastinum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, atque destruere, aut etiam ei ullas possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, aut quoquo modo molestare: verum omnia integre perseverent, atque conserventur, eorum, pro quorum substantia, aut sustentatione aut gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris elegerint: electus a Romano Pontifice consecretur. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros sunt Ordines promovendi, ab episcopis, in quorum dioecesibus estis, accipietis, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si gratis ea et sine pravitate impenderint. Si quid vero horum obstiterit, liceat vobis, a quocumque volueritis catholico episcopo, quae supranominata sunt, sacramenta percipere. Si qua vero ecclesiastica saecularisve per-

Decernit nihil ab eodem auferri, alienari etc., posse;

Sed omnia monachorum usibus inservire sub regimine abbatis;

Qui de ipso monasterio a monachis eligatur: cum dependentia ab episcopo ordinario in iis, quae ad sacramentorum spectant administrationem.

Roboratio privilegii huius.

sona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis ac mercedis inveniant. Amen. Bene valeas.

PP. subscriptio. Ego Paschalis sanctae catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Capuae per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, VI kal. novembris, indict. II, incarn. domin. anno MCII, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, IV.

Dat. die 27 octobris anno Domini 1102, pontif. Paschalis anno IV.

XV.

Ecclesia S. Nicolai in Beneventana urbe cum pertinentiis omnibus, et Ecclesiis ei subiectis, Casinensibus donatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia S. Nicolai de iure Cassin. monasterii; — Pertinentiae Ecclesiae huius. — Solitae clausulae. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Oderisio Cassinensi abbati et Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali, salutem.

Exordium. Cum pro beati Patris nostri Benedicti reverentia, tum pro multis tam vestris, quam praedecessorum vestrorum meritis, vestro nos loco plurimum debere cognoscimus; ideirco iustum ducimus, ut ad vestri monasterii augmentum caritate solicita intendamus. In urbe igitur Beneventana, quam nostri romani iuris esse perspicuum est, monasterio vestro in perpetuum possidendam ecclesiam S. Nicolai concedimus, quae sita est in urbis angulo iuxta turrem Paganam, et concessionem ipsam praesentis decreti pagina confirmamus. Quam nimirum Ecclesiam, et illibatam et integram vobis vestrisque successoribus perpetuo permanere sancimus, una cum omnibus, quae in praesentiarum ad ipsam pertinent. Quae videlicet ex maiori parte rerum, ad nostram Curiam pertinentium, adquisita seu comparata creduntur, idest molendina duo sub uno tegmine: aliud, quod centimolum nuncupatur: hortos cum diversis arboribus, curtem in Roseto cum una petia de terra, curtem in rivo Tasi, curtem de Homodei; curtem Martini Alberici cum Silvola; curtes Rocconis duas; curtem Diaconi Musi; curtem in Monte Rottari; curtem in Saiano; curtem Valentini; terras in loco, qui dicitur Mediana per fines et terminos suos; ecclesiam S. Nicolai in Urbiliano prope Petram-Pelicinam cum pertinentiis suis; casam, quae est ante portam ecclesiae, per terminos suos ad laevam ecclesiae per terminos suos iuxta murum civitatis. Super quae etiam nos eidem Ecclesiae possessionibus adiicimus ecclesiam S. Nicolai, quae vocatur de Rodenandi cum pertinentiis suis; ecclesiam S. Mariae, quae vocatur Rotunda, cum pertinentiis suis; balneum novum iuxta ecclesiam S. Potiti: quicquid praeterea cella ipsa Beati Nicolai, Pontificum concessione, principum liberalitate, vel quorumcumque fidelium oblatione in futurum potuerit adipisci, sub vestra vestrorumque successorum dispositione ac potestate in perpetuum conservetur. Nulli autem personae unquam liceat suprafatam cellam ex vestri monasterii unitate dividere, et in aliam, quam a nobis statu-

Ecclesia S. Nicolai de iure Cassinen. monasterii;

Pertinentiae Ecclesiae huius.

(1) Ex originali in Archiv. edidit Gattula Hist. Cassin. saec. VII, pag. 411.

Solitae clausulae.

tum est, possessionem occasione qualibet transmutare. Si quis vero aliter praesumpserit, Apostolicae Sedis animadversione mulctetur, et usque ad satisfactionem congruam excommunicationi subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Paschalis PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, xv kal. decembris, indictione x, anno dominicae incarnationis, mcii (1).

Dat. die 17 novembris anno Domini 1102, pontif. anno iv.

XVI.

Confirmatio bonorum omnium ad sanctam Fesulanam Ecclesiam spectantium (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad Fesulanam Ecclesiam spectantia confirmantur. — Cum decreto perpetuae immunitatis. — Solitae clausulae. — Paschalis PP. et quatuor cardinalium S. R. E. subscriptiones.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Ioanni Fesulano episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae custodes atque praecones in ecclesia apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimus (3). Tuis igitur, frater in Christo charissime Ioannes, iustis petitionibus annuentes, sanctam Fesulanam Ecclesiam, cui auctore Deo praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus; tibi enim tuisque legitimis successoribus confirmamus, episcopali et dominicali iure possidendam arcem et civitatem Fesulanam cum ecclesiis, et curtibus, et terris adiacentibus: similiter castrum Montis Lauri, et Montis Regis, Boianam, et curtem Sala, et Festilanum, et Pratum Regis, ecclesiam S. Mariae in Urbana cum curte et Libiano et Biviliano, et castrum quod aedificatum est in supradicto episcopio iuxta fluvium Faltonae cum curte Rive-Ferioli, et Pulcanti, castrum Cisilo, et curtem in Monte Acuto, et in Ampiniana Montana Sancti Gaudentii cum alpibus et pertinentiis eorum, sicut ex regis concessione Ecclesiae tuae collata sunt: castrum Agne, curtem Turrichae, et Castillione, et partem Montis Bontilli, et partem castri Rufiani, monasterium S. Salvatoris situm in episcopatu Pistoriensi cum ecclesiis et curtibus sibi pertinentibus, monasterium Sancti Bartholomaei, monasterium Sancti Martini, monasterium Sancti Gaudentii cum pertinentiis eorum, et patrimonium filiorum Bennonis, et castrum quod vocatur Flumen, et quod iure supradictae Ecclesiae in territorio Mucelli detinent filii Ugonis, filii Rumberti, et Azzo filius Albizi, et filius Azoni de Castanicula, et Longobardi de Molezzano, et filii Ugonis de Casola, et Longobardi de Ferliano, et Longobardi de Sancto Ioanne Maiore, vel quicquid in praedicto territorio iuris vestrae Ecclesiae aliquis hominum detinere videtur, et quicquid Ugo filius Raynerii dedit praefatae Ecclesiae in Ampiniana, et in Monte Acuto, et in Reu Mangana, Politiano, et medietatem Ecclesiae et curtis in loco Quaraclae, et curtem Marinae. Praeterea plebem S. Ioannis sitam in Monte Lauro, plebem S. Babilli, et S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariae, plebem Sancti Stephani, plebem S. Ierusalem sitam in Pomino, plebem S. Ierusalem sitam in Glaceto, plebem

Bona ad Fesulanam Ecclesiam spectantia confirmantur.

(1) Adiicit Gattula adesse sigillum plumbeum ex cordula pendens, quod nos eius ducti exemplo omittimus, exemplar daturi infra diversorum sigillorum, quibus usus est Paschalis Papa. (2) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III. (3) Fortasse *conspicimur*. (R. T.)

S. Gervasii sitam in Soriano cum curte, plebem S. Petri sitam Casua cum curte et parte castelli, quod vocatur Novum, plebem S. Mariae sitam in Sco cum curte, plebem S. Ioannis sitam in Ca...plia, plebem S Paneratii, plebem S. Romuli cum curte, ecclesiam S. Miniatis cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae sitam in Carpinione cum curticella, plebem S. Viti, plebem Leonini sitam in Retiano, plebem S. Laurentii cum castello et curte, plebem S. Miniatis sitam in Rubiano, plebem (1) Petri cum curte sitam in Cintoria, ecclesiam S. Iusti sitam in Monte Dantuli, plebem S. Petri sitam in Sillano, plebem S. Crescii sitam in Novole, plebem S. Leonini sitam in Penzano cum curte, ecclesiam S. Euphrosini cum curte, ecclesiam S. Pauli cum curte, quae est posita iuxta castrum Corbuli, plebem S. Mariae et S. Petri sitam in Avanano, plebem S. Iusti cum curte, plebem S. Pauli cum curte, plebem S. Leonini in Collina, plebem S. Mariae in Monte Milliario, plebem S. Martini in Tertinulo cum curte, ecclesiam S. Mammilliani cum curte, plebem S. Petri Ormenae cum curte, plebem S. Marci in Stilliana. Quicquid praeterea vel in Fesulanae Ecclesiae parochia, vel in aliarum ecclesiarum parochiis praedicti antecessores tui hactenus possedisse videntur, tibi tuisque legitimis successoribus illibata manere sancimus. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas tenere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnino integra conservare tam vestris, quam clericorum usibus profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve sui careat dignitate, reamque se divino indicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Cum decreto perpetuae immunitatis.

Solitae clausulae.

(1) Adde S. (R. T.)

Scriptum per manum Petri notarii regionarii, et scriniarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae PP. subscripsi.

Paschalis PP. et quatuor cardinalium S. R. E. subscriptiones.

Ego Praenestinus episc. ss.
Ego Crescentius Salunensis episc. ss.
Ego Richardus Albanensis episc. ss.
Ego Anastasius card. S. Clementis subs.

Data Laterani per manum Iohannis S. Romanae Ecclesiae diaconi v idus martii, indict. xi, incar. dominicae anno mciii, pontificatus autem D. Paschalis II Papae iv.

Dat. die 11 martii anno Domini 1103, pontif. anno iv

XVII.

Monasterium Bantinum in Apulia Acheruntin. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub Sedis Apostolicae protectione recipitur. — Eique confirmantur bona omnia, prout hic describuntur. — Decretum immunitatis a quacumque molestia: — Abbatis electio penes monachos facienda. — Eius confirmatio et consecratio a Romano Pontifice petenda. — Sacramenta vero ab ordinario loci: ordinationes autem in ipso monasterio peragendae. — Ius appellandi ad S. A. — Census annuus eidem persolvendus. — Solitae clausulae poenales. — Paschalis PP. subscriptio.

(1) Ab exemplari transcriptum edidit Ughell. Ital. Sac. tom. vii.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio abbati coenobii S. Mariae, quod apud Bantium situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum universis sanctae Ecclesiae filiis et Apostolicae Sedis auctoritate et benevolentia debitores existamus; illis tamen locis atque personis, quae specialius ac familiarius Romanae sunt Ecclesiae addictae, quaeque ampliori religionis gratia eminent, propensiores nos convenit eorum tanto studio imminere. Quia igitur Beatae Mariae coenobium, cui Domini authoritate eiusque Filii legitime praesides, Romanae et Apostolicae Ecclesiae hactenus iure proprio adhaesisse cognoscuntur; nos pro devotione ac reverentia eiusdem Dei, Genitricisque semper Virginis Mariae, ipsum sub nostrae manus protectione specialiter confovemus atque dirigimus. Unde tibi tuisque successoribus ad praedictae domus regimen auctoritatem concedimus; confirmamus siquidem vobis coenobium ipsum et omnia, quae ad illud pertinent, monasteria sive cellas cum suis pertinentiis; videlicet ecclesiam S. Salvatoris cum aliis ecclesiis de castello Bandusii: item ecclesiam Sancti Nicolai cum casali suo: item ecclesiam S. Mariae de Cacunigio, S. Mariae de Sala, S. Mariae de Servaritiae cum casali suo, Sancti Petri de Monachis, S. Michaelis de Monte Salvolo cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Calapano, S. Petri in Gennano cum casali suo, ecclesiam S. Vitalis in oppido Gentiani, S. Michaelis in loco Firminiano cum villanis suis, ecclesiam Sanctae Anastasiae apud Acheruntam cum ecclesiis ad eam pertinentibus, ecclesiam Sanctorum martyrum Gervasii et Protasii in Bandusino fonte apud Venusiam, ecclesiam Sanctae Luciae cum suis pertinentiis apud Melphiam, ecclesiam S. Christophori cum haereditatibus et villanis a duce Ruggerio vobis datis, in territorio Montellarum ecclesiam S. Laurentii cum casali suo, in territorio montis Milonis ecclesiam S..... quae dicitur de Veruso cum casali suo, et ecclesiam Ss. Quadraginta cum pertinentiis suis, in territorio Castellinove in Gallisaro ecclesiam S. Nicolai cum casali et suis pertinentiis, in territorio Iulbae ecclesiam S. Theodori cum suis pertinentiis, et in eodem castello ecclesiam S. Angeli, et villanos, quos Rivardus filius Castaini Motulensis Ecclesiae videlicet obtulit; in oppido Gravino ecclesiam S. Archangeli, et in eius territorio Cellaurio S. Felicis cum casali suo, suisque pertinentiis; item et S. Stephani cum casali et suis pertinentiis; apud Cannas S. Iacobi, S. Nicolai super Portu cum suis pertinentiis, S. Martini apud Ranum cum suis ecclesiis et pertinentiis, S. Trinitatis super Portu eiusdem cum suis pertinentiis; S. Ioannis, S. Nicolai, et S. Simeonis apud Melfutam cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Mariae apud Iuvenitiam; item S. Silvestri, et S. Leonis, et S. Eugenii cum suis pertinentiis; apud Barum ecclesiam S. Iacobi et S. Nicolai cum suis pertinentiis; in Lippia S. Andreae cum suis pertinentiis, in territorio Tarenti ecclesiam S. Mariae, et S. Ioannis: in territorio tum (1) Gentiani cum suis pertinentiis, S. Petri et S. Matthaei in territorio Castellaneti cum villanis et suis pertinentiis; in territorio Gernesii super flumen Blandani ecclesiam S. Mariae cum suis pertinentiis, in oppido Saraceno S. Mariae, quae dicitur de Carratello cum aliis ecclesiis et pertinentiis et villanis suis. Propterea constituimus, ut quaecumque hodie praefatum coenobium iuste possidet, quaeque in futurum Pontificum concessione, principum liberalitate, et oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, eorum quidem, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo tamen canonico episcoporum iure, quod in eis habuisse noscuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium

Monast. sub Sedis Apostolicae protectione recipitur;

Eique confirmantur bona omnia, prout hic describuntur.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

(1) Ita iacet.

temere perturbare, aut possessiones ad illud pertinentes invadere, vel invasas retinere, minuere, auferre, vel suis usibus applicare, vel temerariis vexationibus fatigare. Obeunte te eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quacumque subreptionis astutia praeponatur, nisi quem fratres eiusdem coenobii communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, regulariter cum Dei timore elegerint. Electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum, cellarum vestrarum, fratres a dioecesanis episcopis accipiant, si quidem catholici fuerint, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si ea impendere gratis et sine pravitate voluerint; alias, liceat fratribus a quocumque voluerint catholico episcopo eamdem consecrationem et sacramenta percipere. Ad ordinandos vero claustri vestri monachos tibi tuisque successoribus infra monasterium ipsum advocare concedimus; qui, sic nostra fultus auctoritate, consentiat, ne vagandi foras monachis occasio permittatur. Super haec etiam si infestatione aliqua praegravatus, Romanam Sedem appellaveris, non liceat alicui episcoporum, nisi ante Romanum Pontificem, vel eius legatum, aliquam sub occasione iudicii violentiam tibi aut successoribus suis inferre. Vos ergo, filii dilectissimi, oportet regularis disciplinae studiis solicitudinis ac devotionis insudare, ut quanto a saeculari tumultu liberiores eritis, tanto amplius placere Deo totius mentis et animi viribus anheletis. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis annis singulis auri unciam Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino iudicio se existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Abbatis electio penes monachos faciendae;

Eius confirmatio et consecratio a Romano Pontifice petenda.

Sacramenta vero ab ordinario loci: ordinationes autem in ipso monast. peragendae.

Ius appellandi ad S. Apost.

Census annuus eidem persolvendus.

Solitae clausulae poenales.

Scriptum per manus Raynerii scribae regionarii et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi (1).

Paschalis PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. cardinalis diaconi, undecimo kal. iunii, indict. XI, incarnationis dominicae MCIII, pontificatus quoque Paschalis Papae anno IV.

Dat. die 22 maii anno Domini 1103, pontif. anno IV.

XVIII.

Privilegium Vezeliacensi monasterio concessum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona monasterii huius a cuiuscumque personae iurisdictione, atque etiam molestia, libera declarantur; — Adiecto tamen, ut monachi in ordinationibus, caeterisque sacris ministeriis a dioecesanis episcopis dependeant. — Abbatis electio penes monachos. — Episcopus vero loci nullam aliam in monasterio habeat potestatem nisi in supradictis. — Annuus census Apostolicae Sedi persolvendus. — Anathema contra inobedientes. — PP. Subscriptio et sigillum.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Altrado abbati Vezeliacensis coenobii, eiusque legitimis successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Quia documentis apostolicis regendus est ordo ecclesiasticus, oportet, ut grex

(1) Baronius in Annalibus in fine privilegii huius extare asserit sigillum sub plumbo pendenti, etc.
(2) In notis Andreae Duchesnii ad Bibliothecam Cluniacensem, pag. 155.

dominicus impigro animo assidua vigilantia custodiatur et gubernetur. Ut autem praelatorum vigilantiam nulla nox, nulla tenebrarum hora opprimat vel confundat, caritas, quae Deus est, quae praeter unum, alterum nescit, omnibus viribus, tota mente diligenda est et tenenda. Quoniam vero nullis praecedentibus meritis, sed sola omnipotentis Dei gratia, in ecclesia locum Petri obtinemus, necesse est, ut omnibus superimpendamur Ecclesiis, maxime his, quae iuris beati Petri esse noscuntur, et quae affectu filiali invocant consilium et auxilium matris suae. Quia igitur dilectio fraternitatis vestrae postulavit privilegium monasterio Vezeliaco fieri, cuius regimen auctore Deo vobis commissum est, quod fundatores ipsius Gerardus comes vir nobilissimus, et uxor eius Berta pia devotione, et testamenti confirmatione beato Petro apostolorum principi obtulerunt; nos, precibus vestris assensum praebentes, auctoritate apostolica per praesens privilegium confirmamus atque statuimus, ut nulli imperatorum, nulli unquam regum, nulli comitum, nulli antistitum, nulli cuiquam alii de rebus, quae iam dicto monasterio a praedictis fundatoribus vel aliis Deum timentibus oblatae vel concessae sunt, vel deinceps conferendae, sub qualibet occasionis specie liceat minuere, vel auferre, vel ablatas retinere. Inter quae nominatim eidem monasterio confirmamus in episcopatu Eduensi ecclesiam Sancti Petri etc.

Bona monasterii huius a cuiuscumque per suae iurisdictione, atque etiam molestia libera declarantur;

Praeterea statuimus, ut consecratio monasterii ipsius et ecclesiarum quae sunt in circumadiacenti villa, ordinationes quoque monachorum, et clericorum, consilio abbatum Cluniacensium, quibus praedecessores nostri et nos perpetualiter concessimus vices nostras in iam dicto monasterio, ibidem fiant, aut ubi ipsi abbates maluerint. Chrisma quoque et oleum sanctum, a quo maluerint catholico episcopo accipiant. Ecclesiae vero eiusdem monasterii per diversas provincias constitutae et earum altaria ab episcopis, in quorum dioecesi sunt, consecrentur. Sacerdotes etiam et clerici ordinentur, et ab eis chrisma et oleum sanctum accipiant, si gratiam Romanae Sedis habuerint, et gratis ac sine pravitate aliqua dare voluerint; sin alias, a quo maluerint catholico episcopo accipiant. Obeunte te, eiusdem loci abbate, vel quocumque successorum tuorum, nullus ibi eligatur violentia, vel aliqua subreptionis astutia; sed quem fratres communi consensu, vel pars sanioris consilii, praedictorum Cluniacensium abbatem prae caeteris praecepto, secundum regulam B. Benedicti elegerint. Electus vero, aut a Romano Pontifice, aut eorumdem abbatum consilio consecretur. Ipsius autem dioecesis episcopo, nisi ab abbate ipsius monasterii invitatus fuerit, stationes agere publicas, aut privatas missas celebrare in eodem monasterio, haud liceat. Donationem quoque, vel subiectionem seu potestatem interdicendi in eodem coenobio, et circumadiacenti villa, nullam habeat. Decrevimus etiam, ut nulli omnino hominum liceat coenobium ipsum perturbare, vel inquietare, seu vexationibus servos Dei fatigare, vel eius possessiones auferre, vel minuere: sed omnia in integrum conserventur eorum usibus, pro quorum substentatione et gubernatione eidem monasterio sunt concessa. Ad indicium quoque huius libertatis, Apostolicae Sedi, cuius iuris esse dignoscitur, libram argenti per singulos annos persolvat.

Adiecto tamen, ut monachi in ordinationibus, caeterisque sacris ministeriis a dioecesanis episcopis dependeant.

Abbatis electio penes monachos,

Episcopus vero loci nullam aliam in monast. habeat potestatem nisi in supradictis.

Annuus census Apostolicae Sedi persolvendus.

Si quis autem sciens, contra huius nostri decreti paginam agere tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi resipuerit, a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Iesu Christi alienus fiat. Qui vero observator extiterit, sanctorum apostolorum Petri et Pauli benedictionem percipiat, et in futuro sanctorum consortio perfrui mereatur. Omnipotens Deus, qui est vera salus et vera custodia, te et congregationem tibi creditam protegat et defendat, et per intercessionem beatae

Anathema contra inobedientes.

Mariae Magdalenae, quae cum fonte lacrymarum ad fontem misericordiae Christum pervenit, ad finem, qui non finitur, pervenire concedat.

PP. Subscriptio et sigillum. Ego Paschalis catholicae Eccl. episc. ss.

Datum Beneventi per manus Gualterii Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, anno dominicae incarnationis MCIII, mense novembr., indict. XI, pontificatus eiusdem secundi Paschalis Papae anno V.

Dat. mense novembris anno Domini 1103, pontif. Paschalis anno V.

XIX.

Besuensis coenobii possessiones et iura confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiae nonnullae ei subiiciuntur. — Confirmantur donationes nonnullae ab episcopis Lingonensibus eidem factae. — Item et aliae oblationes. — Confirmantur quoque bona omnia praesentia, et in futurum acquirenda. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Stephano Besuensi abbati, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium. Religionis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Proinde nos, religionis vestrae desideria confoventes, vestro Besuensi monasterio, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli aedificato, eorumdem apostolorum ex Apostolicae Sedis benignitate munimen impendimus. Constituentes, et praesentis decreti pagina sancientes, ut ecclesia de Albiniaco, et ecclesia Sancti Benigni, et capella Sanctae Mariae, quae in castello Montis Salvionis sita est, ad supradictam Albiniaci Ecclesiam pertinens, ecclesia etiam Camlintensis, et ecclesia de Maias cum appenditiis suis, capella de Fovenz vestro semper coenobio ita libere quieteque permaneant, sicut a fratre nostro Roberto Lingonensi episcopo, cum totius Lingonensis cleri convenientia, tradita sunt.

Ecclesiae nonnullae ei subiiciuntur.

Idipsum etiam de duabus praebendis statuimus, quas bonae memoriae Harduinus, et Hugo, Lingonenses episcopi, fratribus, in ecclesia Sancti Gengulfi apud Lingonas Domino servientibus, tradiderunt.

Confirmantur donationes nonnullae ab episcopis Lingonensibus eidem factae.

Idipsum etiam statuimus super ecclesia de Sivoio cum pertinentiis suis, super capella Sancti Mauritii, seu Sancti Dionysii, capella Sancti Valeriani, et ecclesia de Raiol, parte quarta ecclesiae Sancti Martini de Monasterio, seu caeteris rebus, quas bonae memoriae Hugo Bisontinus episcopus vestro monasterio contradidit. Porro ecclesia Sancti Remigii, quae est in Burgo Besuae, et ecclesia de Belenavo cum appenditiis suis ita in possessione vestra liberas, ita ab omnibus consuetudinibus immunes semper manere censemus, sicut a bonae memoriae Alberico, quondam Lingonensi episcopo, seu successore eius Ramardo eiusdem Ecclesiae venerabili episcopo, libertate ac immunitate donatae sunt.

Item et aliae oblationes.

Praeterea confirmamus vobis ecclesiam Salvatoris de Veteribus Vineis, ecclesiam Sancti Martini de Luco, ecclesiam Sancti Laurentii de Beria, ecclesiam Sancti Benigni de Boensis-villa, ecclesiam Sancti

(1) Ex tom. I Spicilegii Dacheriani.

Sequani, quae est parochialis, ecclesiam S. Valerii de Talemaro, ecclesiam Sancti Leodegarii de Genzeniaco, ecclesiam Sancti Martini Belmontis, capellam quoque Sancti Marcellini, quam bonae memoriae Geilo Lingonensis episcopus ad luminaria altaris ecclesiae vestrae contulisse dignoscitur, cum beati Prudentii martyris sub eodem altari reliquias collocavit, cum appenditiis et mancipiis utriusque sexus, sicut ea supradictus episcopus Virdunensis episcopo commutavit, ecclesiam quoque Sancti Hypoliti de Pontiliaco cum appenditiis suis, ecclesiam de castro Sancti Symphoriani, ecclesiam Sanctae Mariae de Fonvens a Lamberto Lingonensi episcopo datam cum pertinentiis suis, ecclesiam quoque Sancti Cengulfi superius nominatam: porro villam Besuae, Sanctorum apostolorum Petri et Pauli monasterio adiacentem, cum omnibus pertinentiis suis, ab omnium hominum vexationibus liberam, sicut hodie est, vobis in perpetuum sancimus; piscariam quoque Fontis loco usque ad Pincianum, in iure ac possessione vestra semper servari libere quieteque sancimus.

Confirmantur quoque bona omnia praesentia, et in futurum acquirenda.

Praeterea quaecumque in praesentiarum nunc idem monasterium possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

Decretum immunitatis.

Decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Lingonensis episcopi canonica retinentia: ut episcopo tamen, aut episcopi ministris omnino non liceat monasterium ipsum aut eius loca gravare, nec ornamenta Ecclesiae qualibet occasione diripere, nec exactiones aliquas aut consuetudines, quae fratrum quieti noceant, irrogare. Interdicimus etiam, ne quis idem Besuense coenobium in cellam redigere audeat, quamdiu monastici ordinis observantia illic Domino praestante viguerit.

Solitae clausulae.

Si quis sane in crastinum archiepiscopus vel episcopus, imperator vel rex, princeps aut dux, comes, vice comes aut iudex, vel quaelibet ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii et notarii sacri palatii.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis kal. ianuarii, indictione XIII, incarnat. dominicae anno MCV, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, VI.

PP. subscriptio.

Ego Paschalis episcopus catholicae Ecclesiae subscripsi.

Dat. die 1 ianuarii anno Domini 1105, pontif. anno VI.

XX.

Confirmatio bonorum omnium Cassinensis monasterii, cui immunitates, exemptiones et privilegia nonnulla concedunturt (1).

SUMMARIUM

Monasterii Cassinen. dignitas.— Sub perpetuo solius S. R. E. iure esse declaratur. — Confir-

(1) Ex originali in Archiv. edidit Gattula Hist. Cassin. saec. VII, pag. 331.

mantur eius bona omnia. — Confirmantur quoque futurae donationes omnes. — Decretum immunitatis et exemptionis ab omni molestia. — Invalidatio privilegiorum omnium monasteriis S. Sophiae Beneventi et Bandusino concessorum in praeiudicium Cassinen. — Abbatibus Cassin. praecedentiae ius conceditur super omnes abbates Occidentis: — Item usus chirotecarum, dalmaticae et mitrae. — Omnimoda exemptio ab episcopo loci, ac privilegiorum nonnullorum concessio: — Ita ut possint ordinationes a quolibuerit episcopo petere. — Census quoque ab eorum navi solvi in portibus solitus relaxatur. — Palladii cella Romae eisdem in hospitium datur; — Abbatisque electionem ad solos monachos spectare definitur. — Roboratio diplomatis huius. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverentissimo et charissimo fratri Oderisio, praedecessoris nostri Urbani manibus, et in cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae sacerdotem, et in abbatem Cassinensis monasterii consecrato, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Monasterii Cassinensis dignitas.

In monasticae legis latione et latore S. Benedicto constat, Cassinense coenobium universorum per Occidentem monasteriorum caput a Domino institutum; qui nimirum locus Sedis Apostolicae filiorum in opportunitatibus refugium permansit et permanet; et nos ergo tam divinae constitutioni quam et fraternae benignitatis dulcedini respondentes, locum ipsum, et universa ad eum pertinentia, quieta semper, et ab omnium mortalium iugo libera permanere, et sub solius S. R. E. iure ac defensione perpetua haberi decernimus. In quibus haec propriis nominibus adnotanda duximus. In primis monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem ipsius montis, atque monasterium S. Dei Genitricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumbarola: itemque monasterium S. Mariae in Cingla: cellam S. Benedicti in Capua cum cellis et pertinentiis suis: S. Sophiae in Benevento: S. Mariae in Canneto iuxta fluvium Trivium: S. Benedicti et S. Laurentii in Salerno: S. Mariae in Tremiti cum ipsis insulis, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marsi, S. Mariae in Luco, et S. Cosmatis in Civitella, S. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae ancillarum Dei in civitate Cosentia, S. Mariae in Banse, et Ioannis Puellarum in Capua, S. Angeli ad Formam, S. Agathae in Aversa: item S. Rufi et S. Benedicti Pizuli in Capua, S. Petri de Laco, S. Petri de Avellana, S. Erasmi et S. Benedicti et S. Scholasticae in Caieta, S. Magni in Fundi, S. Stephani et S. Benedicti in Terracina, S. Petri in Foresta, S. Paúli ibidem, S. Mariae in Ponte Corbo, S. Dionisii ad Pontem, S. Anastasiae et S. Benedicti in Benevento ad Portam Rufini, S. Benedicti in Pantano, Sancti Angeli et Sancti Nicandri in Troia, Sanctae Ceciliae in Neapoli, Sancti Eustasii de Pantesia, Sancti Benedicti in Larino, et Sancti Benedicti in Pectinari, Sanctae Mariae ad Casalem Planum, Sanctae Trinitatis in Termule, Sancti Focatis in Lesina cum foce et piscaria, Sancti Benedicti in Asculo, Sancti Eustasii in Petra Abundanti: item Sancti Eustasii in Vipera, Sanctae Mariae in Barventano, Sanctae Scholasticae in Pinne, Sancti Salvatoris in Tave, Sancti Nicolai iuxta fluvium Trutino: in Abrutio Sancti Benedicti in Trunto, Sancti Benedicti in Fluvio Tisino, Sancti Apollinaris in Firmo, qui dicitur Oplanus, Sanctae Mariae in Arbascla, Sancti Martini in Sabine, Sancti Angeli in Marano, et Sancti (1) Septem Fratrum, et Sancti Laurentii et Sancti Benedicti in Ripa Ursa: in comitatu Aquense cellam Sancti Gregorii, et Sancti Mauritii, et Sancti Pauli, Sancti Costantii, Sancti Christophori, et Sancti Nicolai, et Sanctae Mariae in Albaneta, et Sancti Nicolai in Ciconia, Sancti Benedicti in Clia, Sancti Nazarii in Comino, et Sancti Valentini, et Sancti Martini, Sancti Urbani,

Sub perpetuo solius S. R. E. iure esse declaratur.

Confirmantur eius bona omnia.

(1) Lege Ss. (R. T.)

Sancti Angeli, Sancti Pauli, Sancti Felicis, Sancti Salvatoris, et Sancti Angeli in Valle Luce, Sancti Michaelis in Oliveto, Sancti Nicolai in Pica, Sancti Angeli in Cannutio, Sanctae Mariae in Verule, Sancti Petri in Asceta, Sanctae Luciae et Sancti Petri in Curulis, et Sancti Silvestri et Sancti Martini et Sanctae Luciae in Arpino, Sanctae Mariae de Castello Zupponi, Sancti Benedicti in colle de Insula, Sanctae Mariae in Banco, Sancti Nicolai in Turice, Sancti Germani in Sora, Sancti Benedicti in Paschesano, Sancti Petri in Morino, Sancti Angeli in Pesco Canali, Sancti Patris in Formis, S. Angeli in Albe, Sancti Erasmi in Pompeano, Sanctae Mariae in Cellis: in Venafro Sancti Benedicti, et Sancti Nazarii, et Sancti Martini in ipsa Furca, et curtem Sanctae Mariae in Sala, et Sancti Benedicti in Pizuli, ibidem Sancti Benedicti in Cesama, Sancti Benedicti in Suessa, et curtem, quae dicitur Lauriana, Sancti Benedicti in Teano, Sanctae Mariae in Calvo, Sancti Nazarii in Anglena, Sancti Adiutoris et Sancti Benedicti in Alifas, Sancti Domini (1) in Telesia, Sancti Martini in Ulturno (2): in Amalphi Sanctae Crucis et Sancti Nicolai, Sanctae Crucis in Isernia, Sancti Marci in Carpinone, Sancti Valentini in Ferentino, Sancti Angeli in Algido, Sancti Marci in Ceeano, Sanctae Agathae in Tusculano, et Sanctae Hierusalem et Sancti Benedicti in Albano: in Roma monasterium Sancti Sebastiani, quod dicitur Pallaria: in Lucca cellam Sancti Georgii, Sancti Salvatoris in Civitella: in ducato Spoletino, Sanctae Mariae in Calena, Sancti Benedicti in Trani, Sancti Benedicti in Bari, Sancti Petri Imperialis in Tarento: in Calabria cellam Sanctae Anastasiae, Sancti Nicolai in Salectano, Sanctae Mariae in Tropea, Sanctae Eufemiae in Marchia: item civitatem quae dicitur Sancti Germani, positam ad pedem ipsius montis, et castellum Sancti Petri, quod ab antiquis dictum est Casinum Casini, castellum Sancti Angeli Piniatarum, Plumbariola, Pesdemonte, Iunctura, Sancti Ambrosii, Sancti Appollinaris, Sancti Georgii, Vallem Frigidam, Sancti Andreæ, Vantra Monastica, Vantram comitalem S. Stephani Terami, Tracte, Mortula cum ipsa curte, quae dicitur Casafortini, Sancti Salvatoris, qui vocatur Cocuruzo, Turrem ad Mare iuxta fluvium Gavillianum, Sancti Petri in Colia, Sancti Victoris, Torraclo, Cervaria, Sancti Heliae, Valle Rotunda, Sarracenesca, castellum Pontis Corvi, quod nostris temporibus adquisitum est: in Marchia Teatina castellum, quod dicitur Lastinianum, Montem Alberici, Mucclam, Sancti Quirici cum Porto Frisa, Sanctae Iustae: in comitatu Asculano castellum, quod dicitur Octavus, et post montem, Cimianum et Trivillanum et Cavinum: in Principatu castellum, quod dicitur Ripa Ursa, Montem Bellum, Petram Fracidam: in Comino castellum, quod vocatur Vicalicum: in Marsi territorio Carseolano castellum, quod dicitur Auricula, Piretum, Rocca, quae dicitur in Camarata, et Fossaceca: in Calabria Cetrarium: in Amalphi Fundicum: in territorio Troiano Castellione de Baroncello: in territorio Capuano Gualdum de Liburia, curtem Sancti Felicis de Miniano cum ecclesia Sancti Ipoliti. Praeterea per praesentis privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, et quaecumque in praesenti vestrum coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Porro de

Confirmantur quaque futurae donationes omnes.

Decretum immunitatis et exemptionis ab omni molestia.

(1) Forsitan *Domnini*. (2) Lege *Vulturno* (R. T.)

Invalidatio privilegiorum omnium monasteriis S. Sophiae Benevent. et Bandusino concessorum in praeiudicium Cassinen.

monasterio Sanctae Sophiae, intra Beneventum sito, sive de monasterio Bandusino, nullum loco vestro praeiudicium evenire volumus pro privilegiis, quae nos, munimentorum vestrorum ignari, eisdem monasteriis contulisse cognoscimus; sed praedecessorum nostrorum munimine Cassinensi coenobio collata, proprium robur obtineant. Eorumdem et nos vestigiis insistentes Cassinense coenobium caeteris per Occidentem coenobiis praeferendum asserimus, et tam te quam successores tuos in omni conventu episcoporum seu principum superiores omnibus abbatibus considere, atque in iudiciis priorem caeteris sui (1) ordinis viris sententiam proferre sancimus. Usum quoque compagorum, ac chirotegae, dalmaticae, ac mitrae, praeter cardinalatus ius, quo in Sede Apostolica fungeris, tam tibi, quam successoribus tuis in praecipuis festis habendum concedimus. Sane tam in ipso vener. monasterio quam et in cellis eius, cuiuslibet Ecclesiae episcopum vel sacerdotem praeter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi, praesumere prohibemus; ita ut nisi ab abbate vel priore loci fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare, liceatque ipsius monasterii et cellarum eius fratribus clericos cuiuscumque ordinis, de quocumque episcopatu ad conversionem venientes, absque episcoporum contradictione suscipere; liceat absque cuiuslibet saecularis vel ecclesiasticae potestatis inhibitione subiectos monasteriis suis tam monachos quam sanctimoniales faeminas iudicare; liceat etiam fratribus per cellas in civitatibus constitutas ad dicina officia celebranda, quandocumque voluerint, signa pulsare: Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, a quocumque voluerintis, catholico accipiatis episcopo; Baptismum vero per clericos vestros in oppidis vestris seu villis agatis, reditum, qui ab officialibus nostris apud Ostiam vel Portum de navibus exigi solet, navi vestrae, si qua eo venerit, relaxamus. Ad perpetuum etiam hospitium tibi tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis, ordinetis; quem si forte Romano Pontifici in abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestrae congregationis monachum sub vestra decernimus dispositione persistere. Obeunte autem te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Ad haec tam praesentium quam futurorum avaritiae ac nequitiae obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cuiuscumque abbatis morte, aut electione, fieri auctoritate apostolica interdicimus. Si quis sane in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aux dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatibus Cassinens. praecedentiae ius conceditur super omnes abbates Occidentis:

Item usus chyrotecarum, dalmaticae et mitrae.

Omnimoda exemptio ab episcopo loci, ac privilegiorum nonnullorum concessio:

Ita ut possint ordinationes a quolibuerit episcopo petere.

Cessus quoque ab eorum navi solvi in portibus solitus relaxatur.

Palladii cella Romae eisdem in hospitium datur;

Abbatisque electionem ad solos monachos spectare definitur:

Roboratio diplomatis huius

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

Paschalis PP. subscriptio.

(1) Fortasse *tui*. (R. T.)

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Ioannis S. R. E. diaconi cardinalis, indictione XIII, XVI kal. aprilis, anno dominicae incarnationis MCV, pontificatus autem domni Paschalis secundi, sexto.

Dat. die 17 martii anno Domini 1105, pontif. anno VI.

XXI.

Confirmatio iurium, privilegiorum et bonorum omnium ad monasterium S. Benedicti super Padum siti Mantuan. dioec. quomodolibet spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. S. Benedicti in Apostolicae Sedis defensionem excipitur; — Eique bona omnia confirmantur; prout hic recensentur. — Decretum, ne in prioratibus abbates eligantur; vel Ecclesiae exactioni ulli, aut fratres ubilibet censuris subiiciantur. — Facultas dandi habitum clericis et laicis: — Episcopo ne liceat in monasterio solemnia peragere. — Abbas eligatur a monachis praevio consensu abbatis Cluniac. — A Mantuano tamen episcopo consecrandus; — Qui ordines sacros monachis conferat; caeteraque exerceat sacra ministeria; si tamen catholicus sit, et pecuniam pro his non requirat, et data sibi non abutatur auctoritate. — Annuus census a monachis Lateranensi palatio persolvendus. — Poenae contra haec statuta inobservantes. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Alberico abbati venerabilis monasterii Sancti Benedicti super Padum, et eiusdem successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae custodes atque praecones in ecclesia apostolorum principum Petri et Pauli in Specula, Deo disponente conspicimur. Eapropter, fili charissime Alberice, tuis petitionibus annuentes, coenobium vestrum in Apostolicae Sedis defensionem excipimus, sicut a praedecessore nostro sanctae memoriae Urbano secundo susceptum est. Illud itaque tibi tuisque successoribus regulariter substituendis auctoritate apostolica confirmamus, omnia nunc ad ipsum pertinentia, medietatem scilicet insulae, quae dicitur Sancti Benedicti super Padum, cum omnibus decimis eiusdem, insulis et sylvis, ac piscationibus suis: ecclesiam Sancti Blasii cum tota insula, quae dicitur Gurgo, et sylva, et adiacentibus paludibus: castrum, quod vocatur Custellus cum villa et ecclesia S. Bartholomaei, cum decimis omnibus, et reliquis ad ipsum pertinentibus; villam, quae vocatur Capud-Vici: villam Sabianam cum ecclesia Sancti Andreæ, cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Venerii de Marceneto cum medietate eiusdem castri. Casale Barbatum cum baptismali ecclesia Sanctae Mariae, et capella Sancti Laurentii, Septingentum cum baptismali ecclesia Sancti Michaelis, cum ripatico de transitu navium, et terra ad ipsam ripam pertinente: capellam in Labiola, capellam Sancti Ioannis in Burbatio cum pertinentiis suis: capellam Sancti Matthaei in Nucetulo cum ipsa villa, capellam Sancti Valentini de Marengo cum suis pertinentibus: in episcopatu Brixiensi ecclesiam Sancti Iusti intra castrum Medulae; extra, ecclesiam Sancti Viti cum terris ad easdem cellas pertinentibus: in episcopatu Ferrariensi ecclesiam Sancti Benedicti cum pertinentiis suis apud oppidum Ficarolum. In episcopatu Boloniense ecclesiam Sanctae Mariae in loco qui dicitur Lambrianum, cum ecclesia Sancti Ioannis, qui dicitur Dalmanzaticum: in episcopatu Parmense ecclesiam Sancti Leonardi prope civita-

Monast. S. Benedicti in Apostolicae Sedis defensionem excipitur;

Eique bona omnia confirmantur; prout hic recensentur.

(1) Edidit Benedictus Bacchinus in Appendice ad Historiam monasterii huius.

tem sitam, item ecclesiam Sancti Michaelis infra eamdem civitatem, item ecclesiam Sancti Michaelis in loco qui dicitur Teliore, capellam Sancti Michaelis de Coturlione: in episcopatu Metamocensi monasterium Sancti Cipriani: in episcopatu Tarvisiano ecclesiam Sanctae Elenae in loco qui dicitur Tassaria. Mantuae hospitalem domum noviter a comitissa Mathilda constructam, et vobis commissam, cum capella et omnibus suis pertinentibus: item in burgo Sancti Benedicti baptismalem ecclesiam Sancti Floriani, item ecclesiam Sancti Siri in insula Sancti Benedicti sitam: item baptismalem ecclesiam Sancti Marci in loco qui dicitur Villula, cum decimis et terris sibi pertinentibus: item in burgo Sancti Benedicti apud Gonzagam, cum capella Sanctae Mariae intra castrum cum terris et decimis eiusdem villae, quas usque hodie idem monasterium possidere videtur, salvo iure obedientiaque Regiensis episcopi: capellam Sancti Sixti in locò qui dicitur Lectum Paludanum: in castro Ariano ecclesiam Sancti Prosperi, item baptismalem ecclesiam S. Vitalis cum medietate decimarum et aliarum rerum sibi pertinentium, item ecclesiam Sancti Domnini, ecclesiam Sancti Prosperi, et ecclesiam Sancti Gregorii: in episcopatu Lucensi monasterium Sancti Martini in Colle cum duabus ecclesiis sibi pertinentibus, videlicet Sanctae Mariae in loco qui dicitur Turrilum, et Sancti Salvatoris iuxta castrum Vivenarium; item ecclesiam Sancti Bartholomaei iuxta civitatem Lucensem. Haec et caetera loca vel praedia, quae vestro coenobio iam donata sunt, vel in futurum Deo miserante iuste ac rationabiliter donari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ad haec adiicimus, ut in omnibus prioratibus et cellis, quae vestro nunc regimini subiecta sunt, nullus unquam futuris temporibus abbatem ordinare praesumat. Omnes autem ecclesiae, seu capellae, vel caemeteria, quae in vestra potestate subsistunt, libera sint, et omnis exationis immunia. Nec cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres interdictione, vel excommunicatione parochiae divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi ipsi, quam famuli eorum, et qui se monasticae professioni devoverunt, clausis ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Concedimus etiam vobis, laicos seu clericos sacculares ad conversionem per loca vestra suscipere, et dominicatorum vestrorum decimas obtinere. Si quid praeterea Mathildis venerabilis comitissa de ipsis rebus, quas per beatum Petrum possidet, vestro monasterio dederit, salva Romanae Ecclesiae proprietate, concedimus. Missas sane in vestro coenobio publicas per episcopum fieri omni modo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Obeunte te, nunc eius loci abbate, abbas a fratribus cum consensu et auctoritate Cluniacensis abbatis regulariter eligatur. Electus ab episcopo Mantuano, si canonicus catholicus fuerit, sine oneris exactione, muneris, aut servitii, aut usurpatione conditionis, benedicatur, sive alias Romanum praesulem expectet, consecrandus. Clericos monasterii sine possessionis vel conditionis exactione cuiuslibet sponte et libenter, ab abbate invitatus, ordinet. Oratoria ab eis in locis constructa, ubi evidens necessitas poposcerit, gratis consecret. Crisma, Oleum sanctum monasterio vel eius ecclesiis baptismalibus sponte indulgeat. Abbatem vel monachos excommunicare, ipsis vel ipsi coenobio interdictionis sententiam absque nostra vel successorum nostrorum licentia non praesumat inferre. Si autem canonicus et catholicus non fuerit, vel si ultra aliquod illicitum pro his usurpare voluerit, liceat abbati, quem voluerit, catholicum adire antistitem, et quaecumque necessitas expetit, ab ipso recipere.

Decretum, ne in prioratibus abbates eligantur; vel Ecclesiae exactioni ulli, aut fratres ubilibet censuris subiiciantur.

Facultas dandi habitum clericis et laicis.

Episcopo ne liceat in monasterio solemnia peragere.

Abbas eligatur a monachis praevio consensu abbatis Cluniacensis.

A Mantuano tamen episcopo consecrandus;

Qui ordines sacros monachis conferat; caeteraque exerceat sacra ministeria, si tamen catholicus sit; et pecuniam pro his non requirat, et data sibi non abutatur auctoritate.

Quod si cognita huius nostri privilegii pagina, vel Mantuanus episcopus, vel caeteri, in quorum dioecesibus vestrae sunt facultates, temerario ausu perturbare vos, et res coenobii diminuere, vel suis usibus deinceps usurpare praesumpserint, omnem se, quam hactenus habuerunt, amissuros noverint potestatem. Vos autem, fratres, divinis solicitius instare servitiis, et regularem districtius disciplinam observare curate. Ad indicium autem huius perceptae ab Sede Apostolica libertatis duas auri uncias annuatim Lateranensi palatio persolvetis. Hoc igitur nostrae privilegium sanctionis si quis in crastinum archiepiscopus, aut episcopus, rex, princeps, dux, marchio, praefectus, aut iudex, comes, vicecomes, vel persona quaelibet magna vel parva, scienter infringere aut temerare praesumpserit, et monasterium illud gravare aut perturbare temere conatus fuerit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi, et Ecclesiae corpore auctoritate potestatis apostolicae segregetur. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen. Scriptum per manum Raynerii scrinarii regionarii, et notarii sacri palatii.

Annuus census a monachis Lateranensi palatio persolvendus.

Poenae contra haec statuta inobservantes.

PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Iohannes Tusculanensis episc. ss.

Ioannes cardinalis presbyter tituli S. Anastasiae ss.

Ricardus Albanensis episcopus ss.

Robertus cardinalis presbyter de titulo S. Eusebii ss.

Risus presbyter cardinalis tituli Sancti Damasi ss.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, indictione XIII, XIII kal. aprilis, incarnationis dominicae anno MCV, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, VI.

Dat. die 20 martii anno Domini 1105, pontif. anno VI.

XXII.

Confirmatio privilegiorum pallii et crucis Papiensi episcopo cum aliis pluribus privilegiis a Romanis Pontificibus eidem et antecessoribus concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Pallii usus confirmatur. — Monasteria S. Donati de Scovilla et S. Mariae in Cairate Papiensi episcopo subiiciuntur; — In caeterisque monasteriis omnimoda conceditur iurisdictio. — Decretum pro immunitate bonorum et iurium Ecclesiae Papiensis; cum comminatione poenarum contra inobedientes. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili Guidoni Papiensium episcopo, eiusque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, frater in Christo carissime, precibus annuentes, omnem vestrae Ecclesiae dignitatem per praedecessorum nostrorum privilegia, vel authentica scripta concessam, nos quoque praesentis privilegii auctoritate firmamus. Siquidem fraternitatem tuam inter missarum solemnia pallio decoravimus, et tam tibi quam successoribus tuis concedimus in processione Palmarum, et feriae II post Pascha equum album equitare, udone (2) coopertum: crucem inter ambulandum praeferre: monasterium S. Donati a Ticinensi quondam episcopo in Scovilla fundatum, monasterium S. Mariae in Cairate, licet extra vestram dioecesim sita videantur, sicut hactenus habita sunt, cum omnibus ad ipsa pertinentibus, in vestra semper ditione ac dispositione habeantur. Caeterorum etiam monasteriorum, quae infra vestrae dioecesis fines sunt, canonica dispositio, et abbatum, qui in eis sunt, vel abbatissarum discussio, electio et consecratio vestro semper arbitrio conserventur: salvo in omnibus Sedis Apo-

Pallii usus confirmatur.

Monasteria S. Donati de Scovilla, et S. Mariae in Cairate Papiensi episcopo subiiciuntur;

In caeterisque monasteriis omnimoda conceditur iurisdictio.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I. (2) Hanc vocem scriptores recentiores usurpant pro equi stragulo coactili. (R. T.)

stolicae privilegio: quos profecto, vel quorum presbyteros ad vestrum expediat venire concilium; sane quod monasteriis aut capellis aliquibus praeter matricem Ecclesiam baptismum generalem fieri petatur, prohibemus; in quibus, si qua forte praecepta contra sacros canones elicita inveniri contigerit, nostris canonicis non praeindicent institutis. Clericos, sanctimoniales, viduas urbis vestrae sine vestra conscientia nemo praesumat in iudicium trahere, aut vim eorum rebus inferre, nec coemeteriorum, quae intra vel extra civitatem sunt, curam vobis aut potestatem subtrahere quilibet praesumat; nec ullus unquam cuiuscumque dignitatis aut potentiae homo, quasi sub obtentu hospitalitatis in tuo venerabili episcopio, aut in domibus sacerdotum tuorum, et omnium clericorum sine tua tuorumque successorum voluntate applicare praesumat; nec in rebus mobilibus, sive personis cuiuscumque conditionis ad vestram ecclesiam pertinentibus, temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnino integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena esse; atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum pro immunitate bonorum et iurium Ecclesiae Papiensis;

Cum commnatione poenarum contra inobedientes.

Scriptum per manum Iohannis scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss. PP subscr. pto.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. card. ac bibliothecarii XI kal. apr., ind. XIII, anno dom. incar. MCV, pontificatus autem D. Paschalis II Papae, VI.

Dat. die 22 martii anno Domini 1105, pontif. anno VI.

XXIII.

Monasterii Admontensis Saliburgen. dioecesis, bonorumque ad illud spectantium, confirmatio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Admontense a quo fundatum. — Bona omnia ac possessiones eidem confirmantur. — Decretum immunitatis ab omni molestia et violentia; et prohibitio infeudandi vel alienandi supradicta bona. — Liberum cuique sepulturam inibi sibi statuere. — Liberum quoque monachis abbatem eligere. — Solitae clausulae. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili filio Heinrico abbati venerabilis monasterii, quod Admuntis dicitur, in Salzburgensi parochia constituti, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Austri terram inhabitantibus per Prophetam Dominus praecipit, cum panibus occurrere fugienti (2): idcirco, charissime Heinrice, te et fratres tuos de saeculo ad omnipotentis Dei servitium conversos, et ad eius faciem fugientes, gratanter excipimus. Quod nimirum coenobium reverendae memoriae Gebhardus Salzburgensis episcopus in honore et nomine beati Blasii martyris in montanis suae dioecesis aedificasse cognoscitur; per praesentis privilegii paginam, apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona, quascumque possessiones vel supradicti episcopi Gebhardi, vel successoris eius

Monasterium Admontense a quo fundatum.

Bona omnia ac possessiones eidem confirmantur.

(1) Ex mss. Codicibus monasterii huius edidit Pezius in Thesaur. Ancedat. novissimo tom. III, par. III Cod. Diplom. Admonten. n. I. (2) Isai. XXI, 14. (R. T.)

aeque felicis memoriae Tyemonis, aut aliorum fidelium legitimis donationibus, aut iure quolibet ad ipsum hodie monasterium pertinent, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

Decretum immunitatis ab omni molestia et violentia; et prohibitio infeudandi vel alienandi supradicta bona.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Salzburgensis episcopi canonica reverentia: cui tamen non liceat omnino vexationem aliquam vel consuetudinem, quae regularium quieti noceat, irrogare. Nec episcopo autem, nec abbati ipsi, nec personae alicui facultas sit coenobii bona in feudum sive beneficium sine consensu meliorum fratrum personis aliquibus dare, vel modis aliis alienare.

Liberum cuique sepulturam inibi sibi statuere.

Sane sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Laicos sive clericos saeculares ad conversionem suscipere nullius episcopi vel praepositi contradictio vos inhibeat. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam elegerint.

Liberum quoque monachis abbatem eligere.

Solitae clausulae.

Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Paschalis PP. subscriptio.

Datum Lateraui per manum Iohannis sacrae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, VIII kal. novembris, indict. XIII, incarn. dominicae anno MCV, pontificatus autem domni Paschalis II PP. anno VII (1).

Dat. die 25 octobris anno Domini 1105, pontif. anno VII.

XXIV.

Monasterium S. Walarici, in comitatu Vitmacensi situm, sub Apostolicae Sedis tutela et iure recipitur, eiusque bona omnia confirmantur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur; — Fundatum ab Hugone comite Vitmacensi: — Eidem bona omnia confirmantur; — Solique Apostolicae Sedi subiectum declaratur. — Decretum immunitatis a quacumque molestia. — Sacramenta vero ab episcopo loci recipienda esse statuitur, si Apostolicae Sedis non fuerit refractarius. — Solitae clausulae poenales. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio in Christo Lamberto abbati venerabilis monasterii S. Gualerici, quod in comitatu Vitmacensi situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima deside-

(1) Bini in hanc clausulam scriptoris fortasse incuria errores irrepserant; legitur enim in exemplari Peziano *indict.* XII, et *Paschalis II anno* II. quae quidem notae cum anno 1105 convenire non possunt. (2) Ex authentico edidit Mabillonius in Appendice Annal. Benedict. tom. V, num. LXXVI

Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur;

rantium non est differenda petitio. Tuis igitur, fili in Christo charissime Lamberte, iustis petitionibus annuentes, Beati Gualerici monasterium, cui Deo auctore praesides, et omnia ad ipsum pertinentia sub tutelam Apostolicae Sedis excipimus: quod videlicet monasterium ab Hugone quondam comite in loco qui Leugonans dicebatur, aedificatum agnoscitur. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque praedia, quaecumque bona idem comes Hugo, vel alii fideles eidem monasterio contulisse de iure proprio cognoscuntur: quaecumque etiam in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste dari offerrive contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ipsum etiam monasterium iuxta praedecessorum nostrorum statuta semper sub iurisdictione sanctae Romanae Ecclesiae conservetur. Nulli etiam sacerdotum in eodem monasterio potestatem exercere liceat, aut eius bona quibuslibet occasionibus infestare: missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari, vel stationes fieri praeter abbatis ac fratrum voluntatem omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, ab episcopo, in cuius dioecesi estis, accipietis, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Sane adiacens parochia cum Beati Martini ecclesia et presbyterio eius in ea, quam hactenus possedit, libertate permaneant. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Fundatum ab Hugone comite Vitmacensi:

Eidem bona omnia confirmantur;

Solique Apostolicae Sedi subiectum declaratur.

Decretum immunitat. a quacumque molestia.

Sacramenta vero ab episcopo loci recipienda esse statuitur, si Apostolicae Sedis non fuerit refractarius.

Solitae clausulae poenales.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae (1) ss. Bene valete.

Paschalis PP. subscriptio.

Datum Beneventi per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, IV idus martii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCVI, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, VII.

Dat. die 12 martii anno Domini 1106, pontif. anno VII.

XXV.

Confirmatio bonorum ad Ferrariensem Ecclesiam spectantium, cui assignantur limites, et undecim minores massae de patrimonio Romanae Ecclesiae donantur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Paschalis PP. patrimonium Ferrariensi Ecclesiae confirmans, alia bona de novo donat. — Episcopus Ferrariensis a

(1) Adde *episcopus*. (2) Ex Tabulario Ecclesiae Ferrariensis et mss. Peregrini Prisciani.

solis Summis Pontificibus eligi et consecrari iubet. — Comitatus Ferrarien. fines. — Quae episcopo donet, quaeque Apostolicae Sedi reservet, definit. — Violatores, inobedientesque perpetuo damnat anathemate. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Landulpho Ferrariensi episcopo, Guillelmo filio Bulgari, Petro filio Arimundi, Uberto Consuli, et per eos tam Ecclesiae quam civitati Ferrariae, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et quae rite sunt statuta, stabilire. Sicut igitur sanctorum praedecessorum nostrorum Hadriani et Benedicti deliberationibus constitutum est, nos sanctae Ferrariensi Ecclesiae, tamquam speciali Apostolicae Sedis filiae, fundos eiusdem matris et patrimonia confirmamus: ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui undecim alias massas nostras minores cum omni obedientia ac servitute subiungamus, idest massam et ripam Palatiolus cum duodecim fundis suis, et massam Constantiacus cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartisianam cum duodecim fundis suis, et totam et integram massam Donoro cum duodecim fundis suis: et similiter massam Popularem cum duodecim fundis suis, et Castellonem cum fundis suis similiter: similique modo massam, quae vocatur Formignana, cum omnibus fundis suis. Has quidem praefatas massas cum omnibus ad earum iura pertinentibus, de dominio et iure atque potestate sanctae Romanae Ecclesiae in sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis et traditionis paginam donamus et tradimus; ut ab hac hora in antea liceat tibi, charissimo fratri Landulpho episcopo et successoribus tuis in singulis massis ecclesias cum clericis, presbyteris, diaconibus ordinare et consecrare; illud omnimodis sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota parochia sua in iure et dominio ac privilegio nostro sanctae Romanae Ecclesiae beati Petri, cuius est patrimonium, conservetur perpetuo: ut sit semper sub nostra electione, ordinatione atque consecratione: ut quicumque per nos illic electus, ordinatus et consecratus fuerit, ille honoris huius ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariae fines et termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra massa fiscalia et veterana, a veterana transeunt flumen Sandali usque ad Bucilletum, per Bucilletum, transeunt flumen Gabiana per Ludurium, et circundant villam Magnam et Madrariam pervenientes usque Maletum, a Maleto pergunt iuxta Argilem Anxianum per paludes et piscarias usque Vitricam, et transeuntes Vitricam veniunt usque fossam Buranam, et per fossam Buranam exeunt in Padum, et descendunt ad occidentem usque Ulmum Formosam, quae certa finis est intra Romaniam et Longobardiam: ab altera autem fluminis parte fines sunt similiter, ab oriente Callis de fine, quae finis est inter nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum de Filule, et circumdant massam Corneti, et Languavanum, quae de nostro comitatu sunt Ferrariae: descendunt inde ad occidentem per paludes et piscarias usque ad flumen Tartari, et per ipsum flumen Tartari exeunt usque ad flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis maioris massae Ferrariae malas et pravas consuetudines removemus, nisi tantum sicut sunt ad suffragium sanctae Romanae Ecclesiae, annualiter per illorum nuncium unaquaeque libera persona de moneta Venetiarum denarios singulos dabit: census vero et tributi atque telonei de ripa et flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, meliorationem et restaurationem iam dictae maioris massae concedimus: alteram medietatem ad nostras manus reservamus; similiter telonei de mercato unam medietatem nobis conservamus: et alteram

Paschalis PP. patrimonium Ferrariensi Ecclesiae confirmans, a ia bona de novo donat.

Episcopus Ferrariensis a solis Summis Pontificibus eligi et consecrari iubet.

Comitatus Ferrariensis fines.

Quae episcopo donet, quaeque Apostolicae Sedi reservet, definit.

medietatem praefato episcopo vestro condonamus. Placitum quidem generale similiter in dominio et potestate nostrae S. Romanae Ecclesiae tenemus, ut tamen nostro nuncio semel in anno faciente iustitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur: collectam vero vel fodrum, aut pravam vel iniustam functionem, aut dationem seu consuetudinem nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore atque amore praefatae nostrae ecclesiae B. Georgii omnibus habitantibus ipsius maioris massae percipimus, aliasque minores massas, et sic, ut supra dictum est, cum omnibus suis servitutibus subiugamus. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, et aut Ferrariensem Ecclesiam iis, quae suprascripta sunt, diminuere, aut sanctae Sedi Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae et compositionis nomine reddet eidem Sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum: et nisi quae male praescripta sunt satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eisdem Ecclesiis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Violatores, inobedientesque perpetuo damnat anathem.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VI idus aprilis, indictione XIV, anno dominicae incarnationis MCVI, pontificatus autem domni Paschalis II PP. anno VII (1).

Dat. die 8 aprilis anno Domini 1106, pontif. Paschalis anno VII.

XXVI.

Confirmatio et renovatio bonorum et iurium S. Acheruntinae Ecclesiae, cuius archiepiscopis conceditur pallii usus (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Petri archiep. petitio. — Et Paschalis PP. confirmatio bonorum ad eam Ecclesiam spectantium, et iurium metropoliticorum. — Concessio pallii et assignatio dierum quibus illo uti debeat archiep. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri nostro Petro Acheruntino archiepiscopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Potestatem ligandi atque solvendi in coelis et in terra, B. Petro eiusque successoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Ecclesiae verbis agnoscitur, quibus Petrum est Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in coelis: et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in coelis (2). Ipsi quoque firmitas propriae et alienae fidei confirmatio eodem Deo auctore praedicatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (4). Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri videmur residere in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad interni arbitrium Iudicis, sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Fraternitatis igitur tuae iustis petitionibus annuentes, sanctam Acheruntinam Ecclesiam praesentis decreti

Petri archiepiscopi petitio.

(1) Binos quoque errores hic emendavimus, ut annus 1106 cum indictione, alteraque nota chronologica conveniret. (2) Ab exemplari exscriptum edidit Ughell. Ital. Sac. tom. VII. (3) Matth. XVI, 19. (R. T.) (4) Luc. XXII, 32. (R. T.)

Et Paschalis PP. confirmatio bonorum ad eam Ecclesiam spectantium, et iurium metropolitanorum.

auctoritate munimus, tibi tuisque successoribus confirmantes quaecumque metropolitano iure praeteritis temporibus pertinuisse noscuntur, videlicet Venusinum, Gravinam, Tricarienum, Tarsum, Potentiam, ut tu tuique legitimi successores potestatem habeatis canonice et decretabiliter in eis episcopos ordinandi ac consecrandi: salva in omnibus sanctae Romanae Ecclesiae auctoritate. Ad haec statuentes decernimus, ut quaecumque oppida, villae, vel Ecclesiae parochiales iure ab eadem Ecclesia Acheruntina possidentur, quaecumque bona in praesentiarum iuste ac canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus ac illibata permaneant: iis nimirum exceptis, quae Sedis Apostolicae privilegiis specialibus muniuntur. Pallium praeterea fraternitati tuae, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate concedimus, quod te in Ecclesia tantum ad missarum solemnia subscriptis diebus noveris induendum, idest Nativitatis Domini, Epiphaniae, Hypapantes, in tribus solemnitatibus B. Mariae, Coenae Domini, Sabbati Sancti, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, nativitatis sancti Ioannis Baptistae, festivitatis Apostolorum omnium, Michaelis archangeli, commemorationis omnium Sanctorum, et eorum martyrum vel confessorum, qui in Acheruntina Ecclesia requiescunt, in consecratione ecclesiarum, episcoporum, presbyterorum et diaconorum, cuiusmodi nimirum volumus te per omnia genium vindicare. Huius siquidem indumenti honor, humilitas atque institia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet, in prosperis humilem, et in adversis (si quando eveniunt) cum iustitia erectum: amicum bonis, perversis contrarium: nullius unquam faciem contra veritatem respicias: nullius unquam faciem premas: misericordiae operibus iuxta virtutem iustitiae insistas, et tamen insistere etiam supra virtutem cupias: infirmis compatiaris: benevalentibus congaudeas: aliena damna propria reputes: de alienis gaudiis tamquam de propriis exultes: in corrigendis vitiis pie saevias: in fovendis virtutibus auditorum animas demulceas: in ira iudicium sine ira teneas: in tranquillitate autem severitatis iustae censuram non deseras. Haec est, frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Fraternitatem tuam superna miseratio per tempora multa incolumem conservare dignetur. Amen, amen.

Concessio pallii et assignatio dierum quibus illo uti debeat archiep.

Paschalis PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Albani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, decimosexto kal. iulii, indictione decimaquarta, incarnationis dominicae MCVI, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, VII.

Dat. die 16 iunii anno Domini 1106, pontif. anno VII.

XXVII.

Confirmatio monasterii Sancti Stephani Lauden. dioecesis, et bonorum ad illud spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — A quo fuerit constructum monasterium hoc, cuius bona omnia ac donationes confirmantur. — Abbas a fratribus eligendus, et a summo Pontifice consecrandus. — Decretum immunitatis pro eodem monasterio: et poenae in eos, qui quidquam contra illud attentaverint. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Guidoni abbati venerabilis monasterii Sancti Stephani, quod in Laudensi comitatu secus Padum situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Divinis praeceptis, et apostolicis informamur monitis, ut pro Ecclesiarum statu

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. IV.

impigro vigilemus affectu. Postulavit siquidem nos dilectio tua, praedecessorum nostrorum quaedam statuta firmare, et per ea vestri monasterii statum auctore Deo munire. Quod.... monasterium venerabilis comitissa Anselda cum filiis suis Lanfranco, Arduino et Magnifredo construxisse, et suis facultatibus ditasse cognoscitur. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque praedia, quaecumque bona a praedicta comitissa vel eius filiis, seu ab aliis fidelibus de iure proprio data sunt, quaecumque etiam in futurum eidem monasterio concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium dari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Confirmamus itaque supradicto Sancti Stephani monasterio adiacentem villam et castrum, infra quod idem monasterium constructum est, et caetera, quae in episcopi Nokeni chirographo continentur. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Ad haec decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua ergo ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco servantibus iura, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

A quo fuerit constructum monasterium hoc, cuius bona omnia ac donationes confirmantur.

Abbas a fratribus eligendus, et a Summo Pontifice consecrandus.

Decretum immunitatis pro eodem monasterio: et poenae in eos, qui quidquam contra illud attentaverint

Signatur.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus. PP. subscriptio.

Datum apud Placentiam per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, XVII kal. decembris, indictione XIV, incarn. dominicae anno MCVI, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, VIII.

Dat. die 15 novembris anno Domini 1106, pontif. anno VIII.

XXVIII.

Confirmatio abbatialis Ecclesiae S. Nicolai in Barensi civitate, et bonorum ad eamdem spectantium (1).

SUMMARIUM

De asportatione corporis S. Nicolai Barium. — Ecclesia ei dicata sub tutela Sedis Apostolicae recipitur; bonaque ad eam spectantia confirmantur. — Decretum immunitatis et exemptionis. — Privilegia nonnulla conceduntur. — Roboratio decreti huius. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Eustachio abbati Ecclesiae Sancti Nicolai, salutem et apostolicam benedictionem.

Praedecessoris nostri sanctae memoriae Victoris III temporibus, beati Nicolai corpus ex Graecorum partibus transmarinis in Barisanam urbem advectum totus pene orbis agnoscit: quod videlicet corpus praedecessor noster Urbanus II loco, quo nunc reverentia digna servatur, crypta inferiori summa cum veneratione recondidit, et altare desuper in honorem Do- De asportatione corporis S. Nicolai Barium

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. VII.

mini consecravit; petitumque est, et concessum dicitur, ut Beati Nicolai basilica in eodem loco aedificanda specialiter sub tutela mox Sedis Apostolicae servaretur. Quia igitur largiente Domino basilica eadem congrua iam aedificatione perfecta est, in loco videlicet iuris publici per ducis Rogerii chirographum dato, nos eamdem domum, auctore Deo, mox futuram Ecclesiam postulante filio nostro eiusdem ducis germano Boemundo, Barensis nunc civitatis domino, sub tutela Apostolicae Sedis accipimus. Praesentis igitur privilegii pagina apostolica auctoritate sancimus, ut quaecumque praedia, quaecumque bona, vel a praedicto glorioso filio nostro Rogerio per beati Petri et nostram gratiam Apuliae, Calabriae et Siciliae duce, vel a praenominato fratre eius nunc Antiocheno principe Boemundo, seu a caeteris Christifidelibus, supradictae Sanctae (1) Nicolai ecclesiae de suo iure iam donata sunt, aut in futurum donari offerrive contigerit, firma semper, quieta et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius res auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, clericorum et pauperum usibus profutura. Tibi itaque tuisque successoribus facultatem concedimus, clericorum culpas absque episcopi contradictione debita charitate ac severitate corrigere. Si qua vero in vos gravior querela emerserit, nostrae seu successorum nostrorum audientiae reservetur. Nulli autem vel archiepiscopo vel episcopo licere volumus, ut Ecclesiam ipsam vel ipsius abbatem sine Romani Pontificis conscientia vel excommunicatione vel interdicto cohibeat, quatenus idem venerabilis locus, tanti confessoris corpore insignis, sicut per Romanum Pontificem prima consecrationis suscepit exordia, sic sub Romani semper Pontificis tutela et protectione subsistat. Si quis sane in cra-

Ecclesia ei dicata sub tutela Sedis Apostolicae recipitur; bonaque ad eam spectantia confirmantur.

Decretum immunitatis et exemptionis.

Privilegia nonnulla concedunt.

(1) Lege *Sancti*. (R. T.)

stinum archiepiscopus, aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, vice-comes, catapanus, stratigo, iudex, castaldio, aut quaelibet ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Roboratio decreti huius.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Paschalis PP. subscriptio.

Datum apud Porticum beati Petri, Romae XIV kal. decembris per manum Iohannis S. R. E diaconi cardinalis et bibliothecarii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno millesimo centesimo sexto; pontificatus autem domni Paschalis II papae, VIII.

Dat. die 18 novembris anno Domini 1106, pontif. anno VIII.

XXIX.

Sacrosancta Lateranensis Ecclesia et Paroecia canonicis regularibus ordinis S. Augustini perpetuo conceditur, cum privilegiorum elargitione.

SUMMARIUM

Lateranensis Ecclesiae locus venerabilis. — 1. Cuius paroeciae fines designantur, et iis canonicis conceditur paroecia ipsa administranda. — 2. Eximitur ab omni superioritate. — 3. Et inibi alia pia loca construi

prohibetur. — 4. Sanctio in perturbatores. — 5. Bona omnia pro privilegii observatoribus. — PP. et card. subscriptiones.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Rocio Priori venerabilis basilicae Salvatoris, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Lateranensis Ecclesiae locus venerabilis.

Quanto Lateranensis Ecclesia amplioris dignitatis ex antiqua institutione esse cognoscitur, tanto magis eumdem venerabilem locum in maiori reverentia decet haberi, et ad eius incrementum tam spiritualiter quam temporaliter a nobis et aliis Dei fidelibus operam dari. Nec dubium, quod si religiosorum virorum petitionibus paterna benignitate annuimus, nostris opportunitatibus clementem Dominum reperimus.

Cuius paroeciae fines designantur, et iis canonici conceditur paroec. ipsa administranda.

§ 1. Eapropter, dilecti in Domino filii, ob reverentiam Salvatoris, beatique Iohannis Baptistae, concedimus et confirmamus vobis vestrisque successoribus in perpetuum totam et integram parochiam, ut in vita nostra et post obitum specialis oratio iugiter fiat pro nobis ad Dominum: videlicet ab ecclesia S. Nicolai de Forma per viam, quae venit a S. Stephano in Caelio Monte, et usque ad supradictam nostram basilicam Salvatoris, et a porta monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum descendente per clivum in via maiori, et exinde per stratam ex utraque parte usque ad campum Lateranensem, et revolvente supra ecclesiam Ss. Marcellini et Petri usque ad ecclesiam S. Bartholomaei de Capite Merulanei, et deinde ad S. Daniel, et exinde descendente ad portam urbis, et vertente ante ecclesiam S. Nicolai de Hospitali ad supradictam basilicam Salvatoris.

Eximitur ab omni superioritate.

§ 2. Statuimusque, atque etiam auctoritate Sedis Apostolicae stabilimus, ut parochia ipsa deinceps nulli alii ecclesiae vel monasteriis, aut piis locis, de spiritualibus atque divinis rebus teneatur penitus respondere: sed quiete ac libere, sub praelatae basilicae Salvatoris iure, nomine parochiali in perpetuum maneat: salvo tamen iure haereditario, quod infra supradictos fines ad praefatas ecclesias, vel monasteria, aut pia loca pertinere dignoscitur.

Et in ibi alia pia loca construi prohibetur.

§ 3. Praecipimus itaque, ut nulli personae fas sit, in supradicta parochia ecclesias aedificare, aut altare erigere, vel aliquam religionem ibidem instituere, praeter supradictam Salvatoris basilicam.

Sanctio in perturbatores.

§ 4. Statuentes apostolica censura sub divini iudicii obsecratione, et anathematis interdicto, ut nullus unquam nostrorum successorum, vel alia quaelibet magna parvaque persona huius nostri privilegii donum infringere aut inquietare praesumat. Si quis praeterea, quod non credimus, contra hoc nostrum apostolicum praeceptum venire aut agere tentaverit, anathematis vinculo sit innodatus, et a regno Dei et Domini nostri Iesu Christi sit alienus.

Bona omnia pro privilegii observatoribus.

§ 5. Qui vero pio intuitu custos et observator huius nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam a misericordiosissimo Domino nostro consequi mereatur in saecula saeculorum. Amen, amen, amen.

PP. et card. subscriptiones.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Lambertus Ostien. episcopus interfui, et subscr.

Ego Vincentius Portuen. episcopus subscr.

Ego Cinthius Sabinen. episcopus interfui, et subscripsi.

Ego Denigo Tusculanus episcopus interfui. et subscr.

Ego Contradus Praenestinus episcopus subscr.

Ego Leo Albanen. episcopus interfui, et subscr.

Ego Benedictus presbyter cardinalis tit. Eudoxiae interfui, et subscr.

Ego Theobaldus presbyter card. tit. Pamachi subscr.

Ego Raynerius presb. card. tit. S. Eusebii subscr.
Ego Arnaldus presb. card. tit. S. Clementis interfui, et subsc.
Ego Raynerius presbyter cardinalis tit. Ss. Marcellini et Petri subscr.
Ego Otho presb. card. tit. Pastoris subsc.
Ego Petrus presb. card. tit. Equitii subscr.
Ego Amicus presb. card..... interfui, et subscr.
Ego Paulus presb. card. S. Sixti subscr.
Ego Ionatas diac. card. Ss. Cosmae et Damiani subscr.
Ego Theoninus diaconus card. S. Mariae in Porticu interfui, et subscr.
Ego Gregorius card. diac. S. Angeli subscr.
Ego Iohannes diac. card. S. Adriani subscr.
Ego Gregorius diac. card. S. Luciae interfui et subscripsi.

Datum Laterani per manus Iohannis sanctae R. E. diac. card. ac bibliothecarii, VI kal. iannarii, indictione XV, incarnationis dominicae MCVI, pontificatus autem D. Paschalis II Papae, anno VII.

Dat. die 27 decembris anno Domini 1106, pontif. anno VII.

XXX.

Privilegium confirmationis monasteriorum omnium atque ecclesiarum ad Cluniacense monasterium pertinentium (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Confirmatio bonorum Cluniacensis monasterii, prout hic exprimuntur. — Poenae contra violatores privilegii huius. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Hugoni Cluniacensi abbati salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium. Religioni vestrae per omnipotentis Dei gratiam Sedis Apostolicae benignitas gratulatur, quoniam plerisque in locis, largiente Domino, per vestrae solicitudinis studium, ubi nulla fuerat instituta, ini defecerat per Galliarum partes, est restituta religio. Eapropter, sicut ab ipsis coenobii vestri primordiis, ita largiente Domino usque in finem, vos tamquam charissimos filios Apostolicae Sedis tuetur auctoritas. Omnia igitur ad vestrum coenobium pertinentia, sicut a praedecessoribus nostris munita sunt, ita et nos auctoritate Apostolicae Sedis munimus. In quibus ea propriis vocabulis exprimenda duximus, quae temporibus nostris per Dei gratiam adquisita, et vestri regiminis dispositioni subiecta noscuntur. Monasterium videlicet Sancti Albani, a Burcardo episcopo datum, in suburbio Basileæ urbis: in eodem episcopatu monasterium Altichica, a Frederico comite per supradicti episcopi solicitudinem in manus vestras abdicatum atque concessum; in Bisuntino episcopatu monasterium Vallis-Clusae, quod profecto romani iuris per Pontium episcopum nostro vobis favore concessum est: in episcopatu Tarvanensi monasterium S. Michaelis de Wasto: in episcopatu Alvarnensi ecclesia S. Iuliani de Saleto, ecclesia S. Martini de Mutiniaco, ecclesia S. Amandi iuxta fluvium Arteram, quas tres ecclesias Durannus episcopus vobis indulsit: ecclesia S. Mariae de Cogniaco, ecclesia S. Martini de Santiniaco, ecclesia S. Mariae de Chiniaco, ecclesia de Luignaco, ecclesia de Cromeda, ecclesia Amandini, quas sex ecclesias Willelmus vobis concessit episcopus: ecclesia S. Desiderii, ecclesia S. Martini, ecclesia S. Hilarii iuxta fluvium Morgiam, quas tres ecclesias Petrus Arvernensis episcopus vobis concessit: in episcopatu Lugdunensi ecclesia de Selvenaco, ecclesia S. Germani in Brexia, quas duas ecclesias Hugo archiepiscopus dedit vobis: in episcopatu Belicensi ecclesia de Pariaco, ecclesia de Camulliaco, ecclesia de Primacello, eccl. S. Baudelli, eccl. de Conziaco, eccl. de Rosellione, ecclesia de Prumiliaco, eccl. S. Agathae de Rumiliaco, eccl. de Enimunte cum apendiciis

Confirmatio bonorum Cluniacensis monasterii, prout hic exprimuntur.

(1) In Bibliotheca Cluniac. edidit Martinus Marrier col. 558.

suis; hae siquidem ecclesiae concessae sunt vobis a Pontio Belicensi episcopo: iuxta urbem Tharentasiam ecclesia Sancti Martini a Bosone episcopo concessa: in episcopatu Genevensi eccl. de Bonewaita, ecclesia de Draliendes, ecclesia de Asineriis, ecclesia S. Ioannis de Gesellis. Haec nimirum omnia vestro coenobio, tamquam membra capiti adhaerentia, nos in perpetuum sub iure ac regimine tam tuo quam successorum tuorum persistere, praesentis paginae assertione sancimus, ne ulli omnino hominum liceat haec vestrae subiectioni subtrahere, et Cluniacensis monasterii iure quibuslibet occasionibus alienare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Poenae contra violatores privilegii hujus.

PP. subscriptio. Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss.

(*Locus sigilli plumbei ut supra, pag.* 231)

Datum apud Villam S. Hippolyti, per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VI idus februarii, indict. XV, incarn. dominicae anno MCVII, pontificatus autem domni Paschalis II anno VIII.

Dat. die 8 februarii anno Domini 1107, pontif. anno VIII.

XXXI.

Confirmatio ecclesiarum et possessionum monasterii Athanacensis Lugdunen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. Athanac. sub Sedis Apostolicae auctoritate recipitur. — Bona enumerantur et confirmantur; atque ab omni vexatione immunia decernuntur. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio. (R. T.)

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gauceranno Athanacensis monasterii abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc in Apostolicae Sedis regimen Domino disponente promoti conspicimur, ut ipso praestante religionem augere, et eius servis tuitionem debeamus impendere. Tuis igitur, dilecte in Domino fili abbas Gauceranne, iustis petitionibus annuentes, Beati Martini Athanacense monasterium, cui Deo auctore praesides, contra pravorum hominum nequitiam Apostolicae Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut S. Iohannis ecclesia, quam Guido Gebennensis episcopus in sua vobis parochia tradidit, ecclesia etiam S. Romani de Agenta in parochia Sedunensi, item ecclesia de Isiniacho in Aniacensi parochia per Ademarum et Pontium episcopos vobis tradita, cum pertinentiis suis: caetera etiam quaecumque in praesenti quintadecima indictione, seu concessione Pontificum, sive liberalitate principum, vel oblatione fidelium, legitime et quiete vestrum monasterium possidet, quo videlicet tempora vestra Ecclesia, disponente Domino, iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat eiusdem coenobii possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia

Monast. Athanac. sub Sedis Apostolicae auctoritate recipitur.

Bona enumerantur et confirmantur;

Atque ab omni vexatione immunia decernuntur.

(1) Ex authographo Athanac. edidit Sammarth. Gall. Christ. tom. III.

integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Lugdunensis archiepiscopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Solitae clausulae.

PP subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum apud Belnam in manu Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, II id. febr., ind. XV, incarnat. dominicae anno MCVII, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, VIII.

Dat. die 12 februarii anno Domini 1107, pontif. anno VIII.

XXXII.

Monachis Cluniacensibus adiudicatur cella Sancti Dionysii de Nongento adversus Guillelmum abbatem Sancti Petri Carnutensis (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Huiusmodi controversia in Tercensi concilio cognita; — Et cella de Nongento Cluniacensibus adiudicata. — Quae omnia confirmantur a Paschali PP. — Perpetuumque silentium super hoc utrique parti imponitur. — PP. subscriptio.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier col. 548. — In hac Bulla forte legendum perpetuo *Carnutum* pro *Carnotum*. (R. T.)

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Cluniacensi abbati salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Quae semel iuste rationabiliterque decisa sunt, propter oblivionis incuriam redivivis saepe litibus replicantur. Idcirco literis praesentibus annotamus, qualiter inter vestri coenobii monachos, et Sancti Petri Carnotensem abbatem, Guillelmum, de Sancto Dionysio de Nongento querela cum sua sit replicatione decisa. Idem enim Carnotensis abbas post domni Urbani Papae decretum super eadem cella vestros fratres, nobis in Tercensi concilio praesidentibus, calumniis impetebat. Ne qua ergo scintilla iurgii remaneret, perspiciendum duximus, quidquid a parte alterutra proferretur. Ostensae igitur sunt literae quaedam a Carnotensi abbate, per quas idem locus Carnotensibus monachis a Retrocco comite sub quadam fuerat conditione commissus: in quibus nulla temporum annotatio, nullus vel episcopi vel clericorum continebatur assensus. Ad haec easdem literas falsas habendas Retroccus comes, ipsius Ioffridi filius, qui locum illum, una cum Beatrice uxore sua, vestro coenobio obtulerat, asserebat; quia et unus testium, qui subscripti fuerant, supradicti Ioffridi frater adhuc superstes, se omnino interfuisse penitus inficiaretur, et easdem literas alio tempore in capitulo Carnotensi falsatas fuisse narrabat, falsationis illius testem cum iureiurando in medium proferens. Caeterum Ioffridi comitis oblatio vestro coenobio data, et locum, et tempus, et episcopi, et metropolitani consensum, et Thebaldi comitis eiusque filii Stephani favorem, de cuius feudo idem locus fuerat, manifestius continebat. Constitit itaque apud omnes, quia domni Urbani Papae sanctio apostolicae gravitatis pondere nitebatur plena. Quapropter ratione iudicii, Carnotensis abbatis querela sopita est, et monasterio vestro supradictae cellae

Huiusmodi controversia in Tercensi concilio cognita;

Et cella de Nongento Cluniacensibus adiudicata;

in perpetuum statuta possessio. Sane huic nobiscum indicio affuerunt venerabiles episcopi, Leodegarus Bituricensis, Addo Placentinus, Girardus Engolismensis, Ildebertus Cenomanensis, et nostrae sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Landulfus de titulo Sancti Laurentii, qui dicitur in Lucina. Igitur et nos sanctioni praedecessoris nostri nostrae quoque sanctionis robur adiicimus: praecipientes et penitus interdicentes, ne quis ulterius super hoc negotio vestrum Cluniacense coenobium inquietare praesumat. Qui vero praesumpserit, canonicae districtionis animadversione mulctetur.

Quae omnia confirmantur a Paschali PP.

Perpetuumque silentium super hoc utrique parti imponitur

PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

(*Locus sigilli plumbei ut supra, pag.* 231).

Datum Silviniaci per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi, VIII kal. iunii, indict. XV, incarnationis dominicae anno MCVII, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, VIII.

Dat. die 25 maii anno Domini 1107, pontif. Paschalis anno VIII.

XXXIII.

Confirmatio bullae Nicolai PP. secundi, qua Corbiniacensi coenobio exemptio a subiectione Flaviniacensis conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Exemptio huiusmodi antea cognita a legatis apostolicis in Galliis. — Et abbatis Flaviniacensis subscriptione firmata; — Antea a Nicolao II; — Postea a Paschale confirmatur. — Apposita divinae ultionis poena in violatores. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Hugoni abbati, et fratribus Corbiniacensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Officii nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et quae recte statuta sunt, stabilire; idcirco dilectionis vestrae petitionem clementer admisimus, ut coenobium vestrum a Flaviniacensium monachorum incursibus liberum redderemus. Vidimus siquidem venerabilium fratrum Hugonis et Amati episcoporum definitionem, qui tunc temporis Apostolicae Sedis legatione in Galliarum partibus fungebantur, quam super hoc negotio in Exoldunensi concilio peregerunt. Auditis enim utriusque partis allegationibus, visis etiam literis et monimentis, quae utrinque proferebantur in medium, ex concilii sententia statuerunt ut Flaviniacensis monachi, qui vestrum monasterium in cella redigere conabantur, omnino deinceps ab hac infestatione desisterent. Abbatis etiam Flaviniacenses (1) in manus suas refutatione suscepta, definitionem ipsam subscriptione sua, et multorum, qui affuerant, episcoporum nominibus munierunt. Et nos ergo, sicut et praedecessorem nostrum sanctae memoriae Nicolaum Papam statuisse, literarum indicia manifestant, praesentis decreti assertione hanc Flaviniacensium monachorum querelam prorsus a vestro coenobio removemus, et sopitam in perpetuum cessare praecipimus. Porro si Augustodunensis episcopus, ad cuius ordinationem pro parochiali iure locus vester pertinet, aliqua vobis gravamina inferre perstiterit, ad Sedem Apostolicam recurrendi liberam vobis concedimus facultatem. Si quis autem pertinaciter adversus ista venire praesumpserit apostolicae indignationis ultione plectatur. Vos igitur, filii in Christo dilecti, Dei semper timorem et amorem in vestris cordibus habere satagite, ut quanto a saecularibus tumultibus liberiores estis, tanto amplius placere Deo totius mentis et animae virtutibus anheletis.

Exemptio huiusmodi antea cognita a legatis apostolicis in Galliis;

Et abbatis Flaviniacensis subscriptione firmata;

Antea a Nicolao II;

Postea a Paschale confirmatur.

Apposita divinae ultionis poena in violatores.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

PP. subscriptio.

(1) Sammarth. Gall. Christ. tom. III inter Instr. Eccles. Eduen., num. XLIX.

(1) Lege *Flaviniacensis.* (R. T.)

Datum apud Lupertiacum per manum Iohannis S. R. E. diac. cardinalis et bibliothecarii, II kal. iunii, indictione XV, incarnat. Dom. anno MCVII, pontificatus autem dom. Paschalis secundi Papae, VIII.

Dat. die 31 maii anno Domini 1107, pontif. anno VIII.

XXXIV.

Abbatia Menatensis, et monasterium Sancti Wlmeri abbatibus Cluniacensibus subiiciuntur in perpetuum.

SUMMARIUM

Exordium. — In monasterio S. Wlmari praeficiendi abbatem per abbatem Cluniacensem. — Sicuti et Metensi abbatiae. — Cuivis monacho liceat ad Cluniacense coenobium transire. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Hugoni Cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Desiderium, quod ad religiosum propositum et animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua est, auctore Deo, dilatione complendum. Venerabilis siquidem frater noster Iohannes Morinorum episcopus, petente Eustachio Bononiensi comite, Sancti Wlmari abbatiam solicitudini tuae, charissime frater Hugo, corrigendam commisit. Et nos ergo iuxta eius desiderium ac deliberationem, praesentis decreti assertione sancimus, ut idem beati Wlmari monasterium semper in tua tuorumque successorum ordinatione permaneat. Nec alius illic abbas substituatur, nisi qui in vestra fuerit deliberatione provisus. Idem etiam de Menatensi monasterio constituimus, quod iamdiu in vestra ordinatione permansit. Praeterea, quoniam omnipotens Deus et ante nostra tempora et in diebus nostris praecipuam religionis monasticae disciplinam in vestro dignatus est monasterio conservare, hanc vobis praerogativam concedimus, ut quisquis ad vos alieni monasterii monachus pro vitae melioratione transierit, licenter recipiatur, remotis prioris loci querimoniis, ut, largiente Domino, salutis, quam quaerere videtur, apud vos potiatur effectum. Si quis vero temerario ausu his salutiferis constitutionibus obviam ire praesumpserit, apostolicae indignationis ultione plectatur, et communionis ecclesiasticae periculum patiatur.

In monasterio S. Wlmari praeficiendus abbas per abbatem Cluniacensem; sicuti et Metensi abbatiae;

Cuivis monacho liceat transire ad Cluniacense coenobium.

Solitae clausulae.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

PP. subscriptio.

(*Locus sigilli plumbei ut supra, pag.* 231).

Datum apud Aquabellam per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, II non. august., indictione XV, incarn. Dom. anno MCVII, pontificatus autem domini Paschalis PP. secundi, VIII.

Dat. die 4 augusti anno Domini 1107, pontif. anno VIII.

XXXV.

Decretum libertatis et exemptionis pro monasterio S. Benedicti ad Padum (1). (Vide superius num. XXI).

SUMMARIUM

Exordium. — Nulli archiepiscoporum vel episcoporum liberum sit absque licentia R. Pont. monachos aut clericos monasterii huius excommunicare: — Aut quidquam eleemosynarum sibi arrogare: — Vel demum pro conferendis sacris ordinibus quidquam petere. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Alberico abbati monasterii S. Benedicti, quod iuxta Padum situm est, eiusque fratribus, in perpetuum.

Exordium. Ecclesiae filios per Prophetam Spiritus Sanctus admonet dicens: Vacate, et videte, quoniam ego sum Deus (*a*). Debemus igitur nos, quibus Ecclesiae cura commissa est, filiorum nostrorum quieti attentius pro-

(1) Ex Biblioth. Martini Marrier col. 540.

(1) Bacchinus loc. cit. (*a*) Psalm. XLV, II.

videre, ut divinae visioni vigilantius vacare praevaleant. Quapropter, charissimi in Domino filii, hoc vobis apostolicae promissionis munimine, impendimus, ut nulli episcopo vel archiepiscopo facultas sit, sine certa Romani Pontificis licentia, coenobium vestrum aut cellas vestras, et conversantes illic fratres, monachos, sive clericos excommunicare, vel interdicere. Nec episcopis vel episcoporum ministris liceat claustri vestri vel cellarum fratres inquietare pro eleemosynis, quas de suo iure quisque pro vivorum seu defunctorum salute obtulerit; sed eas in usus congruos dispensandas praeter eorum calumnias recipere, nisi forte excommunicati sint, licentiam habeatis. Porro ecclesiarum, sive altarium consecrationes, et ecclesiasticorum ordinum promotiones, congregationis vestrae fratres, monachi sive clerici, ab episcopis, in quorum dioecesibus sunt, reverenter accipiant, si quidem gratis ac sine ullius conditionis exactione voluerint exhibere; alioquin, a catholico, quem maluerint, episcopo consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Si quis autem decreti praesentis conscius, contra id temere tentaverit, honoris et officii sui iacturam subeat, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Nulli archiepiscoporum vel episcoporum liberum sit absque licentia R. Pontif. monachos aut clericos monasterii huius excommunicare:

Aut quidquam eleemosynarum sibi arrogare:

Vel demum pro conferendis sacris ordinibus quidquam petere.

Solitae clausulae.

PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Eccl. epis. ss.

Datum Mutinae per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii kal. septemb., ind. XV, incarn. Dom. anno MCVII, pontificatus autem domini Paschalis II Papae, IX.

Ego Risus presbyter tituli Damasi ss.

Ego Landulphus presbyter cardinalis tituli Lucinae ss.

Ego Dunzo presbyter cardinalis tituli B. Martini et S. Silvestri ss.

Ego Bernardus Romanae Ecclesiae diaconus ss.

Dat. die 1 septembris anno Domini 1107, pontif. anno IX.

XXXVI.

Narbonensis Ecclesiae possessiones et iura confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Parochiae Narbon. archiepisc. subiectae; item et bona ad eam pertinentia, quae eidem confirmantur cum iuribus omnibus, etc. — Ecclesiae eidem suffraneae. — Aquensis episcopus sub iurisdictione Primatis Narbonensis. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ricardo, primae sedis Narbonensis antistiti, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Caritatis est donum proprium providere profectibus aliorum: caritas enim non quaerit, quae sua sunt (*a*). Unde et Apostolus: Nunc autem vivimus, si vos statis in Domino (*b*). Et iterum: Quae est enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum? (*c*) Hoc igitur caritatis debito provocamur, et Apostolicae Sedis auctoritate compellimur, honorem debitum fratribus exhibere, et sanctae Romanae Ecclesiae dignitatem pro suo cuique modo caeteris Ecclesiis impertiri. Exordium

(1) Ex ms. Collegii Parisiensis Soc. Iesu edidit Nicolaus Coletus Concil. tom. XII, loc. cit. (*a*) Corinth. I. 13. (*b*) Thessal. I. 3. (*c*) Thessal. I, 2.

Idcirco, venerabilis frater Ricarde Narbonensis archiepiscope, praesentis decreti pagina tibi tuisque successoribus, quidquid parochiarum ad primae sedis Narbonensis Ecclesiam antiquo iure noscitur pertinere, confirmamus. Porro infra parochias ipsas iure proprietario tam tibi quam tuis successoribus possidenda, regenda, et disponenda sancimus, ecclesiam Sancti Pauli cum omnibus pertinentiis suis, oppidum Caput-Stagni, Salas Acuscadas, Argens, fontem Iocosum, Auriag, villam Rubeam, Segionum, et caetera praedia, cellas, seu possessiones, quae vel a regibus vel ab aliis fidelibus viris ecclesiae sanctorum martyrum Iusti et Pastoris oblata sunt, tam in Narbonensi comitatu, quam in Bitterensi et Redensi, Sustantionensi et Nemausensi; infra vero urbem Narbonensem medietatem ipsius comitatus, medietatem telonei, portatici, raficae (1), salinarum, et caeterorum redditutum, qui a civitatis comite tam de marinis quam de terrenis institoribus exiguntur; in monasteriis vero, seu caeteris per Narbonensem Ecclesiam ecclesiis, salva Sedis Apostolicae auctoritate, canonicum vobis ius obtinere concedimus. Sane ad vestram metropolim pertinentes episcopales cathedras, videlicet Biterris, Carcassonae, Tolosae, Elnae, Aghates, Lutevae, Magalonae, Nemausi, Uzeticae, tibi tuisque successoribus in perpetuum subiectas, obedientiam debitam servare censemus. Primatum etiam vobis super secundam Narbonensem, idest Aquensis metropolis, sicut a nostris praedecessoribus statutum est, confirmamus; et quidquid ex antiquo iure saepe dictae Ecclesiae Narbonensi competit, ratum perpetuo et inconvulsum manere decernimus. Statuimus ergo ut nulli hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Parochiae Narbon. archiepisc. subiectae; item et bona ad eam pertinentia;

Quae eidem cum omnibus, iuribus confirmantur etc.

Ecclesiae eidem suffraganeae.

Aquensis episcopus sub iurisdictione Primatis Narbonensis.

Solitae clausulae.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

PP. subscriptio.

Datum apud Privatum, per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, tertio idus iulii in anno dominicae incarnationis MCVIII, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, IX.

Dat. die 13 iulii anno Domini 1108, pontif. Paschalis anno IX.

(1) *Raficae*, iuris in navibus ad litus a vento actis, quod Normannis *Warec* dicitur. (R. T.)

XXXVII.

Confirmatio bonorum monasterii S. Mariae Florentin. dioecesis, quod Florentinis episcopis in spiritualibus subiicitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona, quae monasterio confirmantur. — Confirmantur quoque privilegia omnia tum regalia, tum pontificalia: — Cum omnimoda tamen subiectione ab episcopo Florentino. — Immunitas in iis, quae monasterio propria sunt. — Excommunicantur constitutionis huius violatores. — Paschalis PP. subscriptio.

(1) Ex Tabulario monasterii huius edidit Ughell. Ital. Sac. tom. III.

schalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Iohanni abbati Florentini monasterii, quod Sanctae Mariae dicitur, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu etc. *(prout in caeteris privilegiis).*

Bona, quae monasterio confirmantur.

Videlicet castrum Viclum cum curte et ecclesiis et omnibus pertinentiis, castrum de Signa, et tertiam partem castri de Grumulo cum ecclesiis et pertinentiis earum, curtem de Greve cum ecclesia S. Martini caeterisque possessionibus suis, ecclesiam S. Bartholomaei cum curte et terra Benzonis et Azae uxoris eius de Radda: insuper et terras eiusdem de Petitio, seu in quibuscumque locis cum omnibus pertinentiis suis, castrum Radda cum curte et ecclesiis et omnibus pertinentiis, castri de Tigniano tertiam partem cum ecclesiis et pertinentiis, ecclesiae S. Nicolai in campo Clarentis cum curte, proprietatibus et adiacentiis, castrum de Collemontis cum curte et omnibus pertinentiis, curtem Caverini cum omnibus suis possessionibus, castrum Bibianum cum ecclesiis et omnibus ad eas pertinentibus, ecclesiam S. Martini in loco Confluenti cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Martini, quae est infra civitatem iuxta praelibatum monasterium cum casis, terris et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Martini in Mensula cum omnibus pertinentiis suis, curtem Montis-Domini cum omnibus ad eam pertinentibus, curtem de Mandria cum pertinentiis suis, terram Iohannis filii Theudi cum casis et reliquis possessionibus, sicut Maria et Donatus filius monasterio contulerunt, casas et terras Iohannis filii Bogae, ecclesiam S. Proculi cum terris et domibus circa se, terram quoque in Podio Rivi-Frigidi, et quidquid Bonifacius, Benedicti abbatis frater, eidem monasterio contulerunt (1), casas et terras Iohannis filii Bogae, qui ecclesiae S. Proculi obtulit. Praeterea quaecumque hodie Pontificum concessione, principum liberalitate, vel oblatione fidelium, vel aliis iustis modis idem coenobium possidet, sive in futurum iuste ac canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Laborum quoque vestrorum decimas, praeter quorumlibet contradictionem, tam vobis quam successoribus vestris, in monastica religione permanentibus, habendas concedimus. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum monasterio pertinentium, a Florentino accipietis episcopo, si quidem gratiam Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitatis molestia voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Porro episcoporum, seu episcopalium ministrorum actiones omnes ab ecclesiis sive clericis eiusdem monasterii removemus; sepulturam quoque eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri desideraverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua ergo ecclesiastica saecularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Confirmantur quoque privilegia omnia, tum regalia, tum pontificalia:

Cum omnimoda tamen subiectione ab episcopo Florentino.

Immunitas in iis, quae monasterio propria sunt.

Excommunicantur constitutionis huius violatores.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Paschalis PP. subscriptio.

(1) Forsitan *contulit.* (R. T.)

Datum Florentiae per manum Iohannis S. R. E. diac. card. atque biblioth. an. dominicae incarnationis MCVIII, VIII kal. octob. indictione prima, pontificatus vero D. Paschalis II Papae anno X.

Dat. die 24 septembris anno Domini 1108, pontif. anno X.

XXXVIII.

Canonizatio S. Petri episcopi civitatis Anagninae in provincia Campaniae, eiusque adscriptio in numerum Ss. Confess.

SUMMARIUM

Petrus monachus Anagninus episcopus sancte vixit; — Miraculis ante et post mortem claruit; — Ss. confessorum Pont. numero adscribitur; eiusque celebritati III non. aug. assignatur. (R. T.)

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, episcopis Anagnino et aliis per Campaniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Petrus monachus episcopus Anagninus sancte vixit;

Dominum excelsum habentes prae oculis, qui in sanctis suis laudatur et benedicitur, et considerantes propterea strenuae, probataeque vitae merita quibus vir sanctus Petrus, quondam Anagninus episcopus, de regula monachorum assumptus, in pastorali officio pure, simpliciter, solerti vigilantia et exemplo, Deo deservivit: admirantes etiam miraculorum insignia, quibus Sanctum suum ante et post obitum divina gratia decoravit, prout per Brunonem Signensem episcopum fideliter adnotatur, et usque ad nostra tempora decorare non desinit: auctoritate praesentium vobis licere volumus et mandamus, quatenus III nonas augusti diem natalis eiusdem confessoris et praesulis, numerandi sanctorum catalogo, congrue celebrem recolatis, quatenus in praesenti gratiam, et in futurum, opitulante divina clementia, piis eius intercessionibus mereamur gloriam sempiternam.

Miraculis ante et post mortem claruit;

Ss. confessorum Pont. numero adscribitur; eiusque celebritati III nnn. aug. assignatur.

Dat. Signiae secundo nonas iunii, pontificatus nostri anno X.

Dat. die 4 iunii anno Domini 1109, pontif. anno X.

XXXIX.

Aliud privilegium, quo alia bona Cluniacensi monasterio confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Enumeratio bonorum, quae confirmantur: — Monachi Cluniac. a quo maluerint episcopo sacros ordines, sacratumque Chrisma accipiendi habeant libertatem. — Decretum immunitatis ab omni perturbatione aut vi, etc. — Sub solitis poenis. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Pontio monasterii Cluniacensis abbati, eiusque successoribus regularitер substituendis, in perpetuum.

Et religio Cluniacensis coenobii, cui Deo auctore praesides, et praedecessoris tui sanctae memoriae Hugonis abbatis, dulcissima reverendaque dilectio, cogunt nos, fili in Christo charissime Ponti abbas, tuis petitionibus indulgere. Ea propter abbatias, vel prioratus, qui sub praenotati abbatis Hugonis dispositione manserunt, sub tua quoque vel successorum tuorum dispositione permanere decernimus; idest, Moitiacum, Figiacum, abbatiam S. Martialis Lemovicensis, Angiriacum, novum monasterium Pictavense, abbatiam S. Egidii, abbatiam Mauziaci, abbatiam Verxeliaci, abbatiam S. Germani Antisiodorensis, abbatiam S. Bertini, abbatiam S. Wolmerii, abbatiam Unicurti, abbatiam S. Benedicti super Padum, prioratum Nantoaci, Gigniaci, Sancti Marcelli Cabilonensis, Crispeiaci, Verciaci, Paredum, Carum Locum, S. Marcelli de Calzic, Sancti Salvatoris Hirven., Sancti Stephani ibidem, Nazarani Scarionis, Sanctum Isidorum, Sanctum Saturninum, Salsinanias, Silviniacum, S. Mariam de Charitate,

Exordium.

Enumeratio bonorum, quae confirmantur:

(1) Ex Chart. Cluniac. edidit Martinus Marrier Biblioth. Cluniac. col. 569

Lupereiacum, S. Reverianum, S. Martinum de Campis, Longum Pontem, Consiacum, Nogentum, Leontium, Gagias, Trualdium, Cariagobium, Rozanum, S. Pancratium de Lanis, montem Acutum, in Anglia, Etifrodium, S. Albanum de Rausilegia, Romanum Monasterium, Paterniacum, S. Victorem in Geneva, voltam (1) S. Florum, Alariacum, Morracum, S. Liccrium, S. Orientium, Setmontem, Carenniacum, S. Fidem de Morlanis, S. Eutropium, S. Mariam de Castello, S. Maiolum de Papia, S. Gabrielem de Cremona, S. Paulum de Pergamo, S. Iacobum de Pontivo, Bertemala, Rodobium, Castellet, S. Gregorium de Placentia, Abevillam, Atcerens, Alavart, Domna, Vazilia, Cabiol, Magobrium, Fodrovillam, cellam in Almania, Roquespertum Villaris, S. Mariam de Valle, Marciniacum, Ambertam, Rivis, Chaberors, S. Nazarium, Borbonensem, Boorzium, Esalas Saltum. In locis autem, quae sine proprio abbate diebus domni ac venerabilis Hugonis abbatis fuisse videntur, nunquam aliquis abbatem ordinare praesumat. Illud etiam libertatis Cluniacensi coenobio firmum haberi sancimus, ut vestri monasterii monachi, qui ad sacros sunt ordines promovendi, a quibus malueritis catholicis episcopis promoveantur. Chrisma vero, si opportunitas exegerit, in vestro faciatis monasterio consecrari, vel a quibus volueritis episcopis accipietis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Qui vero divini timoris intuitu custos et observator extiterit, sit super eum pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiat, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen.

Monachi Cluniac. a quo malluerint episcopo sacros ordines, sacratumque Chrisma accipiendi habeant libertatem.

Decretum immunitatis ab omni perturbatione aut vi, etc.

Sub solitis poenis.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss. PP. subscriptio.

(*Locus sigilli plumbei ut supra, pag.* 231).

Datum apud Castellium per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, XVII kal. novem., indict. II, incarnat. dominicae anno MCIX, pontificatus autem domni Paschalis secundi, XI.

Dat. die 16 octobris anno Domini 1109, pontif. anno XI.

XL.

Descriptio limitum S. Soranae Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Proemii pars. — Describuntur dioecesis limites. — Confirmantur bona quae hic partim enumerantur. — Eadem perpetua immunitate frui decernitur. — Sub solitis poenis. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Goffrido Sorano episcopo eiusque successoribus... Populum...

Proemii pars.

Sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus... petitioni tuae, frater in Christo charissime, praesentibus annuentes, ad perpetuam S. Soranae Ecclesiae pacem ac stabilitatem praesentis decreti auctoritate sancimus, ut universi parochiae fines, qui a parochianis ante cum iuribus suis usque hodie possessi sunt, ita omnino integre tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur, qui videlicet fines versus Fundum et criptam Latronis, inde in terminum Cetininam, inde intro, et inde... Soranam, inde in Sangrum, inde in vallem Regiam, inde in Alfedenam, inde in Vestiam, inde in Saviram Anistri, inde in Petram Re-

Describuntur dioecesis limites.

(1) *Volta*, terra locum aliquem circumcludens. (R. T.)

(1) Ex archiv. Ecclesiae huius edidit Nicolaus Coletus in nova edit. Ital. Sac. tom. I.

etam, in Coaciam, inde in Sulfuratum, in Pontem Fractum, inde in Montem Cornetum, inde in campum Rontium... inde in Petram Malam, inde in terram de Piro, inde reditum ad praescriptum collem... intra quos fines in oppidis omnibus, et villis, et monasteriis et ecclesiis tibi tuisque successoribus... quieta semper et integra permanere decernimus... castellum Insulae cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Laurentii... et ecclesiam S. Pauli in Campo, in Arpino plebem S. Mariae, et plebem S. Archangeli in Castello... ecclesiam S. Mariae, in Sora plebem S. Restitutae, ecclesiam S. Laurentii, ecclesiam S. Luciae, ecclesiam S. Viti in Carpello, ecclesiam S. Petri... duo molendina in flumine Liridi, et unum in Carnello, in valle Sorana ecclesiam S. Petri et S. Donati... plebem S. Mariae, ecclesiam S. Savini, ecclesiam S Mariae de Campo, S. Urbani, ecclesiam S. Mariae de Picenisti, in Atino ecclesiam S. Mariae, S. Petri, S. Silvestri, S. Mauri, S. Angeli de... tria molendina in flumine Melfi cum suis pertinentiis: item extra Atinum ecclesiam S. Marciani. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere vexare, perturbare, et possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis vero in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps, aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi alienam esse, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Confirmantur bona quae hic partim enumerantur.

Eisdem perpetua immunitate frui decernitur.

Sub solitis poenis.

Ego Paschalis catholicae Eccl. epis. PP. subscriptio.

Data Laterani per manum Iohannis S. Rom. Eccl. diac. card. ac bibliothecarii, v idus febr., ind. III, incar. dom. anno MCX, pont. autem D. Paschalis II PP. anno XI.

Dat. die 9 februarii anno Domini 1110, pontif. anno XI.

XLI.

Confirmatio donationis, ab Adalasia Siciliae comitissa factae Ecclesiae Squillacensi, et privilegiorum eidem ab Urbano II PP. concessorum (1).

Squillacensis Ecclesia sub speciali Sedis Apostolicae iure. — Bona ad eam pertinentia illi confirmantur; — Et ea, quae ab Adelasia comitissa donata sunt. — Decretum omnimodae libertatis et immunitatis: — Sub poena excommunicationis.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Squillacensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Apostolicae Sedis nos compellit auctoritas pro Ecclesiarum statu solicitos esse, prava corrigentes, et, quae recta sunt, stabilire. Constat siquidem Squillacenam, cui auctore Domino Pastor es per nos institutus, Ecclesiam prioribus longe temporibus specialiter sub Apostolicae Sedis iure mansisse, sicut verum indagantibus per authentica beati Gregorii scripta monstratur. Quia ergo Deo auctore per strenuissimorum fratrum Roberti, quondam nobilis memoriae ducis, et Rogerii comitis labores atque victorias tam ex illa quam ex caeteris Calabrorum Ecclesiis Graecorum tyrannica cessavit invasio; nos praedecessoris nostri Urbani

Squillacensis Ecclesia sub speciali Sed. Apostolicae iure.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. IX.

Papae II vestigiis insistentes, Squillacensem Ecclesiam sub speciali iure sanctae Sedis Apostolicae confoventes, statuimus, et temporibus perpetuis observandum censemus, ut sicut tu, ita et tui deinceps successores per manum semper Romanorum Pontificum consecrentur. Ad haec adiicimus infra fluvium ambitus, sicut ex superioribus montibus torrentes in Crocleam, et Alarum fluvios, et iidem fluvii in Adriaticum Mare defluunt, ea quae in conspectu fratrum nostrorum episcoporum Siciliae omnium, et Calabriae quorumdam coram praedicto Rogerio comite, et a veteranis, et multorum temporum testibus ad Squillacensem Ecclesiam ex antiquo pertinuisse iuxta praeceptum eiusdem praedecessoris nostri Urbani II probata sunt: ea nihilominus, quae Squillacensis Ecclesiae beatus legitur Gregorius contulisse, firma semper et integra in tua tuorumque successorum, et ipsius Ecclesiae possessione permaneant. Porro colonos seu praedia de Palacopoli sive Rocella, quae Adelasias comitissa cum filio Rogerio pro redemptione animae supradicti comitis Rogerii Squillacen. Ecclesiae tradidit, nos eidem Ecclesiae cum oratorio Sanctae Mariae, quod illic situm est, iure proprietario confirmamus. Praeterea quicquid in futurum liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, illibatum ipsi perpetua stabilitate servetur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel oblatas (1) retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnino integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si satisfactione integra non emendaverit, honoris sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Bona ad eam pertinentia illi confirmantur;

Et ea, quae ab Adelasia comitissa donata sunt.

Decretum omnimodae libertatis et immunitatis:

Sub poena excommunicationis.

Datum Later. per manum Iohannis S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii, nonis aprilis, ind. III, incarnat. Dom. anno millesimo centesimo decimo, pontificatus autem dom. Paschalis II Papae, anno XI.

Dat. die 5 aprilis anno Domini 1110, pontif. anno XI.

(1) Forsitan *ablatas*. (R. T.)

XLII.

Monasterium Sancti Maxentii in tutelam sanctae Sedis Apostolicae recipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub S. Sedis protectione recipitur —; Eique bona omnia confirmantur; — Pront hic enumerantur. — Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus. — Decretum immunitatis ab omni molestia, vi, etc. — Et ab omni interdictione. — Monachi tamen excommunicatos non recipiant: — Sed defuncto abbate successor ei communi consensu de eorum gremio eligatur. — Censurae contra violatores privilegii huius. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo domno Gosfrido abbati venerabilis monasterii Sancti Maxentii Adiutoris, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri: quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata (2) indubitanter assumat.

Exordium.

(1) Ex Chartario monasterii huius edidit Io. Bestius in Probat. ad Historiam Comitum Pictaviensium. (2) Adde *vires*.

Quia igitur dilectio tua, ad Sedis Apostolicae portum confugiens, eius tuitionem devotione debita requisivit; nos supplicationi tuae clementer annuimus, et beati Maxentii monasterium, cui auctore Deo praesides, et tam ei adiacentem villam, quam caetera omnia ad ipsum pertinentia, sub tutelam Apostolicae Sedis recipimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque praedia, quascumque possessiones in praesenti tertia indictione idem monasterium legitime possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant: in quibus haec visa sunt propriis vocabulis annotanda: monasterium S. Saturnini, ecclesia S. Leodegarii, ecclesia Sancti Martini, ecclesia S. Gaudentii de Nontolio, ecclesia S. Bartholomaei de Ozai cum appenditiis suis, ecclesia S. Maxentii Sirolio, ecclesia S. Petri de Saiura, ecclesia S. Mariae de Capella Bastone, ecclesia S. Martini de Verrea, ecclesia S. Maxentii de Vertuis, cum pertinentiis suis, ecclesia S. Martiniaci, ecclesia S. Petri de Metulo, ecclesia S. Martini de Fonte d' Eflois cum terris et vineis, pratis et marsiciis, et omnibus ad ipsam pertinentibus, ecclesia Sancti Iohannis Baptistae de Prisco, ecclesia Sancti Georgii de Oric, ecclesia Sancti Viti et Modesti et Crescentiae de Duanmur cum omnibus suis pertinentiis, ecclesia Sancti Martini de Franel, ecclesia Sancti Petri de Marevento cum pertinentiis suis, ecclesia Sanctae Radegundis, eccles. S. Martini de Fontanello, eccles. S. Laurentii iuxta Marciacum, ecclesia S. Iohannis Evangelistae, ecclesia Sancti Maxentii de Orace, ecclesia S. Mariae Magdalenae de Praalle, ecclesia Sanctae Mariae de Soldano, ecclesia Sancti Germani de Igernoi, ecclesia S. Maxentii de Volgiace cum pertinentiis suis, ecclesia Sancti Simphoriani de Rubutio, ecclesia Sanctae Mariae de Sobviniaco, eccles. Sancti Martini de Lorneg, ecclesia S. Stephani de Cugnleto, ecclesia S. Maxentii de Urtrac cum appenditiis suis, ecclesia Sancti Iuliani Salvatoris de monte Bove, ecclesia S. Remigii de Floregnae, ecclesia S. Viviani de Uroae, ecclesia de Voreziaco, ecclesia Sancti Amandi de Vitrinis, ecclesia S. Petri de Berlo, ecclesia de Nainee, ecclesia de Clave, ecclesia de Rubrio, ecclesia de Cancio, ecclesia de Cantacorvo, ecclesia de Costerias, ecclesia de Fonte Petri, ecclesia Sanctorum Philippi et Iacobi de Talant, ecclesiarum Leodegarii apud Pissorum (1) terra de monte Tamisserio, terra apud Milibellum, castrum terrae elemosinae de Rivo-Dano, terra de Urtitio, terra de Vendolenia, terra de Trennitio, terra de Aifrio cum appenditiis suis, ecclesia Sanctae Mariae de Maceriis, ecclesia de Termonto, ecclesia de Capello cum appenditiis suis, ecclesia Sancti Gaudentii de Forras, Salinae de Ultru, salinae de Engulins, salinae de Aitre, salinae apud Esnendam, ecclesia Bracidunensis cum suis pertinentiis, ecclesia de Partyneis cum suis pertinentiis, silva, quae vocatur Grosbois, ecclesia S. Maxentii cum terra, quae dicitur Pompro, ecclesia S. Germerii cum toto territorio, quae eius nomine nuncupatur, terra, quae dicitur Regaldioni, terra, quae dicitur Agient: de quibus nimirum terris Pictavensium sol. v quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Sed neque interdictione vel excommunicatione ipsum monasterium addicatur, nisi forte proditoribus, cubi.... quas vel abbas, vel

Monasterium sub S. Sedis protectione recipitur:

Eique bona omnia confirmantur;

Prout hic enumerantur.

Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus.

Decretum immunitatis ab omni molestia, vi, etc.,

Et ab omni interdictione.

(1) Forte legendum: *Ecclesia Leodegarii apud Pissorum, terra de* etc. (R. T.)

monachi emendare contempserint: nec ipsi tamen excommunicatos aut interdictos ad officium divinum suscipiant: nec in communi parochiae interdicto signa pulsentur. Obeunte tamen te eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres eorum consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Monachi tamen excommunicatos non recipiant;

Sed defuncto abbate, successor ei communi consensu de eorum gremio eligator.

Censurae contra violatores privilegii huius.

Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii sacri palatii.

Paschalis PP. subscriptio.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Romae in porticu beati Petri per manum Ioannis S. R. E. diaconi cardin. ac bibliothecarii, v kal. maii, iucarn. domin. MCX, pontificatus autem dom. Paschalis II Papae, anno XI.

Dat. die 27 aprilis anno Domini 1110, pontif. anno XI.

XLIII.

Monasterium S. Benedicti Cupersanen. sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur. — Eique bona omnia confirmantur. — Abbatis electio penes monachos: — Sacramentorum vero collatio penes loci episcopum; — Qui tamen nullum ius exactionis aut gravaminis monasterio aut monachis imponendi habeat. — Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus. — Solitae clausulae poenales. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Vincentio abbati venerabilis monasterii S. Benedicti, quod in civitate Cupersani situm est, eiusque successoribus regulariter successuris, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis affectu debet prosequenti adimpleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata indubitanter vires assumat. Quia dilectio tua ad Sedis Apostolicae portum confugiens eius tuitionem devotione debita requisivit, nos supplicationi tuae clementer annuimus, et B. Benedicti Cupersanense monasterium, cui Deo auctore praesides, sub tutela Apostolicae Sedis excipimus. Praesentis igitur privilegii pagina apostolica auctoritate statuimus, ut universa, quae idem monastérium in praesenti tertia indictione legitime possidet, sive in futurum iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut possessionem auferre, vel ablatam retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione vel gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci abbate, vel tuorum

Exordium.

Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur.

Eique bona omnia confirmantur.

Abbatis electio penes monachos:

(1) Ex authographo in Archiv. edidit Ughell. Ital. Sac. tom. VII.

quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam elegerint. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines promovendi sunt, ab ipso, in cuius dioecesi estis, accipietis episcopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationem et sacramenta suscipere, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Porro nec episcopo, nec episcopi ministris facultas sit novas quaslibet exactiones ipsi loco indicere, aut gravamen inferre, aut in abbatem loci sine Apostolicae Sedis censura manum depositionis extendere. Ad inditium autem perceptae a Romana Ecclesia protectionis dimidiam auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, stratigo aut iudex, ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Sacramentorum vero collatio penes loci episcopum;

Qui tamen nullum ius exactionis aut gravaminis monasterio aut monachis imponendi habeat.

Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus.

Solitae clausulae poenales.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. PP. subscriptio.

Datum Beneventi per manum Iohannis S. R. E. cardinalis et bibliothecarii, idibus iulii, indict. III, incarnationis dominicae MCX, pontificatus autem D. Paschalis II anno XI.

Dat. die 15 iulii anno Domini 1110, pontif. anno XI.

XLIV.

Privilegium Paschalis PP. quod facit imperatori Henrico de investituris episcopatuum et abbatiarum (1).

SUMMARIUM

Imperatores Henrici praedecessores coronam romanae urbis consequuti sunt; — Hanc Pontifex Henrico praerogativam concedit; — Ius investiturae, virgae et annuli ei tribuit episcoporum et abbatum, qui postea consecrandi sunt. — Solitae clausulae. (R. T.)

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Heinrico Regi, et eius successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Regnum vestrum sanctae Ecclesiae singulariter adhaerere, dispositio divina constituit, et praedecessores vestri probitatis et providentiae amplioris gratia Romanae urbis coronam et imperium consecuti sunt: ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem tuam quoque personam, fili charissime Henrice, per nostri sacerdotii ministerium Maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis praerogativam, quam praedecessores nostri vestris praedecessoribus catholicis imperatoribus concesserunt, nos quoque tuae dilectioni concedimus, et praesentis privilegii pagina confirmamus: ut regni tui episcopis et abbatibus, libere praeter violentiam et simoniam electis, investituram virgae et anuli conferas; post institutionem vero canonice factam, consecrationem accipiant ab episcopo, ad quem per-

Imperatores Henrici praedecessores coronam Romanae urbis consequuti sunt;

Hanc Pontifex Henrico praerogativam concedit;

(1) Ex Baronio anno IV.

tinnerit. Si quis autem a clero et a populo praeter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investiatur, a nemine consecretur. Hanc episcopi et archiepiscopi libertatem habeant, a te investitos episcopos et abbates canonice consecrandi; praedecessores enim vestri Ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliaverunt, ut regnum ipsum, episcoporum maxime et abbatum praesidiis oporteat communiri; et populares dissensiones, quae in electionibus contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quamobrem prudentiae et potestati tuae cura debet solicitius imminere, ut et Romanae Ecclesiae magnitudo, et caeterarum salus, praestante Domino, regiis beneficiis et servitiis conservetur. Si qua vero ecclesiastica vel saecularis potentia aut persona, hanc nostrae concessionis paginam contemnens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, anathematis vinculo innodetur, honorisque ac dignitatis suae periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam ac maiestatem tuam feliciter imperare concedat (1).

Ius investiturae, virgae et annuli ei tribuit episcoporum et abbatum, qui postea consecrandi sunt.

Solitae clausulae.

XLV.

Sequuntur aliae literae ad eumdem Henricum contra investituras huiusmodi, et saecularia ministeria ecclesiasticis personis non conferenda (2).

SUMMARIUM

Quam contrarium sacris canonibus sit, ecclesiasticos saeculi curis implicari. — Aulam sequi, a peccatis non immune. — Quanta cura, divinique honoris zelo Pontifices romani investituras per episcopos a laicis accipi interdicere conati sint. — Poenae insuper ab iis contra inobedientes statutae. — Decreta huiusmodi a Paschali PP. in concilio confirmata. — Henrico regi praecipitur regalia ecclesiasticis dimittere, ecclesiasticis vero ea non invadere. — Poenae omnes renovantur, et Henricum, in regno restituto, regalia omnia restituuntur. — Relatio tumultus ab antipapa contra Paschalem excitati.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Heinrico Teutonicorum regi, et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori et Augusto, salutem et apostolicam benedictionem.

Divinae legis institutionibus sancitum est, et sacris canonibus interdictum, ne sacerdotes curis saecularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi pro damnatis eruendis, atque pro aliis, qui iniuriam patiuntur, accedant. Unde et apostolus Paulus inquit: Iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum (a). In vestri autem regni partibus, episcopi vel abbates adeo curis saecularibus occupantur, ut comitatum assidue frequentare, et militiam exercere cogantur: quae nimirum aut vix aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, aut omicidiis exhibetur. Ministri vero altaris, ministri curiae facti sunt: quia civitates, ducatus, marchionatus, monetas, turres, et caetera ad regni servitium pertinentia, a regibus acceperunt. Unde etiam mos Ecclesiae inolevit, ut electi episcopi nullo modo consecrationem acciperent, nisi per manum regiam investirentur; aliquando etiam vivis episcopis investiti sunt. His, et aliis plurimis malis, quae per investituram plerumque contigerant, praedecessores nostri Gregorius septimus et Urbanus secundus, felicis memoriae Pontifices, excitati, collectis frequenter episcopalibus conciliis, investituras illas manus laicae damnaverunt; et, si qui clericorum per eam tenuissent Ecclesias deponendos:

Quam contrarium sacris canonibus sit, ecclesiasticos saeculi curis implicari.

Aulam sequi, a peccatis non immune.

Quanta cura, divinique honoris zelo Pontifices Romani investituras per episcopos a laicis accipi interdicere conati sint.

(1) Hoc privilegium, iure a pluribus dictum privilegium, scriptum die 12 aprilis anni IV inter tenebras nocturnas Paschalis PP., invitus licet, subscripsit iuxta pontem Salarium in campo, qui Septem Fratrum dicitur, ubi castra posuerat Henricus imperator, qui scripturam differri non passus est, donec intra civitatem veniretur, ubi Pontificis sigillum remanserat. Haec Petrus Diaconus lib. 4, cap. 40. (2) Ex tom. XII Concil. loc. cit.

(a) Ad Corinth. I, 6.

Poenae insuper ab iis contrainobedientes statutae.

datores quoque communione privandos, percensuerunt, iuxta illud apostolicorum canonum capitulum, quod se ita habet: Si quis episcopus, saeculi potestatibus usus, Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, et segregetur, omnesque, qui cum illo communicant. Quorum vestigia subsequentes et nos eorum sententiam episcopali concilio confirmamus. Tibi itaque, fili carissime Henrice rex, et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum imperatori et regni (1), regalia illa dimittenda praecipimus, quae ad regnum manifeste pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, et caeterorum praedecessorum tuorum. Interdicimus etiam, et sub anathematis districtione prohibemus, ne qui episcoporum seu abbatum praesentium vel futurorum eadem regalia invadant, idest civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, telonium, mercatum, advocatias, iura centurionum, et turres, quae regni erant, cum pertinentiis suis, militiam, et castra; et ne se deinceps, nisi per gratiam regis, de ipsis regalibus intromittant. Sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in Apostolica Sede successuri erunt, aut te aut regnum super hoc inquietare negotio. Porro Ecclesias cum oblationibus, et haereditariis possessionibus, quae ad regnum manifeste pertinebant, liberas manere decrevimus, sicut in die coronationis tuae, omnipotenti Domino in conspectu totius Ecclesiae promisisti. Oportet enim, episcopos, curis saecularibus expeditos, curam suorum agere populorum, nec Ecclesiis suis abesse diutius; ipsi enim, iuxta Paulum apostolum, pervigilant, tamquam rationem pro animabus reddituri (*a*). De traditione vero in nos vel in nostros sic se res habet: Vix portas civitatis ingressi sumus, cum ex nostris intra muri moenia secure vagantibus quidam vulnerati, alteri interfecti, omnes vero spoliati aut capti sunt; ego tamen, quasi pro levi causa non mutatus, bona et tranquilla mente usque ad ecclesiae B. Petri ianuas cum processione perveni: quod sic gestum fuisse, rei veritas multorum adstipulata testimoniis, qui interfuere, protestatur (1).

Decreta huiusmodi a Paschali PP. in concilio confirmata.

Henrico regi praecipitur regalia ecclesiasticis dimittere, ecclesiasticis vero ea non invadere.

Poenae omnes renovantur, et Henrico, in regnum restituto, regalia omnia restituuntur.

Relatio tumultus ab antipapa contra Paschalem excitati.

(1) Forsitan *regi*. (*a*) Hebr. XIII. 17. (R. T.)

XLVI.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, privilegiorum et immunitatum Casinensis monasterii (2).

SUMMARIUM

Cassinense monasterium caeterorum per Occidentem monasteriorum caput; solique Apostolicae Sedi subiectum. — Cuius abbates caeteros abbates praecedunt, usumque habent chirotecarum, dalmaticae et mitrae; — Nec dioecesano subiacent episcopo: — Sed competentes sunt iudices monasteriorum utriusque sexus ei subiectorum. — Monasterii Cassinensis bona quae hic enumerantur et confirmantur, et a quacumque molestia eximuntur. — Roboratur decretum immunitatis. — Solitae clausulae poenales. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverendissimo et charissimo fratri Girardo, nostris per Dei gratiam manibus in abbatem Cassinensis monasterii consecrato, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Scriptum est: Sine poenitentia sunt dona et vocatio Dei (*a*); illud ergo donum, quod beatissimo Patri nostro, monasticae legis latori Benedicto gratia divina concessit, nulla potest poenitentia retractari, ut et ipse monachorum omnium pater, et eius Cassinense monasterium, in quo et vixit et obiit, omnium per Occidentem monasteriorum caput in perpetuum habeatur. Proinde nos, divinae constitutionis

Cassinense monasterium caeterorum per Occidentem monasteriorum caput solique Apostolicae Sedi subiectum.

(1) Allatas superius literas, datas putamus anno 1112 post Concilium Lateranum habitum a Paschali PP. II, in quo Pontifex, iuxta Chronicon abbatis Urspergensis, referens se privilegium investiturarum Henrico imperatori per vim concessisse, illud condemnavit sub perpetuo anathemate, acclamantibus universis Patribus: Fiat, fiat. (2) Ex originali in archiv. edidit Gattula Hist. Cassin. saec. VII, pag. 333. (*a*) Rom. XI, 29.

propositum prosequentes, monasterium ipsum praecipua dilectione complectimur, et praedecessorum nostrorum vestigiis insistentes, caeteris per Occidentem coenobiis praeferendum, et sub solius Sedis Apostolicae iure ac defensione perpetua permanere: et tam te quam successores tuos in omni conventu episcoporum seu principum superiores omnibus abbatibus consedere: atque in iudiciis priorem caeteris sui ordinis viris sententiam proferre decernimus. Usum quoque compagorum, ac chirothecae, dalmaticae, ac mitrae, tam tibi quam successoribus tuis, in praecipuis festis et diebus dominicis ad missas, seu in consessum concilii, habendum concedimus. Sane tam in ipso venerabili monasterio quam in cellis eius cuiuslibet Ecclesiae episcopum vel sacerdotem, praeter Romanum Pontificem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi praesumere prohibemus; itaut si ab abbate prioreve loci non fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare; liceatque ipsius monasterii et cellarum eius fratribus, clericos cuiuscumque ordinis, de quocumque episcopatu ad conversionem venientes, absque episcoporum contradictione suscipere: liceat absque cuiuslibet saecularis vel ecclesiasticae potestatis inhibitione subiectos monasteriis suis, tam monachos quam sanctimoniales foeminas iudicare: liceat etiam fratribus per cellas in civitatibus constitutas, ad divina officia celebranda quandocumque voluerint signa pulsare. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum a quocumque malueritis catholico accipiatis episcopo; Baptismum vero per clericos vestros in oppidis vestris seu villis agetis. Sane universa ad idem monasterium pertinentia quieta semper, et ab omnium mortalium iugo libera, permanere sancimus: videlicet monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem Casini montis, monasterium S. Dei Genitricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumbarola, monasterium S. Mariae in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis et pertinentiis suis, S. Sophiae, in Benevento, S. Mariae in Canneto iuxta fluvium Trivium, S. Benedicti et S. Laurentii in Salerno, S. Mariae in Tremiti cum ipsis insulis, et S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marsi, S. Mariae in Luco, et S. Cosmati in Civitella, S. Angeli in Carregio cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae Ancillarum Dei in civitate Cosentia, S. Mariae in Banse, S. Iohannis Puellarum in Capua, S. Angeli ad Formam, S. Agatae in Aversa; S. Rufi et S. Benedicti Pizuli in Capua, S. Petri de Lacu, S. Petri de Ovellano, S. Erasmi et S. Benedicti et S. Scholasticae in Caieta, S. Magni in Fundi, S. Stephani et S. Benedicti et S. Agathae in Terracina, S. Petri in Foresta, S. Pauli ibidem, S. Mariae in Pontecorbo, S. Dionisii ad Pontem S. Anastasii, S. Benedicti in Benevento ad Portam Rufini, S. Benedicti in Pontano, S. Angeli, S. Nicandri et S. Thomae in Troia, S. Ceciliae et S. Demetrii in Neapoli, S. Eustasii in Pantasia, S. Benedicti in Alarino, S. Benedicti in Pectinari, S. Mariae in Casale-Plano, S. Illuminatae in castello Lemusano, S. Trinitatis in Termula, S. Focatis in Lesina cum fuce et piscaria, S. Benedicti in Asculo, S. Eustasii in Petra-Abundanti, S. Eustasii in Vipera, S. Mariae in Baretano, S. Scholasticae in Pinne, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai iuxta fluvium Trutinum in Abrutium, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in fluvio Tisino, S. Appollinaris in Firmo, quod dicitur ad Opplanis, S. Mariae in Arboscla, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, et Ss. Septem Fratrum et S. Laurentii, S. Benedicti in Ripa-Ursa: in comitatu Aquinense cellam S. Gregorii et S. Mauritii, S. Pauli, S. Constantii, S. Christophori, S. Nicolai, S. Mariae in Albaneta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii in Comino, S. Valentini, S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, S. Salvatoris,

Cuius abbates caeteros abbat. praecedunt usumque habent dalmaticae, chirotecarum et mitrae;

Nec diocesano subiacent episcopo:

Sed competentes sunt iudices monasteriorum utriusque sexus ei subiectorum.

Monasterii Cassinensis bona quae hic enumerantur et confirmantur, et a quacumque molestia eximuntur.

S. Angeli in Valle-Luci, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannucio, S. Mariae in Verule, S. Petri in Escleta, S. Luciae et S. Petri in Curuli, S. Silvestri et S. Martini, S. Luciae in Arpino, S. Mariae de Castello Zopponi, S. Benedicti in colle de Insula, S. Mariae de Babuco, S. Nicolai in Turrice, S. Germani in Sora, S. Benedicti in Paschesano, S. Petri in Morinis, S. Angeli in Pesclo Canali, Sancti Patris in Formis, Sancti Angeli in Albe, Sancti Erasmi in Pomperano, Sanctae Mariae in Cellis· in Venafro Sancti Benedicti et Sancti Nazarii, Sancti Martini in ipsa furca, curtem Sanctae Mariae in Sala, Sancti Benedicti Pizuli ibidem, Sancti Benedicti in Cesima, Sancti Benedicti in Sinuessa, curtem, quae dicitur Lauriana, Sancti Benedicti in Tiana, Sanctae Mariae in Calvo, Sancti Nazarii in Anglena, Sancti Adiutoris, Sancti Benedicti in Alifas, Sancti Donnini in Telesia, Sancti Martini in Bulturno: in Amalfi Sanctae Crucis, et Sancti Nicolai, Sanctae Crucis in Isernia, Sancti Marci in Carpinone, Sancti Valentini in Ferentino, Sancti Angeli in Algido, Sancti Marci in Ceccano, Sanctae Agathae in Tusculano, Sanctae Ierusalem, Sancti Benedicti in Albano: in Roma monasterium Sancti Sebastiani in Pallaria: in Luca cellam S. Geogrii, Sancti Salvatoris in Civitella: in ducatu Spoletino Sanctae Mariae in Celena, Sancti Benedicti in Trani, Sancti Benedicti in Bari, Sancti Petri Imperialis in Tarento: in Calabria cellam S. Anastasiae, S. Nicolai in Salectano, Sanctae Mariae in Tropea, Sanctae Euphemiae in Marchia: item civitatem, quae dicitur Sancti Germani, positam ad pedem ipsius montis, castellum Sancti Petri, quod ab antiquis dictum est Castrum Casini, castellum Sancti Angeli, Piniatarium, Plumbariola, Pesdemonte, Iunctura, S. Ambrosii, Sancti Apollinaris, Sancti Georgii, Vallem Frigidam, Sancti Andreae, Vantra Monastica, Vantra Comitalis, Sancti Stephani, Terami Fracte, Mortula cum ipsa curte, quae dicitur Casa-Fortini, Sancti Salvatoris, qui vocatur Cucuruzzo, Turrem ad mare iuxta fluvium Garilianum, Sancti Petri in Flia, Sancti Victoris, Torroclo, Cervaria, sanctae Eliae, Saracinesco, Cardetum, Aqua-Fundata, castellum Pontis-Curvi, et Viticosi: in Marchia Teatina castellum Lastinianum, montem Albrici, Muccla, Sancti Quirici cum Portu Frisa, Sanctae Iustae: in comitatu Asculano castellum, quod dicitur Octaum, et post montem Cinianum, et Trivilianum, et Cavinum: in Principatu castellum Ripa Orsa, Mons Bellus, Petra Fracida: in Comino castellum Vicumalbum: in territorio Carseolano castellum Auricula, Piretum, Rocca Incamerata, et Fossaceca: in Calabria Cetrarum, in Amalfi Fundicum: in territorio Troiano Castellone de Barancello, et villam Sancti Nicolai, quae de Gallitianis dicitur, territorio Capuano: in Gualdum de Liburia, curtem Sancti Felicis: in comitatu Tianense, cum ecclesia Sancti Ippoliti. Praeterea per praesentis privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque in praesenti vestrum coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad perpetuum etiam hospitium tibi tuisque successoribus palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis, ordinetis: quem si forte Romano Pontifici in abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestrae congregationis monachum sub vestra decernimus dispositione persistere: reditum quoque, qui ab officialibus nostris apud Hostiam

Roboratur decretum immunitatis.

vel Portum de navibus exigi solet, navi vestrae, si qua eo venerit, relaxamus. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Ad haec, tam praesentium quam futurorum avaritiae ac nequitiae obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones, in cuiuscumque abbatis morte aut electione fieri auctoritate apostolica interdicimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicium praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Solitae clausulae poenales.

Scriptum per manum Raynerii scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, II nonas februarii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCXIII, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae anno XIV.

Dat. die 4 februarii anno Domini 1113, pontif. anno XIV.

XLVII.

Sententia super controversia inter abbates Cassinensem, et monasterii Terrae Maioris, super ecclesia S. Mariae de Casali Plano, quae Cassinen. adiudicatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Series facti. — Iudicium a delegatis datum, et a Paschali PP. confirmatum. — Perpetuum silentium monachis Terrae Maioris imponitur. — Ecclesia de Casali Plano cum pertinentiis omnibus Cassinensibus abbatibus adiudicatur. — Paschalis PP., iudicum et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, fidelibus omnibus per Campaniam et Apuliam, vel Capitanatum, sive Samnium, salutem et apostolicam benedictionem.

Rerum gestarum series ad hoc literarum fidei committuntur, ne illarum veritas posterorum memoriae subtrahatur. Diuturnae igitur litis, quae inter Cassinensem, et monasterii Terrae-Maioris abbates acta est super ecclesia S. Mariae de Casali Plano, eiusque possessionibus, decisionem literis mandari praecipimus, ne aliqua inter eos turbationis occasio imposterum relinquatur. Cassinensis enim abbatis reverendae memoriae Oderisii querelam accipientes adversus monasterii Terrae-Maioris abbatem, quod Ecclesiam supradictam de Casali Plano invaserit,

Exordium.

Series facti.

(1) Ex originali archiv. edidit Gattula, Access. ad Hist. Cassin. tom. II, pag. 714.

missis iterum atque iterum literis, apposita etiam interdictione vel loci vel ordinis, monasterii Terrae-Maioris abbatem coegimus, licet ad nos venire dissimularet, ut supradictum Oderisium abbatem de praefata Casalis Plani Ecclesia investiret. Post abbatis Oderisii obitum, certum agendi tempus utrique parti iniunximus, praecipientes, eos omnino paratos ad peragendam causam deliberato termino convenire. Statuto itaque tempore, Girardus Cassinensis abbas, et Benedictus Terrae-Maioris, ante nostram praesentiam convenerunt. Data est per biduum iurisperitis licentia disputandi. Novissime actores monasterii Terrae-Maioris probationem possessionis quadragenariae intenderunt. Caeterum eorum testes non ex visu et auditu, sed ex fama testimonium profitentes, nec legibus nec canonibus suscipi potuerunt. Cassinenses vero quadragenariae vel tricenariae possessionis interruptionem modis talibus astruebant: testes duos notae religionis monachos, unum episcopum, alterum diaconum protulerunt, qui se praesentibus, praesente etiam bonae memoriae Benedicto monasterii Terrae-Maioris abbate, supradictam S. Mariae de Casali Plano ecclesiam per Desiderium memoriae felicis abbatem, locatam Rodulfo presbytero asserebant, sicut in locationis descriptione ostendebatur, sub censu sex bizantiorum, anno dominicae incarnationis millesimo septuagesimo primo. Tres etiam ab eis laici testes prolati sunt, qui se vidisse profiterentur per annos quadraginta, priusquam in Ecclesiam illam Terrae-Maioris monasterium invasisset, Cassinensis monasterii monachos ibidem fuisse praepositos: vidisse etiam Rodulfum presbyterum, qui locationem superius memoratam ab abbate fel. mem. Desiderio acceperat, praefatam sex bizantiorum pensionem Cassinensi monasterio persolventem. Legum igitur auctoritate perspecta, huiusmodi iudicium a fratribus nostris editum, et a nobis est per Dei gratiam confirmatum. Postquam actores monasterii Terrae-Maioris defecerunt a probatione, quam intenderant, quadragenariae possessionis super S. Maria de Casali Plano, nos eis super hoc negotio perpetuum silentium indicimus, et dominium eiusdem Ecclesiae de Casali Plano cum possessionibus suis apud Cassinense monasterium quiete imperpetuum remanere sancimus. Hac nimirum discussione, hoc tenore iudicii, supradictam Beatae Mariae de Casali Plano ecclesiam cum possessionibus suis venerabili filio nostro Girardo abbati Cassinensi in ius et possessionem perpetuam Cassinensis monasterii restituimus: quam videlicet inconcussam et stabilem permanere auctoritate Apostolicae Sedis decernimus.

Iudicium a delegatis datum, et a Paschali PP. confirmatum.

Perpetuum silentium monachis Terrae Maioris imponitur.

Ecclesia de Casali Plano cum pertinentiis omnibus Cassinensibus abbatibus adiudicatur.

Scriptum per manum Crisogoni notarii sacri palatii.

Paschalis PP., iudicium et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Paschal. catholicae Ecclesiae episcopus in praesentia nostra hoc factum iudicium confirmavi et subscripsi.

Ego Sennes Dei gratia Capuanus archiepiscopus, iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Con. Ricardus Albanen. episcopus subscripsi.

Ego Landulphus Beneventanus archiepiscopus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Cono Praenestinus episcopus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Gregorius Terracinensis episcopus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Gualo Parisiensis episcopus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Ascherus Centumcellensis episcopus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Raimundus Ausciorum archiepiscopus interfui et subscripsi.

Ego Almericus Claromontensis episcopus interfui et subscripsi.

Ego Wilielmus Dei gratia Troianus episcopus interfui et subscripsi

Ego Anastasius cardinalis presbyter tituli Beati Clementis subscripsi.

Ego Romoaldus diaconus cardinalis iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Boso cardinalis diaconus iudex datus interfui et subscripsi.

Ego Gervasius Telesini monasterii abbas interfui et subscripsi.

Ego Pontius Antiochenae Ecclesiae canonicus interfui et subscripsi.

Ego Rolandus Antiochenae Ecclesiae legatus interfui et subscripsi.

Actum Beneventi in palatio principali, III et II idus februarii, praeter hos suprascriptos alii etiam plures interfuerunt, tam episcopi quam abbates, Riso videlicet Barensis, Leo Hostiensis, Fulco Venusinus.

Datum Beneventi per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, idibus februarii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCXIII, pontificatus autem D. Paschalis II PP. anno XIV.

Dat. die 13 februarii anno Domini 1113, pontif. anno XIV.

XLVIII.

Confirmatio sententiae latae a iudicibus, a Sede Apostolica delegatis, in causa inter monasteria Anianense et Casae Dei, super cella Gordianica (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Causa huiusmodi a Paschali Avenionensi, Valentino et Diensi episcopis delegata. — Sententia ab eis data in favorem Anianensis monasterii; — Confirmatur decreto pontificio; — Perpetuumque silentium monachis Casae Dei imponitur. — Solitae clausulae. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro, Anianensis monasterii abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagentes, earum quieti, auxiliante Domino, providere. Ea propter opportunum duximus, dum in Galliarum partibus moraremur, controversiam illam, quae inter Casae Dei monasterium, et Anianense coenobium, super cella de Gordianico agebatur, venerabilibus fratribus Arberto Avenionensi, Eustachio Valentino, Hismioni Diensi episcopis discutiendam determinandamque committere; qui nimirum utriusque partis ratiocinationibus diligenter discussis, et canonice examinans, sicut ex eorum allegatione chirographoque comperimus, et perspectis pontificalibus ac regalibus instrumentis, et aliarum chartarum indiciis, iustum esse senserunt, et scriptis, subscriptionibusque sanxerunt, ut monasterium Anianense praefatam cellam de Gordianico ad Dei servitium regere, ac perpetuo habere deberet: ut enim verbis ipsorum loquamur, inter primam iustam acquisitionem, et ultimam iustam revestitionem, quam per nos acceperant, nullam invenire potuerunt iustam ipsius possessionis interruptionem. Nos ergo supradictorum fratrum, quos in hoc negotio nostri vice-iudices dedimus, literarum praesentium decreto, iudicium confirmamus, et supradictam cellam de Gordianico tibi, carissime Petre abbas praedicti Anianensis monasterii, tuisque successoribus, firmam et quietam in perpetuum manere sancimus; praecipientes et interdicentes, ne super hac ulterius querimonia Casae Dei fratres Anianense coenobium inquietare praesumant; sed, ut quiete ac libere sub Anianensis coenobii iure ac possessione in perpetuum conservetur cum omnibus pertinentiis ac possessionibus suis, sicut a Ludovico imperatore, Caroli Magni imperatoris filio, concessum ac traditum Anianensi coenobio per instrumenti regalis memoriam declaratur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate

Causa huiusmodi a Paschali Avenionensi, Valentino, et Diensi episcopis delegata.

Sententia ab eis data in favorem Anianensis monasterii;

Confirmatur decreto pontificio;

Perpetuumque silentium monachis Casae Dei imponitur.

Solitae clausulae.

(1) Ex archiv. Anianensi edidit Mabillonius in Append. Annal. Bened. tom. V, num. LXXXVIII.

careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat, nisi secundo tertiove commonita, praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit. Cunctis autem eidem coenobio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

PP. subscriptio. Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, II idus aprilis, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCXIV (1), pontificatus quoque domni Paschalis Papae secundi, XIV.

Dat. die 12 aprilis anno 1113, pontif. anno XIV.

XLIX.

Enumeratio et confirmatio bonorum monasterii S. Victoris Massilien. dioecesis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur privilegia omnia pontificia, et bona ad monasterium hoc pertinentia, quae hic enumerantur. — Confirmatur privilegium Urbani PP. — Decretum pro indemnitate monasterii huius. — Poenae contra inobservantes.

(1) Legendum omnino MCXIII ut conveniat annus XIV et indictio VI cum numeratione aerae; nisi forte quis putaverit, immutandas potius binas hasce notas chronologicas, ut idem assequatur. Mabillonius, qui in nota marginali indictionem VI in VII emendavit, fortasse non advertit superesse adhuc errorem in anno pontif. Paschalis XIV, qui in XV foret restituendus. Quamlibuerit sequatur quisque sententiam, per nos licet. (2) Ex Chartario Panchartae Massilen. edidit Sammarth. Gall. Christ. tom. I inter Instrum. Eccl. Massilien. n. XXVIII.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Ottoni abbati Massiliensis monasterii, et eiusdem successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti auxiliante Domino providere. Ea propter petitionibus tuis, fili in Christo charissime Otto, non immerito annuendum censuimus, ut Massiliense monasterium, cui Deo authore praesides, ad praedecessorum nostrorum Gregorii VII et Urbani II exemplar Apostolicae Sedis privilegio muniremus. Per praesentis igitur privilegii paginam tibi tuisque successoribus, quae a praedictis Pontificibus sunt firmata, firmamus: videlicet in Arelatensi parochia monasterium Sanctorum Genesii et Horatii, ecclesiam Sancti Petri et Sanctae Trinitatis de Fanibriculo, Ss. Sergii et Bacchi in Camargis, ecclesiam S. Caesarii de Villanova, S. Caesarii de Bodenenc, cellam S. Michaelis de Barzaneges cum capellis suis, S. Victoris de Marmana, S. Heymetis: in episcopatu Avenionensi cellam Sancti Saturnini, Sanctae Mariae de Rocamartina, Sanctae Mariae de Mirano: in episcopatu Cabillonensi monasterium Sanctae Mariae, Sancti Verani de Valleclusa, ecclesiam Sancti Iuliani, cellam Sancti Michaelis de Balina, parochiam Sancti Agoldi, ecclesiam Sanctae Fidis: in episcopatu Carpentoratensi ecclesiam parochialem de Rocca, cellam Sancti Romani, Sanctae Mariae de Vellalove, monasterium Sancti Felicis de Vennesta: in episcopatu Valens. monasterium Sanctae Mariae, Sancti Victoris, Sancti Petri de Grausello, ecclesiam parochialem de Castro Malancena, Sancti Michaelis, Sancti Petri cum capellis suis, S. Desiderii, Sancti Martini, Sanctae Mariae, et Sancti Sepulchri, capellas de Alharusco, ecclesiam Sanctae Mariae de Vellis, de Mirabel, Sancti Bladii, Sanctae Mariae de Villanova, et medietatem omnium

Confirmantur privilegia omnia pontificia, et bona ad monasterium hoc pertinentia, quae hic enumerantur.

ecclesiarum parochialium de valle Pladiani: in episcopatu Massiliensi ecclesiam Sancti Petri de Paradiso, Sancti Ferreoli, Sanctae Mariae, Sanctae Margaritae, cellam Sancti Genesii, Sancti Iusti, Sancti Mitri, Sanctae Mariae de Evola, Sancti Michaelis de Plano, Sancti Pontii de Geminas, ecclesiam S. Iohannis de Roccafort, Sancti Pauli de Carnot, Sanctae Mariae de Cezeresca, Sancti Damiani, parochialem Ecclesiam de Caderia cum capellis suis, cellam Sancti Petri de Auriol cum parochia eiusdem castri et capella, cellam Zacchariae, ecclesiam S. Victoris de Savard, parochialem ecclesiam Castelli-Nautis cum capellis suis, cellam Sancti Victoris de Causalo, Sancti Iacobi de Alniis cum tota villa, ecclesiam S. Victoris, Santae Mariae de Balma, Sancti Cassiani, cellam Sancti Saturnini, in castro Sancti Cannati ecclesiam Sancti Andreæ: in Tolonensi episcopatu ecclesiam Sanctae Mariae de Sexfurnis, Sancti Iohannis de Crota, Sancti Nazarii, cellam S. Victoris de Insula, Sancti Iohannis de Ferleda, ecclesiam Sanctae Trinitatis, parochialem ecclesiam de Solariis, Sancti Michaelis de Eiras, cellam Sancti Benedicti, Sancti Bartholomaei de Belgensier, Sancti Martini de Corias, Sancti Iohannis de Petrafoco, ecclesiam parochialem ipsius castri cum capellis suis, Sancti Martini, Sanctae Mariae de Colobreira, ecclesiam parochialem Sancti Poncii, ipsius castri Sancti Cedomi, Sanctae Mariae de Dexesa, Sancti Laurentii de Pinet, Sancti Victoris de Carnola, et Sancti Michaelis: in episcopatu Aquensi ecclesiam Sancti Petri, cellam Sancti Petri de Cardana, ecclesiam S. Valentini cum capellis suis, Sancti Andreæ de Bac, cellam Sancti Hipoliti, ecclesiam de Vellana, cellam S. Mariae de Nicar, Sancti Iohannis de Segia, parochialem ecclesiam Sancti Petri de Caudalonga, Sancti Germani, ecclesiam de Venel, Sancti Michaelis de Fuel cum parochiali ecclesia, cellam Sancti Petri de Favarico, ecclesiam Sancti Iuliani de Podionigro, Sancti Petri et Sancti Victoris in castro Tretis, cellam Sanctae Trinitatis, ecclesiam parochialem S. Mariae, capellas Sancti Andreæ, Sanctae Ceciliae, Sancti Michaelis de Castelar, ecclesiam parochialem de Roccafolio, S. Anderti, ecclesiam parochialem de Parciis, Sancti Antonii de Barda, Sancti Servi, Sancti Pemati de Rosceto cum parochiali ecclesia, Sancti Poncii de Podio Lupario cum parochiali ecclesia, Sancti Pancracii, Sanctae Mariae de Sale, ecclesiam parochialem de Porreiras cum capellis suis, monasterium Sancti Maximini, Sancti Mitri, ecclesiam Sancti Stephani de Fur, Sancti Simonis de Auriac, cellam Sanctae Mariae de Brusa, Sanctae Mariae de Sporrone, et parochialem ecclesiam Sancti Fidis Artiga, cellam Sancti Stephani de Tresede, Sancti Victoris de Gontarelle, Sancti Victoris de Adonia, ecclesiam parochialem de Laberbent, Sancti Martini de Toulant, Sancti Leodegarii, Sancti Raphael, ecclesiam parochialem de Rogerio, de Caudalonga, cellam Sancti Stephani de Torreves, ecclesiam de Grelen, Sancti Iuliani de Gaisola, Sanctae Mariae, cellam Sanctae Perpetuae, Sancti Petri, parochialem ecclesiam de Barquola, ecclesiam Sancti Iohannis, Sanctae Mariae de Campis, Sanctae Mariae de Garelle, Sancti Medardi, Sancti Eucherii de Brar, Sancti Victoris de Curcurim, Sancti Petri de Arara cum parochiali ecclesia, Sanctae Mariae de Belmont, Sancti Mauricii de Reliana, Sancti Sepulchri de Crucis, Sancti Iohannis, ecclesiam parochialem Sancti Mauricii de Torreves cum capellis suis, Sancti Petri de Sillone: in episcopatu Foroiuliensi ecclesiam parochialem Sanctae Mariae de Cabaza, Sancti Pontii, Sancti Petri, cellam Sanctae Mariae de Luc, Sancti Petri de Archs, parochialem ecclesiam ipsius castri cum capellis suis, ecclesiam Sancti Iuliani de Ailla, cellam Sancti Cassiani de Salelaudimia, S. Victoris de Mota, Sancti Romani de Escaus, Sanctae Mariae de Palione, Sancti

Victoris de Roccataliada, Sancti Salvatoris de Burnis, ecclesiam parochialem de Celians, ecclesiam Sanctae Mariae, cellam Sanctae Mariae de Bariemone, Sancti Ausilii, parochialem ecclesiam de Colar, cellam Sancti Torpetis, Sancti Concii, Sanctae Mariae de Quaesta, ecclesiam parochialem de Gival, Sancti Antonini de Nitra-Castel, monasterium Sanctae Mariae de Villa Crosa, Sancti Petri de Salernas cum parochiali ecclesia Sancti Domini de Tortorio, Sanctae Mariae de Villa-Alta, S. Martini de Roccabenua: in episcopatu Regensi, cellam S. Iuliani de Lauguras, S. Mariae de Agiuvia, S. Mauritii de Marresta, Sancti Iohannis de Castro monasterii, Sancti Guirici, Sancti Stephani de Recena, Sancti Petri de Archinozosch, Sancti Martini de Bromede, Sancti Trophimi, Sanctae Crucis, Sancti Cassiani de Tavernas: in episcopatu Aptensi cellam Sancti Pauli, Sancti Iohannis de Campanias, Sancti Symphoriani, ecclesiam parochialem de Bovils cum capella, ecclesiam de Cezarista: in episcopatu de Sisterico cellam Sanctae Mariae de Manasca, Sancti Martini, Sancti Marcellini de Moazaellis, Sancti Proviani de Furno Calcari, Sanctae Mariae de Petra-Mordi: in episcopatu Vapicensi cellam Sanctae Mariae de Mandamaes, Sancti Christophori d'Estradis, ecclesiam parochialem de Scola, Sancti Martini de Cornillion, Sancti Domini in Vallerrari, S. Genesii de Dromon, ecclesiam parochialem ipsius castri cum capellis suis, cellam de Fistal, Sancti Eregii de Vallerna cum ecclesia parochiali Sanctae Mariae, ecclesiam de Almebel, Sancti Petri de Valadoira, Sancti Clementis de Fresclens cum aliis Ecclesiis eiusdem castri, Sancti Petri de Roma, Sancti Eregii de Medulone: in episcopatu Ebredunensi ecclesiam de Carde, Sanctae Mariae, Sancti Victoris, Sancti Christophori, Sancti Balli, Sanctae Mariae de Bredula cum ecclesia parochiali Sanctae Mariae, Sancti Petri de Bigernis, ecclesiam parochialem de Bellefaire, ecclesiam Sanctae Mariae, et S. Genesii de Curies, Sanctae Mariae, et S. Poncii de Falcone: in episcopatu Dignensi cellam Sancti Michaelis in Cursone, S. Martini de Sola, cellam de Candal, Sancti Clementis de Vernet: in episcopatu Senez cellam Sanctae Mariae de Petra Castellana, cellam de Bagarras, Sanctae Mariae de Hiveis, cellam de Alanz: in episcopatu Glandensi cellam Sancti Petri de Bonovillari, cellam de Penna, Sancti Poncii Adannot, Sancti Cassiani, Sancti Sepulchri ad Megilos, Sanctae Mariae de Torraminas: in episcopatu Venciensi cellam, quae dicitur ad Crotons, Sancti Stephani de Gateiras, Sancti Petri de Geleta, cellam de Granleiras, Sancti Martini de Mugnis: in episcopatu Barchinonensi monasterium Sancti Michaelis de Fallio in Penedes: in episcopatu Urgello, monasterium Sanctae Mariae de Gerra: in Gerundensi Sancti Iohannis de Fontibus: in Iuporiensi Sancti Thomae, villam de Maurel, de Kantona, villam de Penna-Fideli, villam Mauratel: in episcopatu Aginensi, cellam de Romeu: in Narbonensi cellam Sanctae Mariae in Bargo, Sancti Crescentii: in vicecomitatu Minerbensi cellam Sanctae Mariae de Sorea, Sancti Marcellini cum capellis suis: in episcopatu Biterrensi cellam Sancti Saturnini de Corneliano, ecclesiam Cerzac, Sanctae Mariae de Magalaz, ecclesiam parochialem ipsius castri, Sanctae Mariae de Saurarges: in Agathensi monasterium Sancti Andreæ: in Magalonensi Sancti Nazarii de Medullio, cellam de Burgeries: in Nemausensi, Sancti Victoris Armareis, Sancti Martini de Airas, ecclesiam parochialem Sancti Petri de Mauroix, Sancti Petri de Ariges, Sanctae Mariae de Sauriana, Sancti Martini de Alzone, Sancti Petri de Vicavo: in Ucetico, Sancti Mammetis, Sancti Amancii de Tezeno, Sancti Petri de Vulpereries: in Tolosano cellam de Castilione de Maderies: in Albiensi cellam Sancti Sigolenae de Gana, Sanctae Mariae de Am-

bilet, Sancti Petri de Ammone, Sancti Iohannis de Helvas: in Rutenico, cellam de Petra, Sanctae Mariae de Melias, Sancti Stephani, monasterium Sancti Petri, Sancti Laurentii, cellam de Cambolas, Sancti Genesii de Valcenga, cellam de Mistoliol de Clara-Fara, Sancti Michaelis, Sanctae Mariae de Castronovo, monasterium Vabense, Sancti Amancii: in Gaballitano monasterium de Cirac cum parochiali ecclesia, Sancti Martini de Canonica, Sancti Martini de Salmonte cum capellis suis, Sancti Martini de Colomeo, Sanctae Mariae de Nabinals: in Alvernia cellam de Ruina: in episcopatu Pisano cellam Sancti Andreæ, monasterium Sanctorum Apostolorum: in episcopatu Ausonensi monasterium Sancti Iohannis Rivipollensis, sicut ex consilio Urbani Papae per Bernardum Viguldunensem comitem vobis traditum est etc. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura: si quis autem, quod absit, decreti huius tenore cognito, temere contraire attemptaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis torsione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus vero Dei omnipotentis gratia, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli benedictio conferatur.

Confirmatur privilegium Urbani PP.

Decretum pro indemnitate monasterii huius.

Poenae contra inobservantes.

Scriptum per manum Chrysogoni notarii sacri palatii.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. card. ac bibliothecarii IX kal. maii, indict. VI, anno dom. incar. MCXIII, pontificatus autem D. Paschalis II Papae, XIV.

Dat. die 23 aprilis anno Domini 1113, pontif. anno XIV.

L.

Confirmatio Canonicae Aptensis Ecclesiae, bonorumque ad eam pertinentium, cuius canonicis nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur regularis canonicorum vita, bonaque eisdem et Aptensi Ecclesiae data a Laugerio episcopo. — Ad eosdem canonicos devolvi episcopi electionem, et defuncti episcopi bonorum administrationem decernitur. — Decretum immunitatis. — Poenae contra inobedientes.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Aptensis Ecclesiae canonicis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et quae recte statuta sunt, stabilire. Idcirco vestrum votum vestrique propositum auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus, ut in Aptensi Matrice Ecclesia Beatae Dei Genitricis et beati Castoris, perpetuis deinceps temporibus clericaliter et regulariter vivant, et quaecumque praedia seu quaecumque res ad eorum victum deliberatae sunt, quiete semper eis integreque serventur. Porro ipsi Ecclesiae et eius episcopis confirmamus castrum Sancti Martini, et castrum de Sanione, quod cum ex antiquo iure Aptensi Ecclesiae pertineret, per confratris nostri Laugerii episcopi praesentis industriam eidem Ecclesiae restitutum est: caeteras sane donationes, quam (1) episcopus fecit, et scripti sui assertione firmavit, et tam vobis quam successoribus vestris praesentis decreti auctoritate firmamus, in regularis videlicet vitae observatione manentibus. Ipso vero vel suorum quolibet successorum ad Dominum evocato, quaecumque episcopi sunt, sub canonicorum provisione permaneant; nec alius in Aptensi Ecclesia substituatur episcopus nisi qui canonice ipsorum consilio fuerit et electione promotus;

Confirmatur regularis canonicorum vita;

Confirmantur bona eisdem et Aptensi Ecclesiae data a Laugerio episcopo.

Ad eosdem canonicos devolvi episcopi electionem, et defuncti episcopi bonorum administrationem decernitur.

(1) Sammarth. Gall. Christ. inter Instrumenta Ecclesiae huius num. XI. (1) Lege *quas*. (R. T.)

res autem deficientis episcopi nullus omnino laicorum invadere et depraedari praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si quis autem, quod absit, decreti huius tenore cognito, temere contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis torsione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus vero Dei omnipotentis gratia, et beatorum apostolorum Petri et Pauli benedictio conferatur.

Decretum immunitatis.

Poenae contra inobedientes.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, idibus ianuarii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXIV, pontificatus quoque domni Paschalis secundi Papae, XV.

Dat. die 13 ianuarii anno Domini 1114, pontif. anno XV.

LI.

Confirmatio bonorum et possessionum Marsorum Ecclesiae, cuius confinia describuntur (1).

SUMMARIUM

Confirmantur bona ac fines Ecclesiae huius qui hic describuntur. — Inhibetur monachis, quidquam de iure episcopali sibi usurpare. — Ecclesia S. Savinae martyris cathedralis declaratur. — Enumerantur bona ad Marsorum episcopos pertinentia. — Decretum immunitatis, et poenarum contra refragantes. — Paschalis PP. et cardinalium S. R. E. subscriptiones.

(1) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. I.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Berardo Marsicanae Ecclesiae episcopo eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitime desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, frater in Christo charissime, precibus annuentes, ad perpetuam S. Matris Ecclesiae pacem et stabilitatem praesentis decreti stabilitate sancimus, ut universos (1) parochiae fines, sicut a tuis antecessoribus usque hodie sunt, ita omnino tam tibi possessi quam successoribus in perpetuum conserventur: qui videlicet a Turri Ferraria decurrunt in caput Corriti, inde per viam de Merso in Postellam de Valle-Putrida, per terram de Feresca per Argatonem, per terram de Camno, per terram de Formella, inde ad Molinum Veterem, inde ad Furcam Aurae, per terram de Vivo, per terram de Toroia, inde ad pasculum Canalis, inde ad Pennam Imperatoris, per terram de Cervara, inde ad S. Britium per furcam de Auricula, inde ad arcum S. Georgii, per flumen Risanae, per Turres Ofrano, per Scalellas, per Tufum fluvii Remandi, per Trepontum, inde ad Vulpem Mortuam, per Buccam de Teba, per campum de Pezza, per rivum Gambararum, per terram de Candida, per Venetrinum, et redeunt ad Furcam Ferrati: intra quos fines quaecumque oppida, quaecumque villae, quaecumque plebes, quaecumque ecclesiae sitae sunt, aut in posterum fuerint, sub tua et tuorum catholicorum successorum episcopali providentia et dispositione permaneat; et ex eis omnibus episcopalia vobis iura solvant, tam in clericorum ordinationibus et ecclesiae consecrationibus, quam in redditu decimarum et oblationum, sive in correctionibus delinquentium. Sane illam monachorum pravam praesumptionem, qua partim episcoporum absentia, partim eorum pervicacia, in Marsorum finibus omnimodo inhibe-

Confirmantur bona ac fines Eccle iae huius qui hic describuntur.

Inhibetur monachis, quidquam de iure episcopali sibi usurpare.

(1) Lege *universi*. (R. T.)

mus, ut nec baptismata ulterius in monasteriis faciant, nec ad infirmorum unctiones claustris suis progredi audeant, nec ad poenitentiam iniungendam populares personas admittant, nec ab episcopo excommunicatos ad communionem, nec interdictos ad officia sacra suscipiant.

Ecclesia S. Savinae martyris cathedralis declaratur.

Porro ecclesiam B. Savinae martyris matricem haberi, sicut hactenus habita est, et illic episcopalem sedem permanere decernimus, et in eius possessione ac iurisdictione Ecclesiae cum praediis suis, quae praeteritis temporibus possessa sunt, etiam in futurum perpetuis temporibus quiete, libere, integreque serventur, idest S. Pauli ad Pesculum Serulae, S. Mariae in campo Mitio, S. Nicolai ad fontem Reginae, S. Quirici in Vico, S. Martini in Agne, S. Martini in Bettorrita, S. Archangeli super Mesula, S. Mariae in Ortucula, Sanctae Mariae et S Petri in Veneri, S. Felicis in Ferrati, S. Valentini et S. Petri in Apiniacis, S. Martini in Filincino, S. Petri in Cerverano, S. Iohannis in Pentoma, S. Marcelli et S. Angeli in Arca, S. Mariae in Palute, S. Anatoliae de Lione, S. Felicitatis in Cerferro, S. Laurentii in Praetorio, S. Feliciani in Villa-Magna, S. Mariae in Avando, S. Viti in Ozano, S. Christinae in Supezzano, S. Georgii in Bezola, S. Iohannis ad Caput-Aquae cum titulis suis, S. Potiti ad Castellum, S. Felicis in Porciano, S. Laurentii in Curia, S. Caesidii cum titulis suis, Sancti Vincentii in Forma cum titulis suis, S. Andreæ in Ancezzano (1), Sanctae Mariae in Vico, Sancti Petri in Capistrello, Sancti Petri et Sanctae Mariae in Albe, Sancti Marci in Massa, S. Martini in Valle cum titulis suis, Sanctae Iohannae in Marano, Sancti Felicis in Monte-Celle, Sanctae Mariae in Glireto cum titulis suis, Sancti Nicolai in Erse, S. Mariae in Furca, S. Erasmi cum titulis suis. Praeterea, quaecumque praedia ad eamdem Ecclesiam legitime pertinere noscuntur, aut in futurum, largiente Domino, quibuslibet iustis modis vel contractis poterit adipisci, tibi et tuis successoribus illibata permaneant.

Enumerantur bona ad Marsorum episcopos pertinentia.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, suprafatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, tam tuis quam clericorum usibus profutura. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, castaldio, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem Ecclesiae iura sua servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum immunitatis, et poenarum contra refraganter.

Scriptum per manum Gervasii scriptoris regionarii et notarii S. palatii.

Paschalis PP. et cardinalium S. R. E. subscriptiones.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss.
Ego Ricardus Albanensis episcopus ss.
Ego Leo episcopus Ostiensis ss.
Ego Cono Praenest. Ecclesiae episcopus ss.
Ego Romanus card. S. Priscae ss.
Ego Benedictus card. tit. Eudoxiae ss.
Ego card. Raynerius Ss. Marcellini et Petri ss.
Ego Conradus S. Pudentianae card. ss.

Datum Laterani per manum Iohannis S. R. E. card. et bibliothecarii, v kal. martii, indictione VII, incarn. dominicae

(1) Forte *Avezzano*. (R. T.)

anno MCXIV, pontif. quoque D. Paschalis II Papae anno XV.

Dat. die 25 februarii anno Domini 1114, pontif. anno XV.

LII.

Confirmatio bonorum, quae Cluniacense monasterium possidet in Anglia, Normannia et aliis provinciis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Enumerantur bona quae confirmantur. — Solitum decretum immunitatis et exemptionis. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Pontio Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum maxime quieti, quo Sedi eidem specialius adhaerent, ac tamquam iure proprio subiectae sunt, et ampliori religionis eminent gratia, auxiliante Domino, providere. Eapropter petitionibus tuis, fili in Christo charissime Ponti, non immerito censuimus annuendum, ut Cluniacense monasterium, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis privilegio muniremus. Illas igitur possessiones, quae tuae praelationis tempore acquisitae sunt, et ab episcopis traditae, vel per episcopos confirmatae, nos tibi tuisque successoribus, et per vos eidem Cluniacensi monasterio confirmamus: in Normannia videlicet ecclesiam Ss. Cosmae et Damiani in episcopatu Constantiensi: in Anglia ecclesiam Sanctae Trinitatis de Lentona in castro Notingahant: in episcopatu Bisuntino monasterium de Alta Petra, et monasterium de Valle-Clusa: in episcopatu Tolosano monasterium Sanctae Columbae: in Mindoniensi ecclesiam Sancti Martini de Negdal: in Auriensi ecclesiam Sancti Vincentii de Palumbario: in Astoricensi ecclesiam Sancti Salvatoris de Valle-Viridi. Praeterea quaecumque praedia, quascumque possessiones in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iuste atque canonice poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei Domini nostri Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Enumerantur bona quae confirmantur.

Solitum decretum immunitatis et exemptionis.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus ss.

PP. subscriptio.

Datum Anagniae per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VII idus novemb., indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXIV, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, XVI.

Dat. die 7 novembris anno Domini 1114, pontif. anno XVI.

(1) Ex Bibliotheca Cluniacensi Martini Marrier pag. 571.

LIII.

Gerundensis Ecclesiae limites assignantur, confirmatisque bonis omnibus ad eam pertinentibus, statuitur, ne clerici, ad quamcumque dignitatem promoti, clericales praebendas inibi retinere possint (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Definiuntur limites dioecesis Gerundensis. — Bonaque omnia eidem confirmantur, cum decreto immunitatis a quacumque molestia, imminutione, etc. — Declaratur insuper ut clerici, ad quamcumque dignitatem promoti, teneantur clericales praebendas dimittere. — Solitae clausulae. — Paschalis PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Berengario Gerundensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus tribuendus est effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis itaque, frater in Christo charissime Berengari, precibus annuentes, ad perpetuam sanctae Gerundensis Ecclesiae pacem et stabilitatem praesentis decreti auctoritate sancimus, ut universi parochiae tuae fines, sicut a tuis antecessoribus usque hodie possessi sunt, ita omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur: qui videlicet fines a meridie Barchionensis, ab oriente Ausonensis, ab aquilone Urgellensis et Helenensis parochiae limites tangunt, ab occidente in mare pertingunt. Confirmamus etiam eidem Gerundensi Ecclesiae universa, quae ad eam in praesenti indictione VIII videntur legitime pertinere, et quaecumque in futurum iuste atque canonice poterit adipisci. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Illud autem omnino interdicimus, ne liceat eiusdem Ecclesiae clericis praebendas aut possessiones eiusdem Ecclesiae retinere, et suis usibus vendicare, postquam eos ad episcopatum vel abbatiam, vel alias praepositura aliarum Ecclesiarum transire contigerit. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Definiuntur limites dioecesis Gerundensis.

Bonaque omnia eidem confirmantur, cum decreto immunitatis a quacumque molestia, imminutione, etc.

Declaratur insuper ut clerici ad quamcumque dignitatem promoti, teneantur clericales praebendas dimittere.

Solitae clausulae.

Ego Paschalis catholicae Eccl. epis. ss.

Paschalis PP. subscriptio.

Data Laterani per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, XI kal. februarii, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXV, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae anno XVI.

Dat. die 22 ianuarii anno Domini 1115, pontif. anno XVI.

(1) Ex Archiv. Ecclesiae huius edidit Baluzius in Appendice Marcae Hispan. n. CCCLIII.

LIV.

Privilegium confirmationis donationum a Roberto comite de Loretello, et Tassione, fratribus, factarum Ecclesiae Teatinae (1).

SUMMARIUM

Donationis narratio. — Alia bona ab episcopis acquisita. — Dicta donatio et caetera

(1) Ex Archiv. Canonic. Basilicae Vatic. transcriptum edidit Ughell. Ital. Sac. tom IX.

bona omnia confirmantur, addito decreto omnimodae exemptionis ab omni vi, molestia, etc. — Excommunicationis poena contra violatores huiusmodi privilegii minatur.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, universis fidelibus per Teatinam parochiam, sive comitatum, salutem et apostolicam benedictionem.

Donationis narratio.

Ex praedecessoris nostri sanctae me. Urbani II Papae scripto comperimus, quod nobilis memoriae comites Robertus, cui de Loretello cognomen fuit, et frater eius Tassio, possessiones quasdam vel ecclesias Teatino episcopo contulerint, sive et in ius proprium, sive dominium perenniter possidendas scriptis propriis confirmaverint; et Roberti quidem donatio haec continebat: in Aterno plebem Sanctorum Legontiani et Domitiani: ad pedem autem ipsius urbis, et ad portam, quae respicit contra mare, ecclesiam S. Thomae apostoli: exterius vero ecclesiam S. Nicolai, terras, vineas, domos, homines, intus et foris, decimas et oblationes vivorum et mortuorum, et ultra Piscariam terras in pertinentia Sculculae, castellum Genestrale, castellum S. Casidii cum pertinentiis suis, et unam ecclesiam in Buclanico, dedicatam in honorem sancti Salvatoris et sancti Angeli, cum decimis Comitis: et decimas castellorum in Teatino episcopatu, quae sub ipsius Roberti dominio erant, et quod Teatina Ecclesia in castro Septi tenebat. Tassionis autem restituitio et confirmatio haec annotabat, scilicet Teatinam urbem, Trevellianum, Villam Magnam, montem Fillardum, ecclesiam Sanctae Mariae in Bari, Sancti Blasii in Laneiano, Sancti Leucii in Atissa (1), Sanctae Mariae, Sancti Georgii in Ortona, Montem Acutum cum ecclesia Sancti Nicolai. Praeter haec in eodem praedecessoris nostri scripto, Rainulphus bo. mem. Teatinus episcopus industria sua et pecunia ecclesiastica in Ecclesiae dominium haec recepisse narratur: In monte Oderisii ecclesiam Sancti Salvatoris, Sancti Nicolai, Sancti Petri cum beneficiis illarum, monasterium Sancti Mauri cum beneficio suo: in civitate Luparelli plebem Sancti Petri cum pertinentiis suis, monasterium Sanctae Mariae de Letto, cum casali aliisque ad ipsum pertinen. In Abatico plebem Sancti Martini cum pertinentiis suis: in Caramanico plebem Sanctae Mariae cum possessione sua: in Turre plebem Sancti Ioannis. Fratria (3) etiam nostri Guillelmi episcopi, qui ad praesens Ecclesiam Teatinam possidet, relatione cognovimus, quod idem Rainulphus episcopus post id tempus a praedicto Roberto comite in Aterno ecclesiam Sancti Salvatoris et Sanctae Ierusalem ad episcopi dominium acquisivit. Ultra piscariam vero ad Montem-Silvanum Sanctam Mariam in Rivolo, et castellum Lastiniani: in Teatino autem comitatu castellum Sancti Pauli, et castellum, quod Turca dicitur: in Bulcanico plebem Sancti Silvestri: in Gissi plebem Sanctae Mariae cum pertinentiis suis. Idem etiam Rainulphus episcopus ab Ugone abbate Sancti Iohannis de Ardano, commutatione facta, Mucelam recepit, quae iuxta Ortonam est; Robertus vero praedicti Roberti comitis filius, idem episcopo castellum Sculculae reddidit. Porro successor eius supranominatus episcopus Guillielmus, Tassionis filium, castellum Mantipolum, Iulianum et Ornum, cum omnibus suis pertinentiis acquisivisse significavit. Nos itaque, supradicti confratris nostri Guillelmi episcopi precibus exorati, praedictam praedictorum comitum, et Guillelmi Tassionis donationem, salva Sedis Apostolicae confirmamus authoritate, sub divini obtestatione iudicii statuentes, ut nulli omnino viventium liceat, vel quae a praedictis personis concessa sunt, vel quicquid hodie Teatina Ecclesia iuste possit, vel in futurum auxiliante Domino iuste poterit adipisci, auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed prae-

Alia bona ab episcopis acquisita.

Dicta donatio et caetera bona omnia confirmantur, addito decreto omnimodae exemptionis ab omni vi, molestia, etc.

(1) Lege *Atessa*. (R. T.)

(1) Fortasse *Fratriae*. (R. T.)

senti episcopo, eiusque successoribus firma semper et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Teatinae Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et fructum hic bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Excommunicationis poena contra violatores huiusmodi privilegii minatur.

Dat. Beneventi per manum Iohannis diaconi xv kal. augusti indictione viii, incarn. Domini, anno mcxv.

Dat. die 18 iulii anno Domini 1115, pontif. anno xvi.

LV.

Augustodunensi Ecclesiae iura ac bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio bonorum ad hanc Ecclesiam pertinentium. — Bona haec nemini liceat auferre, alienare, etc. sub privationis a dignitate et excommunicationis poena. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Sthephano Augustodunensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui licet indigni, iustitiae custodes atque praecones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimur. Tuis igitur, frater in Christo carissime Stephane, iustis petitionibus annuentes, sanctam Augustodunensem Ecclesiam, cui Domino auctore praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut oppida, villae, seu ecclesiae, possessionesve, quas praedecessoris tui, Aganonis temporibus, Augustodunensi Ecclesiae per tuam industriam recuperata vel adquisita sunt, videlicet ecclesia Sanctae Mariae, et Sancti Lazari de Avalone, et castrum Toilonum cum eorum pertinentiis: vel in futurum per Dei gratiam recuperari vel adquiri iuste legitimeque contigerit, quieta semper et integra in eiusdem Ecclesiae iure ac possessione permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Confirmatio bonorum ad hanc Ecclesiam pertinentium.

Bona haec nemini liceat auferre, alienare, etc., sub privationis a dignitate et excommunicationis poena.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episc. ss.

PP. subscriptio.

Datum Later. per manum Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, ii idus martii, indictione ix, incarnationis

(1) Ex ms. D. Nerovalli edidit Nicolaus Coletus Concil. tom. xii.

dominicae anno MCXVI, pontificatus autem domni Paschalis secundi Papae, anno XVII.

Dat. die 14 martii anno Domini 1116, pontif. Paschalis anno XVII.

LVI.

Declaratio maternitatis Ecclesiae S. Stephani Bisuntin. cum decreto, ut ibi universa episcopalis ministerii officia peragantur (1).

SUMMARIUM

Series controversiae inter canonicos Sancti Stephani et canonicos Sancti Ioannis Bisuntin. — Pars utraque citata ad proferenda monumenta. — Probationes ex parte canonicorum Sancti Stephani. — Dignitas matricis Ecclesiae S. Stephano adiudicata. — Irritatio quorumcumque in contrarium facientium, etc. — Solitae clausulae. — Subscriptiones Paschalis PP. et S. R. E. cardinalium, archiepiscoporum et episcoporum, qui huic synodo Lateranensi interfuerunt.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus et filiis, Suffraganeis, clero et populo Bisuntinae Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Series controversiae inter canonicos Sancti Ioannis Bisuntin.

Inter Sancti Stephani et Sancti Iohannis canonicos, de cathedra episcopali, quanta et quam diutina concertatio fuerit, plenius vos audisse, ac certius scire credimus. Canonici siquidem Beati Stephani, Romanorum se Pontificum privilegiis, seu regum scriptis, tuebantur, asserentes, pro Ecclesiae suae destructione episcopos illinc discessisse. Unde contigerit, ut apud Sancti Iohannis ecclesiam episcopalis ministerii sacramenta celebrarentur. Contra, Beati Iohannis canonici annis plurimis praeter quaestionem aliquam penes se cathedram episcopalem mansisse, et Ecclesiam suam matricem esse clamabant. Ad haec Beati Stephani fratres allegabant, frequenter super hoc praedecessores suos vel apud Apostolicae Sedis vicarium, vel apud Bisontinos episcopos reclamasse. Post longa igitur disceptationis certamina, communi fratrum nostrorum episcoporum, qui tunc synodali vocatione convenerant, seu cardinalium iudicio, deliberatum est, ut si Beati Stephani canonici idoneis testibus probare possent, quod post redintegrationem Ecclesiae suae, infra annos triginta super querela hac quaestionem fecerint, per quam illorum videretur interrupta praetentio, videlicet vel ante antistitem suum, vel ante legatum nostrum, in communi audientia, ac probatione peracta, privilegia eorum robur perpetuum obtinerent, et episcopalis sedes in posterum apud Beati Stephani ecclesiam haberetur; alioquin canonici Beati Iohannis ab hac querela liberi manerent, et episcopalem sedem, sicut tenuerunt, tenerent. Quatuor (2) igitur eiusdem Ecclesiae clerici, videlicet Petrus et Hugo presbyteri cardinales, Bonifilius succentor (1), et Guarinus presbyter, et Alefricus archipresbyter de Sancto Gorgonio, producti coram clericis Sancti Iohannis ad testimonium asserendum, et mox episcopali examinandi iudicio, et idonei inventi, huiusmodi testimonium in conspectu nostro, tactis sacrosanctis Evangeliis, praebuerunt: (Vidi, et audivi, quod Hugo decanus Sancti Stephani, et Hugo de Palma, et Ebrardus, canonici Sancti Stephani, adversus canonicos Sancti Iohannis, Mainerium decanum, Bernardum magistrum, et Stephanum cantorem, quaestionem fecerunt de sede episcopali ante Hugonem tertium, Bisontinum archiepiscopum, fratrem Guidonis Viennensis archiepiscopi, in claustro Sancti Iohannis, infra triginta annos post redintegrationem ecclesiae Sancti Stephani). Hac demum redintegratione suscepta, communi fratrum nostrorum episcoporum, qui tunc plurimi synodali vocatione convenerant, et cardinalium iudicio, privilegia beati Stephani robur perpetuum obtinere decrevimus: et episcopalem primam sedem

Pars utraque citata ad proferenda monumenta.

Probationes ex parte canonicorum Sancti Stephani.

Dignitas matricis Ecclesiae S. Stephano adiudicata.

(1) Inter probationes Historiae monasterii Trenorciensis Chiffletii.

(1) Qui in ecclesia post praecentorem seu principalem cantorem canit. (2) Lege *quinque*. (R. T.)

in posterum apud eamdem Beati Stephani ecclesiam permanere, et universa episcopalis ministerii officia, quae apud matrices solent Ecclesias fieri, ibidem celebranda sancimus; et quae sane scripta praeteritis temporibus ante huius discussionis certitudinem, aut a nobis elicita, aut a vicariis nostris minus providenter excussa sunt, nullum deinceps momentum, nullas vires obtinere censemus. Haec autem, sicut apud nos praesenti iudicio deliberata, et decreti praesentis literis confirmata sunt, ita in perpetuum integra et illibata servari, apostolica auctoritate praecipimus. Si quis igitur decreti huius tenore cognito, temere (quod absit) contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Irritatio quorumcumque in contrarium facientium, etc.

Solitae clausulae.

Subscriptiones Paschalis PP. et S. R. E. cardinalium, archiepiscoporum et episcoporum, qui huic synodo Lateranensi interfuerunt.

Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus, hoc iudicium ratum habens, ss.

Ego Crescentius Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus Portuensis episcopus subscripsi.

Ego Cono Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Anastasius cardinalis presbyter tituli Beati Clementis interfui et subscripsi.

Ego Dinizo cardinalis tituli Equitii subscripsi.

Ego Boso tituli Sanctae Anastasiae presbyter subscripsi.

Ego Vasatensis episcopus Beltrannus subscripsi.

Ego Annaldus Burdegalensis archiepiscopus subscripsi.

Ego Portugalensis episcopus Hugo subscripsi.

Ego Iohannes Briocensis episcopus subscripsi.

Ego Baldricus Dolensis archiepiscopus subscripsi.

Ego Leo diaconus cardinalis Ecclesiae Sancti Viti subscripsi.

Ego Romoaldus diaconus cardinalis Sanctae Mariae subscripsi.

Ego Aldo diaconus cardinalis venerabilis diaconii (1) Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Petrus diaconus cardinalis Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Ego Iohannes diaconus cardinalis Sanctae Luciae subscripsi.

Datum Laterani, per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, nono kalendas aprilis, indictione IX, incarnationis dominicae anno MCXVI, pontificatus autem domni Paschalis II Papae, anno XVII.

Dat. die 24 martii anno Domini 1116, pontif. anno XVII.

LVII.

Monasterium S. Archangeli ad Morfisam in civitate Neapoli sub Apostolicae Sedis protectione et tutela suscipitur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae tutela suscipitur. — Bonaque omnia confirmantur. — Addito immunitatis decreto a quacumque perturbatione. — PP. subscriptio.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gregorio abbati monasterii S. Archangeli, quod ad Morfisa dicitur, intra civitatem Neapolitanam, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri: quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua, ad Sedis Apostolicae portum confugiens, eius tuitionem devotione debita perquisivit, nos per interventum venerabilis fratris nostri Gregorii Neapolitani antistitis, supplicationi tuae clementer annuimus, et B. Archangeli monasterium, cui Deo au-

Monasterium sub Sedis Apostolicae tutela suscipitur.

(1) Forsitan *diaconiae*. (R. T.) (2) Edidit Ughell. Ital. Sac. tom. IX.

ctore praesides, sub tutelam Apostolicae Sedis excipimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque praedia, quascumque possessiones idem coenobium in praesenti IX indictione legitime possidet, quaecumque in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eidem (1) monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iuste datas suis usibus vindicare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Neapolitani antistitis canonica reverentia; cui tamen monasterium ipsum gravare omnino non liceat, nec exactiones inferre, aut consuetudines aliquas, quae fratrum quieti noceant, irrogare. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, aut episcopus, imperator aut rex, dux aut princeps, magister militum, comes, vicecomes, iudex, castaldus, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem monasterio iusta servantibus sit pax D. N. I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Bonaque omnia confirmantur;

Addito immunitatis decreto a quacumque perturbatione.

PP. subscriptio.

† Ego Paschalis catholicae Ecclesiae episcopus.

(1) Lege *idem*. (R. T.)

Datum Albae per manum Iohannis sanctae Romanae Ecclesiae diac. card. ac bibliothecarii, III id. aprilis, indict. IX, incarnationis dominicae anno MCXVI, pontificatus autem domni Paschalis II Papae anno XVII.

Dat. die 11 aprilis anno Domini 1116, pontif. anno XVII.

GELASIUS II

PAPA CLXI.

Anno aerae Christi comm. MCXVIII.

Gelasius secundus, natione Campanus, ex patre Crescentio, antea dictus Ioannes Caietanus, primum monachus Cassinensis, mox S. R. E. diaconus cardinalis tit. S. Mariae in Cosmedin, electus in Romanum Pontificem die 25 ianuarii 1118, consecratus die 10 martii eiusdem anni. Sedit in pontificatu annum I, dies IV (1), imperantibus, in Oriente Alexio Comneno, et Calo Ioanne, patri Alexio successore: in Occidente vero Henrico IV imperatoribus; obiit Cluniaci die 29 ianuarii sequentis anni. Corpus eius honorabiliter intra limen Cluniacensis coenobii requiescit in pace. Vacavit sedes dies IV (2).

Schisma vigesimum quintum in Ecclesia.

Henricus imperator, *statim die post electionem* Gelasii PP. *quadragesimo quarto* (3) *Mauricium Bracarensem episcopum*, qui Burdinus vulgo dicitur, *anno praeterito a Paschali II in concilio Beneventi excommunicatum, in matris Ecclesiae gremium ingessit:* ab eoque in praemium

(1) Ab electionis die computandos, ut cum catalogis ac chronicis consentiamus. Si vero tempus pontificatus Gelasiani a consecrationis die, prout mos et inceptus a nobis ordo exigit, statuere velimus, Petro Pictaviensi, qui huius Pontificis epitaphium elaboravit, assentiendum est, qui illum vita functum asserit, *cum pontificatus vix ageret primum Pastor venerabilis annum.* (2) Inclusis extremis. (3) Sic fatetur Gelasius in epistola ad Ecclesiam Gallicanam, quam refert Baronius hoc anno 1118.

schismatis imperator iterum consecratus est postridie kalendas iunii. Mauricius Gregorii nomen accepit in pseudopontificatu: iterato anathemate percussus est, primo ab eodem Gelasio in synodo Capuana, mox a Callisto II successore in Remensi, a quo pariter, anno 1120, Sutrii captus, Romamque perductus, *ad monasterium Sanctae Trinitatis, quod Cavae dicitur*, delegatus est (1). Inde duos post annos extractus in Ianula, quae arx est in rupe imminente civitati Sancti Germani, custodiae mancipatus est. Hinc cum deduxit Honorius II, anno 1124, ut in arcem Fumonis duceretur, ubi mortuus.

I.

Oldegario Barchionensi episcopo, ad Tarraconensem Ecclesiam translato, archiepiscopatus et ius metropolicum confirmatur, palliumque conceditur (2).

SUMMARIUM

Exordium a Tarraconensis Ecclesiae dignitate desumptum. — Oldegario Barcinonensis Ecclesia confirmatur: — Adiicitur ei dioecesis Dertosana, donec proprium habendi episcopum capax efficiatur. — Ius metropolicum conceditur; et pallium. — Pallii usus et significatio. — Adhortatio ad Oldegarium. — Gelasii PP. subscriptio.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Oldegario Barchionen. episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium a Tarraconensis Ecclesiae dignitate desumptum

Tarraconensis civitatis Ecclesiae (3) insignem olim fuisse metropolim, et scripturarum veterum, et divisionum provincialium monumenta declarant: ad cuius profecto restitutionem praedecessores nostri plurimum laborasse noscuntur; unde etiam temporibus nostris Berengario Ausonensi episcopo a praedecessore nostro sanctae memoriae Urbano Papa pallium datum fuit. Et nos ergo ad eiusdem civitatis restaurationem penitus intendentes, te, carissime frater Oldegari, Barchionen. episcopum, ipsius Ecclesiae antistitem constituimus, et pallium ipsum tibi ex Apostolicae Sedis liberalitate concedimus; ea nimirum provisione, et ea fiducia, ut pro data tibi a Domino facultate, civitatem ipsam et Ecclesiam studeas omnimodo ad Domini Dei nostri honorem et gloriam restaurare. Sane Dertosam, si divina clementia populo christiano reddiderit, in suburbanam parochiam metropoli Tarraconensi concedimus, donec, praestante Deo, Tarraconensis Ecclesia robur status sui recipiat; mox Dertosa ipsa proprium pastorem obtineat. Porro Tarraconensem civitatem cum terminis suis, sicut ab illustri Barchionensium comite Raymundo, per manus tuas Tarraconensi Ecclesiae tradita, et scripti sui libertate (1) firmata est, praesentis decreti pagina tibi tuisque successoribus, eiusdem sedis metropolitanis, in perpetuum confirmamus. Tibi ergo, tuisque legitimis successoribus in eadem cathedra constituendis, et per te Tarraconensi Ecclesiae refirmamus ipsam Tarraconensem provinciam, ut in ea debeatis deinceps et suffraganeos episcopos ordinare, et concilia secundum formam canonicam celebrare, et omnia iuxta metropolitanam curiam largiente Domino providere; salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate ac reverentia.

Oldegario Barcinonensis Ecclesia confirmatur.

Adiicitur ei dioecesis Dertosana, donec proprium habendi episcopum capax efficiatur.

Ius metropolicum conceditur, et pallium.

Pallii vero usum fraternitas tua infra Ecclesiam tantum ad sacra missarum solemnia se noverit obtinere, his videlicet diebus, Nativitate Domini, Circumcisione, Epiphania, Coena Domini, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus Beatae Dei Genitricis Virginis Mariae, in natalitiis B. Ioannis Baptistae atque apostolorum omnium, in festivitate B. Theclae et B. Fructuosi martyris, in consecrationibus

Pallii usus et significatio.

(1) Falcone Beneventano teste. (2) Ex Archiv. Regali Barcinonae a Rebullosa editum transcripsit Bollandus Act. Sanctorum mensis martii die VI, cap. III Vitae S. Oldegarii. (3) Lege *Ecclesiam*. (R. T.)

(1) Fortasse *liberalitate*.

ecclesiarum et episcoporum, seu ordinationibus clericorum, et anniversarii tui die, cuius nimirum pallii, volumus, te per omnia genium vendicare: huius siquidem indumenti honor humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in proximis (1) humilem: in adversis, si quando eveniunt, cum iustitia erectum: nullius unquam faciem contra veritatem suscipiens: nullius unquam faciem pro veritate loquentis praemens: infirmis compatiens: benevalentibus congaudens, aliena damna tua deputans: vitiis pie saeviens: in fovendis virtutibus animas auditorum demulcens: in ira iudicium sine ira tenens: in tranquillitate severitatis iustae censuram non deserens. Haec est, frater carissime, pallii accepti dignitas; quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam per tempora longa conservet incolumem.

Adhortatio ad Oldegarium.

Ego Gelasius Ecclesiae catholicae episcopus.

Gelasii PP. subscriptio.

Signum manus meæ.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Ego Crescentius Sabinensis episcopus etc. (1).

Caietae per manum Chrysogoni S. R. E. cardinalis, XII kal. aprilis, indictione XI, anno dominicae incarnationis MCXVIII, pontificatus autem domni Gelasii Papae II, anno I.

Dat. die 21 martii anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Forte *prosperis*. (R. T.)

(2) Addendi sunt: *Sennes archiep. Capuanus. Lambertus Hostiensis episcopus. Petrus Portuensis episcopus. Hugo cardinalis presbyter tit. Ss. duodecim Apostolorum. Petrus cardinalis presbyter tit. Sanctae Susannae:* a Rebuttosa, nescimus, an a Bollando, omissi. Bollandus quidem restituit in notis ad caput tertium Vitae S. Oldegarii. Rebuttosam non vidimus.

II.

Bona omnia, ad Cluniacense monasterium spectantia, pacifice semper et quiete sub iure eiusdem monasterii fore, declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur bona omnia ad Cluniacense monasterium spectantia. — Bona haec ab omni perturbatione libera declarantur. — Gelasii PP. subscriptio.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, charissimo fratri Pontio Cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Cluniacensis monasterii prudens religio et religiosa prudentia, et ante nostra et nostris temporibus, Romanam Ecclesiam maxime sibi fecit obnoxiam. Sed praeter illud commune dilectionis debitum, personae tuae sinceritas mihi semper amabilis, semper optabilis, charitatis nostrae viscera plenis, ut nosti, finibus ampliavit. Ideirco petitionibus tuis, illis praecipue, quae ad monasterii nostri quietem et salutem spectant, nequaquam duximus obviandum. Per praesentis igitur decreti paginam, secundum postulationem fraternitatis tuae, praecipimus, atque statuimus, ut quicquid possessionis, ad Cluniacense monasterium pertinentis, reverendissimae memoriae praedecessor tuus Hugo in die mortis suae per authenticam Romanorum Pontificum concessionem, quiete, ac sine calumnia possidebat, tu quoque, tuique successores, quiete ac sine calumnia possideatis. Ea etiam, quae post tuam provectionem Cluniacensi monasterio, vel per tuam, vel per fratrum tuorum industriam, legitime acquisita sunt, firma, quieta et integra conservanda censemus. Volumus enim Cluniacense monasterium, auctore Deo, in quiete perpetua et tranquillitate persistere; ut a saecularibus tumultibus, liberi omnipo-

Confirmantur bona omnia ad Cluniacense monasterium spectantia.

Bona haec ab omni perturbatione libera declarantur.

(1) Ex Chartario Cluniac. edidit Mart. Marrier Bibl. Cluniac. col. 572.

tentis Dei servitiis vacare quietius valeatis.

Gelasii PP. subscriptio.

Ego Gelasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Signum manus meæ.

DOMINUS IN LOCO SANCTO SUO.

Datum Capuae II idus aprilis, per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, anno dominicae incarn. MCXVIII, indict. XI, pontificatus autem domni Gelasii secundi Papae, anno I.

Dat. die 12 aprilis anno Domini 1118.

III.

Privilegium pro monasterio Sanctae Sophiae Capuanae dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Facultas ducendi aquam ex fluvio Caloris. — Confirmatur concambium. — Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Bernardo abbati monasterii S. Sophiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Religiosa loca temporibus nostris propter peccata communia multis videmus angustiis et tribulationibus angustiari. Ea propter opportunum duximus, eorumdem locorum necessitatibus, secundum datam divinitus facultatem, Apostolicae Sedis gratia benignius subvenire. Tuis ergo, dilecte in Christo fili, abbas Bernarde, petitionibus annuentes, concedimus, ut deinceps tibi tuisque successoribus liceat, de fluvio Caloris aquam, perceptum beneficium vestrum accipere, et pro duobus molendinis, vel aliis monasterii utilitatibus per terram vestram usque in eumdem fluvium Caloris deducere. Si autem oportuerit, licentiam habeatis accipiendi eamdem aquam supra, vel infra praediis, tum aedificium, quantum videlicet terra vestra et aqua est. Quod si necessitate urgente, pro eodem aquaeductu de terra viae inferioris, quae iuxta est, acceperis, tantundem de terra ex parte altera restaurentis (1). Sane concambium, quod in loco ipso de interlacenti terrae (2) fecistis, ratum habemus.

Facultas ducendi aquam ex fluvio Caloris.

Confirmatur concambium.

Ego Gelasius Ecclesiae catholicae episc. ss.

Signum manus meæ:

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Petrus Portuensis episcopus consensi, et ss.

Ego Ugo cardinalis presbyter tituli Apostolorum consensi, et ss.

Ego Petrus cardinalis presb. tituli S. Susannae ss.

Datum Capuae per manus Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, XIV kal. maii, indictione XI, anno dominicae incarnationis MCXVIII, pontificatus autem domni Gelasii II Papae anno I.

Dat. die 18 aprilis anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Ex Commentariis Constantini Caietani ad vitam Gelasii PP. per Pandulphum Pisanum, Rer. Ital. Script. tom. III, pag. 390.

(1) Forsitan *restituatis.* (2) Forte *terra.* (R. T.)

IV.

Gualterii Ravennatis archiepiscopi electionem, post schisma eiuratum a Ravennatibus, confirmat, eique pallium cum aliis iuribus concedit (3).

SUMMARIUM

Exordium ab eiurato schismate desumptum. — Restitutio Ecclesiae Ravennatis in pristinam dignitatem. — Ecclesiae eidem antea subiectae; cum omnimoda iurisdictione restituuntur ei. — Conceditur pallium Gualtero archiepiscopo. — Adhortatio ad Gualterum. — Gelasii PP. subscriptio.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gualtero Ravennatium archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium ab eiurato schismate desumptum.

Unitati divinae Trinitatis gratiae agendae sunt, quae per suae Caritatis Spiritum divisa coniungit, et multos in se animos unum facit. Ecclesia siquidem Ravennatium per multa iam tempora ab Apostolicae Sedis unitate discissa, multas eidem

(3) Ex Concil. tom. XII, col. 1242.

Sedi Apostolicae persecutiones intulit, et Ecclesiis multis perversi schismatis fomitem ministravit. Qua propter ad eius nequitiam deprimendam, subiectarum ei Ecclesiarum quasdam sibi Apostolica Sedes assumpsit, ut vel sic eam ad humilitatis et unitatis tramitem revocaret. Sed cum tandem Divinae Maiestati placitum fuit, eamdem Ravennatium Ecclesiam, misericordiae suae gratia, ad unitatem et obedientiam matris suae Romanae Ecclesiae revocavit. Iniquitatem namque suam illius filii recognoscentes, delicta patrum corrigere probaverunt: ut qui praeteritis temporibus per tyrannidem regiam praesules, regibus placentes, accipiebant: nunc demum secundum canonicas sanctiones episcopum Deo placentem, eligerent; et schismate abdicato, in catholicae congregationis gremium repedarent. Te siquidem, reverendissime frater Gualtere, a disciplina fratrum regularium violenter assumptum, pro religionis ac sapientiae praerogativa in beati Appollinaris cathedra communi voto ac desiderio posuerunt, et in Apostolicae Sedis obedientiam unanimiter redierunt. Unde nos, divinae Trinitatis unitati gratias agentes, personam tuam pro iure nostrae Ecclesiae ad episcopale ministerium cooperante Domino consecrantes, tibi, et per te Ravennatium Ecclesiae, dignitatem omnem, quam ante illius divisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat, restituimus; et per praesentem privilegii paginam, salvo in omnibus iure atque auctoritate Sedis Apostolicae, concedimus tibi, tuisque successoribus, in eiusdem Sedis Apostolicae fide atque obedientia permanentibus, episcopatus Emiliae Provinciae, id est Placentiae, Parmae, Regii, Mutinae, Bononiae, Ferrariae, Adriae, Comacli, Imolae, Faventiae, Fori Livii, Fori Pompilii, Bobii, Caesenae, Fioclae. Confirmamus etiam vobis ducatum Ravennae, et monasteria Sancti Adalberti, et Sancti Hilarii Galliata, seu caetera monasteria, et possessiones, per authentica privilegia ab antecessoribus nostris, et a catholicis regibus tradita. Pomposiani quoque monasterii curam religioni tuae, salvo Ecclesiae nostrae iure, committimus: ut regulari disciplina per tuam industriam, largiente Domino, reformetur. Praeterea fraternitati tuae pallium, pontificalis videlicet officii plenitudinem, liberaliter concedimus: quo fraternitas tua, secundum Ecclesiae tuae morem ex Apostolicae Sedis concessione permissum, se noverit induendum: cuius a inimicum (1) pallii volumus te per omnia genium vendicare. Huius siquidem indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando eveniunt, cum iustitia erectum: amicam bonis, perversis contrariam: nullius unquam faciem pro veritate loquentem praemens: tum operibus iuxta virtutem constantiae insistens, tum insistere etiam supra virtutem cupiens: infirmis compatiens: bene valentibus congaudens: de alienis tamquam de propriis exultans gaudiis: in vitiis corrigendis pie saeviens: in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens: in ira iudicium sine ira tenens: in tranquillitate autem severitatis iustae censuram non deserens. Haec est, frater carissime, pallii accepti dignitas, quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Restitutio Ecclesiae Ravennatis in pristinam dignitatem.

Ecclesiae eidem antea subiectae; cum omnimoda iurisdictione restituuntur ei.

Conceditur pallium Gualtero archiepiscopo.

Admonitio ad Gualterum.

Ego Gelasius Ecclesiae catholicae episcopus. *Signum manus meae Gelasii.*

Gelasii PP. subscriptio.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Datum Romae per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, kal. (2) septembris, indictione duodecima, anno dominicae incarnationis MCXIX, pontificatus autem domni Gelasii II Papae, anno I.

Dat. die 1 septembris anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Labbeus legendum esse putat: *cuius amictu pallii*, etc. (2) Perperam hic kalendis septembris, qua die elapsae iam duodecimae tertiadecima successerat indictio, quae hoc anno 1118, qui Pisano more in 1119 secedit, in cursu esse coepit; legendum potius iuxta Rubeum, VII idus augusti.

V.

Confirmatio maternitatis Ecclesiae Lucanae, cui nonnulla ad id spectantia concedunturprivilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur dignitas matricis Ecclesiae Lucanae. — Priores et clerici sine consensu episcopi et priorum Ecclesiae matricis non eligendi: caeteraque privilegia matricis Ecclesiae propria. — Libertas exactionis decimarum, aliorumque onerum. — Canonici dignitate, vel praebenda ab episcopo non privandi sine Capituli consensu. — Confirmatur privilegium a Paschali PP. concessum. — Solitae clausulae. — Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Benedicto archidiacono, Uberto archipresbytero, Rainerio Primicerio, Mauro cantori Lucanae Ecclesiae, eorumque fratribus tam praesentibus, quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Charitatis bonum est proprium, aliena damna propria deputare, et alienis tamquam propriis gaudere profectibus. Ea propter petitiones vestras clementer admittimus, et vobis antiquas Ecclesiae matricis consuetudines confirmamus: ut videlicet unctiones infirmorum, et sepulturae civitatis propriae, ad matricem Ecclesiam pertinentes, et officium, et participatio beneficii funerum, ad alias Ecclesias pertinentium, vobis nulla clericorum calliditate, aut laicorum quorumlibet, subtrahantur. Electiones priorum, et collocationes clericorum in aliena Ecclesia infra urbem vel extra in suburbiis, sine consensu episcopi, et priorum, qui loco positi nominantur, matricis Ecclesiae non fiant. Nec laicorum violentia in aliqua Ecclesiarum ulla priorum aut clericorum fiat electio. Et nulla Ecclesiarum episcopatus vestri praeter eorum consensum alicui subiiciatur Ecclesiae. Neque publica et maiora negotia aliqua sibi Ecclesiarum, ipsis invitis, arripiat, aut publicas poenitentias tribuat: nec sententias, et interdictum matricis Ecclesiae temptet infringere. Nulla etiam vestri episcopatus persona sine consensu episcopi, vel priorum, qui loco positi nominantur, matricis Ecclesiae excommunicetur: et quod ab episcopo ligatum fuerit, a nemine irritum duci temptetur. Sane civitatis vestrae clerici, et qui in suburbiis sunt, solitas obedientias, videlicet in Letaniis, in processionibus communibus, in festivitatibus, et stationibus maioris Ecclesiae eidem impendant Ecclesiae, ut vobiscum adsint. Porro in quintae feriae nocte ante Pascha, nulla Ecclesia, secundum morem vestrae Ecclesiae, campanas sonet: neque in Sabbato Sancto cereum benedicat; sed ad baptismum praedicti clerici, prout consuetum est, veniant. Nulla praeterea Ecclesiarum missas solemnes celebret in festivitate Beati Martini, et S. Reguli, et in secunda feria Paschae, et in processionibus Quadragesimae, donec stationis solvantur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum, aut mortuorum, ad matricem Ecclesiam pertinens, facere vel celebrare praesumat. Ad haec adiicientes statuimus, ut decimae matricis Ecclesiae ab his, qui tribuunt, non fraudentur. Et nulla eas clericalis persona surripiat, aut diminuat. Nulli etiam episcopo liceat aliquem matricis Ecclesiae canonicum officio, seu beneficio, sine canonico privare iudicio. Sane charitativa illa ciborum beneficia, quae ab episcopis vestris (sive praesentes, sive absentes fuerint) in solemnioribus festis consuevistis accipere, vobis vestrisque posteris rata praecipimus et illibata servari. In his omnibus praedecessoris nostri sanctae memoriae Paschalis Papae privilegium confirmamus, et stabilitate perpetua corroboramus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non

Confirmatur dignitas matricis Ecclesiae Lucanae.

Priores et clerici sine consensu episcopi et priorum Ecclesiae matricis non eligendi: caeteraque privilegia matricis Ecclesiae propria.

Libertas exactionis decimarum, aliorumque onerum.

Canonici dignitate vel praebenda ab episcopo non privandi sine Capituli consensu.

Confirmatur privilegium a Paschali PP. concessum.

Solitae clausulae.

(1) Ex Commentariis Constantini Caietani ad Vitam Gelasii PP. per Pandulphum Pisanum, Rer. Ital. Script. tom. III, pag. 405.

satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem iusta conventui isti servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Gelasius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Signum manus meae.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Ego Deus-dedit cardinalis presbyter tituli Sancti Laurentii in Damaso subscripsi.

Ego Petrus cardinalis tituli Sanctae Susannae subscripsi.

Ego Guido cardinalis presbyter tituli S. Balbinae subscripsi.

Ego Petrus diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani subscripsi.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Adriani subscripsi.

Datum Pisis per manum Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, idibus septembris, indictione XII, anno dominicae incarnationis MCVIII, pontificatus autem domini Gelasii II Papae anno I.

Dat. die 13 septembris anno Domini 1118, pontif. anno I.

VI.

Confirmatio iurium omnium et privilegiorum canonicorum regularium Lucensis Ecclesiae S. Frigdiani (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur libertates omnes a Paschali PP. concessae. — Item exemptio a quocumque gravamine. — Libertas faciendi sacras processiones quocumque tempore. — Parochianos S. Frigdiani, nisi ob publicum crimen excommunicari non posse, nec sepeliri absque canonicorum licentia. — Solitae clausulae. — Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex Commentariis Constantini Caietani ad Vitam Gelasii PP. per Pandulphum Pisanum, Rer. Ital. Script. tom. III, pag. 405.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Attoni praeposito, et eius fratribus, in B. Frigdiani ecclesia regularem vitam professis, eiusque successoribus in eadem religione permansuris, in perpetuum.

Exordium.

Docente nos apostolo Paulo, cognoscimus, quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas (*a*). Quia igitur Domini Spiritum in vobis habitare credimus, ex ipsorum operum exhibitione confidimus; libertatem vobis, quae a praedecessore nostro sanctae memoriae Paschali Papa collata est, nos auxiliante Domino confirmamus; et quae ab eo vobis per privilegii paginam concessa sunt, nos quoque praesentis decreti auctoritate concedimus, et rata atque stabilia permanere censemus: salva, sicut ab eo constitutum est, Lucani episcopi reverentia. Praeterea canonicas consuetudines observandi, vobis auctoritatem tribuimus, ad susceptae religionis augmentum. Neque ullum gravamen vobis inferri permittimus ex privilegio, quod a nobis Beati Martini canonici pro antiquis Ecclesiae suae consuetudinibus acceperunt. Regularibus enim congregationibus nihil illa praeiudicant. Nulla quietem vestram processionum, aut litaniarum perturbet indictio, nisi quae ante Ascensionem Domini totius concursu civitatis publice fiunt. Parochianos vestros, nisi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare, aut ad poenitentiam praesumat admittere, sicut in suprafati praedecessoris nostri epistola continetur. Neque ulli capellanorum liceat sine consensu vestro, mortuos vestrae parochiae sepelire; sed vos eos infirmos, sicut consuevistis, ungatis, et mortuos praeter alicuius infestationem sepeliatis. Chrisma, Oleum infirmorum, quae vestra ex antiqua consuetudine suscipit Ecclesia, maioris Ecclesiae clerici,

Confirmantur omnes libertates a Paschali PP. concessae.

Item exemptio a quocumque gravamine.

Libertas faciendi sacras processiones quocumque tempore.

Parochianos S. Frigdiani, nisi ob publicum crimen excommunicari non posse, nec sepeliri absque canonicorum licentia.

(*a*) Corinth. II, 3.

hac vobis occasione non auferant: neque clericos vestros ordinari prohibeant, ut per Dei gratiam quiete et pacifice conversantes, professionis vestrae propositum plenius observare possitis. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Solitae clausulae.

Ego Gelasius, Ecclesiae catholicae episc. ss.

Gelasii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Signum manus meae.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Ego Lambertus, Ostiensis episcopus.

Ego Deus-dedit presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Guido, presbyter cardinalis tituli S. Balbinae.

Ego Petrus diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Petrus, diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Amicus, subdiaconus cardinalis, et abbas Sancti Laurentii foris muros.

Datum Pisis per manus Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, VI kal. octobris, indictione XII, anno dominicae incarnationis MCXIX, pontificatus autem domini Gelasii II Papae anno I.

Dat. die 26 septembris anno Domini 1119 (1), Gelasii PP., I.

(1) Quod Cocquelines addit inferius num. VIII, hic et in proximo repetendum. Si enim Gelasius obiit, ut supra dictum est, IV cal. februarias anni 1119, dare nequivit privilegium VI cal. et calendis octobris quum iam diem obisset supremum. (R. T.)

VII.

Confirmatio monasterii S. Mamiliani, positi in Monte Christi, bonorumque omnium ad illud pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur bona omnia ad monasterium spectantia. — Decretum perpetuae immunitatis ab omni perturbatione, molestia, etc. — Item ut abbas a solis monachis eligatur. — Alia privilegia. — Solitae clausulae. — Gelasii PP. subscriptio.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Henrico abbati monasterii Sancti Mamiliani, quod in Monte Christi situm est, tuisque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Nos qui disponente Domino ad S. Sedis servitium promotos agnoscimus (2), ut eius filios, auxilium implorantes, tueri ac protegere, prout Deus dederit, debeamus: proinde nos, dilecte in Christo fili Henrice abbas, tuis petitionibus annuentes, Beati Mamiliani in Monte Christi monasterium, cui ductore Deo presides, Apostolicae Sedis protectione munimus. Statuimus enim, ne insulam vestram nullus, neque cum bestiis, vel cum aliquo machinamento perturbet, et universa, quae in proxima XII indictione in Corsica, vel in Sardinia, in Plumbino, vel Elba, vel alibi, vestrum monasterium possidet, quieta vobis et integra conserventur: in quibus ex propriis nominibus duximus adnotanda, in Sardinia ecclesiam Sanctae Mariae de Scala, Haeliae Sancti Gregorii, et Sancti Mamiliani de Simassi cum pertinentiis earum: in Corsica monasterium Sancti Stephani de Venaco, monasterium Sanctae Mariae de Maiaia, ecclesiam Sancti Pellegrini, et ecclesiam sancti Pauli de Conca cum pertinentiis suis; quaecumque etiam in futurum, annuente Deo, iuste poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere,

Confirmantur bona omnia ad monasterium spectantia.

Decretum perpetuae immunitatis ab omni perturbatione, molestia, etc.

(1) Ex authographo edidit Ughellius Ital. Sac. tom. III, vol. 579. (2) Forsitan *agnoscimur*. (N. T.)

minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorumque quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum; sepulturam quoque eiusdem monasterii, et cellarum eius, liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Decimas vero vestrarum terrarum, quas ubilibet habetis; sine ulla episcoporum, vel episcopalium ministrorum actione, quietam (1) vobis manere concedimus. Sane laicos, seu clericos saecularitER viventes, ad conversionem suscipere nullius contradictio vos inhibeat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem monasterio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Item ut abbas a solis monachis eligatur.

Alia privilegia.

Solitae clausulae.

Gelasii PP. subscriptio.

Ego Gelasius Ecclesiae catholicae episcopus subscripsi.

Signum manus meae.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Datum Pisis per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, kal. octobris, indict. XII, anno dominicae incarnationis MCXIX (1), pontificatus autem domini Gelasii secundi Papae anno I.

Dat. die 1 octobris anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Forsitan *quietas*. (R. T.)

VIII.

Prohibitio, ne professi in Ecclesia Sanctae Mariae Fontis Ebraldi recipiantur ab abbatibus aut prioribus aliorum monasteriorum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Facti expositio. — Prohibitio iam in titulo supra notata. (R. T.)

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus et prioribus monasteriorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Memores esse debetis, quod Dominus in Evangelio dicit: Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis (*a*): audivimus siquidem, quod quidam vestrum professos ecclesiae Sanctae Mariae de Fonte Ebraldi suscipiant, ubi per Domini gratiam ex longo iam tempore maxima religionis observantia custodita est: per quam nimirum benignitatem religionis et professionis vincula resolvuntur. Per praesentia igitur scripta universitati vestrae praecipimus, ne deinceps professos eiusdem suscipiatis Ecclesiae; sed in loco ipso ad honorem Dei, et suarum animarum salutem professionis suae custodiant sponsionem. Datum apud Magalonam duodecimo kal. decembris (3).

Exordium.

Facti expositio.

Prohibitio iam in titulo supra notata.

Dat. die 20 novembris anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Vide supra numero antecedenti. (R. T.) (2) Erut. ex archiv. Vatic. (3) Hoc anno Magalonam venit Gelasius, unde secessit, postquam habita aliquorum dierum Pisis mora, *mare iterum introivit, et portum S. Egidii attigit*: ut ait Pandulphus Pisanus, Gelasii familiaris, eiusque vitae scriptor; in eo porto fuisse Gelasium die 7 novembris huius anni constat ex privilegio ibidem dato, quo Bernardo Toletano archiepiscopos et successoribus, totius Hispaniae primatum confirmavit. In fine enim (fragmentum recitat Baronius in *addendis et corrigendis* ad annum 1118) legitur: *Datum apud S. Egidium per manum Chrysogoni etc.* VII *idus novembris, indict.* XII, *anno dominicae incarnationis* MCXIX *computo Pisano*, *quod respondet anno* 1118. (*a*) Matth. VII, 12. (R. T.)

IX.

Concessio indulgentiae militantibus pro recuperatione Ecclesiae Caesar-Augustanae, vel aliquid donantibus pro eiusdem reparatione (1).

SUMMARIUM

Gelasius ad Caesaraugustanos scribit. — Indulgentiam eis impertitur, qui vel periculis se obiiciunt pro Caesaraugustana Ecclesia, vel ei opibus subveniunt.

Gelasius episcopus servus servorum Dei exercitui Christianorum, civitatem Caesaraugustanam obsidenti, et omnibus catholicae fidei cultoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Gelasius ad Caesaraugustanos scribit

Literas devotionis vestrae inspeximus; compositioni, quam pro Caesar-Augustano electo ad Sedem Apostolicam (2) duxistis, favorem libenter accomodavimus. Eumdem ergo electum nostris, tamquam beati Petri manibus, largiente Domino, consecratum remittentes ad vos, benedictionem vobis apostolicae visitationis impendimus: aequam omnipotentis Dei misericordiam implorantes, ut per sanctorum preces et merita, opus suum ad honorem suum, et Ecclesiae suae dilatationem, vos faciat operari. Et quoniam et vos ipsos, et vestra extremis obiicere periculis decrevistis, si quis vestrum accepta de peccatis suis poenitentia in expeditione hac mortuus fuerit, nos cum sanctorum meritis, et totius catholicae Ecclesiae precibus, a suorum vinculis peccatorum obsolvimus. Caeterum, qui pro eodem Domini servitio, vel laborant vel laboraverint, et qui praefatae urbis Ecclesiae, a Sarracenis et Moabitis dirutae, unde reficiatur, et clericis ibi Deo famulantibus, unde pascantur, aliquid donant, vel donaverint, secundum laborum suorum et beneficiorum suorum, Ecclesiae impensorum, quantitatem, ad episcoporum arbitrium, in quorum parochiis degunt, poenitentiarum suarum remissionem et indulgentiam consequantur.

Indulgentiam eis impertitur, qui vel periculis se obiiciunt pro Caesaraugust. Ecclesia, vel ei opibus subveniunt.

Data Alesti, quarto idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 10 decembris anno Domini 1118, pontif. anno I.

(1) Edidit Baronius anno 1118. (2) Lege *direxistis*.

X.

Confirmatio bonorum omnium, privilegiorum ac immunitatum monasterii Cluniacensis, cuius abbati dalmaticae et sandaliorum usus conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia Cluniacensi monasterio confirmantur, nec non omnes abbatiae. — Dalmaticae et sandaliorum usus praeterea conceditur abbati. — Omnes libertates denique illi eiusque successoribus confirmantur. — Observantia decreti huius. — Gelasii PP. subscriptio.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo fratri Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ignem semper in altari ardere (*a*), legale praeceptum est: Quem sacerdos, qui patri iure successerat, sopposita lignorum strue, ne deficeret, enutriret. Hoc iam diu in cordibus nostris sacerdos verus aeterni Patris filius conservavit: quia et priusquam te in abbatis officium, et me in pontificatus ministerium provexisset, corda nostra dilectionis igne succendit, et charitatem in nobis mutuam custodivit, et post susceptas ordinationes

(1) Edidit Marrier Bibliotheca Cluniac. pag. 1829 (*a*) Levit. VI, 12. (R. T.)

amplificavit. Unde nos in his, quae pro Cluniacensis monasterii salute et quiete postulas, dulcedini tuae abnuere, indignum duximus: ipsa etiam eiusdem loci veneranda religio, et praedecessorum tuorum vita venerabilis, nos ad haec efficienda compellunt. Pro tua igitur et fratrum tuorum petitione, universa, quae praedecessor tuus felicis memoriae Hugo abbas in die obitus sui ita quiete atque pacifice possidebat, ut nullum inde canonicum iudicium recusaret, tibi, et Cluniacensi monasterio imposterum quiete atque pacifice habenda et possidenda statuimus. Illam etiam a vobis calumniam Apostolicae Sedis patrocinio removemus, qua episcopi pro controversiis, quae inter vos et ipsos frequenter emergunt, innocentes homines parochiarum vestrarum, et altercationum expertes, interdictis suis vehementer affligunt. Sane et abbatias, quas praedecessores nostri Apostolicae Sedis Pontifices praedecessoribus tuis deliberatione provida per sua privilegia commiserunt, nos quoque strenuitati tuae, ac successoribus tuis in eadem religionis observantia, et dilectione Sedis Apostolicae permansuris, ordinandas committimus, ut per industriam vestram religionis status in eis, auxiliante Domino, conservetur: videlicet, in episcopatu Lemovicensi abbatiam S. Martialis: in Engolismensi abbatiam S. Eparchi: in Sanctonensi abbatiam S. Ioannis de Angeriaco: in civitate Pictavensi abbatiam, quae dicitur Monasterium Novum: in episcopatu Tolosano abbatiam Lesatensem: in Caturcensi abbatiam Moysiacensem, et Figiacensem: in Nemausensi abbatiam S. Egidii: in pago Arvernensi, abbatiam Mandiacensem, Tiernensem et Menatensem: in episcopatu Augustodunensi abbatiam Vizeliacensem: in civitate Antissiodorensi abbatiam S. Germani: in episcopatu Cameracensi abbatiam Unicurtis: in Rothomagensi abbatiam, quae dicitur Pontesia: in Tarvannensi abbatiam S. Bertini et S. Wlmari: in Italia abbatiam S. Benedicti supra Padum. Ea vero, quae temporibus nostris per vestram vel fratrum vestrorum solicitudinem legitime acquisita sunt, quieta vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Praeterea super illum dalmaticae, sive sandaliorum usum, quem personae tuae praedecessor noster sanctae memoriae Paschalis Papa nostra potissimum intercessione concessit, hoc tibi singulariter amplioris dilectionis speculum indulgemus, ut quotiens missas solemnes, vel in populo celebraveris, usu eorumdem insignium potiaris. Ad haec, quicquid libertatis, quicquid tuitionis a praedecessoribus nostris concessum est, nos quoque vobis vestrisque successoribus praesentis decreti pagina roboramus. Si quis igitur, decreti huius tenore cognito, temere, quod absit, contraire tentaverit, apostolicae indignationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Bona omnia Cluniacensi monasterio confirmantur, nec non omnes abbatiae.

Dalmaticae et sandaliorum usus praeterea conceditur abbati.

Omnes libertates denique illi eiusque successoribus confirmantur.

Observantia decreti huius.

Ego Gelasius Ecclesiae catholicae episcopus ss.

Gelasii PP. subscriptio.

Signum manus meæ.

DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Datum Avinioni per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardin. XVII kal. ian., indict. XII, dominicae incarn., anno MCXIX, pontificatus autem domni Gelasii secundi Papae anno I.

Dat. die 16 decembris anno Domini 1119 (1), pontif. anno I.

(1) Anno, ut supra, 1118, qui, computo Pisano, respondet anno 1119. (A. T.)

CALLISTUS II

PAPA CLXII

Anno aerae Christi comm. MCXIX.

Guido, Willelmi Magni Burgundiae comitis filius, antea Viennensis archiepiscopus, S. R. E. cardinalis, et Paschalis II per Gallias legatus apostolicus, electus est in Romanum Pontificem die prima februarii anni 1119, ac post dies octo Viennae consecratus. Sedit in pontificatu annos v, mens. x, dies XII (1), imperantibus in Oriente Calo Ioanne, in Occidente Henrico IV impp. Fecit ordinationem per mensem decembrem; diaconos, presbyteros et episcopos plurimos creavit, quos per diversa loca distribuit (2). Obiit die 13 decembris anno 1124, et sepultus est Laterani iuxta dominum Paschalem (3). Vacavit Sedes dies VII (4).

I.

Monasterii Trenorciensis bona omnia confirmantur, et cum caeteris privilegiis monachis abbatem de gremio eligendi conceditur facultas (5).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona quae monasterio confirmantur. — Decretum immunitatis ab omni vi vel molestia. — Ecclesia S. Valeriani ab omni spirituali et temporali episcopi iure libera declaratur. — Abbas a monachis eligendus, et a Romano Pontifice vel eius legato consecrandus. — Calixti PP. subscriptio.

(1) Sic legitur in quarto et sexto ex Codicibus, Criticae Baronianae praepositis, exclusa tamen obitus die, quam includunt Martinus Polonus et auctor Magni Chronici Belgici, Callisto tribuentes *ultra annos* v *et menses* x, *dies* XIII. (2) Exscripsit Baronius ex quodam Vaticano Codice. (3) Inquit Pandulphus Pisanus in vita Callisti. (4) Inclusa obitus Callisti die. (5) Ex authographo edidit Chifletius, Historia Trenorc.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Franconi Trenorciensi abbati, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae praecones, in excelsa apostolorum Petri et Pauli specula positi Domino disponente conspicimur. Idcirco petitionibus tuis clementius annuentes, Trenorciensi coenobio, cui Deo auctore praesides, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae memoriae Paschalis Papae, praesidium apostolicae protectionis impendimus: et loca illa, quae vel antecessorum tuorum, vel tuae strenuitatis industria aut rationabiliter adquisivit, aut legitime recuperavit, vel antiquorum principum seu episcoporum liberalitate eidem coenobio concessa sunt, praesentis decreti pagina vobis vestrisque successoribus confirmamus. In episcopatu videlicet Claremontensi monasterium Sancti Porciani, cum ecclesiis de Besson, de Quintiniaco, de Polines, de Celsiaco, de Travallio, de Fellinia, de Monte Aureo, de Sustris, de Charel, de Liriniaco, de Martiliaco, de Monfanc, de Boiaco, de Barbariaco, de Vernei, de Villena, de Lupiaco, de Paredo, de Brialis, de Vetinnas, de Voroz, de Sancto Lupo: ecclesias de Besiaco, de Nuilliaco, de Capelz, de Branciaco, de Floriaco, cum cappella de Cavarocca: ecclesiam de Salviliis de Libiaco: ecclesiam Sancti Nicolai, et ecclesiam de Vernolio: in Cabillonensi, Pristiacum, Aguliacum, ecclesiam de Baldreas, ecclesiam Sancti Andreæ, Lambras, Mauciacum, ecclesiam de villa Ginniaco, de Ver, ecclesiam Sancti Andreæ de Bulgiaco, Vassiacum, Briennam, Iuveniacum, ecclesiam Sancti Iacobi de Grassiaco, Sancti Benigni, ecclesiam de Cabrosio, ecclesiam de Cavannis, Bisiacum, ecclesiam Sanctae Mariae de Soliniaco, Sancti Martini de Butella, ecclesiam Sancti Andreæ, quae vulgo vocatur Pannos, ecclesiam de

Bona quae monasterio confirmantur.

Monte Raculfo, ecclesiam de Sasiriaco, ecclesiam de Peroaiaco, capellam de costro Corgenon, ecclesiam Sancti Lidii, quae vulgo vocatur Olivae, Lovincum, Silviniacum: in Marticonensi, Ulchisiriacum, Villare, Plotos, Belniacum, ecclesiam de Lidonziacum, cellam Sancti Romani, Sancti Mauricii, Sancti Symphoriani, Sanctae Mariae de Cappella Reverias, Sancti Petri de Romaniscas, ecclesiam de Aziaco, de Fisiano, Sancti Iuliani de Lonciaco, Sancti Vitalis de Lenna: in Bituricensi, ecclesiam de Sociaco: in Augustudemensi, ecclesiam de Pariniaco cum cappella, ecclesiam de Petraficta, cum cappella Sancti Iusti: in Namnetensi, monasterium Sancti Philiberti, ecclesiam de Machicol, Sancti Martini de Paciaco, Sancti Liminii, ecclesiam de Limoziveria, Sancti Columbani, ecclesias de Carcoiaco, ecclesias de Mores, mansiones de Legiaco, de Tolvei, ecclesias de Monasteriis: in Pictavensi, Herum insulam, ecclesias de Bello-Videre, cum cimiterio, cellam Sanctae Mariae Lauduni, ecclesiam Sancti Nicolai, Sancti Petri, ecclesias de Basilicis Sanctae Crucis, ecclesias de Berniziaco, de Aziaco, Maciacum, Taziacum, ecclesiam de Madernas, ecclesias de Bernazai, de Monte Sancti Leodegarii, de Estivalibus: in Turonensi, Pontiacum, Verniolum, Corcoriacum: in Andegavensi, cellam Cunaldi cum appendiciis, ecclesias de Doadi Castri, Sancti Dionysii, Sancti Petri, Sancti Iohannis, Sancti Leodegarii, ecclesiam Sancti Laurentii, villam Landrum, Terentiacum, ecclesias de Varinas, Sanctae Mariae de Taenays cum cappella: in Genevensi, ecclesiam de Perois: in Anciensi, monasterium Sancti Philiberti, ecclesiam Sancti Petri de Salitas, Sancti Felicis de Landons, Sanctae Mariae de Pratalias, Sancti Martini Cocornensis, cappellam Sancti Philiberti, Sancti Cyriaci, Sancti Mauricii Amblavensis, Sancti Vincentii, cappellam in castro Syroi, Sanctae Mariae de Bosac, cappellam de castro Rocos, Sancti Iuliani, Caspiniaci, cappellam de castro Mercolio, ecclesiam Sancti Quinti: in Diensi, ecclesiam de castro Grainan, Sancti Romani, ecclesiam de Torrites: in Tricastrinensi, ecclesiam de Valle Nimphis, Sancti Martini, Sanctae Mariae, Sancti Petri, Sancti Romani, cappellam Sancti Michaelis de Gaba, ecclesiam de Eleemosyna Sanctae Mariae de Grainan: in Aurasicensi, ecclesiam de Dosera, Sanctae Mariae, Sancti Benedicti, Sancti Christophori, Sancti Saturnini. In Vasionensi, ecclesiam Sancti Germani, Sancti Petri de Falco, Sanctae Mariae de Purpureas: in Viennensi, cellam Sanctae Agnetis de Mota, Sancti Martini de Aziaco cum cimiterio, Sancti Verani de Rivas, ecclesiam de Fai, Sancti Iohannis de Castro Miron, ecclesiam de Villanova, cappellam Sancti Michaelis de Albon, ecclesiam Sancti Saturnini cum parochia, cellam Sancti Philiberti de Minniaco, ecclesiam Sancti Romani, Sancti Andreæ, ecclesiam Sancti Ferreoli: in episcopatu Bisuntino, Sancti Cornelii, Sancti Desiderii, ecclesiam de Arzon. Quaecumque praeterea in futurum, largiente Deo, iuste poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eidem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad haec adiicimus, ut idem locus, in quo beati Valeriani martyris, et sancti Philiberti confessoris corpora requiescunt, ab omni iugo saecularis potestatis liber in perpetuum conservetur. Nec episcopo liceat cuiuscumque dioecesis eumdem locum, excommunicationis, vel absolutionis, vel cuiuslibet dispositionis occasionibus perturbare: aut cruces, seu quaslibet exactiones novas burgo et caeteris monasterii possessionibus irrogare. Missas quoque in eodem monasterio publicas

Decretum immunitatis ab omni vi vel molestia.

Ecclesia S. Valeriani ab omni spirituali et temporali episcopi iure libera declaratur.

celebrari, vel stationem ab episcopo, praeter abbatis et fratrum voluntatem fieri, prohibemus. Caetera etiam, quae per reverendae memoriae Iohannis, et praedicti domini Paschalis II Pontificum privilegium Trenorciensi monasterio confirmata sunt, confirmamus. Praeterea, pro reverentia beatae Mariae semper Virginis, cuius nomine locus vester insignis est, in Annunciatione Domini Salvatoris nostri, hymnum angelicum inter missarum solemnia, abbati vel fratribus pronunciare concedimus. Obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullius ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint, ab Apostolicae Sedis episcopo, vel eius legato, propter difficultatem itineris, consecrandum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Abbas a monachis eligendus, et a Rom. Pontifice vel eius legato consecrandus

Calixti PP. subscriptio

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

In symbolo:

FIRMAMENTUM EST DOMINUS TIMENTIBUS EUM.

Datum apud Celsinianiam, per manum Chrysogoni, S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, VI idus maii, indictione XII, dom. incarnationis anno MCXX (1), pontificatus autem domni Calixti secundi Papae anno I.

Dat. die 10 maii anno Domini 1119, pontif. anno I.

II.

Canonici S. Stephani et S. Ioannis Bisuntinae civitatis a iuramentis per eos factis liberi et soluti declarantur (2).

SUMMARIUM

Series facti. — Canonici utriusque Ecclesiae a iuramentis soluti a Lugdunensi archiepiscopo. — Huiusmodi absolutionem Pontifex confirmat, iuramentaque irrita omnino declarat. — Bona denique utrique Ecclesiae confirmat. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bisuntinae Ecclesiae S. Ioannis Evangelistae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Inter vestram, et B. Stephani ecclesiam quaedam possessionum unitas per confratrem nostrum Humbaldum Lugdunensem archiepiscopum facta est, quae grave admodum iuferre videbatur utrique Ecclesiae detrimentum: nec omnino sine animarum periculo, quae inde facta fuerant, iuramenta poterant conservari. Quae supradictus frater noster, una cum archiepiscopo vestro Anserico diligenter nostra etiam commonitione perspiciens, utriusque partis iuramenta, ex reservata

(1) Dionysiano quidem computo: Calixtus enim II electus et consecratus mense februarii anni 1119 aerae communis, mense maio anni 1120, ab anno pontificatus sui primo iam excesserat, ne illud advertamus, annum 1120 aerae eiusdem, indictione tertiadecima, non duodecima fuisse enumeratum. Verum enim vero, qua ratione bullae, sive privilegia a Chifletio relata, tantummodo in recepta ab aliis numeratione differant, nescimus omnino; putamus tamen argui hinc satis non posse horum monumentorum suspicionem; nihil enim habent, quod methodum illius aevi propriam non sapiat, unum hoc si excipias. (2) Ex Chifletii Historia Trenorciana.

sibi et eidem archiepiscopo vestro licentia et potestate, prorsus absolvit. Et nos itaque absolutionem ipsam utrique Ecclesiae necessariam providentes, praesentis decreti pagina confirmamus, et ratam in perpetuum manere decernimus: auctoritate Sedis Apostolicae statuentes, et omnimodis praecipientes, ut neque vos Sancti Stephani canonicos, neque ipsi, aut quaelibet persona, vos deinceps super iuramento illo praesumat impetere. Nulli etiam omnino hominum liceat, sibi honores vestros, praedia et possessiones, et quaecumque iuris Ecclesiae vestrae sunt, pro illius unitatis vinculo vendicare, aut ea ulterius commiscere; sed omnia vobis vestrisque successoribus ita semper quieta et integra conserventur, sicut a tempore bonae memoriae Salinensis Hugonis, Bisuntini archiepiscopi, usque ad tempora fratris Hugonis archiepiscopi, qui in Ierosolymitana peregrinatione ad Dominum migravit, conservata noscuntur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Canonici utriusque Ecclesiae a iuramentis soluti a Lugdunensi archiepiscopo.

Huiusmodi absolutionem Pontifex confirmat, iuramentaque irita omnino declarat.

Bona denique utrique Ecclesiae confirmat

Solitae clausulae.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episcopus, confirmo et subscribo.

Calixti PP. subscriptio.

Datum apud Magelonam, per manum Chrysogoni S. R. E. diac. cardinalis, ac bibliothecarii, II kal. iulii, indict. XII, dominicae incarnationis anno MCXX (1), pontificatus autem domini Callisti II Papae anno I.

Dat. die 30 iunii anno Domini 1119, pontif. anno I.

(1) Ut pontificatus annus cum reliquis concordet, pro 1120 legendum est 1119. (R. T.)

III.

Cella Sanctae Mariae de Gordiano Ananiensi monasterio adiudicatur adversus Arelatensem archiepiscopum et monachos Casae Dei (1).

SUMMARIUM

Series controversiae. — Haec fuit a Paschali PP. cognita et examinata. — Cella monachis Ananiensibus adiudicata. — A monachis Casae Dei appellatum ad Calixtum PP. — Ab eoque eisdem silentium super huiusmodi controversia impositum. — Hinc reclamatum ab archiepiscopo Arelatensi: propositumque a Calixto iudicium apud Montempessulanum. — Dataque favore archiepiscopi sententia, decretum, ut utraque pars Tolosam ad Concilium conveniret. — Rationes ibidem allatae coram Patribus, ab iisdem separatim cognitae. — Cella Ananiensibus monachis adiudicata de communi consensu. — Huiusmodi sententia a Pontifice confirmatur; — Caeteraque bona ad monasterium Ananiense spectantia eidem roborantur. — Solitae clausulae. — Calixti PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones, et caeterorum episcoporum et abbatum, qui concilio interfuerunt.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Poncio Anianensis monasterii abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Series controversiae.

Super cella S. M. de Gordiano iamdin apud Sedem Apostolicam facta quaestio invenitur. Siquidem Domini nostri sanctae memoriae Paschalis Papae temporibus, et vos vestro, et monachi Casae Dei suo eam vendicare monasterio saepius tentaverunt. Post multas autem querimonias, cum praedictus Dominus allegationes vestras diligentius constituto tempore audivisset, veritate tandem sagaciter indagata, cellam ipsam monasterio vestro adiudicavit, et in quaestione illa monachis Casae Dei perpetui silentii taciturnitatem indixit, sicut in diffinitionis eius scripto plenius continetur. Caeterum fratres illi, etsi ex tunc toto eiusdem Domini

Haec fuit a Paschali PP. cognita et examinata.

Cella monachis Ananiensibus adiudicata.

(1) Ex Concilio Tolosano a Calixto II PP. celebrato, anno 1119.

A monachis Casae Dei appellatum ad Calixtum PP.

tempore quievisse visi sunt, ante nos tamen apud Clarum-Montem eamdem querimoniam renovarunt, asserentes, se in iudicio praegravatos, eo quod ipsorum iustitia non ad plenum fuit inquisita. Nos, ut nulla eis adversus Apostolicam Sedem clamoris relinqueretur occasio, eorum scripta et rationes perscrutati sumus: et nihil roboris, nihil in eis momenti reperientes, fratribus ipsis desistere ab hac deinceps inquietatione praecepimus.

Ab eoque eisdem silentium super huiusmodi controversia impositum.

Hoc frater noster Ato Arelatensis archiepiscopus audiens, et ipse clamare coepit, dicens: Arelatensem Ecclesiam iniuste suis possessionibus spoliatam, quoniam praedicta cella de Gordanicis cum rebus suis ad ius Arelatensis Ecclesiae pertinebat, et per eam monachi Casae Dei locum illum sub censu annuo detinuerant. Cumque id frequentius inculcaret, ne aliquam ei videremur inferre iniuriam, diem agendae causae apud Montempessulanum statuimus, ubi pars utraque conveniens, suas protulit rationes. Quibus sufficienter inspectis, ex fratrum nostrorum sententia iudicatum est, archiepiscopum debere super eadem Ecclesia revestiri, si Arelatensem Ecclesiam locum illum ante Domini nostri iudicium possedisse, idoneis testibus comprobaret. Iudicio itaque adimpleto, mox ei restituta est possessio, salvo nimirum Anianensis monasterii iure, si quod esset. Tunc etiam terminus constitutus est, in quo de proprietatis iure apud Tolosam in utriusque partis praesentia tractaretur. In ipso ergo concilio quaestio mota est. Et quidem Anianenses monachi cellam illam per Lodoici imperatoris, Caroli Magni imperatoris filii et filii eius Caroli regis, scripta et largitiones, Anianensi monasterio vendicabant. Archiepiscopus vero, se Lodoici, filii Bosonis regis Viennae, chirographo tuebatur. Causa itaque aliquandiu coram omnibus ventilata, nos fratribus nostris Cononi Praenestino, et Lamberto Ostiensi, episcopis et cardinalibus, Besoni (1) Sanctae Anastasiae, Dens-dedit Sancti Laurentii in Damaso, et Iohannis Sancti Chrysogoni, presbyteris: et diaconibus, Petro Sanctorum Cosmae et Damiani, Gregorio Sancti Angeli, et Chrysogono Sancti Nicolai de Carcere: et archiepiscopis Oldegario Tarraconensi, et Bernardo Auxiensi, et item episcopis Raimundo Barbastrensi, Guidoni Lascurrensi, Galtero Magalonensi, et Goloni Leonensi, et abbatibus Arduino Sancti Savini, et Amico Sancti Laurentii foras muros, praecepimus, ut in partes secederent, et controversiam ipsam iudicio canonico definirent. Egressi de concilio fratres inter se diutius contulerunt. Novissime discussis utrimque rationibus, et chartarum monumentis saepius revolutis, huiusmodi sententiam in concilii audientia ediderunt: donationis scripta, quae Arelatensi Ecclesiae a praedicto rege Ludovico Bosonis filio, post Ludovici imperatoris, Magni Caroli filii, et filii eius Caroli regis confirmationes, de cella de Gordanicis collata sunt, robur nullum obtinere; quod enim Deo semel oblatum fuerat ab aliis, ulterius aliis non potuit erogari. Hoc etiam ex abundanti additum est, ut Anianenses monachi trium idoneorum testium assertione probarent, Anianense monasterium cellam de Gordanicis per triginta annorum spatium sine interruptione legitima possedisse, antequam eam monachi Casae Dei, per quos Arelatensis Ecclesia in possessionem intraverat, obtinerent. Et sic locus idem in iure deinceps ac possessione Anianensis monasterii permaneret.

Hinc reclamatum ab archiepiscopo Arelatensi: propositumque a Calixto iudicium apud Montepesulanum.

Datque favore archiepiscopi sententia, decretum, ut utraque pars Tolosam ad Concilium conveniret.

Rationes ibidem allatae coram Patribus, ab iisdem separatim cognitae.

Cella Anianensibus monachis adiudicata de communi consensu.

Hanc profecto sententiam toti concilio placere, a fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, abbatibus, acclamatum est. Confestim Anianenses in medium tres senes monachos protulerunt, qui tactis sacrosanctis Evangeliis firmaverunt, Anianenses monachos cellam de Gordanicis per triginta annorum spatium sine interruptione legitima possedisse, antequam eam Casae Dei monachi obtinerent.

(1) Lege *Bosoni*. (A. T.)

Huiusmodi sententia a Pontifice confirmatur:

Prolatam igitur a fratribus supra nominatis de iam saepe dicta cella sententiam, et totius assensu concilii approbatam, nos auctore Deo assertionis nostrae munimine confirmamus: et Anianensi monasterio super ea in posterum inferri calumnias, auctoritate Sedis Apostolicae penitus prohibemus.

Caeteraque bona ad monasterium Anian. spectantia eidem roborantur.

Quaecumque praeterea Anianense monasterium per authentica praedecessorum nostrorum Iohannis, Nicolai, Alexandri, Urbani, Paschalis Pontificum Romanorum, privilegia possidet, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Idem enim locus specialiter sub beati Petri iure ac protectione consistit.

Praedictam cellam de Gordanicis Arelatensis archiepiscopus in manu nostra, per virgam quam gestabat, in conspectu totius concilii refutavit (1). Nos vero eam tibi, fili in Christo carissime Ponti, et per te Anianensi monasterio, per eamdem virgam protinus restituentes, tam Arelatensi Ecclesiae, quam et monasterio Casae Dei, perpetuum super eadem cella silentium sub anathematis obligatione indiximus; et instrumenta chartarum ab archiepiscopo et monachis Casae Dei vobis reddi praecipimus: ne illorum occasione aliquis denuo querimoniae scrupulus oriatur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Solitae clausulae.

Cunctis autem eidem loco sua servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episc.
Ego Cono Praenestinus episcopus.
Oldegarius Tarraconensis Ecclesiae dispensator, S. Raimundi Barbastrensis episcopi (1).
Ego archiepiscopus Bernardus Auscienses, ss.
Ego Lambertus Ostiensis episcopus.
Richardus Narbonensis archiepiscopus.
Ego Petrus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani.
Ego Boso, tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis.
Ego Ato Arelatensis episcopus.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.
Ego Deus-dedit, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis.
Ego Fulco Aquensis archiepiscopus, ss.
Ego Gualterius Magalonensis episcopus.
Ego Iohannes, presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni, huic iudicio interfui, et subscripsi.
Ego Amicus abbas Sancti Laurentii foris muros.
Ego Arduinus abbas Sancti Savini.

Calixti PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones, et caeterorum episcoporum et abbatum, qui concilio interfuerunt.

Datum Telosae (2) per manum Chrysogoni S. R. E. cardinalis ac bibliothecarii, idibus iulii, indictione XII, dominicae incarnationis anno MCXIX, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno I.

Dat. die 15 iulii anno Domini 1119, pontif. anno I.

(1) Forsitan *recusavit*. (R. T.)

IV.

Vindocinense monasterium, cui privilegia omnia, et praecipue totale dominium in Ecclesia S. Priscae confirmantur, soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Vindocinense a Goffrido Andegaven. comite constructum, sub Apostolicae Sedis defensione recipitur;

(1) Lege *episcopus*. (2) Lege *Tolosae*. (R. T.)
(3) Ex notis Sirmondi ad Goffridum.

liberumque ab omni alia subiectione declaratur. — Confirmatur eidem Ecclesia S. Priscae; — In qua nec eiusdem Sedis legatus ius aliquod exercere posse declaratur. — Census annuus ab eodem monasterio Lateranensi palatio persolvendus. — Solitae clausulae confirmantes praesens privilegium. — Callisti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Goffrido Vindocinensis monasterii abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum universis Ecclesiae sanctae filiis Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia debitores existimamus (1); illis tamen locis, atque personis, quae specialius atque familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Quamobrem, carissime in Christo fili Goffride abbas, tuis petitionibus non immerito annuendum censuimus: ut Vindocinense monasterium, cui Deo auctore praesides; quod videlicet ab ipsis fundatoribus Goffrido Andegavensi comite, et Agnete Pictavensi comitissa, Sedi Apostolicae oblatum est, ad praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Alexandri, Urbani, Paschalis, Romanorum Pontificum exemplar, Apostolicae Sedis privilegio muniremus. Sicut ergo iidem fundatores devoverunt, et in eorum chirographo continetur, sub Apostolicae Sedis defensione ac romana libertate, ab omni conditione aliarum personarum absolutum semper et liberum idem monasterium permanere sancimus. Ita videlicet, ut inter Romanum Pontificem, et te tuosque successores, nulla cuiuscumque dignitatis vel ordinis persona sit, media habeatur. Nec ipse Vindocinensis abbas ad concilium ire, ubi Papae persona non aderit, ullatenus cogatur. Porro ecclesiam B. Priscae, in monte Aventino sitam, cum universis pertinentiis suis, praedicti domini nostri Alexandri Papae concessione praedecessores tui longo tempore possedisse noscuntur, tibi tuisque successoribus cum omni dignitate, quae ad eamdem Ecclesiam pertinet, confirmamus: Sancti Spiritus iudicio decernentes, ut nulla deinceps ecclesiastica saecularisve persona, praedictam B. Priscae ecclesiam, seu Ecclesiae dignitatem, tibi tuisque successoribus qualibet astutia vel occasione auferre praesumat. Quod si forte contigerit, Romanae legatum Ecclesiae praedictum Vindocinense monasterium visitare, caritative ibi suscipiatur, et ei iuxta loci possibilitatem diligenter, quae corpori fuerint necessaria, ministrentur. Porro legatus ipse in eodem loco nihil per se disponere vel corrigere audeat, neque occasione legationis rectorem loci vel fratres molestare praesumat. Sed si quid forte corrigendum cognoverit, Papae notificare licebit. Si quis autem adversus locum illum pro aliquibus rebus causari voluerit, nullatenus abbas vel fratres ei respondeant, antequam Romanum Pontificem consulant: quia quod sine nostro vel successorum nostrorum iudicio distractum vel diffinitum fuerit, irritum erit. Sane ad iudicium perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis, duodecim solidos monetae vestrae patriae quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterium Vindocinense a Goffrido Andegaven. comite constructum, sub Apostolicae Sedis defensione recipitur;

Liberumque ab omni alia subiectione declaratur.

Confirmatur eidem Ecclesia S. Priscae;

In qua nec eiusdem Sedis legatus ius aliquod exercere posse declaratur.

Census annuus ab eodem monastorio Lateranensi palatio persolvendus.

Solitae clausulae confirmantes praesens privilegium.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episcopus, ss.

Callixti PP. subscriptio.

(1) Lege *existamus*.

Datum Parisiis per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VIII idus octobris, indict. XIII, dominicae incarnationis anno MCXIX, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno I (1).

Dat. die 8 octobris anno Domini 1119, pontif. anno I.

V.

Confirmatio capitulorum, a monachis Cisterciensibus factorum, ad observantiam regulae S. Benedicti (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur capitula. — Illud praecipue confirmatur ne quis abbas monachos Cistercienses sine regulari commendatione excipiat. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, carissimis in Christo filiis Stephano venerabili Cisterciensis monasterii abbati, et eius fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Ad hoc in Apostolicae Sedis regimen, Domino disponente, promoti conspicimur, ut ipso praestante religionem augere, et quae recta, atque ad salutem animarum statuta sunt, nostri debeamus auctoritate officii stabilire. Ideireo, filii in Christo carissimi, petitioni vestrae caritate debita impertimur assensum, et religioni vestrae paterno congratulantes affectu, Dei operi, quod coepistis, manum nostrae confirmationis apponimus. Confirmantur capitula. Siquidem consensu et deliberatione communi abbatum et fratrum monasteriorum vestrorum, et episcoporum, in quorum parochiis eadem monasteria continentur, quaedam de observatione regulae beati Benedicti, et de aliis nonnullis, quae ordini vestro et loco necessaria videbantur, capitula statuistis: quae nimirum ad maiorem monasterii quietem, et religionis observantiam, auctoritate Sedis Apostolicae petitis confirmari. Nos ergo vestro in Domino profectui congaudentes, capitula illa et constitutiones auctoritate apostolica confirmamus, et omnia in perpetuum rata permanere decernimus. Illud nominatim omnimodo prohibentes, ne abbatum aliquis monachos vestros sine regulari commendatione suscipiat. Illud praecipue confirmatur, ne quis abbas monachos Cistercienses sine regulari commendatione excipiat. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona nostrae confirmationi, et constitutioni vestrae temeritate aliqua obviare praesumpserit, tamquam religionis et quietis monasticae perturbatrix, auctoritate beatorum Petri et Pauli, et nostra, donec satisfaciat, excommunicationis gladio feriatur. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei et apostolorum eius benedictionem et gratiam consequatur. Interdicimus autem, ne quis conversos laicos professos vestros ad habitandum suscipiat. Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus confirmavi et subscripsi. Calixti PP. subscriptio.

Datum Sodoloci per manum Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, decimo kalendas ianuarii, indictione XII, incarnationis dominicae millesimo centesimo decimonono, pontificatus autem domini Calixti secundi Papae, anno primo.

Dat. die 23 decembris anno Domini 1119, anno I.

VI.

Confirmatio bonorum omnium, consuetudinum et iurium Trenorciensis monasterii (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia Trenorciensibus monachis confirmantur. — Decretum omnimodae libertatis a cuiuscumque personae

(1) Hoc privilegium interpolationis et subreptionis accusatur a Launoio, Inquis. Vindoc. cap. 28. Sed auctoris huius ingenium acre et ad infirmandas pontificias concessiones intentum cui non notum? Nescimus an illi posthabenda sit Mabillonii auctoritas quamvis in causa propria scribentis.
(2) Ex Baronii Annal. ad annum 1119.

(1) Ex Chifflietii Historia Trenorciensi. — D. Coquelines putat legendum esse: *Ecclesiae S. Ioannis Evangelistae Bisuntinae.*

molestia. — Confirmantur quoque consuetudines Ecclesiae S. Stephani favore eorumdem monachorum. — Aliae decimae seu consuetudines et iura approbantur. — Solitae clausulae. — Callisti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Bisuntinae Ecclesiae Sancti Ioannis Evangelistae, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Quamobrem, charissimi in Christo filii, petitioni vestrae clementer annuimus, et tam vos quam vestra omnia protectione Sedis Apostolicae munientes, quae in praesentiarum legitime possidere debere videmini, vobis vestrisque successoribus in perpetuum confirmamus; videlicet domos vestras, quae sunt infra exterius claustrum, ecclesiam Sancti Iohannis Baptistae iuxta Nigram portam cum decimis et appenditiis suis: claustrum, sub curias episcopi situm: tertiam partem Bisuntinae monetae; itaut nemo de terra S. Iohannis eam alibi transferre, vel ipsius monetae examina facienda, inferius a cappella Sancti Quintini transmutare praesumat: molendina de Batent, molendinum in Ripa, et aliud in Curvata, quod ab Hugone fratre nostro felicis memoriae Bisuntino archiepiscopo, et mansum in Alfo, et modium vini in Maiorra villa pro anniversario eius collatum est: ecclesiam Sancti Petri infra urbem, ex domo Hugonis archiepiscopi de Montefalconis: ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae, ad thesaurum vestrum pertinentem: archidiaconatum unum de Voga, ex dono praedicti Hugonis: potestatem Poliaci, et in eadem villa ecclesiam Sancti Albini cum omnibus appendiciis suis: villam Sancti Viti cum ecclesia et appendiciis: in Marciano ecclesiam Sancti Martini cum decimis et appendiciis, mansos quinque, et villam Saliniaci cum ecclesia et omnibus appenditiis, villam Cussiacum, cum villa Romanella, et cum ecclesia et appendiciis, ecclesiam Sancti Mauritii in Gradico cum decimis et appendiciis suis: in villa Aymestez, in Bruciaco et Averniaco quidquid collatum est pro Lentaldo comite: in Salinis ecclesiam Sancti Mauricii cum decimis et appendiciis suis, et medietatem ecclesiae Sanctae Mariae, et cappellam Sancti Petri: in eadem villa caldariam unam et dimidiam ad sal conficiendum: in villa Pontiliaco ecclesiam Sancti Mauricii cum decimis et appendiciis suis: in villa Cuiniaco ecclesiam Sancti Valerii cum decimis et pertinentiis suis, quae ad thesaurum vestrum respiravit: capellam S. Genulfi cum appendiciis suis de villa Taloniaco: ecclesiam de Sancei cum appendiciis suis: ecclesiam S. Benigni de Pont cum appendiciis suis: ecclesias de Donna-Maria, de Ansengens, de Malengis, de Lavens, de Lavenchez, de Sarmagis, de Tarva, de Cavamiey et de Vincella cum appendiciis earum: alodium Stephani de Montmerel, in quo ecclesia de Loya-Nova sita est. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Porro thesaurum vestrae Ecclesiae, nisi forte pro redemptione captivorum, vel famis necessitate, aut emptione terrarum, ab aliquo distrahi prohibemus. Sane vestris archipresbyteris et archidiaconis interdicimus, ut Ecclesias vestras, et earum presbyteros, seu clericos, praeter archiepiscopi et totius capituli vestri commune consilium, interdictionis sententiae subdere non praesumant. Praeterea quieti vestrae Ecclesiae propensius intendentes, et eius servare iustitiam cupientes, consuetudines, quas Beati Stephani ecclesia ei ex antiquo debere cognoscitur, et quae continentur in libro qui nuncupatur Regula, confir-

Bona omnia Treoorciensibus monachis confirmantur.

Decretum omnimodae libertatis a cuiuscumque personae molestia.

Confirmantur quoque consuetudines Ecclesiae S. Stephani favore eorumdem monachorum.

mamus; ut videlicet in Purificatione Sanctae Mariae, canonici S. Stephani ad processionem conveniant, et cereos septuaginta duos exhibeant: in Coena Domini cum candelabris et maiori cruce ad sancti Chrismatis confectionem conveniant: in Sabbato Sancto sex libras cerae ad magnum cereum faciendum praebeant: canonicos quatuor ad legendas quatuor lectiones, et praeter illos presbyterum canonicum ad collectam: ipso die Paschae, brachium beati Stephani cum processione solemniter afferant: in sabbato Pentecostes duos canonicos ad legendas duas lectiones mittant, et praeter illos, presbyterum canonicum ad collectam: in messione et vindemia Poliaci, ceram, quae sufficiat: in festo S. Stephani in augusto, vaccam, vel quatuor solidos, et modium vini: in Ultraiurensi vindemia ceram, quae sufficiat: per totum annum, dum erit vinum in cellario Sancti Iohannis, cubitum unum candelae in unoquoque sero tribuant: si canonici simul coenaverint, candelam in coena, quantum opus fuerit; sin autem, unicuique canonico, qui moratur a Nigra porta usque ad antiquum murum, dimidium pedem candelae: praeposito ulnam unam; decano similiter: in Nativitate Domini sicut in Pascha, brachium Sancti Stephani cum processione solemniter afferant: de toto monte clerici, seu laici decimam parochiae vestrae attribuant; laici tamen omnia iura parochialia ecclesiae Sancti Iohannis Baptistae persolvant: si quando sit placitum Dei, oblatio inter S. Iohannis et S. Stephani canonicos dividatur: cimiterium S. Stephani, cum eleemosyna Casati, utrique Ecclesiae commune permaneat: in receptione tuam (1) regum, quam episcoporum, clerici Sancti Stephani ad ecclesiam vestram cum sericis cappis veniant: in electione Bisuntini archiepiscopi, clerus et populus civitatis, secundum antiquam vestrae Ecclesiae consuetudinem, in capitulo vestro conveniant. Universas etiam consuetudines et tenores, quos a tempore Salinensis Hugonis, archiepiscopi vestri, usque ad tempus iam dicti fratris nostri Hugonis, vestri similiter archiepiscopi, qui in Ierosolymitana peregrinatione defunctus est, vestra Ecclesia tenuit et possedit, ut deinceps integre quieteque teneat et possideat, firmitate perpetua stabilimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Aliae decimae seu consuetudines et iura approbantur.

Solitae clausulae.

CALIXTUS catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Romanis, XV kalendas martii, indictione XIII, incarnationis dominicae anno MCXX, pontificatus autem domni Calixti secundi Papae, anno secundo.

Dat. die 15 februarii anno Domini 1120, pontif. anno II.

(1) Lege *tam*. (R. T.)

VII.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii Cluniacensis, cuius abbatibus conceditur ius cudendi monetas (1).

SUMMARIUM

Cluniacense monasterium sub perpetuo iure Sedis Apostolicae. — Pontifices, qui privilegiis illud donarunt. — Limites iurisdictionis monasterii Cluniacensis. — Pri-

(1) Ex Chartario S. Mariae de Gernaio edidit Marrier, Biblioth. Cluniac. col. 573.

vilegia quae eidem confirmantur. — Abbatiae eidem subiectae, in quibus non eligendi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniacensis. — Omnimoda exemptio a quocumque gravamine etiam decimarum, etc. — In quo ab episcopis locorum dependere debeant monachi vel presbyteri eorum Ecclesiis inservientes. — Ius cudendi monetas. — Solitae clausulae confirmantes praesentem paginam. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Pontio Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Cluniacense monasterium sub perpetuo iure Sedis Apostolicae.

Religionis monasticae modernis temporibus speculum, et in Galliarum partibus documentum, Beati Petri Cluniacense monasterium ab ipso suae fundationis exordio Sedi Apostolicae in ius proprium est oblatum. Proinde Patres nostri sanctae recordationis Ioannes XI, item Ioannes XII, Agapitus II, Benedictus VI, item Benedictus VII, Leo VII, item Leo IX, Gregorius VI, item Gregorius VII, Alexander II, Stephanus, Victor III, Urbanus II, Paschalis II et Gelasius II, Ecclesiae Romanae Pontifices, locum ipsum singularis dilectionis, ac libertatis praerogativa donarunt, et universa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus muniverunt. Statutum est enim, ut omnes Ecclesiae, cimiteria, monachi, et laici universi infra terminos habitantes, qui sunt a rivo de Salnai, et ab ecclesia Rusiaci et Cruce de Lornant, a termino quoque molendini de Tornasach, per villam, quae dicitur Varentia, cum nemore Burseio: a termino etiam, qui dicitur Perois, ad rivum usque de Salnai, sub Apostolicae tantum Sedis iure ac tuitione permaneant. Neque ipsi Cluniacensis loci presbyteri, aut etiam parochiani, ad cuiuslibet, nisi Romani Pontificis et Cluniacensis abbatis cogantur ire synodum vel conventum. Sane pro abbatis, monachorum, seu clericorum, infra praedictos terminos habitantium ordinatione, pro chrismatis confectione, pro sacri olei, Ecclesiarum, altarium et cimiteriorum consecratione, Cluniacense monasterium, quem maluerit, antistitem convocet. Cluniacenses monachos, vibilibet (1) habitantes, nulla omnino persona praeter Romanum Pontificem, et legatum, qui ad hoc missus fuerit, excommunicet et interdicat. Porro si monacus, clericus, aut laicus, sive cuiuslibet ordinis professionisve persona, nisi forte certa de causa excommunicata sit, Cluniacensium claustrorum mansiones elegerit, absque contradictione alicuius suscipiatur, et quae de suo iure attulerit, libere a monasterio habeantur. Altaria, cimiteria, et decimae Cluniacensium monachorum, et quaecumque iuris eorum sunt, a nemine auferantur vel minuantur. De monachis aut monasteriis Cluniacensibus nulli episcoporum, salvo iure canonico, si quod in eis habent, liceat iudicare; sed ab abbate Cluniacensi iustitia requiratur: quam si apud eum invenire nequiverit (2), ad Sedem Apostolicam recurratur. In abbatiis, quae cum suis abbatibus ordinationi Cluniacensis monasterii datae sunt, videlicet S. Martialis Lemovicensis, S. Eparci Engolismensis, monasterii Novi Pictavis, Sancti Iohannis Angeliacensis, monasterii Lesatensis, Moysiacensis, Figiacensis, et S. Egidii Hemausensis: in Arvernia, Mausiacensis, Tiernensis, Menacensis: in episcopatu Eduensi, Vizeliacensis: in Antisiodorensi, S. Germani: in Cameracensi, Hunol-Curtis: in Rothomagense, abbatia apud Pontem Saram: in Tarcurnensi, S. Bertini et S. Wlmari: in Italia, S. Benedicti super Padum, sine Cluniacensis abbatis praecepto nullatenus eligant. Pro altaribus, et ecclesiis, sive decimis vestris, nulli episcoporum facultas sit, gravamen aliquod vobis, aut molestias irrogare; sed sicut eorum promissione quaedam ex parte, quaedam ex integro habuistis, ita et in futurum habeatis. Ecclesiarum vestrarum decimas, quae a laicis

Pontifices, qui privilegiis illud donarunt.

Limites iurisdictionis monasterii Cluniacensis.

Privilegia quae eidem confirmantur.

Abbatiae eidem subiectae, in quibus non eligendi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniacensis.

Omnimoda exemptio a quocumque gravamine etiam decimarum, etc.;

(1) Legendum *ubilibet*. (R. T.) (2) Forsitan *nequiverint*. (R. T.)

obtinentur, si secundum Deum eorum potestati subtrahere vestrae religionis reverentia poterit, ad vestram et pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas laborum vestrorum, pro quibus tam vos, quam alios monasticae religionis viros inquietare episcopi consueverunt, illorum videlicet, quos dominicaturas appellant, qui vestro sumptu a monasteriis, et cellae vestrae clientibus excoluntur, sine omni episcoporum et episcopalium ministrorum contradictione deinceps quietius habeatis, qui vestra peregrinis fratribus et pauperibus erogatis. Ecclesiae omnes, quae ubilibet positae sunt, seu cappella vestra et cimiteria libera sint et omnis exactionis immunia, praeter consuetam episcopi paratam, et iustitiam in presbyteros, si adversus sui ordinis dignitatem offenderint; liceatque vobis, seu fratribus vestris, in Ecclesiis vestris presbyteros eligere, ita tamen, ut ab episcopis, vel ab episcoporum vicariis animarum curam absque venalitate suscipiant: Quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur. Ecclesiarum vestrarum consecrationes, si dioecesani episcopi gratis noluerint exhibere, a quolibet catholico suscipietis episcopo. Nec cellarum vestrarum, ubilibet positarum, fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi ipsi, quam famuli eorum, et qui se professioni monasticae devoverunt, clausis Ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae officia peragant. Percussuram quoque proprii nummismatis, vel monetae, quandocumque, vel quamdiu vobis placuerit, habeatis. Haec igitur omnia, sicut a nostris praedecessoribus constituta sunt, ita et nos auctoritate apostolica constituimus, et praesentis privilegii decreto confirmamus. Praeterea, fili in Christo Ponti, quem nos, in Viennensis Ecclesiae positi regimine, nostris per Dei gratiam manibus in abbatem consecravimus, et personam tuam, et locum, cui Deo auctore praesides, totis dilectionis visceribus amplectentes, et quieti vestrae attentius providentes, haec adiicienda censuimus, ut abbatiarum vestrarum electis nullus episcoporum, sine commendatitiis Cluniacensis abbatis litteris, consecrationis vel ordinationis manus imponat; alioquin consecrator, et tamquam constitutionis apostolicae praevaricator, graviora subiacere (1) ultionis: et consecrati electio, sive ordinatio, donec Apostolicae Sedi, et eius Cluniacensi monasterio satisfiat, irrita habeatur. Porro presbyteris parochialium ecclesiarum S. Mariae, et S. Oddonis Cluniacensium, eiiciendi, et suscipiendi in Ecclesiam ex antiqua consuetudine poenitentes, et nuptiales chartas faciendi, licentiam indulgemus: prohibentes, tam Matisconensem episcopum, quam et alios super hoc, vel super aliis, quae statuta sunt, vobis molestias irrogare. Si quis igitur ausu temerario, impiaque praesumptione contra Deum, et sanctos eius apostolos, contraque animam suam, hoc nostrae apostolicae auctoritatis privilegium in aliquo infringere tentaverit, incunctanter se nostrae apostolicae maledictionis noverit aculeo transpunctum, nostrae apostolicae excommunicationis telo perfossum, nostri etiam apostolici anathematis gladio transverberatum, nec nisi per dignam satisfactionem saluti pristinae reparandum. Ei vero, qui conservator extiterit, sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus, et hic fructum bonae actionis percipiat, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen.

In quo ab episcopis locorum dependere debeant monachi vel presbyteri eorum Ecclesiis inservientes.

Ius cudendi monetas.

Solitae clausulae confirmantes praesentem pagmam.

(1) Forte legendum *graviori subiaceat*. (R. T.)

Calixti PP. subscriptio.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episc.

Datum Valentiae per manus Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, VIII kal. martii, indict. XIII, incarnat. dominicae anno MCXX, pontificatus autem domni Calixti secundi Papae, anno II.

Dat. die 22 februarii anno Domini 1120, pontif. anno II.

VIII.

Antiqua Viennensis Ecclesiae privilegia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Callistus PP. antea Viennensis episcopus. — Confirmantur privilegia omnia pontificia, imperialia et regia. — Primatus Viennensis Ecclesiae super septem provincias. — Sex aliae civitates eidem subiectae, et Tarantasiae archiepiscopus tamquam primati. — Aliae ecclesiae et monasteria sub illius iure posita; — Viennensis Ecclesia soli Romano Pontifici, et eius *de latere* legatis subiecta; — Confirmatio praesentis diplomatis per solitas clausulas. — Callisti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro decano, et canonicis sive clericis Viennensis Ecclesiae, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Callistus PP. antea Viennensis episcopus.

Etsi Ecclesiarum omnium cura nobis ex Apostolicae Sedis administratione immineat, Viennensi tamen specialius convenit studio providere; ipsa enim primum, disponente Deo, solicitudini nostrae commissa est, et ad eius regimen nos episcopalis gratiam consecrationis accepimus. Et communis igitur et singularis dilectionis debito incitati, matrem vestram, filii in Christo carissimi, sanctam Viennensem Ecclesiam diligere, honorare, et beati Petri patrocinio decrevimus confovere. Omnem itaque dignitatem, et munitionem, ac liberalitatem, quam vel per authentica praedecessorum nostrorum Silvestri, Nicolai, Leonis, Gregorii, et caeterorum Romanorum Pontificum privilegia, vel per imperatorum, regum, principum, et caeterorum fidelium largitionem concessa obtinet, nos quoque, auctore Deo, concedimus, et praesentis privilegii pagina confirmamus. Ut videlicet super septem provincias primatum obtineat, super ipsam Viennensem, super Bituriacam, Burdigalam, Auxitanam, quae Novem-Populitana dicitur, super Narbonam, Aquensem, et Ebredunensem: et in eis Viennensis archiepiscopus Romani Pontificis vices agat, synodales conventus indicat, et negotia ecclesiastica iuste canoniceque definiat. Porro illa sex oppida vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba, Vivarium, Geneva, Maurienna, in eius tanquam in proprii metropolitani obedientia et subiectione permaneant. Tarantasiensis autem archiepiscopus, licet aliquibus habeatur ex Apostolicae Sedis liberalitate praelatus, Viennensi archiepiscopo tanquam primati suo subiectus obediat. Sane in Salmoracensi archidiaconia consecrationes, vel ordinationes, et quidquid ad pontificale officium pertinet, Viennensis Ecclesia praeter alicuius inquietationem seu diminutionem habeat. Abbatia quoque Sancti Petri, foris portam Viennae sita, et intra eamdem urbem abbatia Sancti Andreæ, una monachorum, altera sanctimonialium, abbatia Sancti Teuderii, et abbatia Sanctae Mariae de Boubvelle, quae praestante Deo, nostris sumptibus, et nostris est fundata labori-

Confirmantur privilegia omnia pontificia imperialia et regia.

Primatus Viennensis Ecclesiae super septem provincias.

Sex aliae civitates eidem subiectae, et Tarantasiae archiepiscopus tamquam primati.

Aliae ecclesiae et monasteria sub illius iure posita;

(1) Ex Bibliotheca Floriac. in historia archiep. Viennen. Gallia Christ., edit. parisina anno 1656, tom. I.

bus, in saepedictae Viennensis Ecclesiae iure ac subiectione persistant. In ipsa etiam Romanensi Ecclesia, quamvis romanae se faciat libertatis, visis tamen praedecessorum nostrorum privilegiis, et imperatorum praeceptis, tam in saecularibus, quam in regularibus clericis et canonicis inibi ordinatis vel ordinandis, Pontifices Viennenses omnem habere decernimus potestatem; similiter in ecclesia Beati Donati et Beati Valerii, et ecclesiae Beati Petri de Campania, et Beatae Mariae de Annonico. Castra praeterea, quae per nos recuperata sunt vel acquisita, scilicet Pompeiacum, Sasserlum, et castrum de Malvall, Viennensi Ecclesiae in perpetuum confirmamus. Coemeterium vero, quod dominus praedecessor noster sanctae memoriae Paschalis Papa circa Beati Mauritii ecclesiam consecravit, liberum esse sancimus: ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, et devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salvo nimirum propriae iure parochiae. Ad haec, pro ampliori Viennensis Ecclesiae dilectione, ante Viennensem archiepiscopum per provinciam suam crucem deferri concedimus; et Viennensem Ecclesiam alicui subiacere legato, nisi cardinali, vel alii de Romana provincia, qui a Romani Pontificis latere dirigitur, prohibemus. Porro in Ecclesiis, quas in Viennensi episcopatu post assumptum Apostolicae Sedis ministerium consecravimus, Viennensis archiepiscopus eamdem, quam habuerat ante, interdicendi ac ordinandi habeat potestatem. Sane intra claustri ambitum, ubi clericorum mansiones continentur, nullus omnino laicorum deinceps habeat mansionem, aut assultum, vel rapinam facere, seu corporalem cuilibet audeat iniuriam irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis vel concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis sentiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Viennensis Ecclesia soli Romano Pontifici, et eius de latere legatis subiecta;

Confirmatio praesentis diplomatis per solitas clausulas.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

Callisti PP. subscriptio.

Datum Valentiae v kal. martii, indictione decimatertia, incarnationis dominicae anno MCXX, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno secundo.

Dat. die 25 februarii anno Domini 1120, pontif. anno II

IX.

Confirmatio donationum omnium, a Gunnario eiusque uxore factarum Cassinensi monasterio, addito annuo censu Lateranensi palatio per monachos persolvendo (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiae in Sardinia a Gunnario donatae Cassinatibus. — Census quatuor solid. monetae papiensis. — Bona, a Gunnaro data, in parandas monachis vestes convertenda. — Poenae contra monasterium perturbantes in huiusmodi bonis. — Callisti PP. subscriptio et sigillum.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, charissimis in Christo filiis, Girardo Cassinensis monasterii abbati, et eius fratribus tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Et commissi nobis officii solicitudo deposcit, et paternae charitatis benignitas nos compellit, ut Ecclesiarum omnium providere necessitatibus debeamus: ve-

Exordium.

(1) Ex originali in archivio edidit Gattula Hist. Cassinen. saec. VII, pag. 425.

rumtamen locis illis, et personis, quae specialius ac familiarius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque amplioris religionis, et dignitatis gratia præeminent, propensiori nos convenit affectionis studio imminere. Ea propter, filii in Christo karissimi, petitioni vestrae non immerito annuendum censuimus, ut in Sardiniae partibus de beati Petri oblatione substentationi vestrae subsidium aliquod conferamus. Per praesentis igitur scripti auctoritatem vobis vestrisque successoribus perpetrata stabilitate concedimus ecclesias illas, quas vir nobilis Domicellus Gunnari una cum uxore sua Helena beato Petro cognoscitur contulisse, ecclesias scilicet S. Petri de Nugulbi, S. Nicolai de Nugulbi, S. Heliae de Sitin et S. Petri de Nurci cum pertinentiis suis, ut de ipsarum redditibus, prout facultas ministraverit, indumenta semper Cassinensi conventui praeparentur: salvo nimirum censu quatuor solidorum denariorum papiensium singulis annis Lateranensi palatio persolvendo. Sane possessiones et dona omnia, quae praedictus Gunnari beato contulit Benedicto, vel collaturus est, Apostolicae Sedis munimine confirmamus, statuentes, ut illa omnia similiter in vestimentorum vestrorum praeparatione in perpetuum conserventur. Si quis igitur in futurum iudex, domicellus, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, decreti huius tenore cognito, praedictas ecclesias et caeteras praefati Gunnari oblationes auferre, vel minuere, aut a constituta vestimentorum Cassinensis conventus praeparatione subtrahere vel mutare praesumpserit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, qui observatores extiterint, beatissimi patris nostri Benedicti precibus, omnipotentis Dei, et apostolorum eius Petri et Pauli gratia et benedictio, et peccatorum remissio tribuatur. Amen.

Ecclesiae in Sardinia a Gunnaro donatae Cassinatibus.

Census quatuor solid. monetae papiensis.

Bona a Gunnaro data, in parandas monachis vestes convertenda.

Poenae contra monasterium perturbantes in huiusmodi bonis.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Callisti PP. subscriptio, et sigillum.

Datum Beneventi per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, v id. augusti, indictione XIII, incarnationis dominicae anno MCXXI (1), pontificatus autem domni Calixti II Papae anno II.

Dat. die 9 augusti anno Domini 1120, pontif. anno II.

X.

Privilegium confirmationis immunitatum omnium ab antecessoribus Pontificibus monasterio S. Sophiae Beneventan. dioecesis assertarum (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monasterium hoc solius Apostolicae Sedis iuri subiectum. — Confirmantur privilegia omnia hactenus concessa, et bona omnia, prout hic enumerantur. — Quod nemini liceat idem monasterium ullatenus perturbare. — Quod abbas a solis monachis eligatur, a Romano Pontifice consecrandus. — Quod tamen in reliquis ab episcopo ordinario dependeat. — Solitae clausulae. — Callisti PP. subscriptio.

(1) Ut caeterae notae chronologicae cum anno conveniant, legendum omnino est ann. MCXX, quo in cursu erat indictio XIII, et mense quidem augusto annus II pontificatus Callisti. (2) Ex Ughell. Ital. Sac tom. VIII, ubi de Beneventan. archiep.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Iohanni abbati monasterii venerabilis Sanctae Sophiae intra Beneventum siti, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Prooemium.

In Apostolicae Sedis administratione, divina disponente clementia, constituti, necesse quidem habemus, omnes Ecclesias beati Petri patrocinio confoveri, et ipsarum quieti paterna solicitudine providere; verumtamen locis illis, ac personis; quae devotius Romanae adhaerent Ecclesiae, quaeque amplioris religionis gratia præeminent, propensiori nos convenit studio subvenire. Quamobrem (1), in Christo fili Iohannes, postulationi tuae annuimus, et Sanctae Sophiae coenobium, ad cuius regimen nos te, auctore Domino, nostris tamquam beati Petri manibus consecravimus, sub tutela et iurisdictione, sicut hactenus mansit, perpetuo manere, praesentis paginae auctoritate sancimus, ut nimirum soli Romanae Ecclesiae subditum, ab omni Ecclesiarum, seu et personarum iugo liberum habeatur. Praeterea, praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, universa, quae privilegiis illorum ad eiusdem monasterii immunitatem vel possessionem tuis sunt praedecessoribus attributa, tibi tuisque successoribus regulariter promovendis, praesenti privilegio contribuimus; cellas quoque, et ecclesias, aut villas, quae a praedecessoribus tuis praenominato videntur coenobio iuste ac rationabiliter acquisita, possidendas omni in tempore confirmamus; hoc est ecclesiam Sancti Benedicti, quae dicitur Xenodochium, Sancti Iohannis, S. Eufemiae, Sancti Petri, quae nominatur Trasinii, Sancti Raymundi, S. Mariae Rotundae intra eamdem civitatem Beneventanam, ecclesiam S. Mariae, S. Petri, Sancti Nicolai, S. Erasmi, Sancti Marciani, Sanctae Mariae, Sancti Angeli foras ante eamdem civitatem in Pantano, ecclesiam Sancti Benedicti, S. Vitalis, Sancti Mercurii apud Olivam, Sancti Angeli, S. Mariae de Scolcature una cum omnibus pertinentiis in Vado Azara, S. Benedicti in Taffone, S. Valentiniani, apud Votum S. Felicis cum terris: in Cornito S. Silvestri cum duobus rivis, S. Mariae in Parituli, Sancti Marciani in Dentecano, S. Martini in Cuano, S. Petri in Pazano, S. Nicolai: item Beneventi S. Stephani in Paloaria, S. Mariae in Lucernara, et curtes duas S. Mariae in Sabbeta, S. Mariae in Templana: in civitate Triana, S. Angeli cum cellis, S. Stephani in Fromarii, S. Gregorii: in Escle, Sancti Angeli in Peloso: in Aliperao ecclesias Sanctae Mariae, S. Angeli, S. Petri, S. Marci, Sancti Iohannis, S. Laurentii, S. Luciae in Casale, Sanctae Mariae, Sanctae Appolloniae, Sanctae Annae: in Calisti, S. Mariae, in territorio Sancti Marcelli, in Carsiano Sancti Mauri, S. Iohannis, Sancti Constantini, Sancti Anastasii, in Asculo S. Petri, Sancti Desiderii, in Illiceto S. Ephrem, in Morteto S. Petri, in Tuscano Sancti Adolphi, S. Hieronymi, Sancti Gherardi, Sancti Severini, Sancti Anastasii: apud Arolam Sancti Mercurii: apud Bivinum Sancti Martini: in Biserno monasterium Sancti Angeli cum cellis, Sancti Petri, Sancti Vincentii, S. Trinitatis: in valle Luparia, Sanctae Crucis: apud Raderium S. Martini, in Alirino Sancti Michaelis, Sanctae Mariae, in Monte-Malo Sancti Felicis, et in Sertore S. Viti: apud Montes, Sancti Marci iuxta fossam, Sancti Stephani, in territorio Campi Laeti, Sanctae Luciae, iuxta civitatem Florentinam monasterium Sancti Salvatoris, in Clusano Sancti Chrystofori, castellum Forneti cum omnibus pertinentiis, castellum Antiquum cum omnibus pertinentiis, ecclesiam Sancti Donati cum omnibus illorum pertinentiis mobilibus ac immobilibus. Per praesentis itaque huius privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque hodie nominatum illud monasterium iuste possidet, quaeque in futurum conces-

Monasterium hoc solius Apostolicae Sedis iuri subiectum.

Confirmantur privilegia omnia hactenus concessa, et bona omnia, prout hic enumerantur.

(1) Adde *dilecte*.

sione Pontificum, liberalitate principum, seu oblatione fidelium iuste canoniceque poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Quamobrem decrevimus, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut illi possessiones auferre, seu oblationes requirere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Verumtamen omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura. Obeunte autem te eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia, vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Domini timorem, atque B. Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice maximo iniungendum (1) et consecrandum. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines promovendi, ab episcopis, in quorum dioecesibus estis, accipietis, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si gratis ea, ac sine pravitate impenderint: si quis vero his obstiterit, liceat vobis, a quocumque volueritis, catholico episcopo praedicta sacramenta percipere. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate privetur, reamque se divino iudicio existere cognoscat de perpetrata iniquitate, et a sacratissimo Sanguine et Corpore omnipotentis Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, ac segregetur; atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat: cunctis autem contra iuste servantibus sit pax et tranquillitas Domini omnipotentis nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Quod nemini liceat idem monasterium ullatenus perturbare.

Quod abbas a solis monachis eligatur, a Romano Pontifice consecrandus.

Quod tamen in reliquis ab episcopo ordinario dependeat.

Soli ae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Sedis et Ecclesiae episcopus.

Callisti PP. subscriptio.

FIRMAMENTUM EST DOMINUS TIMENTIBUS EUM.

Datum Beneventi per manus Siconis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, III kal. decembris, indictione XIV, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno secundo: ab incarnatione autem omnipotentis Salvatoris nostri Iesu Christi anno millesimo centesimo vigesimo.

Dat. die 29 novembris anno Domini 1120, pontif. anno II.

(1) Forsitan *iniungendum*. (R. T.)

XI.

Revocatio et irritatio privilegii archiepiscopis Pisanis ab Urbano PP. II, Gelasio II et alias ab eodem Calisto II concessi de consecratione episcoporum insulae Corsicae (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Quare Urbanus II dato Pisano archiepiscopo pallio, eidem consecrationem episcoporum Corsicae concesserit. — Ortaque inde dissensione inter Pisanum et Ianuen. archiep., consecrationem huiusmodi ad Romanos Pontifices revocaverit: — Idem actum a Paschali II. — Gelasius PP. et Callistus Pisanis renovant privilegium. — Quae mala inde profecta. — Actum igitur in concilio Romano de revocatione: — Quam sententiam confirmat Callistus, declarans, ut episcopi Corsicani soli Apostolicae Sedi sint subiecti. — Roboratio decreti huius per solitas clausulas. — Callisti PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus et coepiscopis per insulam Corsicae constitutis, eorumque successoribus, in perpetuum.

Nec facilitati, nec iniustitiae deputandum est, si quandoque pro rerum necessi-

Proœmium.

(1) Ex archiv. Ianuen. Eccles. transcript. edidit Ughell. Ital. Sac. tom. IV, ubi de Ianuen. episcopis.

tate diverso licet modo aliqua disponantur. Romana enim Ecclesia, omnium mater et caput, ab ipso capite nostro Domino Iesu Christo constituta, Ecclesiarum omnium et populorum paci et saluti debet dispensationis suae moderamine providere. Quamobrem nos, qui licet indigni, Domino disponente, apostolicae administrationis curam gerimus, quae vel a nobis vel a praedecessoribus nostris minori cautela et consilio facta sunt, ne forte aliis exemplum obstinate praebeamus, in statum decrevimus meliorem per Dei gratiam reformare. Felicis siquidem memoriae Dominus praedecessor noster Urbanus Papa, multis et gravioribus necessitatibus coarctatus, pro dilectione atque servitio, a Pisana Ecclesia et civitate, Romanae Ecclesiae abundanter ac frequenter impenso, eamdem Ecclesiam ex liberalitate Sedis Apostolicae disposuit honorare; unde consecrationem episcoporum Corsicanae insulae Pisano antistiti, collata pallii dignitate, concessit: super qua nimirum concessione inter Pisanos et Ianuenses gravis oriebatur dissensio. Ipsi etiam Corsicani episcopi ad Pisani antistitis consecrationem accedere penitus recusabant. Haec profecto discordia praedictus dominus Urbanus Papa vehementer timens, et gentis vestrae lamentationi, quae diu episcopalis officii administratione caruerat, debita benignitate compatiens, eorumdem episcoporum consecrationem ad Romanum Pontificem revocavit et in sua potestate retinuit; et ex tunc toto tam ipsius, quam successoris sui sanctae memoriae Paschalis Papae II Corsicani episcopi a Romano tantum Pontifice consecrati sunt; licet Pisanus saepe-numero eiusdem domini Paschalis Papae aures pro negotio isto pulsaverit.

Quare Urbanus II dato Pisano archiepiscopo pallio, eidem consecrationem episcoporum Corsicae concesserit;

Ortaque inde dissensione inter Pisanum et Ianuen. archiepiscopum, consecrationem huiusmodi ad Romanos Pontifices revocaverit.

Idem actum a Paschali II.

Postea vero piae recordationis Papa Gelasius, pari, ac maiore etiam necessitate compulsus, et ab eisdem Pisanis expetitus, praedicti Pontificis Urbani statuta concessionis suae privilegio renovavit.

Gelasius PP. et Callistus Pisanis renovant privilegium.

Cuius nos vestigia subsecuti, cum ad Pisanam Ecclesiam convenissemus, devotionem populi et cleri attendentes, et eorum petitioni clementius annuentes, id ipsum favoris nostri assertione firmavimus. Unde tanta inter Pisanos et Ianuenses crevit discordia, ut depraedationes et bella, et multa sanguinis effusio facta sit. Huius quippe occasione discordiae tanta Saracenis accessit audacia, ut Italiae fines totius invadentes, nonnulla in maritimis loca gladio et igne vastaverint, multosque viros, mulieres et parvulos captivos abduxerint, in ipsa etiam urbe Romana tanta cleri et populi turbatio facta est, adeo ut ante ipsum beati Petri corpus in pleno, quem celebravimus, conventu, huius rei revocatione pene omnis clerus et populus postularent, eo quod Romana Ecclesia detrimentum in praedictorum episcopatuum amissione patiebatur, et totius scandali et guerrae causa et seminarium videbatur. In eodem etiam conventu clerici et laici eiusdem insulae cum litteris affuere, id ipsum a nobis suppliciter postulantes. Causa igitur inter fratres diebus plurimis ventilata, diligenterque discussa, communi episcoporum cardinalium et clericorum, atque nobilium Romanorum deliberatione, cum non parvo populi favore, sancitum est, concessionem illam non debere imposterum efficaciam obtinere, quia et ad Romanae Ecclesiae detrimentum extra urbem cum paucis facta fuerat, et multa inde, ut dictum est, scandala et pericula procedebant. Ad honorem igitur omnipotentis Dei, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, cum episcoporum, cardinalium et clericorum conventu apostolica auctoritate statuimus, ut consecratio episcoporum Corsicanae insulae a Romano tantum Pontifice futuris temporibus celebretur: prohibentes vos, ac successores vestros, vel Pisano, vel cuilibet alii episcopo vel archiepiscopo subiacere; sed solius Romani Pontificis obedientia et subiectione atque consecratione in perpetuum maneatis. Si qua igitur in futu-

Quae mala inde profecta.

Actum igitur in concilio Romano de revocatione:

Quam sententiam confirmat Callistus, declarans, ut episcopi Corsicani soli Apostolicae Sedi sint subiecti.

Roboratio decreti huius per solitas clausulas.

rum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni anathematis subiaceat. Cunctis autem eamdem constitutionem servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Scriptum per manus Gervasii regionarii, et notarii sacri palatii.

Callisti PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Calistus catholicae Ecclesiae episc.
Ego Crescentius Sabinensis episcopus ss.
Ego Petrus Portuensis episcopus ss.
Ego Vitalis Albanus episcopus ss.
Ego Bonifacius cardinalis presbyter tituli S. Marci ss.
Ego Robertus presbyter cardinalis S. Sabinae ss.
Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. S. Priscae ss.
Ego Desiderius presbyter cardinalis S. Praxedis ss.
Ego Iohannes presbyter cardinalis S. Chrysogoni ss.
Ego Petrus presbyter cardinalis S. Sixti ss.
Ego Benedictus presbyter cardinalis S. Eudoxiae ss.
Ego Ioannes presbyter cardinalis S. Ceciliae ss.
Ego Divino cardinalis tit. S. Equitii ss.
Ego Theobaldus presbyter cardinalis tit. Pamachii ss.
Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Ss. Marcellini et Petri ss.
Ego Deus-dedit presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Damaso ss.
Ego G. G. presbyter cardinalis tit. Lucinae ss.
Ego Hugo presbyter cardinalis tit. Ss. Apostolorum ss.
Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. Sancti Eusebii ss.
Ego Amicus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Ierusalem ss.
Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Eustachii ss.
Ego Romoaldus diaconus cardinalis Eccles. Sanctae Mariae in Via Lata ss.
Ego Aldo diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.
Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ss.
Ego Stephanus diaconus cardinalis Sanctae Mariae Scholae Grecae ss.
Ego Ionathas diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani ss.
Ego Gualterius diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.
Ego Gerardus diaconus Sanctae Luciae ss.

Datum Laterani per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, III non. ianuarii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXI, pontificatus autem domni Calixti II anno II.

Dat. die 3 ianuarii anno Domini 1121, pontif. anno II.

XII.

Confirmatio bonorum, a Mariano iudice Calaritano et Guilielmo archiepiscopo, cathedrali Ecclesiae S. Laurentii Ianuen. datorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Donatio Mariani iudicis. — Et alia donatio Guilielmi archiep. de consensu Mariani eiusdem et consanguineorum, quae confirmatur; prout etiam caetera bona omnia, quomodolibet ad eamdem Ecclesiam spectantia. — Solitae clausulae. — Callisti PP. subscriptio.

(1) Ex Ughell. Ital. Sac., tom. IV.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Villano praeposito, et canonicis Matricis Ecclesiae Beati Laurentii Ianuensis, tam praesentibus, quam futuris, in perpetuum.

Exordium

Bonis saecularium studiis non tantum favere, sed ad ea ipsorum debemus animos incitare, qui pro nostri officii debito saluti omnium providere compellimur. Marianus siquidem, Calaritanus iudex, tam animae suae remedio, quam pro sui restitutione honoris, vestrae Beati Laurentii Matrici Ecclesiae sex iuris sui curtes, videlicet Quartum, Arsemina, Caput Terrae, Sepultum, Aquam Frigidam, Fontana de Eugas cum omnibus ad eam pertinentibus obtulit: ex quibus postea tres sibi consensu vestro accipiens, sex alias, videlicet Sebathus, Paudus, Baral, Tracasali, Fercella, Sanctam Victoriam de villa Pupulci, ubi dicitur Terestae, cum omnibus pertinentiis suis, pro contracambio earum trium, scilicet Quarti, Caput Terrae, et Aquae Frigidae, Ecclesiae vestrae restituit: ita tamen, ut vestra Ecclesia detrimentum in eodem contracambio (1) pateretur, tres priores collatas sibi curtes cum pertinentiis suis sine calumnia et contradictione acciperet. Hanc nimirum oblationem atque concessionem nos, dilectionis vestrae precibus annuentes, auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus, et ratam in perpetuum manere sancimus. Confirmamus etiam vobis ecclesiam Sancti Ioannis Arseminae cum ecclesiis suis et caeteris ad eam pertinentibus, quae nobis a venerabili fratre nostro Guillelmo Calaritano archiepiscopo tradita, et scripti sui munimine confirmata est, ipso iudice cum uxore sua Pretiosa, consanguineis parentibus collaudante, et instantius exorante. Quaecumque praeterea vestra Ecclesia in praesenti legitime obtinet, vel in futurum largiente Deo iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus semper et illibata decernimus conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat vestram Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur, nostrae confirmationis huius tenore cognito, temere, quod absit, contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, et excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Donatio Mariani iudicis.

Et alia donatio Guilielmi archiep. de consensu Mariani eiusdem et consanguineorum, quae confirmatur; prout etiam caetera bona omnia, quomodolibet ad eamdem Ecclesiam spectantia.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP subscriptio.

Datum Laterani per manum Chrysogoni sanctae Romanae E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, non. ianuarii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXI, pontificatus autem domini Calixti II Papae anno II.

Dat. die 5 ianuarii anno Domini 1121, pontif. anno II.

(1) Add. f. *non*. (R. T.)

(1) Ex Miraei Oper. Diplom. tom. I.

XIII.

Confirmatio unionis monasteriorum Bernhomiensis et Affligimiensis Cameracen. dioecesis, quorum alter alteri subiectum omnino cum pertinentiis omnibus declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bernhomiense monasterium a Cameracensi episcopo Affligimiensi unitum. Eidem omnino subiicitur; — Cum bonis omnibus, quae quomodolibet ad illud spectare dignoscuntur. — Decretum immunitatis et libertatis favore eiusdem Affligimiensis monasterii. — Poenae contra violatores privilegii huius.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Fulgentio abbati Affligimiensis monasterii, quod ad honorem B. Petri apostolorum Principis in Cameracensi dioecesi situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quae religionis intuitu statuuntur, inconvulsa debent stabilitate servari. Si-

quidem venerabilis frater noster Burgundus, Cameracensis episcopus, consilio et assensu archidiaconorum ac reliquorum clericorum Ecclesiae suae, consilio etiam et hortatu venerabilis fratris nostri Rodulphi Remensis archiepiscopi (sicut in eorum missis ad nos literis continetur), necnon et rogatu et supplicatione Sifridi Bornhemiensis abbatis et fratrum suorum, Affligimensi monasterio Bornhomiensem commisit Ecclesiam, ut in ea deinceps monastici ordinis disciplina per Dei gratiam habeatur. Olim quidem in loco eodem Ordo fuerat canonicus institutus; sed guerris supervenientibus, tanta paupertatis inopia coarctatus est, ut neque Ordinem canonicum conservare, neque per se in ecclesiastica quoque posset honestate persistere.

Bernhomiense monasterium a Cameracensi episcopo Affligimensi unitum.

Eidem omnino subiicitur;

Nos itaque tam praedictorum fratrum, quam et sororis nostrae Clementiae Flandriensium comitissae, quae ipsius loci dispensatrix est, petitionibus annuentes, et de religione vestra plurimum confidentes, praedictae Bernhomiensis Ecclesiae commissionem praesentis privilegii pagina confirmamus:

Statuentes, ut auctore Deo, in Affligimiensis monasterii unitate ac subiectione, sub regulae monasticae disciplina, in perpetuum perseveret, ita nimirum libera et quieta, sicut antea in ordine canonico fuerat, cum altaribus de Havesdunc, Hingem, Kereberga, Rimenham, Merchecloa, et cum omnibus, quae in praesenti legitime possidet, vel in futurum, largiente Deo, iuste atque canonice poterit adipisci.

Cum bonis omnibus, quae quomodolibet ad illud spectare dignoscuntur.

Decretum immunitatis et libertatis favore eiusdem Affligimiensis monasterii.

Nulli ergo omnino hominum facultas sit, praefatam Bernhomiensem Ecclesiam a dispositione vestri monasterii removere, seu qualibet occasione subtrahere, possessiones eius auferre, vel temerariis vexationibus fatigare; sed ita sub vestro monasterio maneat, sicut a praedicto fratre nostro Burgardo, dioecesano episcopo, constitutum, et ipsius chirographo confirmatum est.

Poenae contra violatores privilegii huius.

Si qua igitur in futurum cuiuslibet dignitatis ordinisve persona, nostrae huius confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, et excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Qui vero conservator extiterit, Dei omnipotentis, et apostolorum eius Petri et Pauli benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus laudavi.

Datum apud S. Petrum per manum Chrysogoni, S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et bibliothecarii, III (1) februarii, indict. XIV, incarnationis dominicae anno millesimo centesimo vigesimo primo, pontificatus autem domni Calixti II Papae, secundo.

Dat. die 30 ianuarii anno Domini 1121, pontif. anno II.

XIV.

Monasterium S. Cucuphatis in regione Vallensi, soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eiusque bona omnia cum pertinentiis, decimis, oblationibus etc. confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium immediate iuri Sedis Apostolicae subiectum sub eiusdem protectione recipitur; eique bona omnia confirmantur. — Enumeratio bonorum. — Item confirmantur proprietates et pertinentiae omnes huiusmodi bonorum, quae tamen a triginta annis monasterium possedisse constet. — Immunitas a cuiuscumque personae molestia; — Et ab omni saeculari vel ecclesiastica iurisdictione. — Libertas sepulturae. — Electionem vero abbatis ad solos monachos pertinere statuitur; — Eiusque consecrationem, altarium, et clericorum ordinationem ad episcopum loci, quatenus ab Apostolica Sede non sit separatus.

(1) Adde *kalendas*. (2) Ex Archiv. monasterii huius edidit Baluzius in Appendice Marcae Hispan. n. 465

— Monasterium vero interdicto supponere nonnisi Romano Pontifici sit liberum. — Census annuus Lateranensi palatio persolvendus. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rotlando abbati venerabilis monasterii Sancti Cucuphatis martyris Octavianensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Ea propter, dilecte in Domino fili Rotlande, tuis piis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium Sancti Cucuphatis martyris, quod ad ius et proprietatem Beati Petri nullo medio pertinere dignoscitur, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessorum nostrorum Silvestri, Iohannis, Benedicti et Urbani Papae secundi, Romanorum Pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Decernimus itaque, ut monasterium praefatum tam in capite quam in membris, et quascumque possessiones, et quaecumque bona in praesenti possidet, vel acquisiturum est, firma ei et integra sub iure et ditione B. Petri pleno iure perpetuo conserventur: in primis statuentes, ut ordo monasticus secundum Deum, et beati Benedicti regulam in eodem monasterio iugiter observetur; in quibus possessionibus et bonis, haec propriis nominibus duximus exprimenda: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, in villa ipsius coenobii, castrum Octavianum de Fruneto vel de Aqua-Longa, item castrum Ricarli vel de Cirtulo, et de Sancto Emetario, vallem de Gausach et de Campiniano cum decimis et primitiis, aquis, terminis, et montibus universis: alodia et possessiones de Budigiis et de Aculione, sicut Oto abbas emit, et domum de Rivosicco cum possessionibus suis: allodia et possessiones cum aquis et molendinis, quae sunt in castro de Rivo-Rubeo, monasterium Sanctae Caeciliae de Monte Serrato cum ecclesiis Sancti Felicis et Sancti Iohannis de Vacarisses, monasterium Sancti Pauli extra muros Barcinonae cum alodio, quod ibi obtulit Giribertus et uxor eius: monasterium Sancti Salvatoris de Breda cum podio de monte Sirtille, monasterium Sancti Laurentii cum ecclesia Sancti Stephani in monte eiusdem, et cum ecclesia Sancti Stephani de Castella cum possessionibus dictorum monasteriorum, ecclesiam Sancti Petri de Clarano, capellas Sancti Petri et Sancti Severini integriter de Octaviano, ecclesiam Sancti Vincentii de Aqua Alba cum ipsa dominicatura (1), ecclesias Sancti Stephani et Sanctae Mariae Palatii de intra moenia, cum villare de Caberictibus integriter, et de villa Tort, et villam Sancti Stephani et Beatae Mariae cum fabricis eiusdem, et cum decimis et primitiis eisdem pertinentibus: capellam Sancti Genesii et Sanctae Eulaliae de Tapiolas cum decimis et primitiis: et dominicaturam de Olzinellis cum decimis eiusdem, et dominicaturam de valle Gregoria integriter, capellas Sancti Cucuphatis de Rifano, et Sancti Asicli de Vilanzir, et Sancti Martini, et Sancti Romani de Monte Cathano, Sanctae Margaritae de Buada, cum dominicaturis ipsarum, ecclesias Sancti Stephani de Palatio Auzito, Sancti Felicis de Castella, Sancti Sebastiani de Monte-Maiori cum ipso monte Sanctae Mariae de Toldello, Sancti Felicis de villa de Milanys, cum dominicaturis ipsarum, et cum decimis et primitiis: capellas Sanctae Mariae Fontis Rubei cum alodio, quod ibi obtulit Geraldus Mironis, Sancti Ementerii, Sanctae Mariae de Gausach, et Sancti Laurentii de Fonte Calciato cum possessionibus ipsarum: ecclesias Sanctae Mariae cum castro de Fels, Sanctae Mariae de Monasteriolo, Sancti Petri de Masquesa, cum castro de Sancta Cruce de Palatio, Sanctae Mariae de Cappella-

Monasterium immediate iuri Sedis Apostolicae subiectum sub eiusdem protectione recipitur; eique bona omnia confirmantur.

Enumeratio bonorum.

(1) Vide sup. pag 171. (R. T.)

tiis, Sanctae Mariae de Aqualata, Sanctae Mariae de Clariana, cum castro, et cum dominicaturis, et cum decimis, et primitiis pertinentibus dictarum Ecclesiarum: capellas Sancti Silvestri de Valzano, Sancti Cucuphatis de Garrigiis, S. Benedicti de Spicellis, S. Stephani de Castelleto, et Sancti Petri de Vim, cum dominicaturis, possessionibus, et cum decimis et primitiis ipsarum: ecclesias S. Iuliani, et S. Mariae de Sancta Oliva cum ipso castro, et S. Salvatoris, Sancta Maria de Calderio cum ipso castro, cum stagnis et aquis, et S. Vincentii, et S. Bartholomaei de Albipryana, cum ipso castro, cum terminis et possessionibus, decimis et primitiis eisdem pertinentibus, ecclesias S. Sepulcri, et Sanctae Mariae de Amposta. et castrum de Ripa de Cascayo, cum ecclesia, cum stagnis et aquis, villis, possessionibus universis, cum decimis et primitiis, cum Algena Dertosae ab aqua de Uticona usque in extrema villa de Alcozer, sicut in instrumentis commissionum generalium continetur: capellas S. Martini, S. Felicis, S. Genesii, quae sunt ad ipsam curtem de Fagio, et S. Felicis de Castro-Fidelium cum dominicaturis ipsarum, ecclesias S. Quirici et S. Petri de Cortentibus cum decimis et primitiis integriter, et possessionibus: alodia et possessiones, denique hortos, vineas, aquam in civitate Barcilonensi, et in dominicaturis de Provinciana, de S. Baudilio, de Lupricato in plurimis locis, de S. Iohanne de Pinu, de Sanctis de Sarriano, de Galiffa, de Duodecimo, de Cervilione, hortos comitales, sicut dominus comes dimisit iam dicto monasterio, de Orta, de Palomar, de Bitulona, cum manso abbatiali, cum pariliatis eiusdem, dominicaturas de Massanis, de Geruoda, de Corniliano, de Molleto, de Ficana, de Pedrenchs, cum capella de Palatio Auzito, castrum de Malleato, de Pulcrovicino, dominicaturas de Plegamans Callis, de Lacra, de Castellar, de Minorisa, de Ausona, de Gamisans, cum capella, quae ibi est: alodia et possessiones, quae sunt in castro de Tarracia, in Lizano superiori et inferiori, in Corrono superiori et inferiori, in Samalus, in Laroxa in pluribus locis, in valle Oxiolfo, in Canoves in pluribus locis, in monte Cathano, et in radicibus montis Cathani versus Orientem iuxta fluvium Bisaucii, et de alia parte versus meridiem, et Circium inter montem et villam Rafiam, vel Calciatam: alodia et possessiones de Turribus Bisibus, de castro Fontis Rubei, de Carol, de Priviana, de Monte-Acuto, de castro Viti, de Messana, de monte Superbo, de castro Olerdulae: alodia et possessiones sivè pertinentia, quae sunt in episcopatu Barchinonensi, Gerundensi, Vicensi, Minoricae, Dertusensi, cum universis ad monasterium pertinentibus, superius datis praefato monasterio. Confirmamus quoque decimas et primitias, oblationes, defunctiones, reditus, ad monasterium vestrum pertinentes in supradictis Ecclesiis, vel extra, parochiis, castris, dominiis sive in aliis locis, quae ante triginta annos monasterium vestrum praedecessorum nostrorum, regum, comitum, episcoporum, clericorum, vel aliorum hominum concessione, largitione, donatione, emptione et venditione (possidet) nos in perpetuum cum omnibus supradictis vestris usibus omnino quietas, integras et immunes conservari censemus. Decernimus vero, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium vestrum temere perturbare aut invadere, aut eius possessiones auferre, vel iniuste datas vel alienatas suis usibus vendicare, minuere, vendere, male alienare, vel temerariis vexationibus fatigare: sed si quae vero aliter, quam dictum est, factae fuerint, eas penitus irritas esse censemus. Statuimus vero, ut nullus unquam regum, nullus episcoporum, nullus hominum, in quolibet ordine et ministerio sit constitutus, audeat moleste causis eiusdem monasterii incumbere, nec homines illorum per ullam causam

Item confirmantur proprietates et pertinentiae omnes huiusmodi bonorum quae tamen a triginta annis monasterium possedisse constet.

Immunitas a cuiuscumque personae molestia;

Et ab omni saeculari vel ecclesiastica iurisdictione.

distringere; sed, ut superius legitur, tibi tuisque successoribus detinendum, et Dei cum timore regendum. Sepulturam eiusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut illorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati fuerint, nullus obsistat. Obeunte te, nunc loci eius abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Electus autem a dioecesano episcopo consecretur, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, etsi gratis ac sine omni pravitate, vel aliquo dolo vel retentu id voluerit exhibere; alioquin, ad matrem suam Ecclesiam Romanam vel ad Romanum Pontificem recurrat, aut ab alio, quem maluerit, episcopo catholico de speciali mandato nostro sine aliquo strepitu consecretur. Eadem auctoritate de ordinationibus fratrum clericorum suorum, de altarium sive basilicarum decernimus consecratione. Statuimus, quod abbas possit clericos suos interdicere, corrigere et excommunicare, si causa evidens extiterit, Deum tamen prae oculis habendo. Baptisma vero assuetum monasterio et suis Ecclesiis confirmamus. Et si abbas vel monachus, vel qualiscumque clericus vel laicus ipsius monasterii, et suis Ecclesiis, ab archiepiscopo, vel a dioecesano episcopo, vel a quibuscumque praesulibus vel personis ecclesiasticis iuste vel iniuste interdictus, vel excommunicatus fuerit, a nostra apostolica auctoritate omnino exinde permaneat absolutus. Decernimus itaque, ut sicut idem monasterium cum maenibus suis specialiter beati Petri iuris et proprietatis existit, et in eo hactenus est observatum, nulli, nisi Romano Pontifici fas sit ipsum interdicto supponere, aut excommunicationis vinculo innodare. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica praestitae protectionis et debitae libertatis, pro ecclesia Sancti Pauli singulis annis bizantium unum Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Libertas sepulturae.

Electionem vero abbatis ad solos monachos pertinere statuitur;

Eiusque consecrationem, altarium, et clericorum ordinationem ad episcopum loci, quatenus non sit separatus ab Apostolica Sede.

Monasterium vero interdicto supponere non nisi Romano Pontifici sit liberum.

Census annuus Lateranensi palatio persolvendus.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Romae per manum Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, XVI kalendas martii, indictione XIII, anno incarnationis dominicae millesimo centesimo vigesimo, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno secundo (1).

Dat. die 14 februarii anno Domini 1121, pontif. anno III.

(1) Tam multi leguntur hac (ut dicunt) in data errores, ut quum primum legimus, de suppositione totius privilegii non dubitaverimus; sed revolventes nobiscum animo, quam diligens, quantaeque fuerit industriae vir clarissimus Baluzius in seligendis veteribus ad ecclesiasticam Hispaniae historiam astruendam accomodatis monumentis, haec tantum modo adnotanda putavimus: primo novam omnino nobis esse chronologicam hanc notam XVII *kal. martii*, numeratis enim idibus die 13 februarii, posteram diem 14 antiquo more indicatam semper vidimus hoc modo XVI *kal. martii*. Deinde mense februarii anni 1120 Callistum Romam nondum advenisse constat ex privilegio ab eodem concesso monasterio S. Sophiae, et a nobis superius allato, quod datum legitur Beneventi, ubi Pontifex ex Gallia redux usque ad annum 1121 commoratus est. Restat igitur, ut clausulam illam sic legamus: *Datum Romae etc.* XVI *kal. martii, indict.* XIV, *anno incarnat.* 1121, *pontificatus autem domini Calixti PP. II anno* III.

XV.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, ad Casauriense monasterium quomodolibet spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterii bona omnia praesentia et futura confirmantur. — Enumeratio bonorum, quae in praesenti fruitur monasterium. — Decretum pro eorumdem stabilitate; — Cum solitis clausulis praesens privilegium confirmantibus. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Gisoni abbati venerabilis monasterii S. Clementis, quod in insula Piscariensi situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae Sedis auctoritate, debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagere, et earum maxime quieti, quae specialius eidem Sedi adhaerent, ac tamquam iure proprio subiectae sunt, auxiliante Domino, providere. Ea propter petitionibus tuis, fili in Christo carissime Giso, non immerito annuendum censuimus, ut monasterium B. Clementis, cui Deo auctore præesse cognosceris, ubi videlicet gloriosissimum corpus eiusdem martyris requiescere credimus, sicut in Domini praedecessoris nostri Papae Leonis privilegio continetur, Sedis Apostolicae auctoritate muniremus. Mansuro igitur in perpetuum decreto statuimus, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium in praesenti legitime possidet, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus nominibus exprimenda: in comitatu scilicet Teatino Castrum Insulae, monasterium S. Nicolai a Caramatico, cum cellis et caeteris ad idem monasterium pertinentibus: ecclesiam S. Crucis: ecclesiam S. Martini ad Guttam: ecclesiam S. Iohannis: ecclesiam S. Cesidii: monasterium S. Trinitatis de Lapidaria: ecclesiam S. Mariae in Pesile; S. Angeli, S. Cesidii, S. Bartholomaei de Orta, et castrum Fare: in comitatu Balbensi monasterium S Trinitatis cum pertinentiis suis: in comitatu Pinnensi castrum Alanne, Bectorrita, Castellione, Olibula, Corvaria, Peselu, Roccam de Soti, Petram-Iniquam cum ecclesiis et pertinentiis suis: in eodem comitatu monasterium S. Desiderii, et ecclesiam S. Quirici cum pertinentiis suis: in comitatu Abrutino monasterium S. Clementis cum castellis, videlicet Castro-Vetere, Sancto-Vetere; Guardia cum ecclesiis et villis ad praedictum monasterium pertinentibus. Quaecumque praeterea in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus et integra conserventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino episcopo vel comiti, aut prorsus alicui hominum, facultas sit praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, aut ei aliquas exactiones imponere; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterii bona omnia praesentia et futura confirmantur.

Enumeratio bonorum, quae monasterium fruitur in praesenti.

Decretum pro eorumdem stabilitate.

Cum solitis clausulis praesens privilegium confirmantibus.

Scriptum per manum Gervasii scriniarii regionarii, et notarii sacri palatii.

(1) Ex Spicileg. Dacher. tom. v, in Chronico monast. huius.

Calixti PP. subscriptio.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum Laterani per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, quarto kalendas aprilis, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXI, pontificatus autem domni Calixti secundi Papae anno III.

Dat. die 29 martii anno Domini 1121, pontif. anno III.

XVI.

Facultas Ottoni de Castro Iringi aedificandae Ecclesiae, et construendi monasterii sub certis conditionibus (1).

SUMMARIUM

In praedio Puribergh ecclesia construenda decernitur; — Sedis Apostolicae patrocinio munitur; — Perpetua quiete in bonis omnibus fruitura declaratur; — Libertate eligendi advocatum et praelatum donatur. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, nobili et illustri viro Ottoni de Castro Iringi, salutem et apostolicam benedictionem.

In praedio Puribergh construenda ecclesia decernitur;

Devotionem tuam spectavimus, quia praedium tuum Puribergh, ubi ecclesiam in honorem apostolorum Petri et Pauli aedificare desideras, in qua videlicet regulares fratres in omnipotentis Dei servitio communiter consecrentur, B. Petro, eiusque Romanae Ecclesiae obtulisti. Eamdem itaque oblationem nos ad honorem Dei, et salutem animae tuae suscipientes, locum ipsum B. Petri patrocinio communimus. Statuimus enim, ut nullus eum occupare, nullus ibi assultus facere, vel molestias ausu temerario audeat irrogare; sed omnia, quae vel a te iam collata sunt, vel in futurum de suo iure a quibusque fidelibus conferentur, quieta et integra sub Apostolicae Sedis unimine (2) conserventur: ita tamen, ut exinde pro censu singulis quatriennariis alba cum amiciis suis Lateranensi basilicae B. Laurentii (1) persolvatur. Statuimus etiam, ut deinceps, neque tibi, neque alicui heredum tuorum, facultas sit se in praedicti loci advocatiam ingerere; sed iuxta fratrum electionem et liberam voluntatem advocatus ibi per Dei gratiam statuatur: idipsum et de praelato loci decernimus observandum. Si quis autem huic nostrae constitutioni temere, quod absit, contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit; qui vero locum ipsum et fratres in eo Domino servientes iuvare, suisque rebus honorare curaverint, omnipotentis Dei, et apostolorum eius Petri et Pauli benedictionem et gratiam, et peccatorum suorum veniam consequantur. Amen.

Sedis Apostolicae patrocinio munitur;

Perpetua quiete in bonis omnibus fruitura declaratur;

Libertate eligendi advocatum et praelatum donatur.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus collaudans confirmavi hanc litteram: per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii, III kal. aprilis indict. XIX, incarn. dominicae anno MCXXI, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno III.

Calixti PP. subscriptio.

Dat. die 30 martii anno Domini 1121, pontif. anno III.

XVII.

Monasterii Trenorciensis privilegium exemptionis ab omni saeculari potestate et episcopali iurisdictione (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Trenorc. a Calixto PP. consecrata, patrocinio Sedis Apostolicae communitur; — Liberaque ab omni decimarum vel alterius oneris solutione declaratur; — Praecipue vero ecclesia S. Valeriani, quae ab omni laicali iugo et episcopali iurisdictione eximitur. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

(1) Ex Hundii metropoli Salisburgensi. (2) Lege *munimine*. (R. T.)

(1) Forsitan *Ioannis*. (R. T.) (2) Ex Chifflet., Hist. Trenorc.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Franconi Trenorciensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Venerabilia et Deo dicata loca tanto enixius iuvare nos convenit, et fovere, quanto specialius eorum nobis cura et solicitudo divina dispositione cognoscitur imminere. Propter quod (carissime in Christo fili Franco abbas) petitioni tuae aures nostras affectu benignitatis debitae inclinamus. Et quoniam Trenorciense monasterium singulariter ad beati Petri, cuius iuris est, spectat custodiam, et quae nunc habetur ecclesia, nostris per Dei gratiam manibus consecrata est, locum eumdem singulari Apostolicae Sedis patrocinio communimus. Praesentis igitur decreti auctoritate statuimus, ut nulli deinceps episcoporum facultas sit, pro altaribus et ecclesiis, sive decimis vel etiam omnibus ad haec rite pertinentibus, quae ante interdicta antecessoris nostri sanctae memoriae Urbani Papae, vobis cognita, possedistis, seu post episcoporum concessione adquisistis, gravamen aliquod irrogare; sed sicut eorum permissione quaedam ex integro habuistis, ita et in futurum perenniter habeatis. Ipsarum quoque, quas nunc habetis Ecclesiarum decimas, quae a laicis obtinentur, si eorum potestati subtrahere vestrae religionis reverentia potuerit, ad vestram et pauperum substentationem vobis liceat possidere. Quaecumque praeterea in futurum, largiente Domino, iuste poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ad haec adiicimus, ut idem locus, in quo beati Valeriani martyris, et Sancti Filiberti confessoris corpora requiescunt, ab omni iugo saecularis potestatis liber in posterum conservetur: nec episcopo liceat cuiuscumque dioecesis, eumdem locum excommunicationis vel absolutionis vel cuiuslibet dispositionis occasionibus perturbare: aut cruces seu quaslibet exactiones novas burgo et caeteris monasterii possessionibus irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Teatinae Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et fructum hic bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ecclesia Trenorc. a Calixto PP. consecrata, patrocinio Sedis Apostolicae communitur;

Liberaque ab omni decimarum vel alterius oneris solutione declaratur;

Praecipue vero Ecclesia S. Valeriani, quae ab omni laicali iugo et episcopali iurisdictione eximitur.

Solitae clausulae.

Symbolum Pontificis.

FIRMAMENTUM EST DOMINUS TIMENTIBUS EUM.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Albae per manus Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, xv kalendas iunii, indictione xiv, incarnationis dominicae anno mcxxi, pontificatus domni Calixti Papae anno tertio.

Dat. die 18 maii anno Domini 1121, pontif. anno iii.

XVIII.

Privilegium maternitatis Ecclesiae S. Ioannis, quo sententia in Concilio Trenorciensi lata confirmatur (1).

SUMMARIUM

Privilegium maternitatis ecclesiae S. Stephani a Paschali PP. per obreptionem concessum. — Rationes ex utraque parte capitulorum allatae: — Res a Calixto, dum legationis munere fungeretur in Galliis, examinata. — Sententia desuper lata, qua maternitas ecclesiae S. Ioannis adiudicata. — Canonici S. Stephani, obtenta fraudolenter dilatione, Paschalem PP. adeunt;

(1) Ex Chifflet., Hist. Trenorc.

— Sparsisque per urbem figmentis; et privilegium pro se extorqueant. — Non multo post fraus ab eodem Paschali cognita: reassumpta causa a Calixto successore. — Privilegium Paschalis cassatur, et maternitas ecclesiae S. Ioannis adiudicatur: — Cum decreto ut ecclesia S. Stephani consuetudines illi omnes persolvat, quas priscis temporibus solvere solebat: — Item iuramentum ab utraque parte perperam factum irritatur. — Bisuntino archiepiscopo ius conceditur animadvertendi in canonicos S. Stephani, nisi huic decreto acquieverint. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Anserico Manasse decano, Stephano archidiacono, Stephano Thesaurario, Hugoni archidiacono, et caeteris Bisuntinae Ecclesiae B. Iohannis Apostoli et Evangelistae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Privilegium maternitatis ecclesiae S. Stephani a Paschali PP. per obreptionem concessum.

Decessorum statuta, sicut legitima et iusta, successorem convenit custodire: ita debet etiam male facta salubri provisione corrigere. Ea propter nos surreptionem illam, quae Domino praedecessori nostro sanctae memoriae Paschali Papae a clericis S. Stephani de maternitatis iudicio facta est, ad veritatis et iustitiae curavimus ordinem revocare. Inter vos enim, et canonicos S. Stephani, super episcopali cathedra et ecclesiastica maternitate, longo iam fuerat tempore agitata discordia. Siquidem canonici S. Stephani, ecclesiam suam matricem antiquitus extitisse, sed propter eius destructionem episcopos ad Beati Iohannis ecclesiam secessisse, prout poterant, allegabant. E contra vos Ecclesiam vestram per longa temporum spatia episcopalem sedem sine interruptione legitima possedisse, scriptorum memoria, et veterum virorum attestationibus firmabatis. Haec profecto discordia cum ad praedicti Domini nostri audientiam pervenisset, nostro eam commisit examini finiendam, eo quod ipsius vices illis in partibus gereremus: ita videlicet, ut si canonici S. Stephani quinque idoneis probare testibus possent, quod post redintegrationem Ecclesiae suae, infra annos triginta super querela hac quaestionem fecissent, per quam illorum videretur interrupta retentio, scilicet vel ante antistitem suum, vel ante Romanae legatum Ecclesiae in communi audientia hac probatione perfecta, privilegia eorum ius proprium obtinerent, et episcopalis sedes apud B. Stephani ecclesiam haberetur: alioquin vos a querela hac liberi maneretis, et episcopalem sedem, sicut prius, teneretis. Eamdem quoque ipsius negotii decisionem usque ad tunc proximam B. Mariae Assumptionem idem Dominus a nobis perfici, consummarique praecepit. Nos eius obedientes mandatis, adhibitis fratribus nostris et coepiscopis Gruceranno Lugdunensi, Hugone Gratianopolitano, Leodegario Vivariensi, Berardo Matisconensi, Stephano Eduensi, Galtero Cabilonensi, Ganceranno Lingonnensi, Pontione Belticensi, Guidone Gebennensi, Gulinco Sedunensi, et Pontio abbate Cluniacensi, et decem et septem abbatibus, atque aliis religiosis viris, apud Trenorciam utramque partem convenimus. Ubi cum pars vestra iustitiae suae allegationes ostenderet, nos probationis executionem, a praedicto Domino constitutam, a Sancti Stephani canonicis requisivimus: qui vix tandem testes aliquot, non tamen idoneos, produxerunt. Alius enim pro commisso periurio sive turpi nativitate, alius pro sacrilegio, alius pro pretii conductione, et alius pro excommunicatione, qua diu alligatus fuerat, reprobatus est. Sic praefati Beati Stephani canonici, iam suae partis causam defendere non valentes, a probatione proposita in conspectu omnium defecerunt. Tunc ex communi fratrum iudicio definitum est, vestram Beati Iohannis ecclesiam debere maternitatis praerogativam in perpetuum obtinere. Unde nos una cum eis, eamdem vestram ecclesiam ex tunc a querela illa liberam fore decrevimus, episcopalem in ea sedem permanere irrefragabiliter statuentes. Auctoritate

Rationes ex utraque parte capitulorum allatae:

Res a Calixto, dum legationis munere fungeretur in Gallia, examinata.

Sententia desuper lata, qua maternitas ecclesiae S. Ioannis adiudicata.

insuper apostolica, in cuius vocati partes solicitudinis fueramus, sub anathematis obligatione praecepimus, ut nullus eam ulterius clericus sive laicus inde inquietare, aut inquietanti favorem praesumeret ministrare. Hac promulgata ex communi deliberatione sententia, canonici Sancti Stephani ad nos secretius accesserunt, ut constituendae inter vos et illos pacis diem praefigeremus, suppliciter postulantes. In quorum verbis nos nihil prorsus versutiae opinantes, supplicationi eorumdem annuimus, et diem eis, uti postulaverant, constituimus. Mox ipsi a nobis, fraudis inito consilio, discedentes, unum ex fratribus suis, Petrum scilicet de Moneta, ad praedictum praedecessorem nostrum furtim, et nobis, nihil omnino tale opinantibus, direxerunt. Is postquam curiae se presentavit, multa ferens, et nonnulla confingens mendacia, inter caetera suggerere Domino ausus est, nos de praedicto negotio nihil fecisse, neque in eius executionem obedire mandato Sedis voluisse. In haec figmenta discedens, et rursus ad curiam rediens, reliquos secum deceptores adduxit: congregatisque eis, discussio quasi a principio facta est. Novissime quaedam illarum personarum, quae tam celebri, ut praedictum est, iudicio reprobatae fuerant, immo et aliae nequaquam idoneae, ad praefatam probationem admissae sunt. Duo ex clericis nostris, quos pro iam dicti confirmatione iudicii miseramus, advenerunt; sed cum omnia, quae acta fuerant, diligenter exponerent, proficere nullatenus potuerunt. Canonici quippe S. Stephani ita iam curiam totam figmentorum suorum fallaciis, et assentationum blandimentis asperserant, ut, aliis nullum in ea locum habentibus, ipsi scriptum maternitatis acceperint. Post aliquantum temporis illorum fraudem idem dominus et recognovisse asseritur, et super ea vehementius doluisse. Unde etiam tibi, carissime frater archiepiscope Anserice, per sui auctoritatem scripti liberam contulit facultatem episcopalia, in qua velles, Ecclesia peragendi. Postea vero quam nos in Apostolicae Sedis administrationem, divina fuimus gratia constituti, vos aures nostras super eadem querimonia iterum propulsastis: nos autem supradictam deceptionem, necnon et causam omnem plenius cognoscentes, utpote qui ab ipso pueritiae nostrae tempore in illis educati partibus fuimus, et nostris totius rei veritatem oculis vidimus, utramque partem ad nostram secundo praesentiam convocavimus. Vos, ut mandatum fuerat, convenistis; sed illi se nullis praemissis excusationibus subtraxerunt. Tertio tandem terminum tam eis quam vobis in B. Lucae festivitate praefiximus; sed in parte altera etiam hac vice contempti sumus. Cum enim vos praesentes fueritis, et per quindecim dies in curia permanentes, terminum transieritis, illi nec venerunt, nec responsales aliquos transmiserunt. Quamobrem fratribus nostris episcopis et cardinalibus, nec non archiepiscopis, episcopis, et abbatibus, qui nobiscum aderant, visum est, B. Stephani canonicos diffugium petiisse, ne coram nobis negotium tractaretur, qui et ipsorum dolositatem, et iustitiae vestrae puritatem certissime sciebamus. Ex communi ergo eorumdem fratrum nostrorum consilio, illud maternitatis scriptum, quod per tantae fraudis versutiam saepedicto domino nostro surreptum est, apostolica auctoritate cassamus: statuentes, ut nullam in posterum vim prorsus obtineat; sed in tota Bisuntinae civitatis parrochia, sola B. Iohannis ecclesia omnem episcopalis sedis et matricis Ecclesiae possideat futuris temporibus dignitatem, quam priscis cognoscitur temporibus possedisse. Porro consuetudines omnes, quas ecclesia S. Stephani a tempore Hugonis Salinensis bonae memoriae Bisuntini archiepiscopi, usque ad tempora fratris nostri Hugonis qui in Ierosolymitana peregrinatione defunctus est, tam in spiritualibus Ecclesiae, quam temporalibus, vestrae per-

Canonici S. Stephani, obtenta fraudulenter dilatione, Paschalem PP. adeunt;

Sparsisque per urbem figmentis; et privilegium pro se extorquent

Non multo post fraus ab eodem Paschali cognita; reassumpta causa a Calixto successore.

Privilegium Paschalis cassatur, et maternitas ecclesiae S. Ioannis adiudicatur;

Cum decreto ut ecclesia S. Stephani consuetudines illi omnes persolvat, quas priscis temporibus solvere solebat:

solvit quiete vobis deinceps, et eidem vestrae Ecclesiae persolvantur. Ad haec, absolutionem, quae tam a te, carissime in Christo frater et episcope Anserice, quam ab Humbaldo Lugdunensi archiepiscopo, super iuramento illo, clericis utriusque Ecclesiae facto, a nobis, dum adhuc in partibus ultramontanis essemus, confirmata est, praesentis quoque decreti pagina roboramus, et ratam perpetuo manere decernimus: auctoritate Sedis Apostolicae statuentes, et omnimodis praecipientes, ut neque vos Sancti Stephani canonicos, neque ipsi, aut quaelibet persona, vos ulterius super iuramento illo praesumat impetere. Si nostrae igitur sanctioni huic B. Stephani canonici audaci praesumptione contraire tentaverint, tibi, dilecte in Christo frater Anserice Bisuntine archiepiscope, tuisque successoribus, licentiam damus, de personis eorum, et de ipsa etiam Ecclesia, cooperante Deo, donec satisfecerint, iustitiam exequendi. Si qua etiam in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem B. Iohannis Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Item iuramentum ab utraque parte perperam factum irritatur.

Bisuntino archiepiscopo ius conceditur animadvertendi in canonicos S. Stephani, nisi huic decreto acquieverint.

Solitae clausulae.

Scriptum per manum Gervasii scriniarii regionarii sacri palatii.

Datum Lateraui XIV kal. aprilis, indict. XV, incarnationis dominicae anno MCXXII, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno IV.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episc., ss.

Calixti PP. subscriptio.

Dat. die 19 martii anno Domini 1122, pontif. anno IV.

XIX.

Approbatio instituti regularis canonicorum Ecclesiae S. Martini in Barchgetesgaden Salisburgen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur institutum regulare. — Obedientia praeposito per canonicos praestanda: — Et subiectio episcopo loci ordinario. — Advocati electionem ad canonicos spectare declaratur. — Decretum immunitatis a quacumque molestia, etc. — Census annuus Lateranensi palatio per eos persolvendus. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Eberquino praeposito, et eius fratribus in Ecclesia Sanctorum Iohannis et Martini quae in Salisburgensi pago, in loco videlicet, qui Barchgetes gaden dicitur, sita est, regularem vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Praeceptum Domini habemus intrare per angustam portam, quia angusta via est, quae ducit ad vitam (*a*). Quia ergo vos, o filii in Christo dilectissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitae disciplina coercere, et ut angustam ingredi valeatis portam, communiter secundum sanctorum Patrum constitutionem, omnipotenti Domino deservire proposuistis: votis vestris paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni vestrae benignitatis debitae impertientes assensum, religionis propositum praesentis privilegii auctoritate firmamus. Statuimus enim, ut nulli omnino hominum liceat vitae canonicae ordinem, quem professi estis, in vestra Ecclesia commutare. Nemini etiam professionis vestrae facultas sit, alicuius levitatis instinctu,

Confirmatur institutum regulare.

(1) Ex Hundii Metropoli Salisburgensi. (*a*) Luc. XIII et Matth. VII.

vel arctioris religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit, nullus eum episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium literarum cautione suscipiat: quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino praestante, viguerit. Sane iuris ecclesiastici sacramenta a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire antistitem. Porro loci vestri advocatiam sine praepositi et fratrum consensu, aut a fundatorum haeredibus, aut quibuslibet aliis occupari, omnibus prohibemus. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, praedictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis, aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem monasterio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Obedientia praeposito per canonicos praestanda.

Et subiectio episcopo loci ordinario.

Advocati electionem ad canonicos spectare declaratur.

Decretum immunitatis a quacumque molestia, etc.

Census annuus Lateranensi palatio per eos persolvendus.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Chrysogoni sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, VII idus maii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXII, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno IV.

Dat. die 9 maii anno Domini 1122, pontif. anno IV.

XX.

Oldegarius, Tarraconensis archiepiscopus, legatus Sedis Apostolicae ad exercitum, contra Saracenos in Hispaniis paratum, constituitur (1).

SUMMARIUM

Hispaniarum Ecclesia quanta mala experta sit a Paganorum oppressione. — Peccatorum remissio omnibus in expeditione contra eosdem militantibus. — Cruce signati. — Oldegarii Sedis Apostolicae legati, quae sit facultas, et quae praestanda obedientia.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, omnibus episcopis, regibus, comitibus, principibus, caeterisque Dei fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Pastoralis officii, nobis a Deo commissi, solicitudo exposcit, ut omni vigilantia et circumspectione gregem Dominicum pascamus. Hispaniarum siquidem Ecclesia quantis calamitatibus, quantisque filiorum Dei mortibus per Paganorum oppressionem assidue conteritur, neminem vestrum latere credimus. Ea propter dilectionem vestram, tamquam Deo, cuius legatione fungimur, exhortante per nos, admonemus, et tamquam carissimos, precibus, quibus possumus, incitamus, quatenus ad fratrum defensionem, et Ecclesiarum liberationem nullatenus desistatis. Omnibus enim in hac expeditione constanter militantibus, eamdem peccatorum remissionem, quam orientalis Ecclesiae defensoribus fecimus, auctori-

Hispaniarum Ecclesia quanta mala experta sit a Paganorum oppressione.

Peccatorum remissio omnibus in expeditione militantibus contra eosdem.

(1) Descript. a Diago ex archiv. cathedralis Barcinonen. lib. I Antiquit. fol. 22; edidit Bollandus Act. SS. mensis martii, die VI, in fine cap. III Vitae S. Oldegarii.

Cruce signati.

tate apostolica, et concessa nobis divinitus potestate, benigne concedimus. Illos autem, qui signum Crucis suis vestibus hac de causa imposuerunt, si ab hoc Paschate usque ad aliud, votum suum persolvere non sategerint, a gremio deinceps sanctae Ecclesiae, donec satisfaciant, summovemus. Verum quoniam exercitum vestrum per nos, ut desideraremus, visitare nequimus, carissimum fratrem nostrum Oldegarium, Tarraconensem archiepiscopum, ad idem ex latere nostro delegare curavimus, nostras ei vices in hoc specialiter committentes, ut ipsius consilio et dispositione corrigenda corrigantur, et confirmanda, cooperante Domino, confirmiter (1); si quae vero dubia in exercitu eodem emerserint, ipsius experientia terminentur. Ipsum itaque dilectioni vestrae attentius commendamus; rogantes ut illam in vobis inveniat caritatem, quae nos ad eum vobis committendum compellit. Omnipotens Dominus beatorum suorum apostolorum meritis sua vos miseratione custodiat, et ad gloriosam de inimicis christianorum victoriam et felicem consummationem pervenire concedat.

Oldegarii Sedis Apostolicae legati, quae sit facultas, et quae praestanda obedientia.

Dat. Laterani IV non. aprilis.

Dat. die 2 aprilis anno Domini 1122, pontif. anno IV.

XXI.

Privilegium canonicis Veronensibus concessum (2).

SUMMARIUM

Enumerantur bona Veronensis Ecclesiae, eaque confirmantur. — Decretum immunitatis. — Privilegia Ecclesiae eidem concessa a praedecess. PP. firma permaneant. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Theobaldo archipresbytero, et caeteris Veronensis Ecclesiae canonicis, tam praesentibus, quam futuris, in perpetuum.

Sicut iniusta poscentibus etc., et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda, ecclesias videlicet Sancti Georgii, Sancti Ioannis Baptistae, S. Andreae, S. Clementis, S. Ceciliae, Sancti Faustini, Sancti Firmi cum capella, et Sancti Pauli: in Burgo ecclesias Sancti Ioannis Baptistae, Sancti Petri in Cornario et Sancti Iohannis in Quintiano: castrum de Bruno cum capellis et reliquis pertinentiis suis; castrum Gratianae, Martianae et Puliani, Biunde, Porcile et Calmasinum cum capellis et caeteris pertinentiis eorum: villam Quinti et locum qui dicitur Villa, cum capellis earum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat vestram Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, etiam pro eorum substentatione, pro quibus concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ad haec adiicientes censemus, ut distributionem beneficiorum canonicae vestrae nullus impedire, inquietare, vel sibi audeat vindicare; sed sicut praeteritis temporibus constituta, et praedecessorum nostrorum privilegiis roborata est, ita et imposterum, auxiliante Deo, firma et inviolabilis perseveret. Nulli etiam vestrum facultas sit beneficia, quae capituli solent largitione distribui, de alterius manu suscipere; sed pristina in eis consuetudo futuris temporibus conservetur. Praesenti praeterea decreto sancimus, ut si personae idoneae in Ecclesia vestra repertae fuerint, nullus de alia Ecclesia in archipresbyt. vel archidiaconum praeferatur; quod si archipresbyterum vel archidiaconum uno simul tempore obire contigerit, donec alii substituantur, eorum vices beneficiorum distributionibus per praepositum suppleantur, quemadmodum et in collatis Ecclesiae vestrae praedecessorum nostrorum privilegiis continetur. Si qua igitur in futurum, etc.

Enumerantur bona Veronensis Eccl eaque confirmantur.

Decretum immunitatis.

Privilegia Ecclesiae eidem concessa a praedecessore PP. firma permaneant.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episc.

Calixti PP. subscriptio.

(1) Forte *confirmentur*. (B. T.) (2) Ex Ughellio.

Datum in territorio Palinensi XVIII kal. iulii, indictione XV, incarnationis dominicae anno MCXXII, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno IV, per manum Chrysogoni diaconi et cancellarii sanctae Apostolicae Sedis.

Dat. die 14 iunii anno Domini 1122, pontif. anno IV.

XXII.

Reconciliatio Henrici V imperatoris cum sancta et catholica Ecclesia Romana.

SUMMARIUM

Laetatur Pontifex de reconciliatione Henrici quinti imperatoris. — Commendat bona consilia; eumque salutaribus monitis adhortatur. — Bona omina pro eius felicitate nomine etiam episcoporum, cardinalium ac totius cleri romani auspicatur.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Henrico glorioso Romanorum Imperatori Augusto, salutem et apostolicam benedictionem.

Laetatur Pontifex de reconciliatione Henrici quinti imperatoris.

Omnipotenti Domino Deo nostro omnium bonorum laudes et gratias agimus, qui per immensam bonitatis suae clementiam cor tuum aspiratione sui spiritus illustravit, et te iam dudum nimium reluctantem, nunc tandem ad Ecclesiae gremium revocavit. Siquidem, prout dilecti filii nostri, et diaconi cardinalis, et fidelium nunciorum tuorum relatione, ac literarum lectione percepimus, sano usus consilio, nostris, et Ecclesiae catholicae salutaribus monitis humiliter obedisti. Et nos ergo in beati Petri filium paternae affectionis brachiis te suscipimus, et personam tuam, et imperium tanto deinceps amplius et benignius diligere, ac divina praeeunte gratia honorare optamus, quanto devotius prae tuis modernis praedecessoribus Romanae Ecclesiae obedisti, et quanto specialius carnis es nobis consanguinitate coniunctus. Age ergo, fili carissime, ut et tu nobis, et nos te fruamur in Domino. Perpendat imperialis excellentia tua quantum diuturna Ecclesiae, imperiique discordia, Europae fidelibus intulerit detrimentum, et quantum nostra pax afferre poterit boni fructus, Domino cooperante, incrementum. Sane de statu nostro noverit tua dilectio, quia licet nos graviter quandoque infirmi fuerimus, nunc tamen per Dei gratiam incolumes sumus; et tuam tam animae quam corporis sanitatem per omnia desideramus. De iis autem, quae viva voce referenda praedictis fidelibus nuntiis tuis commisisti, per eosdem, quid nobis et nostris videatur fratribus, respondemus. Legatos itaque nostros, qui apud vos sunt, benevolentiae vestrae attentius commendantes rogamus, ut quia concilium indictum a nobis accelerat, cito eos ad nos Domino largiente remittas. Tuos vero legatos ita instructos dirigas, ut iuxta promissum tuum, regalia in integrum Ecclesiae Romanae restituant. Ad haec pro nepote nostro Metensi episcopo, et fratribus eius, gratias tuae benignitati refecimus, quoniam in iis primitias bonitatis tuae cognovimus. Illa enim bonae voluntatis pax esse conspicitur, ex qua bonae voluntatis opera demonstrantur. Fratres enim episcopi cardinales, et totus romanus clerus una nobiscum te, et principes, et barones tuos salutant, divinae maiestatis misericordiam deprecantes, ut vos ad honorem suum, et Ecclesiae spem in longum custodiat.

Commendat bona consilia; eumque salutaribus monitis adhortatur.

Bona omina pro eius felicitate nomine etiam episcoporum, cardinalium ac totius cleri romani auspicatur.

Datum Laterani idibus decembris.

Dat. die 13 decembris.

Sequitur restitutio investiturarum, ab Henrico imperatore facta.

SUMMARIUM

Henrici imperatoris restitutio investiturarum Ecclesiarum omnium, et possessionum ablatarum. — Suum promittit auxilium. — Subscriptiones principum.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis

Ego Henricus, Dei gratia Romanorum imperator Augustus, pro amore Dei et

Henrici imperatoris restitutio investitu-

rarum Ecclesiarum omnium, et possessionum ablatarum.

sanctae Romanae Ecclesiae, et domini Papae Callisti, et pro remedio animae meae, dimitto Deo, et sanctis eius apostolis Petro et Paulo, ac sanctae catholicae Ecclesiae, omnem investituram per annulum et baculum; et concedo, in omnibus Ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem, possessiones, et regalia beati Petri, quae a principio huius discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore Patris mei, sive etiam meo, ablata sunt: quae habeo eidem sanctae Romanae Ecclesiae restituo; quae autem non habeo, ut restituantur, fideliter adiuvabo: possessiones etiam omnium aliarum, et principum, et aliorum tam clericorum quam laicorum, consilio principum. Et do veram pacem domino Papae Calisto, sanctae Romanae Ecclesiae, et omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt; et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo: et in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi iustitiam faciam.

Suum promittit auxilium

Subscriptiones.

Adalbertus Moguntinus archiepiscopus.
Fridericus Coloniensis archiepiscopus.
Ratisbonensis episcopus.
Otho Bambergensis episcopus.
Bruno Spirensis episcopus.
A. Augustensis episcopus.
G. Traiectensis episcopus.
E. Abbas Fuldensis.
Northmannus dux.
Fridericus dux.
Bonifacius marchio.
Theobaldus marchio.
Cynulphus comes.
Obertus comes.
A. Berengario comes.
Godefridus comes.

Ego Fridericus Coloniensis episcopus, et cancellarius, recognovi.

Subsequitur Calixti Papae II restitutio regaliorum Henrico imperatori facta.

SUMMARIUM

Calixti PP. II restitutio regaliorum, tantum per sceptrum. — Pacem et veniam Pontifex ei praebet.

Calixti PP. II restitutio regaliorum, tantum per sceptrum.

Ego Calixtus servus servorum Dei dilecto filio suo Enrico, Dei gratia Romanorum imperatori Augusto, concedo electiones episcoporum et abbatum Theutonici regni, qui ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri absque simonia et aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et provincialium consilio vel iudicio, saniori parti assensum, et auxilium praebeas. Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, et quae ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii, consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat; de quibus vero mihi querimoniam feceris, et auxilium meum praestabo. Do tibi veram pacem, et omnibus, qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore huius discordiae.

Pacem et veniam Pontifex ei praebet

Data anno MCXXII IX kal. octobris.

Dat. die 23 septembris anno Domini 1122, pontif. anno II.

XXIII.

Confirmatio dignitatis primatialis Toletanae Ecclesiae, cum declaratione, ut eidem subiectae sint Hispaniarum Ecclesiae omnes, quae suos amiserunt episcopos post Saracenorum incursiones (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Toletana Ecclesia per Ildefonsum regem de Saracenorum manibus vindicata a Summis Pontificibus pristinae reddita dignitati: — A Calixto PP. antiquis donatur privilegiis. — Cum declaratione iuris primatialis. — Confirmantur eidem antiqui termini, ecclesiaeque subiectae: — Eæque, quae proprios amisere

(1) Ex Casteioni opere de Primatu Toletano.

metropolitanos; — Donec tamen in pristinum statum redigantur. — Solitae clausulae.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Bernardo Toletano primati, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Postquam supernae miserationis dignatio insignem quondam, et inter Hispaniarum urbes magni nominis, civitatem Toletanam, studio et labore gloriosae memoriae regis Ildefonsi de Saracenorum tyrannide liberaverunt, domini praedecessores nostri sanctae recordationis Urbanus, et Paschalis, Ecclesiae Romanae Pontifices, eiusdem civitatis Ecclesiam pristinae studuerunt restituere dignitati. Unde, reverendissime frater et coepiscope Bernarde, pallium tibi, pontificalis videlicet officii plenitudinem, conferentes, in totis Hispaniarum regnis primatem te privilegiorum suorum sanctionibus statuerunt: sicut praedecessores tuos praedictae urbis Pontifices constat antiquitus extitisse: quorum nimirum patrum nostrorum vestigiis insistentes, tam tuis, quam et reverendissimi nepotis nostri Ildefonsi regis precibus, duximus annuendum, ut authore Domino, eumdem tibi, tuisque successoribus honorem, et per vos Toletanae Ecclesiae confirmemus. Apostolica igitur auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum regna primatus obtineas dignitatem. Verum personam tuam in manu nostra propensiori gratia retinentes, censemus, ut solius Romani Pontificis iudicio eius causa, si qua fuerit, decidatur. Te itaque universi Hispaniarum praesules primatem respicient; et ad te, si quid inter eos quaestione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Romanae Ecclesiae auctoritate, et salvis metropolitanorum privilegiis singulorum. Sane Toletanam Ecclesiam praesentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei parochiam cum terminis suis, necnon et ecclesias omnes, atque dioeceses, quas iure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes: episcopales praeterea sedes Ovetum, Legionem, Palentiam eidem Toletanae Ecclesiae, tamquam metropoli, subditas esse decernimus: reliquas vero, quae antiquis ei temporibus subiacebant, cum Dominus omnipotens christianorum restituerit potestati, suae dignatione misericordiae, ad caput proprium referendas decreti huius authoritate sancimus. Porro illarum dioeceses civitatum, quae, Sarracenis invadentibus, metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestrae subiicimus ditioni, ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi, ut proprio, debeant subiacere: salvo tenore privilegii, quod a nobis Compostellanae Ecclesiae Pontifici est collatum. Si qua autem metropoles in statum fuerit proprium restituta, suo quaeque dioecesis metropolitano restituatur, ut sub proprii pastoris regimine super divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem monasterio (1) iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Toletana Ecclesia per Ildefonsum regem de manibus Saracenorum vindicata a Summis Pontificibus pristinae reddita dignitati.

A Calixto PP. antiquis donatur privilegiis.

Cum declaratione iuris primatialis.

Confirmantur eidem antiqui termini, ecclesiaeque subiectae.

Eaque, quae proprios amiserunt metropolitanos;

Donec tamen in pristinum statum redigantur.

Solitae clausulae

Datum Mantiae, per manum Chrysogoni S. R. E. diac. cardinalis, ac bibliothecarii, III nonas novembris, indictione XV, incarnationis dominicae anno MCXXII, pontificatus autem domini Calixti II Papae anno IV.

Dat. die 3 novembris anno Domini 1122, pontif. anno IV.

(1) Lege *metropolitanae Ecclesiae*. (R. T.)

XXIV.

Approbatio instituti regularis canonicorum Bernriedensium in ecclesia Sancti Martini Augusten. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia S. Martini, et canonici sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur; — Bonaque omnia ad eos spectantia confirmantur; — Cum decreto omnimodae exemptionis a quacumque molestia. — Electio praepositi a canonicis facienda. — Regularis disciplinae observantia iniungitur. — Annuus census altari B. Petri Laterani persolvendus. — Solitae clausulae.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Othoni praeposito, et eius fratribus in B. Martini Ecclesia regularem vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio facilem sortiatur effectum. Eapropter nos, tam vestris, quam nobilis viri Ottonis precibus inclinati, ecclesiam vestram in honorem Domini Salvatoris et B. Martini intra episcopatum Augustensem, in loco, qui dicitur Bernried, constructam, in qua sub regularis vitae observantia et canonici ordinis disciplina, omnipotenti Domino servire decrevistis, in B. Petri et Romanae Ecclesiae tutelam, protectionemque suscipimus, et Sedis Apostolicae patrocinio communimus. Statuimus enim, ut omnia, quae illi vel ab eodem Ottone et uxore eius Adelheide, vel ab aliis fidelibus de suo iure aut iam collata sunt, aut in posterum largiente Domino conferentur, quieta vobis vestrisque successoribus in eadem religione mansuris, et illibata permaneant. Decernimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus vexare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Augustensis episcopi reverentia. Praepositorum vero libera et canonica, maxime de eadem, vel de qualicumque spirituali congregatione, fiat electio: et post professionem iuste exhibitam, nemini vestrum liceat proprium quid habere nec sine praepositi vel congregationis licentia de claustro discedere, ut in eo, quod assumpsistis, proposito, largiente Domino, constanter in perpetuum maneatis. Advocati etiam et defensores eidem cellae utiles ab ipsius loci fratribus provideantur et libere eligantur. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis, albam cum cingulo et amictum B. Petro in Lateranensis palatii cappella singulis trienniis persolvetis. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem monasteriis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Ecclesia S. Martini, et canonici sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur;

Bonaque omnia ad eos spectantia confirmantur;

Cum decreto omnimodae exemptionis a quacumque molest a.

Electio praepositi a canonicis facienda.

Regularis disciplinae observantia iniungitur.

Annuus census altari beati Petri Laterani persolvendus.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Hugonis Sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, II idus novembris, indictione prima, incarnationis dominicae anno MCXXII, pontificatus autem domini Calixti Papae anno IV.

Dat. die 4 novembris anno Domini 1122, pontif. anno IV.

(1) Ex Hundii Metropoli Salisburgensi.

XXV.

Militensis Ecclesia ab archiepiscopi iurisdictione eximitur, Sanctaeque Sedi immediate subiicitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Episcopi Militenses a solo Romano Pontifice consecrandi. — Eisque Bibonensis et Tauronensis Ecclesiae subiiciuntur. — Decretum immunitatis a quacumque vi et molestia, etc. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili patri Gaufrido Militensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortamur auctoritate, pro Ecclesiarum statu solicitos esse, et, quae recte statuta sunt, stabilire. Proinde, charissime in Christo frater Gaufride episcope, tuis petitionibus annuentes, et praedecessorum nostrorum sa. mem. Gregorii VII et Urbani II, Ecclesiae Romanae Pontificum, statuta firmantes, praesentis privilegii stabilitate sancimus, ut Militensis Ecclesia sub iure Sedis Apostolicae specialiter perseveret, omnesque successores tui; quemadmodum et successores tui per manus Romani Pontificis consecrentur. Auctoritate etiam apostolica confirmamus, ut Bibonensis in Militensem translata, sicut praedictorum praedecessorum nostrorum privilegiis decretum est, maneat in perpetuum: addentes etiam, ut Tauranensis Ecclesia, quae peccatis accolarum exigentibus, desolata est, in dioecesim Militens. cedat, et Militensi deinceps episcopo subiecta permaneat: ut una utriusque, Bibonensis scilicet et Tauranensis Ecclesiae dioecesis habeatur, et deinceps Militensis vocabulo nuncupetur. Nulli ergo omnino hominum liceat eamdem Militensem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed universa, quae concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis modis, aut in praesenti possidet, aut in futurum, largiente Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; praesertim quae ad Bibonensem et Tauranensem Ecclesias, sive in possessione, sive in regimine, iuste visa sunt pertinere. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Episcopi Militenses a solo Romano Pontifice consecrandi.

Eisque Bibonensis et Tauronensis Ecclesiae subiiciuntur.

Decretum immunitatis a quacumque vi et molestia, etc.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus, catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Chrysogoni catholicae Romanae Ecclesiae diaconus cardinalis, ac bibliothecarii, x kal. ianuarii, indictione xi, incarnationis dominicae anno mcxxii, pontificatus autem domini Calixti II anno iv.

Dat. die 23 decembris anno Domini 1122, pontif. anno iv.

(1) Ab originali edidit Ughell., Ital. Sac. tom. I, col. 151.

XXVI.

Ecclesia S. Theodori de Rocha Bovicorit, a Willermo Petragoriensi episcopo donata monasterio Cluniacensi, eidem confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Cluniacense privilegiis a Romanis Pontificibus ornatum. — Concessio quae confirmatur. — Clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

(1) Edidit Marrier, Biblioth. Cluniac., col. 584.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Pontio abbati Cluniacensi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Religionis monasticae modernis temporibus speculum, et in Galliarum partibus documentum, Beati Petri Cluniacense monasterium, ab ipso suae fundationis exordio Sedi Apostolicae in ius proprium est oblatum: proinde patres nostri sanctae recordationis Iohannes XI, et alii usque ad nostra tempora Ecclesiae Romanae Pontifices, locum ipsum singularis dilectionis ac libertatis praerogativa donarunt, et universa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus munierunt. Propterea, fili in Christo beatissime Ponti, quem nos, in Viennensis Ecclesiae regimine positi, nostris per Dei gratiam manibus in abbatem consecravimus, et personam tuam, et locum, cui Deo auctore praesides, totis dilectionis visceribus amplectentes, quieti vestrae, et Ecclesiarum vestrarum attentius providentes, ecclesiam Sancti Theodori de Rocha Rovicorit (1) cum omnibus pertinentiis suis, laudantibus ipsius Ecclesiae clericis, a venerabili fratre nostro Willermo, Petragoricensi episcopo, tibi et Ecclesiae Cluniacensi humiliter et devote donatam, auctoritate apostolica tam tibi quam successoribus tuis, perpetuis temporibus confirmamus, et praesentis privilegii pagina communimus. Si quis igitur ausu temerario, impiaque praesumptione contra Deum, et sanctos eius apostolos, contraque animam suam, hoc nostrae apostolicae auctoritatis privilegium in aliquo infringere tentaverit, incunctanter se noverit nostrae apostolicae maledictionis aculeo transpunctum, nostrae apostolicae excommunicationis telo perfossum, nostri etiam apostolici anathematis gladio transverberatum; nec, nisi per dignam satisfactionem saluti pristinae reparandum. Ei ergo qui conservator extiterit, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiat, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen, amen, amen.

Monasterium Cluniac. privilegiis a Romanis pontificibus ornatum.

Concessio quae confirmatur.

Clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Chrysogoni S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii, v kal. ianuarii, ind. xv, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno iv.

Dat. die 28 decembris anno Domini 1122, pontif. Calixti anno iv.

(1) Legendum fortasse *Bovicorit*. (R. T.)

XXVII.

Monopolitana Ecclesia soli Apostolicae Ecclesiae subiecta declaratur; eiusque episcopus clero populoque eligendus conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monopolitana Ecclesia soli Apostolicae Sedi subiecta. — Suis in bonis confirmatur. — Episcopi electio clero populoque facienda conceditur. — Dignitatis privationi et excommunicationi subiicitur quicumque praesens diploma violaverit. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dil. fratri Nicolao Monopolitano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus; sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Quia igitur dilectio tua, ad Sedis Apostolicae portum confugiens, iteratam eius tuitionem devotione debita requisivit, nos supplicationi tuae clementer annuentes, et dictam Monopolitanam Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, decreti praesentis

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac. tom. I, col. 963.

Monopolitana Ecclesia soli Apostolicae Sedi subiecta.

authoritate munimus. Statuimus enim, ut eadem Ecclesia nulli alii praeter Apostolicam Sedem subiectionis reverentiam debeat, sicut per apostolicae memoriae praedecessorum nostrorum (1) Urbanum II in Beneventana synodo definitum, et privilegii testimonio confirmatum, necnon et a sa. recordationis Paschali Papa privilegii munimine roboratum est. Te igitur tuosque successores, huius libertatis gratia perfruentes, sub solius Apostolicae Sedis obedientia in perpetuum manere decernimus; statuentes, ut quaecumque Monopolitana Ecclesia hactenus iuste possedit, aut hodie possidet: sive in futurum iuste et canonice poterit adipisci in castellis, villis, sylvis, in ecclesiis, in monasteriis, caeterisque possessionibus, tibi tuisque successoribus episcopali iure regenda semper, ac disponenda serventur: salva in omnibus Romanae et Apostolicae Ecclesiae reverentia. Obeunte te, vel tuorum quolibet successorum, clero populoque Monopolitano facultas sit, semota omni pravitate, episcopum canonice eligendi; electus autem, a Romano Pontifice consecrabitur. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex, aut ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Sois in bonis confirmatur.

Episcopi electio clero populoque facienda conceditur.

Dignitatis privationi et excommunicationi subiicitur quicumque praesens diploma violaverit.

(1) Legendum putamus *praedecessorem nostrum*. (R. T.)

Ego CALIXTUS, catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Hugonis sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, XI kal. aprilis, indictione prima, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti secundi PP. V.

Dat. die 22 martii anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXVIII.

Monasterium S. Macharii monasterio S. Crucis Burdigalen. subiectum declaratur (1).

SUMMARIUM

Controversia inter monachos utriusque monasterii super subiectione alterutrius. — Monachi S. Macharii a Burdigalensi archiep. evocati; et inobedientes excommunicati. — A legato Sedis Apostolicae subreptione virgam pastoralem obtinent. — Hinc citati ad Concilium, — Causaque cognita, monasterio S. Crucis subiiciuntur; — Cum decreto restitutionis virgae, et poenae excommunicationis, donec ad abbatis S. Crucis obedientiam revertantur. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Androni, et monachis S. Crucis, salutem et apostolicam benedictionem.

Controversia inter monachos utriusque monasterii super subiectione alterutrius.

Inter vos et monachos Sancti Macharii de subiectione et obedientia querimonia est agitata. Et quidem vos, fratres illos in religione, vestrique subiectione coenobii pertinere iuxta vestram consuetudinem volebatis. Ipsi autem, rebelles vobis et inobedientes effecti, a vestra se subiectione subtrahere nitebantur; proinde a Burdegalensi archiepiscopo evocati, ad praesentiam eius venerunt. Sed ipsius, et religiosorum abbatum ac monachorum, qui aderant, obedire iudicio contempserunt; qua de re ab ipso excommunicati sunt. Tunc illi magis se contra vos erigentes, ad legatum nostrum Girardum

Monachi S. Macarii a Burdigalensi archiep. evocati; et inobedientes excommunicati;

A legato Sedis Apostolicae

(1) Inter Instrumenta Ecclesiae Burdigalen. num. 51 edidit Dionysius Sammarth. Gall. Christ. tom. 2.

subreptione virgam pastoralem obtinent.

Engolismensem episcopum perrexerunt, et ab eo virgam quamdam, pastoralem dictam, quibusdam subreptionibus acceperunt: cuius virgae occasione S. Macharii ecclesiam per se abbatiam esse liberam voluerunt, sicut monasterium Sanctae Crucis existit. Deinde archiepiscopus, ad nostrum concilium evocatus, eos mandatis suis et monitis evocavit, ut de transgressione hac in nostra praesentia responderent. Cum autem utrique ad nostram praesentiam venissetis, et illi a nobis inducias postulassent, diem utrique parti praefiximus, qua coram nobis et nostris fratribus querimonia sopiretur. Die igitur constituta vos affuistis, sed altera pars se a nostro conspectu absentavit. Nobis ergo, et fratribus nostris, iustum et rationabile visum est, ut neque vos vestra fraudari iustitia, neque illi de sua debuissent lucrari absentia. Idcirco in generali fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, et aliorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ac religiosorum virorum concilio, collaudavimus, ut praedicta S. Macharii ecclesia, sicut ab antiquo fuit, ita in posterum in vestri monasterii sit obedientia et dispositione subiecta: ille vero baculus, sive subreptionis virga, in vestrum dominium redigatur, et ne aliquod de caetero scandalum moveat, omnino frangatur. Si quis autem hanc nostram et generalis concilii constitutionem et collaudationem aliqua temeritas (1) infregerit, Sancti Spiritus iudicio, et indignationi Sedis Apostolicae subiacebit. Monachi autem Sancti Macharii excommunicatione, qua a nobis et archiepiscopo percussi sunt, tamdiu teneantur, donec ad abbatis S. Crucis obedientiam revertantur.

Hinc citati ad Concilium;

Causaque cognita monasterio S. Crucis subiiciuntur;

Cum decreto restitutionis virgae, et poenae excommunicationis donec ad abbatis S. Crucis obedientiam revertantur.

Calixti PP. subscriptio.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episc.

Datum Laterani per manum Hugonis S. R. E. subd. III kal. aprilis, ind. I, incarnat. dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem D. Calixti secundi PP., V.

Dat. die 30 martii anno Domini 1123, pontif. anno V.

(1) Forsitan *temeritate*. (R. T.)

XXIX.

Confirmatio iurium omnium Panormitanae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur Panor. Ecclesiae bona omnia, pertinentiae, etc.; — Donationes principum, et diplomata Pontificum. — Petro archiep. pallium conceditur; cum gravi adhortatione ex materia ipsa, et dignitate pallii eiusdem desumpta. — Clausulae confirmatoriae paginae huius. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro archiepiscopo, a nobis de Squillatina Ecclesia in Panormitanam translato, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis votis assensum praebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae custodes atque praecones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente conspicimur. Tuis igitur, frater in Christo carissime Petre archiepiscope, iustis petitionibus annuentes, sanctam Panormitanam Ecclesiam, cui auctore Domino, per nos institutus praesides, auctoritate Sedis Apostolicae communimus; statuimus enim, ut Panormum, Misiliminum, Cornelianum, Bicaris (2), Therme cum pertinentiis suis, et possessiones, et coloni, decimae, et episcopalia iura ipsius parochiae, nec non et omnia quae terrae principes, et alii fideles viri de iure suo eidem Ecclesiae contulerunt, et quae ipsi Ecclesiae iure antiquo pertinere videntur, quieta et libera, in tua tuorumque successorum ditione auctoritatis nostrae assertione permaneant; omnem quoque libertatem, quae a praedecessoribus nostris sanctae memoriae Alexandro II, Gregorio VII et Paschale II, R. E. Pontificibus, praedecessoribus tuis Panormitanis archiepiscopis Nicodemo et Alcherio, et per eos Panormitanae Ecclesiae concessa digno-

Confirmantur Panormitanae Ecclesiae bona omnia, pertinentiae, etc.

Donationes principum, et diplomata Pontificum.

(1) Ex tom. I Sicil. Sac. Rocci Pirri, ubi de Notitia Ecclesiae Panormit. (2) Lege *Biscaris*. (R. T.)

scitur, nos quoque auctoritate apostolica damus tibi, et per industriam tuam Ecclesiae ipsi concedimus et decreti huius pagina confirmamus. Pallii quoque usum, qui antecessoribus tuis a nostris antecessoribus est concessus, dilectioni tuae concedimus; quo videlicet uti debetis diebus illis, qui in Ecclesiae tuae privilegiis distinguuntur. Cuius indumenti honor quoniam modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant; quatenus auctore Deo recte utrobique possis esse conspicuus. Quamobrem, charissime frater, quoniam pastoralis curae constringit officium, dilige fratres, ipsi quoque adversarii propter mandatum Dominicum tuo circa te copulentur affectu: pacem sequere cum omnibus: sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: piis vaces operibus: virtutibus polleas: fulgeat in pectore tuo rationale iudicii cum superhumeralis actione coniunctum: ita procedas in conspectu Dei et totius Israel; huiusmodi gregi commisso praebeas exempla, ut videant opera tua bona, et glorificent Patrem tuum, qui in caelis est: sit in lingua sermo, sit caeli fervor in animo: creditum tibi agrum dominicum exerce: dum licet, semina in timore: dum tempus est, bonum faciendo non deficias, tempore enim suo metes, non deficiendo vigilanter. Itaque terrena negotia relinquendo caelestibus anhela, quae retro sunt obliviscens, in ea, quae ante sunt temetipsum extende; mens tua in saeculari veritate (1) non diffluat, sed tota in unum currat, atque confluat finem, quem mira suavitate David respexerat, cum dicebat: Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae (a). Sancta Trinitas fraternitatem tuam suae gloriae protectione circundet, et ad finem, qui non finitur, pervenire concedat. Si qua vero in futurum ecclesiastica saecularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Petro archiep. pallium conceditur; cum gravi adhortatione ex materia ipsa, et dignitate pallii eiusdem desumpta.

Clausulae confirmatoriae paginae huius.

(1) Forsitan *vanitate*. (R. T.) (a) Psalm. XXVI, 4. (R. T.)

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Hugonis sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi cardinalis, IV nonas aprilis, indictione prima, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti II PP. anno V.

Dat. die 2 aprilis anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXX.

Confirmatio irritationis et invalidationis privilegiorum, Pisanis archiepiscopis concessorum, de consecratione episcoporum insulae Corsicae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Series facti in concilio Lateranensi exposita. — Cognitumque qua ratione Urbanus II Pisanis archiep. Corsicanorum episcoporum concesserit consecrationem; ac postmodum ad se revocaverit. — Quo motus exemplo Paschalis PP. eosdem episcopos suis manibus consecraverit: — Gelasius vero datum Pisis privilegium, Romae cassaverit: — Quod postea factum ab eodem Calixto. — In eodem itaque concilio cassata sunt omnia haec privilegia. — Episcoporum Corsicae consecratio Sedi Apostolicae reservata; — Perpetuumque

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV.

Pisanis silentium impositum. — Solitae clausulae confirmatoriae. — Calixti PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones. —

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus, et coepiscopis per insulam Corsicae constitutis, eorumque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Quot mutationes, quot scripta inter se diversa de vestris facta sint consecrationibus, tota iam pene cognovit Europa: unde, peccatis exigentibus, multa scandala, multae caedes et rapinae, multa etiam homicidia atque periuria provenerunt. Quamobrem Romana Ecclesia levitatis et inconstantiae a compluribus arguebatur, eo quod ipsa discordiae huius seminarium et occasio videbatur. Nos itaque in praeterito, quod nuper celebravimus Laterani, concilio totius negotii huius seriem coram universis fratribus, qui nobiscum aderant, exposuimus, videlicet quoniam felicis memoriae praedecessor noster Papa Urbanus, necessitate quadam compulsus, Corsicanorum episcoporum consecrationem per privilegium suum antistiti Pisano concessit; qui tamen postmodum, et Romanae Ecclesiae scandalum pertimescens, et gravem inter Pisanos et Ianuenses oriri discordiam videns, concessionem ipsam mutavit, et antecessores vestros, sicut moris fuerat, suis manibus consecravit.

Series facti in concilio Lateranensi exposita;

Cognitumque qua ratione Urbanus II Pisanis archiep. Corsicanorum episcoporum concesserit consecrationem; ac postmodum ad se revocaverit.

Post hunc, piae recordationis dominus Papa Paschalis, quamquam in multas et gravissimas devenisset necessitates, nullis tamen precibus aut promissionibus ad hoc induci potuit, ut praedictas Pisanis firmaret concessiones; sed praedecessorum vestrorum consecrationes Romanae Ecclesiae conservavit.

Quo motus exemplo Paschalis Pontif. eosdem episcopos suis manibus consecraverit:

Cuius successor Papa Gelasius, maiori et graviori necessitate Roma exire coactus, transmontanas partes navigio adeundo, privilegium idem, quod a domino Papa Urbano de consecratione vestra Pisanis collatum fuerat, cum Pisas venisset, renovavit: quod tamen postmodum, eamdem Pisanorum et Ianuensium perturbationem prospiciens, annullavit.

Gelasius vero datum Pisis privilegium, Romae cassaverit;

Nos etiam, qui eorum loco, imo beati Petri, licet indigni, successimus, de ultramontanis partibus ad urbem accelerantes, Pisas devenimus, ubi eorumdem praedecessorum nostrorum Urbani et Gelasii vestigia subsecuti, eiusdem populi precibus ac devotione devicti, eamdem innovavimus concessionem. Cum vero ad urbem per Dei gratiam venissemus, de facto non..... cleri et populi commotionem invenimus, et quod in concessione illa, quae extra urbem, et cum paucis facta fuerat, Romana Ecclesia diminutionem patiebatur, et totius discordiae, ut dictum est, ministrare fomitem videbatur. Nos itaque post multam et diutinam deliberationem, communicato consilio cum fratribus nostris episcopis et cardinalibus, atque nobilibus Romanorum, nec non multa cleri et populi multitudine, easdem evacuavimus concessiones; et vobis ac successoribus vestris Apostolicae Sedis privilegio antiquam restituimus libertatem, et fratrem nostrum Sagonem episcopum nostris tamquam beati Petri manibus consecravimus, quae tandem scripta ab Apostolica Sede utrique parti collata in praesentia Pisanorum et Ianuensium, quos pro eiusdem negotii diffinitione ac (1) concilium vocaveramus, coram universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ac reliqua cleri et populi multitudine fecimus recitare, et factum nostrum, de quo nulli mortalium iudicare concessum est, fratrum nostrorum consilio et iudicio commisimus finiendum: ex quibus electi sunt iudices, qui omni videbantur suspicione carere: quorum nomina sunt haec: patriarca Veneticus, Viennensis, Ravennat., Capuanus, Salernitanus, Narbonensis, Sypontinus, Panormitanus, Barensis, Neapolitanus, Tarraconensis, Senonensis, Burdegalensis, archiepiscopi: episcopi, Vivariensis, Troianus, Magolanensis, Astensis, et alii complures qui in partem Lateranensis palatii secedentes, et causam totam utrique (2) diligentius indagantes,

Quod postea factum ab eodem Calixto;

In eodem itaque concilio cassata sunt omnia haec privilegia.

(1) Forte *ante*. (2) Forte *utrinque*. (R. T.)

post multam deliberationem, et consilium communi assensu, et privilegia super hoc Ecclesiae Pisanae collata cassari, et ultimum, quod Corsicanis episcopis a nobis ad aliorum correptionem, et ad beati Petri patrimonium recuperandum factum fuerat, proprium obtinere robur debere dixerunt.

Episcoporum Corsicae consecratio Sedi Apostolicae reservata;

Quod consilium venerabilis frater noster Vualterius Ravennas archiepiscopus vice iudicum electorum, nobis et reliquis fratribus recitavit, idem concilium asseverans vim obtinere indicii. Porro nos, quod a praenominatis fratribus nostris deliberatum fuerat, in novissimo concilii die coram universa synodo recitari praecepimus: cumque ab omnibus archiepiscopis, episcopis et abbatibus, et reliqua cleri et populi multitudine, placere sibi, frequenter acclamatum fuisset, nos cognita eorum sententia, et cleri et populi romani voluntate perspecta, Sancti Spiritus censura, et auctoritate apostolica, scripta de vestra consecratione Pisanae Ecclesiae collata, damnavimus; et quod a nobis de vestra libertate statutum fuerat, eadem auctoritate firmavimus: Pisanis perpetuum super hoc silentium sub anathematis vinculo imponentes.

Perpetuumque Pisanis impositum silentium.

Solitae clausulae confirmatoriae

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino indicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Cunctis autem eam servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Calixti PP. et

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptionis.

Ego Robertus cardinalis tit. Sancti Eusebii subscripsi.
Ego G. G. cardinalis tit. Ss. Apostolorum ss.
Ego Benedictus cardinalis tit. S. Eudoxiae ss.
Ego Anastasius presbyter tit. Beati Clemen. ss.
Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. S. Ceciliae ss.
Ego Theobaldus tit. Pamachii cardinalis ss.
Ego Desiderius presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxedis ss.
Ego G. G. cardinalis presbyter tit. Lucinae ss.
Ego Theobaldus presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae ss.
Ego Iohannes cardinalis S. Chrysogoni interfui, et ss.
Ego Petrus presbyter cardinalis tit. Sancti Marcelli ss.
Ego Crescentius Sabinensis episc.
Ego Petrus Portuensis episc. ss.
Ego Vitalis Albanus episcopus ss.
Ego Praenestinus episcopus ss.
Ego Ægidius Tusculanus episcopus ss.
Ego Petrus cardinalis presbyter tit. Sancti Callisti ss.
Ego Crescentius cardinalis presbyter tit. Sanct. Martyr. Marcellini et Petri ss.
Ego Gherardus presbyter cardinalis Ss. Priscae et Aquilae ss.
Ego Sigico presbyter cardinalis S. Sixti ss.
Ego Deus-dedit presbyter cardinalis S. Laurentii in Damaso ss.
Ego Rossemannus cardinalis diaconus S. Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Comes diaconus cardinalis S. Mariae in Aquiro ss.
Ego G. G. diac. card. S. Angeli ss.
Ego Romanus diac. cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ss.
Ego Stephanus card. S. Mariae Scholae Grecae ss.
Ego Ionathas diac. card. Ss. Cosmae et Damiani ss.
Ego G. G. diac. et cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Ioannes diaconus Sancti Nicolai ad Carceres ss.
Ego Ubertus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Vialata ss.
Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Luciae Septem Solii ss.
Ego Angelus diaconus cardinalis S. Mariae in Dominica ss.
Ego Gregorius diac. card. S. Viti ss.
Ego Mattheus diac. card. S. Andriani ss.

Datum Laterani per manum Guidonis romanae curiae camerarii, VIII id. aprilis, indictione I, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno V.

Dat. die 6 aprilis anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXXI.

Compositio controversiarum, vertentium inter canonicos S. Iohannis et S. Stephani Bisuntinae civitatis; et monitorium contra canonicos S. Stephani, ut privilegium, per eosdem a Paschali PP. obreptitie extortum, reddant sub poena excommunicationis (1).

SUMMARIUM

Series facti; — Compositionis inter contrarias partes tenor; immutantur nonnulla, nonnulla item confirmantur; — Privilegium a Paschali PP. extortum canonici reddant, sub poena excommunicationis.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis B. Iohannis Evangelistae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Discordiam, quae inter vos, et canonicos Sancti Stephani, longo iam tempore perduravit, a nobis, in praesentia fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, tali noveritis fine conclusam; ut videlicet in vigiliis festivitatis Inventionis corporis S. Stephani ad vesperas, canonici S. Iohannis ad ecclesiam B. Stephani cum processione pergant: et in crastino eiusdem Inventionis unum modium vini, et carnem unius vaccae, vel quatuor bisuntinae monetae solidos, ex canonicis Ecclesiae loci accipiant. Clerici etiam S. Stephani, in vigiliis S. Iohannis ante portam Latinam, ad vesperas ad Sanctum Iohannem veniant. Decanus vero Sancti Stephani hominium semper archiepiscopo faciat, et per manum eius archidiaconatum de Dola et Amos perpetuo iure obtineat. Candelae etiam, quae in exteris claustri domibus canonicis S. Ioannis a canonicis S. Stephani antiquitus praebebantur, nisi per quadraginta continuos dies post Inventionem, et alios quadraginta dies post dedicationem altaris B. Stephani, alio tempore non solvantur. Et cera, quae mittebatur vindemiis Lausannensis pagi, deinceps non solvatur, sex autem librae cerae in Sabbato Sancto Paschae Sancti Ioannis thesaurario persolvantur; et in Purificatione Sanctae Mariae singulis canonicis Sancti Iohannis, qui ad processionem venerint, cerei singuli tribuantur. Et etiam candelae solito more ad cellarium, dum vinum canonicorum commune fuerit, singulis noctibus persolvantur. Caeterae etiam consuetudines, tam a clericis Sancti Iohannis, quam a clericis Sancti Stephani, in spiritualibus et in temporalibus, irrefragabiliter observentur. Privilegium sane, quod a Domino nostro sanctae memoriae Paschali Papa de maternitate factum est, canonici Sancti Stephani Anserico Bisuntino archiepiscopo vel Lausannensi episcopo reddant, usque ad proximas apostolorum Petri et Pauli octavas. Si quis ergo contra hoc mandatum nostrum, vel privilegium retinere, vel pacem hanc infringere attentaverit, tamquam reus, et sacrilegus, et pacis ecclesiasticae perturbator, excommunicationi subiaceat: et in locis, quibus fuerit, quandiu ibi permanserit, divina non celebrentur officia, quousque ad eiusdem pacis redeat unitatem. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei, et apostolorum eius Petri et

Compositionis inter contrarias partes tenor;

Immutantur nonnulla, nonnulla item confirmantur;

Privilegium a Paschali PP. extortum canonici reddant sub poena excommunicationis.

(1) Ex Chiffletii Historia Trenorciana.

Pauli et benedictionem et gratiam consequatur. Amen.

Calixti PP. subscriptio.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Hugonis sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, VIII idus aprilis, indictione I, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti II anno V.

Dat. die 6 aprilis anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXXII.

In idem argumentum (1).

SUMMARIUM

Series controversiae inter B. Stephani canonicos et B. Ioannis Evangelistae de cathedra ep. et de matricis Eccl. dignitate. — Sententia in favorem Eccl. S. Iohannis. (R. T.)

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus et filiis, suffraganeis episcopis et abbatibus per Bisuntinam provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Series controversiae inter B. Stephani canonicos et Beati Ioannis Evangelistae de cathedra ep. et de matricis Eccl. dignitate.

Postquam nos in Apostolicae Sedis ministerium, disponente Domino, promoti sumus, Bisuntinae Ecclesiae Beati Iohannis evangelistae canonici saepe suam coram nobis querimoniam protulerunt super controversia illa, quae inter ipsos, et Beati Stephani canonicos diutius agitatur, de episcopali videlicet cathedra, et matricis Ecclesiae dignitate. Et nos itaque utramque partem secundo ad nostram praesentiam convocavimus. Sed cum Beati Iohannis canonici ad nos iuxta mandatum nostrum venirent, Beati Stephani canonici se sine excusatione qualibet subtraxerunt. Tertia tandem vice terminum utrisque in beati Lucae festivitate statuimus. Et quidem praedicti Beati Iohannis canonici nostro se conspectui, institiam parati facere et recipere, obtulerunt; verum canonici Sancti Stephani neque ad nos venerunt, neque pro se excusationem quamlibet praetenderunt. Quamobrem nos ex communi fratrum nostrorum episcoporum et abbatum, qui nobiscum erant, consilio, apostolica auctoritate statuimus, ut iam dicta B. Iohannis ecclesia omnem episcopalis sedis, et matricis Ecclesiae obtineret in posterum dignitatem, quam antiquis dinoscitur obtinuisse temporibus. Unde Beati Stephani canonicis per scripta nostra praecepimus, ut illud nobis maternitatis privilegium redderent, quod a domino praedecessore nostro sanctae memoriae Paschali Papa per mendacia et fraudis versutiam surrepserunt. Rogamus igitur dilectionem vestram, monemus atque praecipimus, ut praedictam Beati Iohannis ecclesiam, matrem vestram omnimodis cognoscatis, et obedientiam ei ac reverentiam humilitate debita impendatis. Nos enim ideirco hoc fecimus quia et totius rei veritatem nostris visam oculis plenius novimus, et ratio id poscebat, et quia Beati Stephani canonici, tertio vocati, venire ad indicium contempserunt.

Sententia in favorem Eccl. S. Iohannis.

Datum Tarenti, IV idus novembris.

Dat. die 10 novembris. (R. T.)

XXXIII.

Monasterium S. Georgii in partibus Venetiarum soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eiusque bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium soli Apost. Sedi subiicitur, et ab omni episcopi vel patriarchae iurisdictione exemptum declaratur. — Eiusdem bona omnia confirmantur: cum decreto perpetuae exemptionis a cuiuscumque personae molestia. — Sacramenta vero ab episcopo loci accipienda esse statuitur. — Abbatis vero electionem per solos monachos peragendam. — Census annuus Lateranensi palatio persolvendus. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

(1) Ex Chifletii Historia Trenorciana.

(1) Ex tom. V Ital. Sac.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Tribuno abbati monasterii Sancti Georgii, quod in Venetiae partibus situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis affectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua, reverendissime in Christo fili Tribune abbas, ad Apostolicae Sedis portum confugiens, eius tuitionem humilitate debita requisivit, nos supplicationibus tuis clementi benignitate impartimur assensum, et Beati Georgii monasterium, cui auctore Deo praesides, Romanae Ecclesiae patrociuio communimus: per praesentem enim privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut locus idem sub beati Petri tutela et protectione liber in perpetuum conservetur. Nec patriarcha, nec episcopus, nec persona quaelibet ecclesiastica saecularisve praesumat te vel successores tuos ad concilium cogere: aut in vos, vel monachos vestros excommunicationis, seu etiam interdicti sententiam promulgare: in monasterio ipso quicquam praeter vestram voluntatem statuere, aut monachos vestros excommunicatos, sive eiectos vel fugitivos absolvere aut suscipere, vel sine tuo, tuorumque successorum consensu ad ordines promovere. Porro universa quaelibet, quae aut in praesenti legitime possidetis, aut in futurum, largiente Deo, iuste atque canonice poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a dioecesano accipietis episcopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, etiam si ea gratis, ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, pro eorumdem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, antistitem adeatis, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis, aureos duos quotannis Lateranensi palatio solvetis. Si quis igitur in futurum patriarcha, archiepiscopus, vel episcopus, aut ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamquê se divino iudicio existere de perpetrata cognoscat iniquitate, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monasterium soli Apost. Sedi subiicitur, et ab omni episc. vel patriarchae iurisdictione exemptum declaratur;

Eiusdem bona omnia confirmantur: cum decreto perpetuae exemptionis a molestia cuiuscumque personae;

Sacramenta vero ab episc. loci recipienda esse statuitur;

Abbatis vero electionem per solos monachos peragendam.

Census annuus Lateranensi palatio persolvendus.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VIII idus maii, indictione I, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti II Papae anno V.

Dat. die 8 maii anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXXIV.

Monasterium S. Mariae Glastonien. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia et donationes confirmantur (1).

SUMMARIUM

Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur. — Confirmantur donationes omnes tum factae, tum faciendae eidem. — Omnimoda conceditur exemptio ab omni molestia. — Solitae clausulae.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilectissimo filio Sigfrido (2) Pelochino, salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quamobrem nos, fili in Christo carissime, postulationis tuae desideriis benignius annuentes, Beatae Dei Genitricis, et gloriosae semper Virginis Mariae monasterium, cui annuente Deo praesides, in Ecclesiae Romanae tutelam protectionemque suscipimus; et contra hominum perversorum molestias eius privilegio confovemus. Per praesentis enim decreti paginam auctoritatemque statuimus, ut quaecumque ab apostolicis archiepiscopis, regibus et principibus, aliisque fidelibus, vestro monasterio largitione legitima collata sunt, quieta ei et integra conserventur. Quaecumque praeterea futuris temporibus iuste, canoniceque adquirere, Domino largiente, poteritis, firma tibi successoribusque tuis, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium penitus perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et conservatione collata sunt, modis omnibus usibus profutura. Si qua autem ecclesiastica saecularisve persona in futurum, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae retributionis inveniant.

Monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur.

Confirmantur donationes omnes tum factae, tum faciendae eidem;

Omnimoda conceditur exemptio ab omni molestia.

Solitae clausulae.

Data Lateranis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et cancellarii, idibus maii, indictione prima, incarnationis Domini MCXXIII, pontificatus domni Calixti secundi Papae V.

Dat. die 15 maii anno Domini 1123, pontif. anno V.

(1) Ex Willelmo Malmesburiensi, De Antiquitate Glastoniensis Ecclesiae, inter script. Hist. Britannicae, etc., per Thomam Gale, tom. II, pag. 334.
(2) Legendum forsitan *Sigifrido*.

XXXV.

Confirmatio immunitatum omnium, ab episcopis Baren. monasterio Omnium Sanctorum concessarum, cui Calixtus PP. nonnulla alia elargitur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur privilegia omnia a Barens. archiepiscopis monasterio concessa. — Quod monasterium ab archiepiscopis Barensibus excommunicari, vel alio modo molestari non possit: — Quod episcopus Sacris inibi operari nequeat sine abbatis consensu: — Quod abbas non eligatur nisi a monachis: — Quod bona ad monasterium spectantia libera sint ab omni cuiuscumque personae molestia. — Solitae clausulae.

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. VII, ubi de Barens. archiep.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Melo abbati venerabilis monasterii, quod Omnium Sanctorum dicitur, in loco Cuti in Barensi suburbio, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Quamobrem, dilecte in Christo fili Mele abbas, Omnium Sanctorum monasterium, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus; omnes siquidem quietis et libertatis provisiones, quas bonae recordationis Ursus et Elias, Barensis Ecclesiae praesules, eidem monasterio contulerant, et dominus praedecessor noster sanctae memoriae Paschalis Papa firmavit, nos quoque praesentis scripti pagina confirmamus, ut videlicet locus ipse cum rebus omnibus, ad eum iuste pertinentibus, a dominio vel oppressione cuiuslibet hominis liber debeat permanere: nec ullus Ecclesiae Barensis antistes, aut alius, quod absit, temerarius, audeat eidem coenobio excommunicationem inferre: neque personis aut rebus eius, aliquo citra iustitiam modo, molestiam aut controversiam irrogare: ordinationes autem clericorum et ecclesiarum gratis, seposita pravitate et omni exactione, concedat: missas sane illic publicas per episcopum fieri praeter abbatis et fratrum voluntatem omnimode prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus: obeunte te, tunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum: cui si qua gravior causa evenerit, libere liceat Apostolicae Sedis audientiam appellare. Ad haec adiicientes decernimus, ut quaecumque bona, vel per tuam industriam, vel per virorum fidelium oblationem, eidem loco parata sunt, aut in futurum praestante Deo iuste canoniceque parari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant: nec ulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eis, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio sistere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Confirmantur privilegia omnia a Barens. archiep. monasterio concessa.

Quod monasterium ab archiepiscopis Barensibus excommunicari, vel alio modo molestari non possit;

Quod episcopus sacris inibi operari nequeat sine abbatis consensu;

Quod abbas non eligatur nisi a monachis;

Quod bona spectantia ad monasterium libera sint ab omni cuiuscumque personae molestia.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episc.

Datum Beneventi per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, II idus septembris indict. II, incar. dominicae MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti II PP. anno V.

Dat. die 12 septembris anno Domini 1123, pontif. anno V.

XXXVI.

Confirmatio bonorum et iurium omnium Cassinensis monasterii, cuius abbatibus nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Bona monasterii Cassinensis perpetua libertate frui, et sub iure solius

(1) Ex originali in Archiv. edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. VII, pag. 33.

Apostolicae Sedis fore decernit: — Confirmat itidem, ac describit. — Confirmat quoque donationes omnes, quae in posterum eius favore fieri contingat. — Decernit, ut abbates Cassinenses caeteris abbatibus per Occidentem praecedant: — Ut chirotheca, dalmatica et mitra utantur: — Ut soli Apostolicae Sedi sint subiecti: — Ut quoscumque clericos suscipere possint sine episcopi contradictione: — Item et monachos, et sanctimoniales sibi subiectas iudicare: — Palladii cellam romanam in hospitium eis concedit. — Abbatis electionem ad solos monachos spectare decernit, — Et consecrationem ad Romanum Pontificem: — Eique ius tribuit excommunicandi raptores rerum ad monasterium pertinentium, si eosdem episcopus loci excommunicare noluerit· — Item et libertatem sepulturae cuique si ibi sepeliri voluerit. — Roboratio paginae huius. — Calixti PP. subscriptio.

Confirmati iidem, ac describit.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, reverendissimo et carissimo fratri Girardo Cassinensis monasterii Beati Benedicti abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Prooemium.

Omnipotenti Deo, cuius melior est misericordia super vitas, gratias agimus, qui gloriosus in sanctis suis, atque mirabilis, et virtutes suas ubicumque vult ineffabili bonitate ostendit. Ipse quippe dignationis suae potentia beatissimum Benedictum patrem omnium constituit monachorum: ipse eum monasticae legis latorem et operatorem esse disposuit: ipse illius meritis Cassinense monasterium, in quo et sanctissime vixit, et gloriosissime obiit, omnibus per Occidentem monasteriis clementi benignitate praefecit. Cuius profecto divinae bonitatis cooperatores existere Apostolicae Sedis auctoritas, et vestra circa Romanam Ecclesiam semper, ac nostro potissimum tempore, fervens devotio nos hortantur. Divinae igitur constitutionis propositum prosequentes, locum ipsum praecipua dilectione complectimur, et omnia, quae ad eam pertinent, quieta semper, et ab omnium mortalium iugo libera sub solius sanctae Romanae Ecclesiae iure ac defensione perpetua permanere decernimus. In quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda: in primis monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem Casini montis, monasterium S. Dei Genitricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumbarola, monasterium S. Mariae in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis et pertinentiis suis, S. Angeli ad Formam, S. Ioannis Puellarum, S. Rufi, S. Benedicti Pizuli, S. Angeli ad Odaldiscos, S. Agathae in Anversa (1), S. Ceciliae et S. Demitrii in Neapoli, S. Sophiae in Benevento, S. Benedicti ad portam Rufini, S. Nicolai in civitate Nova, S. Benedicti in Pantano, S. Nicolai in Petra Pulecina, S. Georgii in Fenucleo, S. Ioannis in Turlecoso, S. Petri in Rossano, S. Angeli in Capraria, S. Ianuarii prope Beneventum, Sancti Martini ibidem, S. Dionysii in Ponte, et Sancti Anastasii, S. Mariae in Canneto iuxta fluvium Trivium, S. Benedicti, S. Laurentii in Salerno, S. Mariae in Tremiti cum ipsis insulis, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marsi, S. Mariae in Luco, S. Cosmatis in Civitella, S. Angeli in Rarreio cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae Ancillarum Dei in civitate Cosentia, S. Mariae in Branza, S. Petri de Lacu, S. Petri de Ovellano, S. Erasmi et S. Benedicti et S. Scholasticae in Caieta, S. Magni in Fundis, S. Stephani et S. Benedicti et S. Agathae in Terracina, S. Petri in Foresta, S. Pauli ibidem, S. Mariae in Ponte-Curvo, S. Angeli, S. Nicaneri, et S. Thomae in Troia, S. Eustasii in Pantatia, S. Benedicti in Larino, S. Benedicti in Pectinari, S. Mariae in Casale-Plano, S. Illuminatae in castello Lemusano, S. Trinitatis et S. Georgii in Termulae, S. Focati in Lesina cum fauce et piscaria, S. Benedicti in Asculo, S. Eustatii in Petra-Abundanti, S. Eustatii in Vipera, S. Mariae in Baretano, S. Scholasticae in Pinnis, S. Sal-

Bona monasterii Cassinensis perpetua libertate fruit, et sub iure solius Apostolicae Sedis fore decernit;

(1) Lege *Acersa*. (R. T.)

vatoris in Tave, S. Nicolai iuxta fluvium Trutinum in Aprutium cum pertinentiis suis, S. Iohannis ad Scursonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tesino fluvio, S. Appollinaris in Firmo, qui dicitur ad Opplanis, S. Mariae in Arboscla, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, et Ss. Septem Fratrum, et S. Laurentii, S. Benedicti in Ripaursa: in comitatu Aquinensi cellam S. Gregorii, S. Mauritii, S. Pauli, Sancti Constantii, S. Christofori, S. Nicolai, S. Mariae in Albaneta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii in Comino, S. Valentini, S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, S. Salvatoris, S. Angeli in Valle-Luci, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannucio, S. Mariae in Berulis (1), S. Petri in Escleto, S. Luciae, et S. Petri in Coruli, S. Silvestri, S. Martini et S. Luciae in Arpino, S. Mariae de Castello Zopponis, S. Martini in Pede Arcis, S. Benedicti in Colle de Insula, S. Mariae in Baruco, S. Nicolai in Turrice, S. Germani in Sora, S. Benedicti in Paszesano, S. Petri in Morinis, Sancti Angeli in Pescolo-Canali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, Sancti Erasmi in Pomperano, S. Mariae in Cellis, S. Pastoris in civitate Tiburtina: in Venafro Sancti Benedicti, S. Nazarii, S. Martini in ipsa Furca, curtem S. Mariae in Sala, S. Benedicti Pizuli, ibidem, S. Benedicti in Cesima, S. Benedicti in Sessa et S. Leonis, curtem, quae dicitur Lauriana, S. Benedicti in Tiana cum pertinentiis suis, S. Mariae in Calvo, S. Nazarii in Anglena, S. Adiutoris et S. Benedicti in Alifa, S. Donnini in Telesia, S. Martini in Vulturno, in Amalfi S. Crucis, et S. Nicolai, S. Crucis in Isernia, S. Marci in Carpinone, S. Valentini in Ferentino, S. Angeli in Algido, S. Marci in Ceccano, S. Agathae in Tusculano, et S. Ierusalem, S. Benedicti in Albano: in Roma monasterium S. Sebastiani in Palladio: in

(1) Lege *Verulis*. (R. T.)

Luca cellam S. Georgii: in territorio Pisanae civitatis S. Silvestri, S. Salvatoris in Civitella: in ducatu Spoletino S. Mariae in Calena, S. Benedicti in Trani, S. Benedicti in Baro, S. Petri Imperialis in Tarento: in Calabria cellam S. Anastasiae, S. Mariae in Tropea, S. Nicolai in Salectano, S. Eufemiae in Marchia: in comitatu Aretino monasterium Sancti Benedicti, et S. Benedicti in Crema: in Sardiniae insula ecclesiae (1) S. Mariae in Thirgo, S. Heliae in Monte-Sancto, et S. Helisei, cum omnibus earum pertinentiis, S. Mariae de Sabucco, S. Mariae de Soralbo, S. Mariae de Tenecle, Sancti Petri de Trecingle, S. Nicolai et Sanctae Mariae in Solio cum pertinentiis earum, S. Nicolai de Talasa, S. Michaelis Ferrucisi, S. Georgii in Ticillo, S. Petri de Simbrano, S. Petri in Nurchi, S. Nicolai de Nugulbi, et S. Iohannis, S. Haeliae de Sitin: item civitatem, quae dicitur S. Germani, positam ad pedem Casini montis, castellum S. Petri, quod ab antichis dictum est Castrum-Casini, castellum S. Angeli, Plumbarolam, Pignatarium, Pedem-Montis, Iuncturam, Castrum S. Ambrosii, S. Appollinaris, S. Georgii, Vallem Frigidam, S. Andreæ, Vantram Monasticam, Vantram Comitalem, S. Stephani, Teramum, Fractae, Castrum-Novum, Martulam cum curte, quae dicitur Casa Fortini, Cucurutium, Caminum, Suium cum omnibus pertinentiis suis ex utraque parte fluminis, Turrem ad mare iuxta fluvium Garelianum, Castrum Pontiscurvi, S. Petri in Flia, S. Victoris, Torroclum, Cervariam, Sancti Haeliae, Vallem-Rotundam, Sarracinescum, Cardetum, Aquam-Fundatam, Vitecosum, Castrum Cetrarii cum pertinentiis suis et ecclesiis, in Marchia Teatina castellum Lastiniacum, Montem-Albrici, Mucclam, Sancti Quirici cum portu, Frisam, S. Iustam: in comitatu Asculano castellum, quod dicitur Octavum, et post montem, Civianum, et Triviianum, et Cavinum: in Principatu ca-

(1) Forsitan *ecclesias*. (R. T.)

stellum Ripae-Ursae, Montem-Bellum, Petra-Fracida, in Comino Vicum-Alvum, in territorio Carseolano castellum Auriculam, Piretum, Roccam-Incameratam, Fossam-Cecam: in Amalfi Fundicum, in territorio Troiano Castillionem de Baroncello, S. Iustam, villam S. Nicolai, quae de Galliciano dicitur; in monte S. Angeli Hospitale: in territorio Capuano Qualdum de Liburia: in comitatu Teanensi curtem S. Felicis cum ecclesia S. Ippoliti. Per praesentis quoque privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque in praesenti vestrum coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Praeterea, patrum nostrorum vestigia subsequentes, vestrum coenobium caeteris per Occidentem coenobiis praeferendum asserimus; et tam te, quam successores tuos in omni conventu episcoporum seu principum superiores omnibus abbatibus consedere, atque in iudiciis priorem caeteris sui ordinis viris, sententiam proferre sancimus. Usum etiam compagorum ac chirothecae, dalmaticae ac mitrae tam tibi, quam successoribus tuis in praecipuis festis et diebus dominicis ad missas, seu in consessu concilii habendum concedimus. Sane tam in ipso venerabili monasterio, quam et in cellis eius, cuiuslibet Ecclesiae episcopum vel sacerdotem praeter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi praesumere prohibemus· ita ut nisi ab abbate prioreve loci fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare; liceatque ipsius monasterii et cellarum eius fratribus, clericos cuiuscumque ordinis, seu laicos de quocumque episcopatu ad conversionem venientes in sanitate, vel in aegritudine cum rebus suis, absque episcoporum vel cuiuslibet personae contradictione suscipere, nisi tunc idem clerici seu laici a dioecesanis episcopis pro certis fuerint excommunicati criminibus; liceat absque cuiuslibet saecularis vel ecclesiasticae potestatis inhibitione subiectas monasterii tui tam monachos quam sanctimoniales foeminas iudicare; liceat fratribus per cellas, in civitatibus constitutas, ad divina officia celebranda quandocumque voluerint, signa pulsare, populum Dei tam in ipsum coenobium, quam et in cellas eius ad Dei verbum audiendum ingredi, nullus episcopus excepto pro communi totius civitatis vel parrochiae interdicto prohibeat; Chrisma, Oleum sanctum, consecrationem altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum, a quocumque malueritis, catholico accipiatis episcopo, baptismum vero, et infirmorum visitationes per clericos vestros in oppidis vestris seu villis agetis. Ad perpetuum etiam hospitium tibi tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis, ordinetis: quem si forte Romano Pontifici in abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestrae congregationis monachum sub vestra decernimus dispositione persistere. Reditum quoque, qui ab officialibus nostris apud Hostiam vel Portum de navibus exigi solet, navi vestrae, si qua eo venerit, relaxamus. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum, sicut in Domini praede-

Confirmat quoque donationes omnes, quae in posterum eius favore fieri contingat.

Decernit, ut abbates Cassin. caeteris abbatibus per Occidentem praecedant:

Ut chirothecia, dalmatica et mitra utantur:

Ut soli Apostol. Sedi sint subiecti:

Ut quoscumque clericos suscipere possint sine episcopi contradictione:

Item et monachos, et sanctimoniales sibi subiectas iudicare:

Palladii cellam romanam in hospitium eis concedit.

Abbatis electionem ad solos monachos spectare decernit.

Et consecrationem ad Romanum Pontificem.

cessoris nostri sanctae memoriae Leonis Papae privilegio continetur. Ad haec, tam praesentium, quam futurorum avaritiae ac nequitiae obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cuiuscumque abbatis morte aut electione, fieri authoritate apostolica interdicimus. Porro pro amplioris benevolentiae gratia, quam nos praeter nostrorum praedecessorum dilectionem circa vestrum monasterium gerimus, licentiam tibi, ac legitimis successoribus tuis concedimus, ut si quis eiusdem monasterii vestri et cellarum eius possessiones aut res violenter abstulerit, postquam ipsorum episcopi, a vobis tertio invitati, iustitiam de eis facere omnino neluerint, vos super eosdem raptores, secundo tertiove commonitos, canonicam excommunicationis sententiam proferatis. Sepulturam sane loci vestri, et monasteriorum vestrorum, liberam omnino esse censemus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem praefato coenobio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen. AϽ-CIIϽ.

Eique ius tribuit excommunicandi raptores rerum ad monasterium pertinentium, si eosdem episcopus loci excommunicare noluerit:

Item et libertatem sepulturae cuique si ibi sepeliri voluerit.

Roboratio paginae huius.

Calixti PP. subscriptio.

Ego Calixtus catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Berulis (1) per manum Ugonis sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, XVI kalen. octobris, indictione prima, incarnationis dominicae anno MCXXIII, pontificatus autem domni Calixti secundi Papae anno V.

Dat. die 16 septembris anno Domini 1123, pontif. anno V.

(1) Lege *Verulis*. (R. T.)

XXXVII.

Confirmatio monasteriorum ab Ottone Bambergensi episcopo in sua dioecesi constructorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasteria ab Ottone in Bambergensi dioecesi constructa sub Apostolicae Sedis protectione suscipiuntur. — Bona eisdem collata confirmantur. — Et cura episcopo Bambergensi demandatur. — Solitae clausulae.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Bambergensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Bonis fratrum nostrorum studiis non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare: tuis ergo, carissime et venerabilis frater Otto Bambergensis episcope, supplicationibus inclinati, monasteria, quae ipse propriis sumptibus extruxisti, et Bambergensi Ecclesiae conferens, Apostolicae Sedis roborari munimine quaesivisti, in beati Petri eiusque Romanae Ecclesiae protectione suscipimus contra pravorum hominum nequitiam defensanda. Statuimus ergo, ut possessiones, praedia, et bona omnia, quae et fraternitas tua eisdem monasteriis divini amoris intuitu contulit, quaeque aliorum fidelium iusta oblatione concessa sunt, aut in futurum iuste legaliterque acquiri vel offerri contigerit, firma eis et illibata, Domino auctore, permaneant. Ordinationes sane abbatum vel monachorum suorum a catholicis episcopis dioecesanis accipiant. Rerum vero ipsorum monasteriorum curam et administratio-

Monasteria ab Ottone in Bambergensi dioecesi constructa sub protectione Apostolicae Sedis suscipiuntur.

Bona eisdem collata confirmantur;

Et cura episcopo Bambergensi demandatur.

(1) Ex Concil. tom. XII. loc. cit.

nem in tuo tuorumque successorum arbitrio et potestate remanere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit, eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus vexare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat: cunctis autem eisdem monasteriis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Solitae clausulae.

Scripta per manum Gervasii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii.

XXXVIII.

Confirmatio dispositionis, ab Ottone Bambergensi episcopo factae, de mansis illius Ecclesiae propriis (1).

SUMMARIUM

Bona Ecclesiarum pretium peccatorum et pauperum patrimonia. — Ideoque non alienanda. — Mansi Bambergensis Ecclesiae non vendendi, sed de eorum fructu concinnanda luminaria. — Erectiones ab Ottone episcopo factae non immutandae.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Bambergensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Bona Ecclesiarum pretium peccatorum, et pauperum patrimonia:

Sanctorum Patrum praeceptis et canonicis sanctionibus demonstratur, quod praedia et possessiones Ecclesiarum, quae vota fidelium, pretia peccatorum et pauperum patrimonia nuncupantur, vendi vel alienari non debeant. Quae enim divinae maiestatis obsequio, et caelestium secretorum usui sunt dicata, non decet in alienum ius redigi, vel in alterius servitii formam transmutari. Nempe (ut B. Symmachi Papae verbis loquamur) possessiones, quas unusquisque Ecclesiae propriae dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut distractionibus, vel sub quocumque argumento, non patimur. Eapropter nos tuis iustis postulationibus annuentes, mansos, qui episcopalis mensae tuae servitio dediti sunt, in eodem statu, in quo bene a te dispositi cognoscuntur, futuris temporibus permanere praesentis scripti nostri confirmatione sancimus; statuentes, ut nulli successorum tuorum, vel alicui hominum, liceat eos vendere, sive in laicorum beneficium tradere vel in usus alios commutare; sed sicut a te dispositum est, de unoquoque praedictorum mansorum denarius unus annis singulis Bambergensi Ecclesiae pro anima imperatoris Henrici fundatoris eius, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero et regulares canonicas per industriam tuam in religionis ordine stabilitas, et alia a te recte constituta, nulli hominum facultas sit imposterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario ausu praesumpserit, excommunicationis vinculo subiacebit.

Ideoque non alienanda.

Mansi Bambergensis Ecclesiae non vendendi, sed de eorum fructu concinnanda luminaria

Erectiones ab Ottone episcopo factae non immutandae.

Data Laterani, idibus aprilis, indictione secunda (1).

Dat. die 13 aprilis anno Domini 1124, pontif. anno VI.

(1) Ex Baronio ad annum 1124.

(1) Inter ea, quae S. Otto Bambergensis peregit antequam ad Pomeranos ad fidem christianam convertendos proficisceretur, haec refert Baronius: fundationem scilicet monasteriorum, et dotationem Ecclesiae Bambergensis sanctus hic siquidem apostolus ea omnia in dioecesi Bambergensi voluit prius disponere, ne paganorum saluti intentus, ea omittere videretur, quae a probo amantique pastore commissus ei divinitus grex potuisset unquam desiderare. Plura hic dicenda essent, nisi operis huius natura et indoles brevitatem exigerent, nec nos prohiberent diutius commorari in enarratione factorum Ss. virorum.

XXXIX.

Assignatio finium Mutinensis Ecclesiae, cui bona omnia confirmantur: additis decretis nonnullis ad episcopalem iurisdictionem tuendam (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Assignantur termini. — Infra hos terminos totale Mutinen. episcopi ius in Ecclesiis omnibus. — Bonaque omnia ad Mutinensem Ecclesiam spectantia confirmantur: — Cum decreto omnimodae exemptionis ab omni molestia, etc. — Confirmatur decretum Urbani PP. II ne presbyteri, ad parochias per abbates monasteriorum electi, curam animarum absque episcopi consensu suscipiant. — Solitae clausulae. — Calixti PP. subscriptio.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Dodoni, Mutinensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis ergo, frater in Christo charissime Dodo episcope, precibus annuentes, ad perpetuam sanctae, cui Deo auctore praesides, Mutinensis Ecclesiae pacem ac stabilitatem praesentis decreti auctoritate sancimus, ut universi episcopatus fines quieti deinceps omnino et integri tam tibi quam tuis successoribus conserventur, qui nimirum fines his distinctionibus distenduntur, videlicet a terminis illis, qui Lucanum et Pistoriensem episcopatus a Mutinensi dividunt, usque ad flumen illud, quod appellatur Burana, et usque ad terminum illum, qui vocatur Mutia, atque inde usque ad illum terminum, qui Bononiensem episcopatum (2) Mutinensem a Regino discernunt (3); ecclesiarum vero, quae infra hos terminos continentur, consecrationes, clericorum promotiones, decimas et oblationes secundum sanctorum canonum constitutiones tibi tuisque successoribus concedimus et confirmamus; praecipue in plebe S. Mariae de Bodriuntio, quae est in curte Sici, et in capellis eius in omnibus ecclesiis, quae sunt in castro et in curte Solariae, et plebe Roncaliae, et in capellis eius in omnibus ecclesiis de Punteducis, in ecclesia Camurana, in ecclesiis de curte Curtiolae, in ecclesia de Scoplano, in ecclesia S. Petri in Siculo, et in ecclesiis, quae sunt in castro et curte Paciani, Leonensi abbatia, et in omnibus ecclesiis quae sunt in plebe Rubiani; quaecumque preterea bona, quaecumque possessiones, quas in praesenti legitime possidetis, vel in futurum, largiente Deo, iuste et canonice poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino episcoporum facultas sit, infra praedictos confines sine tuo vel successorum tuorum consensu ecclesiam consecrare, chrisma conficere, aut clericos ordinare praeter ecclesias et clericos de castro et burgo Nonantulae; nulli etiam hominum liceat praedictam Ecclesiam perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Sane de presbyteris, qui per parochias ad monasteria pertinentes in Ecclesiis constituuntur, praedecessoris nostri sanctae memoriae Urbani II Papae sententiam confirmamus; statuentes, ne abbates in parochialibus ecclesiis, quas tenent, absque episcoporum consilio, presbyteros collocent; sed episcopi parochiae curam cum abbatum consensu sacerdoti committant, ut eiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, abbati vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus de-

Assignantur termini.

Infra hos terminos totale Mutinen. episcopi ius in Ecclesiis omnibus.

Bonaque omnia ad Mutinensem Ecclesiam spectantia confirmantur.

Cum decreto omnimodae exemptionis ab omni molestia, etc.

Confirmatur decretum Urbani PP. II, ne presbyteri, ad parochias per abbates monasteriorum electi, curam animarum absque episcopi consensu suscipiant.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II. (2) Forsitan addendum *et*. (R. T.)

bitam subiectionem exhibeant, et sic sua cuique iura serventur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem vestrae Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Solitae clausulae.

Ego Calixtus Ecclesiae catholicae episcopus.

Calixti PP. subscriptio.

XL.

Instrumentum pacis initae inter Henricum IV imperatorem et Calixtum secundum PP. in concilio Wormacensi (1).

SUMMARIUM

Henricus imperator dimittit omnem investituram per anulum et baculum. — Possessiones et regalia restituit; quaeque non habet, ut restituantur, curabit. — Pacem veram dat Pontifici. — Signaturae ecclesiasticorum, principum et Papae. — Calixti concessio facta imperatori, ut regalia per sceptrum electus ab imperatore recipiat: pacemque ei reddit. (R. T.)

Henricus imperator dimittit omnem investituram per anulum et baculum.

(a) Ego Henricus, Dei gratia Romanorum imperator Augustus, pro amore Dei, et sanctae Romanae Ecclesiae et Domini Papae Calixti, et remedio animae meae, dimitto Deo et sanctis (a) eius apostolis Petro et Paulo, et (b) sanctae catholicae Ecclesiae omnem investituram per annulum et baculum, et concedo in omnibus Ecclesiis (c) fieri electionem, et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, quae in principio huius discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae Romanae Ecclesiae restituo, quae autem non habeo, ut restituantur fideliter (d) iuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum et principum, et aliorum tam clericorum quam laicorum (e) consilio principum, et iustitia, quae habeo (f) ut reddantur fideliter (g) iuvabo, et do veram pacem (h) Calixto, sanctae (i) Romanae Ecclesiae, et omnibus qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit (1).

Possessiones et regalia restituit; quaeque non habet, ut restituantur, curabit.

Pacem veram dat Pontifici.

Haec omnia acta sunt consilio et assensu principum, quorum nomina subscripta sunt.

Adalbertus Moguntinus archiepiscopus.
Fridericus Coloniensis archiepiscopus.
Otto Bambergensis episcopus.
B. Spirensis episcopus.
A. Augustensis episcopus.
G. Traiectensis episcopus.
V. Constantiensis episcopus.

Signaturae ecclesiasticorum, principum et Papae.

(1) Ex Baronio ad ann. 1122. Choronidis loco libet referre haec acta, quibus post multas calamitates dirumque schisma, reddita tandem Ecclesiae pax est. Eruit Baronius ab Urspergensi abbate: quae vero notantur in notulis, ex authographo in Codice Vaticano. (a) In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

(a) Dei. (b) Sanctaeque. (c) Quae in regno vel imperio meo sunt. (d) Adiuvabo. (e) Quae in guerra ista sunt commissa. (f) Reddam quae non habeo. (g) Adiuvabo. (h) Domino. (i) Sanctaeque. (1) Hucusque apud Urspergensem: promissio imperatoris in Codice Vaticano: ex authographo adduntur ista: Et in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi iustitiam faciam.

E. Abbas Fuldensis.
Northmannus dux.
Fridericus dux.
Bonifacius marchio.
Cynulphus comes Palatinus.
Othertus comes Palatinus.
Berengarius comes.
Godefridus comes Palatinus.
Berengarius comes.
Godefridus comes.
Ego Fridericus Coloniensis episcopus et cancellarius recognovi (1).

Calixti concessio facta imperatori, ut regalia per sceptrum electus ab imperatore recipiat: pacemque ei reddit.

Ego Calixtus servus servorum Dei dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum imperatori Augusto, concedo electiones episcoporum et abbatum Theutonici regni, quae ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri, absque simonia et aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et provincialium consilio, vel iudicio, saniori parti assensum et auxilium praebeat. Electum (2) autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur; et quae ex his tibi iure debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus, infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum, auxilium meum praestabo. Do tibi veram pacem, et omnibus, qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore huius discordiae.

Data anno MCXXII, nono calendas octobris (3).

Dat. die 23 septembris anno 1122.

(1) Hucusque Vaticanus Codex. Subiicitur vero promissioni Henrici, ab Urspergensi, eiusmodi facta imperatori concessio.

(2) Legendum putamus *Electus*. (R. T.)

(3) Hactenus Calixti Papae concessio. Extant eadem ipsa monumenta apud Willemum Malmesburiensem. Pergit vero Urspergensis:

Huiusmodi scripta atque rescripta, propter infinitae multitudinis conventum, loco campestri iuxta Rhenum lecta sunt, data et accepta postquam multimodas laudes rerum gubernatori redditas, celebratis a domino Ostiensi divinis sacramentis, inter quae dominum imperatorem cum pacis osculo, sanctaque communione plenissime reconciliavit, discessum est ab omnibus cum laetitia infinita.

Alterum quoque non multo post, idest in festo Sancti Martini, colloquium imperator cum principibus, qui priori non aderant, Babenberg habuit; ubi et cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, quae tam ad regni, quam sacerdotii, congruebant honorem, maiorum composita, legatos proprios cum Romanis destinavit, et utrosque, nuntia simul et munera ferentes honorifica domino apostolico Calixto, consanguineo scilicet iam sibimet unitissimo, direxit.

Hucusque Urspergensis atque hic tandem durissimorum certaminum finis, quae per annos plurimos vi barbarica tyrannis imperatoria contra sanctam Ecclesiam excitavit, sive armis pugnando, sive (quod acerbius visum est) ipsos filios Christi fideles, potissimum vero romanos cives, ab ipsa diro schismate separatos, in ipsam impie concitando, sive funestissimos antipapas horrenda monstra in sacrosanctam Apostolicam Sedem, angelis reverendam, cunctisque mortalibus venerandam, tanto totius orbis scandalo, intrudendo, ut plane omnibus perspicue clareque constiterit, non fuisse humanae potentiae, tot tantosque simul in Petri naviculam concitatos fluctus ad perdendam eam potuisse vitari, illisque non mergi deorsum; sed sublimius maiori gloria tolli, atque firmari, neque humanarum virium, tot item tantosque simul in eamdem eodem impetu flantes ventos, e portis inferi per angelos malos immissos, simul compescere; sed illius fuisse potentiae, cui mare atque venti obediunt; simul illius virtutis, qui fluctus ad perdendum ne fluant, obdurat in petram, et Petro dixit: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam (*a*): ut merito in tanta victoria triumphans Ecclesia concinuerit canticum Annae: Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo (*b*): dilatatum est os meum super inimicos meos, quia laetata sum in salutari tuo. Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster. Recinuerintque filii omnes propheticum carmen: Exulta et lauda habitatio Sion, quia magnum est in medio tui sanctus Israel (*c*).

(*a*) *Matth.* 16. (*b*) 1, *Reg.* 2. (*c*) *Isai.* 12.

HONORIUS II

PAPA CLXIII.

Anno aerae Christi comm. MCXXIV.

Lambertus, patria Bononiensis, episcopus Velitrensis, mox Ostiensis, electus est et coronatus Romanus Pontifex die 21 decembris anno 1124 (1), sedit in pontificatu annos v, mensem unum, dies xxv (2), imperantibus in Oriente Calo-Iohanne, in Occidente vero Henrico IV imperatoribus. Fecit ordinationes in urbe plures, quibus creavit complures presbyterorum ac diaconorum, et aliorum minorum ordinum. Laterani infirmatus ad mortem, ad monasterium Sancti Andreæ se deferri iussit, ibique in pace defunctus est (3) die 14 februarii 1130, sepultus in basilica Salvatoris. Non vacavit sedes.

(1) In Calixti II vita diximus, vacasse sedem post eius obitum dies VIII, clausa obitus die: putamus enim Honorium electum die 20, qui agnoscens electionem sui minus canonice processisse, in conspectu fratrum (ut habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato) sponte mitram et mantum refutavit atque deposuit. Fratres tam episcopi quam presbyteri et diaconi cardinales, videntes ipsius humilitatem, prospicientes in posterum, ne in Romanam Ecclesiam aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt: et eumdem denuo advocantes, ad eius vestigia prociderunt, et tamquam Pastori suo et universali Papae consuetam obedientiam exhibuerunt, quod fortasse die sequenti vigesima quinta decembris factum est.

(2) Sic habet Iohannes de Ceccano in Chronico, et annalista abbatiae de Margan., tom. II collectionis Oxoniensis: in octavo autem ex cathalogis, Criticae Baronianae praefixis, legitur A. V. M. II rotundo quidem computo: caeteri cathalogi non audiendi.

(3) Ut inquit Pandulphus Pisanus in vita Honorii.

I.

Bona canonicorum S. Vincentii Bergomen., quorum collegium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eidem confirmantur, cum omnimoda libertate atque immunitate (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonicorum collegium sub S. Sedis tutela recipitur: — Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmantur, cum decreto omnimodae exemptionis ab omni perturbatione. — Et quod episcopo nulla iurisdictio sit super iisdem bonis. — Solitae clausulae. — Honorii PP. subscriptio.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alberto archipresbytero, et fratribus, in Matrice Bergomensi Ecclesia Sancti Vincentii canonice viventibus, eorumque successoribus in eadem religione manentibus, in perpetuum.

Ad hoc in Apostolicae Sedis regimine, disponente Deo, promoti sumus, ut piis votis assensum praebere, auresque nostras inclinare iustis petitionibus debeamus; quia sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta postulantium non est differenda possessio. Qua propter vestris, in Domino filii, postulationibus clementi pietate annuimus, et Beati Vincentii ecclesiam una cum vestrae congregationis collegio, ac omnibus ad ipsum pertinentibus, sub tutela Apostolicae Sedis recipimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona seu possessiones a catholicis episcopis, sive religiosis regibus Ecclesiae vestrae tradita, quaeque in praesentiarum iure possidet, et quaecumque in futurum, largiente Domino, iuste et canonice poterit adipisci in ecclesiis, oppidis, villis et decimis, in nundinarum reditibus, sive aliis rebus, tam vobis, quam vestris successoribus regulariter viventibus, firma semper et integra con-

Exordium.

Canonicorum collegium sub S. Sedis tutela recipitur:

Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmantur, cum decreto omnimodae exemptionis ab omni perturbatione:

(1) Ex Chronicorum Tabulario edidit Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de episcopis Bergomen.

serventur. Decernimus ergo, ut quandiu in canonicae disciplinae observantia permanseritis, nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam, ut nec episcopo, nec alicui personae facultas sit, communitatis vestrae bona in proprios usus deflectere, sive in beneficium aliis dare, vel modis aliis ad praebenda fratrum, vel communi utilitate alienare; locationes vero, commutationes vel investitiones praediorum communi fratrum consilio pertractentur; nec huiusmodi ius ab episcopo, vel personis quibuslibet, invadatur: salva tamen canonica catholicorum episcoporum Bergomen. reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit: secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Observantibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Et quod episcopo nulla iurisdictio sit super iisdem bonis.

Solitae clausulae.

Honorii PP. subscriptio.

Ego Honorius catholicae Eccles. episcopus subscripsi.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, II kal. martii, indictione III, incarnationis dominicae MCXXV, pontificatus autem domni Honorii secundi Papae anno primo.

Dat. die 28 februarii anno 1125, pontif. anno I.

II.

Confirmatio excommunicationis latae in Fulconem comitem Andegavensem (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Fulconem mirari divortium illiciti matrimonii filiae suae a legato iudicatum servare contempsisse; — Eumque legati nuntios durius accepisse. — Sententiam excommunicationis in terram comitisque personam promulgatam confirmat.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis clericis Turonensibus matris Ecclesiae Sancti Mauricii, salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

Sicut boni et humiles filii sunt paternae dilectionis nexibus arctius adstringendi, ita ingrati et inobedientes sunt rigore iustitiae coercendi.

Fulconem mirari divortium illiciti matrimonii filiae suae a legato indicatum servare contempsisse;

Siquidem compertum habuimus, quod Fulco Andegavensis comes divortium illiciti matrimonii filiae suae, et Guillelmi filii Roberti comitis a dilecto filio nostro I. cardinali presbytero, Apostolicae Sedis legato, et ab illis fratribus nostris coepiscopis et sapientibus viris, accepta idoneorum probatione testium, iudicatum servare contempsit.

Eumque legati nuntios durius accepisse.

Praeterea, quod gravius est, uti accepimus, ad B. Petri et sanctae atque apostolicae Romanae Ecclesiae iniuriam, praedicti legati nuntios, ad eum directos, capiens, et in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum et capillos flammis exurere, et literas in conspectu hominum sub dio cremare praesumpsit.

Sententiam excommunicationis in terram comitisque personam promulgatam confirmat.

Unde legatus idem in propriam comitis terram interdictionis, et in personam eius excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo, habito fratrum consilio, eamdem usque ad condignam satisfactionem sententiam ratam habemus. Interdictum autem praecipimus observari.

Datum Laterani pridie idus aprilis.

Dat. die 12 aprilis anno Domini 1125, pontif. anno I.

(1) Ex tom. I Concil. Labbei, pag. 910.

III.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Cluniacensis monasterii (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Confirmatio diplomatum Gregorii VII, Urbani II et Paschalis II. — Enumeratio bonorum, quae confirmantur: — In abbatis Cluniac. monasterio subiectis non eligendi abbates, nisi accedente consensu abbatis Cluniacensis. — Prioratus eidem monast. subiecti. — In quibus si abbates non adsint, numquam eligendi. — In parochiis per ipsum abbatem eligendi presbyteri, qui tamen curam animarum ab episcopis accipiant: prout etiam ecclesiarum ipsarum consecrationes. — Omnimoda immunitas a quocumque gravamine: — Atque etiam a quacumque ecclesiastica censura, nisi a Romano Pontifice illata fuerit. — Item et a quacumque molestia, vi etc. — Solitae clausulae. — Honorii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro abbati venerabilis monasterii Cluniacensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium. Incomprehensibilis et ineffabilis divinae miseratio potestatis, nos hac providentiae ratione in Apostolicae Sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus Ecclesiis solicitudinem gerere studeamus. Siquidem S. Romana Ecclesia, quae a Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum retinet principatum, tamquam diligens mater, singulis debet Ecclesiis instanti vigilantia providere. Ad ipsam enim, quasi ad caput et matrem ab omnibus est concurrendum, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, et a suis oppressionibus releventur. Condecet igitur ut Ecclesias, et venerabilia loca, maxime quae ad speciale ius, et singularem proprietatem S. Romanae, cui Deo auctore servimus, spectant, Ecclesiae specialioris praerogativae sortiantur honorem, et apostolicae auctoritatis munimine roborentur. Quamobrem, dilecte in Christo fili Petre abbas, iustis postulationibus tuis clementius inclinati, quicquid libertatis, quicquid tuitionis, quicquid auctoritatis praedecessores nostri, Ecclesiae Romanae Pontifices, praesertim apostolicae memoriae nom. Gregorius VII, Urbanus, et Paschalis II (1), discretionis ratione, vestro monasterio, et locis ad id pertinentibus, contulerunt, nos quoque praesenti decreto auctore Domino confirmamus: in quibus haec propriis sunt visa nominibus adnotanda, abbatiae S. Egidii, S. Benedicti super Padum, S. Bertini, S. Wlmari, Hanolcurt, Pontesera, S. Germani Antissiodorensis, S. Mariae Virziliacensis, S. Austremonii de Mausac, Figiacensis, Viernensis, Menatensis, S. Petri Moysiacensis, Novi-Monasterii Pictavensis, S. Ioannis Angeliacensis, S. Martialis Lemovicensis, S. Petri Malliacensis, S. Cypriani Pictaviensis: in quibus praeter consensum Cluniacensis abbatis abbas nullatenus eligatur. De prioratibus, in Hispaniis prioratus Sanctae Mariae de Hazara, S. Isidori, S. Zoili, Villavert, Villafranca, S. Salvatoris de Cornillana, S. Martini de Formesta: obedientia (2) de Astura, obedientia de Valuert, obedientia de Pacluntera, S. Martini de Hetla, S. Lizerii de Begorra, Setimont, Elsa, S. Orientis de Auxia, Moyrac, Alayrac, Carennac, obedientia Bernardi vice-comitis de Boorti, S. Fidis de Morlans, S. Ioannis de Gordum, S. Eutropii de Sanctonis, obedientia de Dulone, obedientia S. Martini de Axia, Volta Salsinaniae, obedientia de Arfolia, Silviniacus, S. Salvatoris, S. Stephani de Hiverno, Leurci, S. Reveriani, Maeiurium, Virzeiacum, Paredum, Marciniacus, Amberta, ecclesia de Balbiniaco, Nantholicus, Ginniacus, Ymmunt cum Promili, Conzi cum ecclesiis suis, ecclesia de Rossilione, ecclesia de Ablaione, ecclesia de S. Baudilio, ecclesia de Primasel, ecclesia de Periaco, Ronpont, S. Saturnini Fornacensis, Pon-

Confirmatio diplomatum Gregorii VII, Urbani II, et Paschalis II.

Enumeratio bonorum, quae confirmantur.

In abbatis Cluniacensi monasterio subiectis non eligendi abbates, nisi accedente consensu abbatis Cluniacensis.

Prioratus eidem monaster subiecti.

(1) Edidit Marrier, Biblioth. Cluniac., col. 1377.

(1) Huiusmodi privilegia lege suis in locis.

(2) Vide superius, pag. 171. (a. T.)

sorges, Podiolenum, S. Marcelli de Salzeto, S. Gallae, Sanctae Luciae, Canagobia, Valentiola, Rosans, obedientia de Alaceard, Vigilium, obedientia de Domna, S. Victor de Geneva, monasterium de Condaminis, Altapetra, Paterniacum, Romanum monasterium, Valclusa, obedientia de Megis, S. Albini de Basilia, S. Maria de Charitate, Donzi, ecclesia de Petuerio, Novigentum, Longus Pons, S. Martini de Campis, obedientia Crespeii, Ascerenz, Abedvilla, S. Cosmae de Normania, Bogessem, Runilly, ecclesia de Permis, S. Proiecti de Bethurna, Leunum, S. Marghereta, Britinium, S. Petri de Calce, S. Salvii iuxta Valentienes, obedientia de Tupim, Consiacus, Turris super Marna, S. Theobaldi, de Vitreio, S. Marghereta Gaya, Villare, Alta-Cherica insula, cella S. Pancratii de Legiis, Notingham, Mons-Acutus, obedientia de Balma, Castelletum, Roddotium, ecclesia Ferrariae, S. Maioli de Papia, Baresate, Avertemala, Olgia, Cantur, Pontida, Figiria, Fontanella, Portesana, S. Pauli de Argona, Provalium, S. Pauli intus lacum, Rodaga, Virgiliana, Quinciana, Mediana, S. Gabrielis de Cremona, S. Marci de Lauda, S. Gregorii de Placentia. In omnibus autem prioratibus et cellis, quae nunc sine proprio abbate, vestro regimini subiectae sunt, nullus futuris unquam temporibus abbatem ordinare praesumat. Liceat quoque vobis seu fratribus vestris in Ecclesiis presbyteros eligere, ita tamen, ut ab episcopis, vel episcoporum vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant. Quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tum presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequentur. Ecclesiarum vero seu altarium consecrationes, ab episcopis, in quorum dioecesibus sunt, locorum vestrorum fratres accipiant; si quidem gratis ac sine pravitate voluerint exhibere: alioquin, a catholico, quem malueritis, episcopo, consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Neque cuilibet facultas sit, aut claustri vestri, aut locorum vestrorum fratres pro vivorum seu defunctorum eleemosynis iustis, ob salutem datis, inquietare; sed tam virorum quam mulierum oblationes, quae ad eos afferuntur, in usu servorum Dei pauperumque profecturas recipere liceat. Statuimus etiam, ne cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi ipsi, quam et famuli eorum, et qui se monasticae professioni devoverunt, clausis ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Concedimus etiam vobis, laicos seu clericos saeculares, nisi qui pro certis criminibus excommunicati sunt, ad conversionem per loca vestra suscipere. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a praefato antecessore nostro Urbano Papa constituti sunt, praesentis decreti nostri pagina confirmamus: ne videlicet ullus homo cuiuscumque conditionis ac potestatis invasionem praedam aut rapinam facere, sive homicidium perpetrare praesumat infra ipsorum limites terminorum. Praeterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat, vestrum venerabile monasterium, et loca ei subdita, temere perturbare; sed eorum possessiones, et bona caetera, quae pro animarum salute iam data sunt, vel in futurum Deo miserante donari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine

In quibus si abbates non adsint, numquam eligendi.

In parochiis per ipsum abbatem eligendi presbyteri, qui tamen curam animarum ab episcopis accipiant: prout etiam ecclesiarum ipsarum consecrationes.]

Omnimoda immunitas a quocumque gravamine:

Atque etiam a quacumque ecclesiastica censura, nisi a Romano Pontifice illata fuerit.

Item et a quacumque molestia, vi, etc.

Solitae clausulae.

districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant: salvo in omnibus Romanae Ecclesiae iure et Sedis Apostolicae reverentia. Amen.

Honorii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Crescentius Sabinensis episcopus ss.

Ego Petrus Portuensis episc. ss.

Ego Unalis Albanus episc. ss.

Ego Willelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Ægidius Tusculanus episcopus consensi.

Ego Gregorius presbyter card. tit. Apostol. s.

Ego Rossemagnus diaconus card. S. Georgii s.

Ego Cosmus S. Mariae in.... s.

Ego Gregorius S. Angeli diaconus card. s.

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, IV nonas aprilis, indict. III, incarn. dominicae anno MCXXV, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 2 aprilis anno Domini 1125, pontif. anno I.

IV.

Confirmatio bonorum omnium sanctae Feretranae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Feretrana sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Et confirmantur bona omnia ad eam pertinentia, quae enumerantur. — Cum decreto perpetuae immunitatis. — Minantur solitae poenae privilegii huius violatoribus. — Honorii PP. subscriptio.

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de episcopis Feretranis.

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Feretrano episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Deo, providere. Proinde, carissime in Domino frater Petre, sanctam Feretranam Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, in beati Petri tutelam, nostramque protectionem suscipimus: statuentes praesentis privilegii auctoritate, ut Ecclesiae possessiones, et bona quaecumque, quae vestra Feretrana Ecclesia impraesentiarum iuste et legitime possidet, sive in futurum, largiente Domino, iuste atque canonice poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus nominibus exprimenda, videlicet: S. Pancratii capellam, Sancti Martini in Monte, capellam Sanctae Sophiae, capellam Sanctae Mariae in Plebe cum curte sua, plebem Sancti Laurentii in Folia cum pertinentiis suis, capellam Sancti Michaelis cum curte sua, monasterium Sanctae Mariae in Scriptino cum omnibus suis pertinentiis, plebem Sancti Iohannis in Carpineo cum suis pertinentiis, capellam S. Marini, et possessionem quae est in Carpineo, plebem Sancti Cassiani in Pissino cum omnibus suis pertinentiis, et fundum suum integrum, capellam Sancti Theodori cum suis pertinentiis, et terram in Valle Cava et Moledano, plebem Sancti Theonisti in loco qui dicitur Corina, cum omnibus pertinentiis suis, plebem Sancti Marini cum castello et pertinentiis suis omnibus, plebem Sanctae Agathae cum omnibus pertinentiis suis, et curte, quae vocatur Farnito, in loco qui dicitur Ovilione, plebem Sancti Martini in Murisiano cum

Exordium.

Ecclesia Feretrana sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Et confirmantur bona omnia ad eam pertinentia, quae enumerantur.

pertinentiis suis, plebem Sancti Hilarii cum pertinentiis suis, plebes Sanctae Mariae in Vico cum pertinentiis, plebes Sancti Stephani in Murlo cum pertinentiis suis, monasterium Sancti Martini in Saltu cum pertinentiis suis, plebes Sancti Petri in Cultu cum pertinentiis suis, plebem Sancti Petri ad Missam cum pertinentiis suis, fundum Hermannum in integrum, fundum Adinum in integrum, monasterium Sancti Salvatoris in Fundo, cellam Fausti in integrum cum suis pertinentiis, plebem Sancti Martini de Vivedo cum omnibus suis pertinentiis, cum castello, quod vocatur Casale de Ilice, plebem Sancti Cassiani in campo Iuvenici cum pertinentiis suis in integrum, plebem Sanctae Mariae in Romania cum omnibus suis pertinentiis, plebem Sanctae Mustiolae cum pertinentiis suis, monasterium Sancti Severini cum pertinentiis suis, capellam Sancti Proculi cum pertinentiis suis, et tertiam partem de fundo Atiliano, tertiam partem de fundo Bucuniano, tertiam partem de fundo Iustorum cum campo, qui vocatur Martii in integrum, tres petiolas de terra fundi Attiliani, Stabulo, tertiam partem de fundo qui vocatur Plegae, fundum Plegni in integrum, fundum Alsidiarum, qui vocatur Campus Planus, fundum Frigi in integrum, fundum Antimaria in integrum, fundum Columnella in integrum, fundum post Collina, capellam Sancti Archangeli in integrum, fundum vallis Donatuli, massam Licinianam in integrum, fundum Ausi in integrum, cella Fausti, Scannulas maiores et minores in integrum, capellam Sanctae Agathae cum castro, quae vocatur Petra Anellaria, capellam S. Georgii in integrum, fundum Cervianum in integrum, fundum Capicinianum, curtem, quae vocatur Grilena, cum omnibus pertinentiis suis in castello Felicitatis, capellam Sancti Martini in Castagnolo, capellam Sanctae Sophiae in Aquatario, capellam S. Mariae in Metavistis in integrum, ecclesiam Florae in Scapinio, fundum Sititianum, fundum Campo-Planum cum omnibus suis pertinentiis, Castellum Novum, quod vocatur Petrella: salva in omnibus Romanae Ecclesiae iustitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat etc. Si qua etc. Cunctis autem etc. *(ut in caeteris antepositis)*. Amen.

Cum decreto perpetuae immunitatis.

Minantur solitae poenae privilegii huius violatoribus.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus.

Honorii PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, II kal. maii, indictione III, anno dominicae incarnationis MCXXV, pontificatus autem D. Honorii II PP. anno I.

Dat. die 30 aprilis anno Domini 1125, pontif. anno I.

V.

Ecclesiae provinciae Æmiliae, et exarchatus Ravennae, Gualterio archiepiscopo et successoribus confirmantur in perpetuum (1).

SUMMARIUM

De obedientia a caeteris Ecclesiis Romanae tamquam capiti praestanda. — Gualterii archiep. singularia merita in Sedem Apostolicam. — Eidem et successoribus confirmantur Ecclesiae Æmiliae, caeteraeque exarchatus Ravennae, et nonnulla monasteria. — Decretum immunitatis bonorum ad Ravenn. Ecclesiam pertinentium, cum soliiis clausulis. — Honorii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gualterio Ravennati archiepiscopo, eiusque successoribus canonice promovendis.

Sacrosancta Romana Apostolica Ecclesia ab ipso Salvatore nostro Domino Iesu Christo caput et cardo est omnium instituta (2). Non decet igitur a capite membra discedere, sed eminenti rationi, et superni provisioni Capitis obedire; moderatrix autem discretio Capitis, singulorum mem-

De obedientia a caeteris Ecclesiis Romanae tamquam capiti praestanda.

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de Ravennat. archiepp. (2) Adde *Ecclesiarum*.

brorum officiosas actiones considerans, uniuscuiusque ius, et ordinem, et natura constitutum, distincte reservat, et quibuscumque nobilibus vetustatis suae dignitatem, sine invidia, sociali charitate custodit. Hac igitur inducti ratione, honorem famosae Ravennatis Ecclesiae, Apostolicae Sedis propriae specialis filiae, sine diminutione aliqua volumus conservare; ideoque, venerabilis frater Gualteri, quem pro Ecclesiae strenuitate, doctrinae, religionis, et morum honestate, plena in Christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternae pietatis affectu annuimus. Per praesentis itaque privilegii paginam confirmamus episcopatus, videlicet, Æmiliae provinciae, idest Parmae, Placentiae, Regii, Mutinae, Bononiae, Ferrariae, Adriae, Comacli, Imolae, Faventiae, Forolivii, Foripompilii, Bobii, Caesenae, Ficolae. Praeterea confirmamus vobis exarchatum Ravennae, qui Romanae Ecclesiae iuris est, et monasteria Sancti Alberti, Sancti Hilarii, seu caetera monasteria et possessiones ad vestram Ecclesiam pertinentes, per authentica privilegia ab antecessoribus nostris, et catholicis regibus traditas. Pomposiani quoque monasterii curam personae religionis tuae, salvo Ecclesiae nostrae iure, committimus, ut regularis disciplina per suam (1) industriam reformetur. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, nostram Ravennatem Ecclesiam temere perturbare, aut possessiones eius auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur ecclesiastica in futurum, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Gualteril archiepiscopi singularia merita in Sedem Apostolicam.

Eidem et successoribus confirmantur Ecclesiae Aemiliae, caeteraeque exarchatus Ravennae, et nonnulla monasteria.

Decretum immunitatis bonorum ad Ravennat. Ecclesiam pertinentium, cum solitis clausulis.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus.

Honorii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Bonifacius cardinalis S. Marci subscripsi.

Ego Gregorius cardinalis Ss. Apostolorum subscripsi.

Ego Benedictus cardinalis tit. Eudoxiae subsc.

Ego Anastasius presbyter cardinalis tit. S. Clementis subscripsi.

Ego Conradus presbyter cardinalis tit. Pastoris subscripsi.

Ego Desiderius presbyter cardinalis tit. S. Praxedis subscripsi.

Ego Deus-dedit cardinalis presbyter tit. Ss. Laurentii in Damaso subscripsi.

Ego Petrus Pisanus presbyter cardinalis S. Martyris Susannae subscripsi.

Ego Petrus cardinalis tit. S. Calixti subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis S. Marcelli subscripsi.

Ego Vitalis Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus Portuensis episcopus subscripsi.

Ego Guilidinus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Ægidius Tusculanus episcopus subscripsi.

Ego Comes Sanctae Mariae in Agro diaconus subscripsi.

Ego G. G. diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis S. Angeli subsc.

Ego G. G. diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

(1) Lege *tuam* (R. T.)

Datum Laterani per manum Aymerici an. MCXXV dominicae incarnationis.

Dat. anno 1125, pontif. anno I.

VI.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, ad Savigniense monasterium Eboracen. dioecesis spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona cum praesentia, tum futura monasterio confirmantur: — Libera a cuiuscumque personae molestia, sub poena excommunicationis declarantur.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gaufrido abbati S. Trinitatis de Savigneio, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut et bene placentem Deo religionem laboremus statuere, et stabilitam exacta diligentia conservare. Ea propter, dilecte in Domino fili Gaufride abbas, venerabilis fratris nostri Turstini Eboracensis archiepiscopi precibus inclinati, tuis rationabilibus postulationibus duximus annuendum. Statuimus enim, ut monasterium B. Trinitatis de Savigneio, cui Deo auctore præesse cognosceris, quaecumque impraesentiarum iuste et legitime possidet, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant: quaecumque praeterea in futurum, largiente Deo, concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, poteritis adipisci, firma vobis et integra conserventur, salva nimirum dioecesani episcopi iustitia et reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem huic nostrae constitutioni sciens, temerario ausu contraire tentaverit, anathematis sententiam se noverit incursurum.

Bona cum praesentia, tum futura monasterio confirmantur.

Libera a cuiuscumque personae molestia, sub poena excommunicationis declarantur.

Datum Lateranis V idus decembris (1).

Dat. die 9 decembris.

(1) Ex ms. monasterii huius edidit Mart., tom. I Thesaur. Nov. Anecdot., pag. 361.

VII.

Confirmatio cudendi monetam in terris sibi subiectis favore Savarii de Maloleone sub annuo censu unius marchae auri (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ius excudendi monetam ab Angliae rege concessum, a Pontifice confirmatur. — Census annuus aureæ marchae imponitur. — Solitae clausulae. (R. T.)

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Savario de Maloleone Crucesignato, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Invicta fides et devotio indefessa quam erga Ioannem regem Anglorum nosceris habuisse, te ac tua ponendo pro ipso, sicut illi materiam praestitit te dignis honoribus munerari, sic et nobis, tuis remunerationibus praestandi favorem non immerito persuadet; ut tua circa eum grata obsequia, et ipsius erga te retributam gratiam approbantes, utriusque Siciliae reddamus honorificentiam clariorem. Cum igitur, sicut tua nobis exhibita petitio continebat, idem rex pensatis tuae devotionis obsequiis in terra tua cudendae monetae, tibi liberam de liberalitate regia concesserit facultatem, sicut in eius literis plenius continetur; nos, concessionem huiusmodi gratam habentes, eam tibi, sicut iuste possides et quiete, auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Ad indicium

Ius excudendi monetam ab Angliae rege concessum a Pontifice confirmatur.

(1) Edmundus Martene hoc primum a se editum privilegium notat inter monumenta anni 1124 et sequentis. (2) Ex Archiv. Vatic.

Census annuus aureæ marchae imponitur.

autem huius a Sede Apostolica confirmationis obtentae, unam marcam auri annis singulis, quibus moneta ipsa cudetur, nobis et successoribus nostris exolves.

Solitae clausulae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani xx kalendas maii, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 12 aprilis anno Domini 1126, pontif. anno II.

VIII.

Adempta a Calixto II Pisanis archiepiscopis consecrandorum in insula Corsica episcoporum praerogativa, eisdem restituitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Series agitatae saepius huius controversiae: — Eius examen coram Honorio PP. — Iudicium archiepiscoporum et episcoporum asserentium ius controversarum consecrationum Pisanis archiep. — Nomina eorum, qui huic scripto sese subscripserunt. — Honorius PP. sententiam huiusmodi confirmat, iusque metropolicum super omnibus Corsicae Ecclesiis concedit Pisanis archiep. — Pallii usum eisdem indulget. — Solitae clausulae privilegium hoc confirmantes. — Honorii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Rogerio Pisano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc in sancta Matre catholica et universali Romana Ecclesia, quae iustitiae sedes est, nos auctore omnium bonorum Deo cognoscimus constitutos, ut suam Ecclesiis omnibus iustitiam conservemus, et si quid perperam gestum esse noverimus, rationis consilio ad rectitudinis tramitem reducamus, quatenus et quae corrigenda sunt, ordine iudiciario corrigantur, et quae recte statuta noscuntur, in sui vigoris robore perseverent. Praedecessor equidem noster sanctae memoriae Urbanus Papa, iustitiae ac charitatis intuitu, consilio episcoporum et cardinalium, et aliorum fidelium assensu, Pisanae Ecclesiae, et Daiaberto, qui ei praesidebat, eiusque successoribus canonice intrantibus, Corsicanae insulae episcopatus regendos et disponendos commisit, atque subiecit. Eumdemque Daiabertum in archiepiscopum insulae Corsicanae promovit, et Corsicanis episcopis, ut ei tamquam metropolitano suo obedirent, per obedientiam praecepit. In magna namque et diuturna schismaticorum tempestate, quam Romana tunc temporis patiebatur Ecclesia, Pisanorum civitatem multis laboribus fecit obnoxiam. Corsicana vero, tam proxilitate spatiorum, quam negligentia pastorum, dominorum insolentia, et desuetudine legatorum Sedis Apostolicae, a subiectione et obedientia Romanae Ecclesiae deferbuerat, et dissolutioni ac dissipationi dedita ecclesiastici ordinis pene deseruerat disciplinam. Proinde idem praedecessor noster tota Pisanis collatorum beneficiorum meritis digne respondit, et Corsicanae Ecclesiae, quae Pisanis proprior est, debita charitate providit. Postmodum vero successor eius Papa Gelasius, eiusdem charitatis respectu, idem iuris et dignitatis, quod a domino Urbano Papa Pisanae Ecclesiae collatum fuerat, auctoritate sui privilegii confirmavit. Quo de hac luce assumpto praedecessor noster Papa Calixtus eiusdem rationis consideratione, quod ab antecessoribus eius Urbano et Gelasio datum et confirmatum Pisanae Ecclesiae fuerat, privilegii sui munimine roboravit. Ianuenses autem honori Pisani populi invidentes, et eorum incrementum aequo animo non ferentes, huius rei sumpta occasione, guerram contra Pisanos moverunt. Unde caedes, incendia, et

Series agitatae saepius huius controversiae:

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. III, ubi de Pisanis archiepiscopis.

multae christianorum captivitates, peccatis exigentibus, contigerunt; et debacchandi in christianos Sarracenis multa crevit audacia. Praeterea Ianuenses ad urbem venientes, romanum clerum et populum sollicitare attentius studuerunt, suadentes eis magnum esse Romanae Ecclesiae detrimentum, nisi concessa dignitas Pisanae auferretur Ecclesiae. Asserebant enim Romanam Ecclesiam huius guerrae causam et fomentum existere; et si Corsicanorum episcoporum consecratio ad proprium dominium Romanae revocaretur Ecclesiae, indubitanter inter se et Pisanos pacem et concordiam provenire. His igitur causis dominus Papa Calixtus pacis amator inductus, donationem illam Pisanae Ecclesiae a suis antecessoribus factam, et a se ipso firmatam, pacis intuitu revocavit, et scripti sui pagina irritavit. Caeterum neque suis, neque nostris temporibus, inter Pisanos et Ianuenses est adhuc concordia consecuta. Post commissum vero nobis a Deo Romanae Ecclesiae regimen, tu, frater Rogeri Pisane archiepiscope, et consules ad nos venientes, ut de consecratione Corsicanorum episcoporum, quae Pisanae Ecclesiae a praedecessoribus nostris Urbano, Gelasio et aliis collata fuerat, et sine praecedentia ipsorum Pisanorum culpa, et absque iudicio ablata, iustitiam faceremus, suppliciter rogavistis, praesentibus etiam Pisanis. Ianuenses postea ad praesentiam venientes, ut eidem sacra ablatio, a Papa Calixto facta, per nos firmaremur, nihilominus postularunt. Nos autem utrosque ad pacem faciendam diligenter monuimus, sed pacem ab eis precibus vel monitis impetrare nequivimus. Ianuenses enim, qui ad nos venerant, se ad hoc non esse a populo suo missos, neque eius mandata posse transgredi asserebant. Habito igitur fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, quod uterque populus ad pacem cogi ratione deberet, convenimus. Legatum ergo nostrum, Comitem, tunc diaconum cardinalem, cum scriptis nostris Ianuam et Pisas misimus, praecipientes, ut in manu eius iuramento firmarent, et de sacra Corsicae, et guerra usque ad tunc proximum Sancti Michaelis festum nostris iussionibus obedire (1). Transacto itaque termino, utraque pars ad nostram venit praesentiam. Nos autem diligenti studio ad pacem inter eos statuendam, quamvis non profecerimus, laboravimus; demum cum ab eis quaereremus, ut iuramento firmarent, se nostris obedire mandatis; Ianuenses se id implere non posse dixerunt, eo quod sui consulatus terminus esset expletus. Tunc communis deliberatione consilii, Pisanorum super hac causa iuramentum recepimus; et ne Ianuenses aliquam rationabilem contra nos occasionem praetenderent, secundum eis et tertium, per nostros nuncios et literas, terminum dedimus. Qui profecto neque pro se excusationem canonicam direxerunt. Cum ergo inter Romanam Ecclesiam et Pisanam quaestio remaneret, et Pisani ad requirendam Ecclesiae suae iustitiam non desisterent, fratres nostros archiepiscopos, episcopos et abbates, qui causam et modum rei gestae a praedecessore nostro Calixto plene pronoverant, convocavimus. Quibus in sacro Lateranensi palatio in nomine Domini congregatis, regesta praedecessorum nostrorum Urbani, Gelasii et Calixti tradidimus; et quid inde a nobis, postquam Apostolicae Sedis onus assumpsimus, factum fuerat, et quantum pro pace inter eos componenda laboraveramus, diligenter ostendimus; rogantes in charitate, qua venerant, ut iuxta quod eis Sancti Spiritus gratia revelaret, nobis consulerent. Postmodum vero adiurati in fide, quam beato Petro et Romanae debebant Ecclesiae, responderunt se nulla alia causa nisi divina charitate ad id, quod dabant, consilium, fuisse adstrictos, quod nimirum consilium per scriptum propriis roboratum manibus ediderunt. Cuius videlicet scripti verba haec sunt: Spiritus Sancti dictante gratia:

Eius examen coram Honorio PP.

Iudicium archiepiscoporum et episco-

(1) Forsitan *obedirent*. (R. T.)

porum asserentium ius controversarum consecrationum Pisanis archiepisc.

domnus Honorius sacratissimae et Apostolicae Sedis episcopus, diversarumque provinciarum archiepiscopis et episcopis, ac abbatibus, quid de negotio Pisanae Ecclesiae iuste canoniceque faciendum foret petiit consilium. Quibus rationabiliter visum est, quatenus et beatae memoriae Urbani, Gelasii, Calixti privilegia, et decreta inconcussa permaneant, et Pisanam Ecclesiam debere restitui Corsicanis episcopatibus, absque iudiciario proprio ordine spoliatam. Et scripto huic subscripsere archiepiscopi Gualterius Ravennas, Romualdus Beneventanus, et episcopi Guillelmus Urbevetanus, Guido Aretinus, Gregorius Tarracinensis, Pandulphus Tianensis, Clarissimus Assisensis, Robertus Aversanus, Richardus Caietanus, Trasmundus Signinus, Iohannes Calenas, Gualfredus Senensis, Gaufredus Suessanus, Ranulphus Casertanus, Iacobus Faventinus, Otho Sutrinus, Petrus Castellanae civitatis, Benedictus Nepesinus, Ildito Soanensis, Gherardus Ameliensis, Benno Caesenas, et Petrus Tuscanus: et abbates Sancti Laurentii Aversani, Matthaeus et Iohannes Sanctae Sophiae, atque Iohannes Camaldulensis prior; interfuere etiam alii episcopi Benedictus Lucanus, et Andreas Lunensis, Illandus Massanus, Petrus Alusinus, et Otho Tudertinus: absentes quoque, Oldegarius Tarraconae archiepiscopus, Gualterius Magalonae et Gottefredus Florentinus episcopi assensum et consilium suum per proprias literas praebuerunt. Praeterea collaterales fratres nostri episcopi et cardinales, in unum convenientes in Domino, inter se consulere coeperunt, et ab omnibus praeter unum diaconum iudicatum est, quod Papae Urbano, ex auctoritate Romanae Ecclesiae, etiam contra voluntatem episcoporum ipsius insulae licitum fuerit Pisanum episcopum provisorem et metropolitanum Corsicanae Ecclesiae constituere, successoribus autem ipsius domino Gelasio et domino Calixto id ipsum itidem licuit suis privilegiis confirmare. Et quia Pisanae Ecclesiae, a tot Pontificibus Romanis collata et confirmata dignitas, sine manifesta culpa et iudicio auferri non debuit, iterum iudicatum est eandem ei dignitatem debere restitui; et facta de donatione illius Romanorum Pontificum privilegia inconcussa servari: in hoc etiam honoratorum virorum Petri praefecti, consulum, et aliorum Romanae urbis sapientium, atque nobilium convenit assensus. Nos ergo, quod ab archiepiscopis, episcopis et abbatibus collaudatum, a cardinalibus iudicatum, et a Baronibus approbatum fuerat, iustum esse noscentes, in conspectu omnium, te, charissime in Christo frater Rogeri Pisane archiepiscope, de consecratione episcoporum, Corsicanae insulae per baculum investivimus. Nunc itaque secundum iudicium fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, et secundum consilium et collaudationem archiepiscoporum, episcoporum, et abbatum et nobilium Romanorum assensum praedecessorum nostrorum Urbani, Gelasii et Calixti privilegia Pisanae Ecclesiae facta, et inconvulsa permanere statuimus, et praesentis privilegii pagina consecrationem episcoporum Corsicae tibi per te Pisanae Ecclesiae restituimus, quatenus secundum iam dictorum privilegiorum tenorem, tamquam proprius eiusdem insulae metropolitanus, episcopatus, et episcopos ipsius regendi, ordinandi, consecrandi, atque ad synodum tam in metropolitana Pisana Ecclesia, quam in ipsa insula convocandi ad honorem Dei et eiusdem Pisanae Ecclesiae habeas potestatem. Pallii vero usum, qui praedecessoribus tuis pro ipsius insulae praelatione a nostris antecessoribus est concessum, nos tam tibi, quam tuis successoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui suprascripti sunt, idest Nativitate Domini, Epiphania, Hypopanton (1), Coena Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, tribus solemnitatibus Beatae Genitricis et Virginis Mariae, natalitiis S. Iohannis

Nomina eorum, qui huic scripto sese subscripserunt.

Honorius PP sententiam huiusmodi confirmat, iusque metropolicum super omnibus Corsicae Ecclesiis concedit Pisanis archiep.

Pallii usum eisdem indulget.

(1) Vide superius, pag. 137. (R. T.)

Baptistae, et Sanctorum Apostolorum, commemoratione Omnium Sanctorum, consecratione basilicarum, suffraganeorum episcoporum et clericorum, annuo natalitii tui die, in festivitate S. Sixti, in Inventione et Exaltatione S. Crucis, in anniversario dedicationis Pisanae Ecclesiae, in festivitate sanctorum martyrum Stephani, et Laurentii, et Ephisi, cuius corpus in eadem ecclesia requiescit, et in solemnitate Beatae Agathae virginis et martyris; sane per Pisanam parochiam, et insulam Corsicanam crucem ante te et tuos successores deferri, concedimus.

Solitae clausulae privilegium hoc confirmantes.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Honorii PP. et S. R. E cardinalium subscriptiones.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Crescentius Sabinensis episc. ss.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus ss.

Ego episcopus Guido Tiburtinus subsc.

Ego Bonifacius card. presb. tit. S. Marci ss.

Ego Gregorius card. presb. Ss. Apostolorum ss.

Ego Benedictus presb. card. tit. Eudoxiae ss.

Ego Conradus presb. card. tit. Pastoris interfui, et ss.

Ego Deus-dedit presbyt. card. tit. Damasi ss.

Ego Sasso presb. card. tit. S. Stephani ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Martyris Susannae ss.

Ego Iohannes presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Calixti ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Marcelli ss.

Ego Sigito presb. card. tit. Ss. Marcellini et Petri ss.

Ego Gregorius presb. card. tit. S. Sabinae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. Ss. Aquilae et Priscae ss.

Ego Ubertus presbyter card. tit. S. Clementis ss.

Ego Gregorius S. Angeli diaconus card. ss.

Ego Romanus diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Ugo diaconus card. S. Theodori ss.

Ego Stephanus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Iohannes diac. card. S. Nicolai ss.

Ego Angelus diac. card. S. Mariae in Dominica ss.

Ego Hiacynthus prior subdiac. sacrae basilicae ss.

Ego Hermannus sacrae basilicae subdiaconus ss.

Ego Nicolaus sacrae basilicae subdiac. ss.

Ego Silvius prior subdiaconorum de Cruce ss.

Ego Petrus subdiaconus subsc.

Ego Caleph. subdiac. subscripsi.

Ego Matthaeus sacrae basilicae subdiaconus ss.

Ego Ioannes qualiscumque subdiaconus ss.

Ego Bosus subdiac. sacri palatii ss.

Ego Gerardus subdiac.

Ego Stephanus sacri palatii subdiac. ss.

Ego Bonifacius clericus ss.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancellarii, XII kal. augusti, indict. IV, incarnationis dominicae an. MCXXVI, pontificatus autem D. Honorii Papae II anno II.

Dat. die 21 Iulii anno Domini 1126, pontif. anno II.

IX.

Monasterium Sponheimense, nuper fundatum in Moguntin. dioecesi, sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; bonaque omnia eidem data confirmantur (1).

SUMMARIUM

Monasterio Sponheimense sub protectione Sedis Apostolicae recepto, — Ubi regulam S. Benedicti et monasticam disciplinam servari statuitur, — Facultas conceditur abbatem de gremio eligendi ab archiep. Moguntino tamquam dioecesano, a quo in reliquis dependere debeat monast. consecrandum. — Bonaque omnia confirmantur, immunia ab omni molestia futura. — Solitae clausulae.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Bernhelmo abbati monasterii Sancti Martini in Sponheim, Ord. S. Bened. Moguntinensis dioecesis, eiusque successoribus regulariter instituendis, in perpetuum.

Monasterio Sponheimense sub protectione Sedis Apostolicae recepto,

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum. Ea propter, dilecte fili, tuis fratrumque tuorum iustis postulationibus annuentes, praefatum monasterium Sponheimense, cui, auctore Deo, praesides, sub Apostolicae Sedis tutela et protectione suscipimus, atque praesentis scripti pagina communivimus; decernentes et statuentes, ut regularis vita in eodem loco tam noviter instituta secundum regulam S. Benedicti futuris temporibus inviolabiliter conservetur: nulli etiam facultas sit, post factam apud vos professionem, sine abbatis licentia, maioris vel minoris religionis obtentu, ad alium locum transmeare: quod si quis contra hanc prohibitionem nostram quocumque tempore in futurum discesserit, nullus abbas, aut quilibet audeat eum retinere. Quoties, abbate obeunte, de successore fuerit inter fratres ipsius loci tractandum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia cuiusvis potestatis, sive ecclesiasticae sive temporalis, intrudatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam, de eodem collegio, vel de alio, si, quod absit, idoneum inter se non invenerint, duxerint eligendum. Porro altarium consecrationem, Chrisma, Oleum sanctum, benedictionem abbatum, et ordinationes monachorum a dioecesano eiusdem parochiae archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere, suscipiatur; alioquin, liceat vobis et posteris vestris, catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationes et sacramenta suscipere: sepulturam quoque istius loci liberam esse omnino censemus, ut eorum, qui illic sepeliri desideraverint, nisi forte excommunicati fuerint, devotioni et voluntati nemo obsistat. Possessiones quoque omnes, quas iusto titulo possidetis, et in futurum quorumcumque oblatione acquiretis, auctoritate apostolica confirmamus: decernentes, quod nulli omnino hominum liceat praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel quomodolibet ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus perturbare; sed omnia integra vestris et pauperum usibus conserventur profutura. Si quis autem in posterum archiepiscopus, episcopus, rex, dux, vel comes, vel cuiuslibet ordinis princeps, seu quaelibet ecclesiastica saecularisve persona, hanc constitutionis nostrae paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et si non subito satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Dei nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud

Ubi regulam S. Benedicti et monasticam disciplinam servari statuitur,

Facultas conceditur abbatem de gremio eligendi ab archiepisc. Moguntino tamquam dioecesano, a quo in reliquis dependere debeat monast. consecrandum.

Bonaque omnia confirmantur immunia ab omni molestia futura.

Solitae clausulae.

(1) Ex Chronico monasterii huius edidit Sammarth. inter instrumenta Ecclesiae Moguntinae.

districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Data per manus diaconi sanctae Sedis Apostolicae, x calend. aprilis, indictione quinta, incarnat. dom. MCXXVII, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 23 martii anno Domini 1127, pontif. anno III.

X.

Damnatio pravae consuetudinis in Britannia exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in canonicos (1).

SUMMARIUM

Exponit pravam Eccl. Leodiensis consuetudinem recipiendi pecuniam pro rebus ecclesiasticis. — Hanc omnino prohibet. — Poena contra violatores. (R. T.)

Honorius episcopus servus servorum Dei, Alexandro episcopo, et clero Leodiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Exponit pravam Ecclesiae Leodiensis consuetudinem recipiendi pecuniam pro rebus ecclesiasticis.

Relatione fratrum vestrorum, ad nos venientium, comperimus hanc in vestra Leodiensi Ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi canonicus fieri voluerit, oporteat, cum praeposito et decano determinatam pecuniam exhibere; et adhuc de investituris ecclesiarum et altarium, archidiaconos et decanos facere accepimus. Scriptum est in Evangelio, quia Dominus noster vendentes et ementes eiecit de templo (*a*); ideoque per praesentia scripta firmiter praecipiendo mandamus, quatinus tam prava consuetudo de caetero apud vos nullatenus conservetur, sed modis omnibus annihiletur. Quod si quis deinceps praesumpserit agere, nos, et dantem et accipientem, iubemus, locum in Ecclesia ulterius non habere.

Hanc omnino prohibet.

Poenae contra violatores.

Datum Laterani, VII idus novembris.

Dat. die 7 novembris anno Domini 1128, pontif. anno IV.

(1) Ex Spicileg. Dacher., tom. VIII nov. edit., pag. 479. (*a*) Matth. XXI, Mar. XI, Luc. XIX. (R. T.)

XI.

Confirmatio bonorum omnium ad canonicos Faventinae Ecclesiae spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum confirmationis et immunitatis. — Solitae clausulae. — Honorii PP. subscriptio.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Faventinae Ecclesiae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Pastoralis officii nos pia solicitudo constringit Apostolicae Sedis tutelam postulantibus, et protectionis suffragia impertiri. Proinde vestris, dilectissimi in Christo filii Ecclesiae Faventinae canonici, petitionibus annuentes, tam vos ipsos, quam et omnia vestra bona in beati Petri et nostram tutelam suscipimus, atque praesentis privilegii pagina communimus; statuimus enim, ut bona omnia, quae in praesentiarum cuinspiam largitione personae habetis, vel in futurum quocumque modo, divinis et humanis legibus cognito, poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nullus unquam archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, castaldio, aut alia quaelibet magna vel parva, cuiuscumque ordinis aut dignitatis persona, vos, seu omnia, quae habetis, audeat perturbare, aut auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra con-

Decretum confirmationis et immunitatis.

(1) Ex Archiv eorumdem canonicorum edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de Faventinis episcopis.

serventur eorum, pro quorum substentatione aut gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si quando autem aliqua praedictarum personarum vos senseritis occasione qualibet praegravari, tunc vobis liceat Sedem Apostolicam libere appellare. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, officii atque ordinis sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; qui vero custos et observator extiterit, apostolicae benedictionis gratia repleatur, et aeternae felicitatis praemio glorietur. Amen, amen, amen.

Solitae clausulae.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Honorii PP. subscriptio.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Sedis, et universalis Curiae cancellarii, pridie non. aprilis, indictione sexta, incarnationis dominicae anno MCXXVIII, pontificatus domni Honorii Papae IV.

Dat. die 4 aprilis anno Domini 1128, pontif. anno IV.

XII.

Confirmatio decreti, editi in concilio Parisiensi, pro restitutione Argentoliensis monasterii (1).

SUMMARIUM

Ab unione membrorum cum capite religionis unitas. — Argentolien. monast. fundatum per Stephanum Parisien. episcopum, — Abbati S. Dionysii concessum in synodo. — Eidem ab Honorio PP. confirmatur.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Suggerio, abbati Sancti Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Ab unione membrorum cum capite religione unitas.

Tunc religionis amor, et charitatis unitas in sui status perfectione servabuntur: si quod a membris Ecclesiae constituitur, a capite roboretur. Nos igitur in sede beati Petri apostoli, cui Christus Ecclesiarum omnium contulit principatum, licet indigni, a Domino constituti, unitatem spiritus in vinculo pacis conservare volumus, et, quae a fratribus nostris constituta sunt, propensiori studio auctoritate apostolica confirmamus.

Argentoliense monast. fundatum per Stephanum episcopum,

Venerabilis siquidem frater noster Stephanus Parisiensis episcopus, sicut ex suarum literarum inspectione cognovimus, monasterium Argentolien., in quo, quaedam malae, prout dicebatur, vitae mulieres vivebant, quod, etiam antiquis regum praeceptis, cognoverat iure monasterio Sancti Dionysii pertinere; in praesentia venerabilium fratrum nostrorum, Matthaei Albanensis episcopi Apostolicae Sedis legati, Rainaldi Remensis archiepiscopi, Gaufredi Carnutensis, Gosseni Suessionensis, episcoporum; hortatu etiam filii nostri Ludovici illustris et gloriosi regis Francorum, dilecte in domino fili Suggeri abbas, intuitu religionis, tibi et monasterio Sancti Dionysii, salvo iure Parisiensis Ecclesiae, concessit: ita tamen, ut mulieribus in religionis locis, ubi animas possint salvare, provideas. Quod ergo pro reformandae religionis amore de praefato monasterio a praedicto Stephano Parisiensi episcopo statutum est, auctoritate nostra firmamus, et firmum volumus futuris temporibus permanere. Tuae igitur dilectioni mandamus, ut ad religionem et monasticum ordinem in praefato loco statuendum diligenti vigilantia studeas; et ne praedictarum mulierum aliqua in tua culpa depereat, in locis religiosis solicita cura provideas.

Abbati S. Dionysii concessum in synodo;

Eidem ab Honorio PP. confirmatur.

Datum Laterani, IX kal. maii.

Dat. die 23 aprilis anno Domini 1129 (1), pontif. anno V.

(1) Ex tom. XII Concil., col. 1394.

(1) Hoc enim anno habitum est concilium Parisiense.

INNOCENTIUS II

PAPA CLXIV

Anno aerae Christi comm. MCXXX.

Gregorius, natione Romanus, monachus coenobii Lateranensis Sanctorum Ioannis Baptistae, Ioannis Evangelistae, atque Pancratii, itemque abbas monasterii Sanctorum Nicolai et Primitivi, ordinis sancti Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum (1), mox diaconus cardinalis Sancti Angeli, electus est in Romanum Pontificem die 15 februarii 1130. Sabbato sequenti ordinatus est presbyter, et in crastino die, scilicet dominica 23 mensis eiusdem, consecratus est Pontifex. Sedit in pontificatu ann. XIII, mens. VII, dies IX (2), imperantibus in Oriente Iohanne Comneno, in Occidente Lothario II, hinc Conrado rege Romanorum. Obiit die 24 (3) septembris 1143, et sepultus est in basilica Lateranensi; post septem annos corpus eius translatum est ad ecclesiam Sanctae Mariae Transtyberim tit. Calixti. Vacavit sedes per diem.

Schisma vigesimum sextum in Ecclesia.

Altera ab Innocentii PP. electionis die Petrus, Leonis filius, presbyter cardinalis S. Mariae Transtyberim, homo peccati, qui super electum a catholicis catholicum, et canonice, locum sanctum invasit armis, igne, pecunia, non vitae vel virtutum merito (1): et Anacleti secundi nomen accepit. Consecratus est apud S. Petrum, quo die Innocentius PP. apud S. Mariam Novam consecrabatur. In concilio Stampensi a Gallis reiectus, et in Remensi ac Pisano excommunicatus, tandem post septimum schismatis annum mortuus est die 25 ianuarii 1138. Corpus eius in latebris sepultum est.

Schisma vigesimum septimum in Ecclesia.

Nono anno pontificatus domini Innocentii secundi Summi Pontificis, mense martio primae indictionis, anno scilicet 1138, cum Anacletus antipapa mortuus esset, cardinales sui, concilio accepto, Gregorium cardinalem Papam sibi, et invasorem constituunt, Victoremque appellant. Sed post duos menses, abdicatis a Victore ad Innocentii PP. pedes usurpatis insignibus, reddita Ecclesiae pax est.

(1) Ita legit Baronius in Archivo tituli Sanctae Praxedis. (2) Emortuali excluso. Annos hic Innocentii a die electionis enumeratos praeter morem (ut enim saepius diximus, pontificiae administrationis anni computandi sunt a die consecrationis) si quis admiretur, debuisse nos Innocentium ipsum sequi advertat, qui in rescripto inferius ponendo num. VII quamvis datum sit die 22 februarii 1132, legitur tamen: *Datum etc.* VIII *kal. martii* 1132, *pontificatus Innocentii an.* III, et in eo, quo Innocentius PP. monasterium de Cheminon ab ordine S. Nicolai de Arroasia ad Cisterciensem translatum, coenobio de Tribus Fontibus subdidit, legitur itidem: *Dat...* XIII *kalend. martii, indict.* I, *incarnationis dominicae anno* MCXXXVII, *pontificatus vero D. Innocentii Papae secundi anno* IV, qui dies 17 februarii electioni et consecrationi Innocentii interiacet. (3) Hunc diem morti Innocentii assignandum edocet nos epistola Caelestini II eius successoris, qua Cluniacenses de sua electione certiores facit, et quam nos suo loco referimus.

I.

Monasteria congregationis Vallisumbrosae recipiuntur sub tutela Sedis Apostolicae cum aliarum gratiarum et indultorum confirmatione (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Privilegium, de quo in rubrica. — Immunitatum privilegia confirmantur: — Et omnimoda monachorum tranquillitas stabilitur; — Aliaque conceduntur. — Bona omnia eidem confirmantur, perpetua securitate et quiete fruitura. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Atthoni Vallumbrosano abbati eiusque successoribus, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum, Deo, Exordium.

(1) Ita testatur S. Bernardus in epist. ad episcopos Aquitaniae, num. 126. (2) Ex Codd. Vaticanis.

commissa est, ut et religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si non ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Attho abbas, rationabilibus postulationibus annuentes, Vallumbrosanum monasterium, cui Deo auctore praesides, cum omnibus monasteriis sibi subiectis, sub Apostolicae Sedis tutela et protectione suscipimus, et scripti pagina nostri communimus: statuentes, ut omnis immunitas, omnis libertas, quae a praedecessoribus nostris felicis memoriae Victore, Gregorio septimo, Urbano et Paschale, Romanis Pontificibus, praefato monasterio concessa est, futuris perpetuis temporibus firma tibi tuisque successoribus, ac Vallumbrosanae congregationi, illibataque permaneat. Sane nulli hominum liceat, conversos aut monachos iamdicti monasterii, seu etiam totius congregationis, ausu temerario capere, vel captos retinere, seu aliquibus fatigationibus infestare. Porro fructuum vestrorum decimas, quas ubilibet propriis sumptibus laboribusque colitis, absque episcoporum contradictione, vel episcopalium ministrorum vel plebanorum, xenodochio vestro reddendas, possidendasque sancimus. Liceat vobis etiam clericos, e saeculo fugientes, seu laicos ad conversionem absque cuiuslibet contradictione suscipere, et qui se devoverint, in vestro cimiterio sepelire; et tam ipsorum, quam caeterorum fidelium oblationes sine aliarum Ecclesiarum praeiudicio recipere. Adiicimus quoque, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, iam dictum monasterium iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, rationabiliter, praestante Domino, poterit adipisci, quieta vobis et integra conserventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit idem monasterium temere perturbare, aut ei subditas ecclesias, vel possessiones auferre, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Privilegium, de quo in rubrica.

Immunitatum privilegia confirmantur:

Et omnimoda monachorum tranquillitas stabilitur;

Aliaque conceduntur.

Bona omnia eidem confirmantur, perpetua securitate et quiete fruitura;

Solitae clausulae.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, anno incarnationis dominicae millesimo centesimo trigesimo, indictione octava, pontificatus vero domni Innocentii Papae secundi anno primo.

Dat. anno Domini 1130, pontif. I.

II.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Cuxanensis monasterii (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monast. sub Sedis Apostolicae tutela recipitur; — Eiusque bona omnia confirmantur, et privilegia eidem a Summis Pontificibus concessa. — Abbas a monachis eligendus. — Nonnulla conceduntur privilegia. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae.

(1) Ex Chartulario monasterii huius edidit Baluzius in appendice Marcae Hispan., num. 380.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gregorio abbati monasterii Sancti Michaelis Coxianensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecte in Christo fili Gregori abbas, Beati Michaelis archangeli monasterium, cui disponente Domino praesides, sub Apostolicae Sedis protectione suscipimus, et scripti nostri pagina roboramus, statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona praefatum monasterium in praesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum rationabiliter, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: in quibus haec propriis nominibus duximus annotanda, videlicet alodium, quod in circuitu est eiusdem monasterii, cum pertinentiis suis, alodium Tauriniani, ecclesiam Sancti Fructuosi cum pertinentiis suis, ac decimas ecclesiae de Allone. Quicquid praeterea concessione praedecessorum nostrorum Sergii, Agapiti et Iohannis, Romanorum Pontificum, vestro monasterio collatum est, tibi tuisque successoribus confirmamus. Obeunte vero te, eiusdem loci abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam praeponatur; sed quem fratres communi assensu, aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Idem vero abbas ire ad synodum ipsius loci episcopi minime compellatur. Si quis vero poenitens, a liminibus exclusus Ecclesiae, illuc confugerit, quandiu ibi fuerit, licentiam habeat ecclesiam introeundi, et omne divinum officium audiendi. Ipsum autem monasterium, vel eidem ecclesias pertinentes, vel abbatem, nullus episcopus excommunicare praesumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monast. sub Sedis Apostolicae tutela recipitur:

Eiusque bona omnia confirmantur, et privilegia eidem a Summis Pontificibus concessa.

Abbas a monachis eligendus.

Nonnulla concedunturprivilegia.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum apud Clarummontem per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV kal. decembris, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXXX, pontificatus vero domni Innocentii secundi Papae, primo.

Dat. die 28 novembris anno Domini 1130, pontif. anno I.

III.

Privilegium pro ecclesia S. Petri in Undesdorf Frisingensis dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia in Undesdorf, ab Ottone comite Palatino constructa, apostolico privilegio munitur; — Eiusque bona confirmantur. — Decretatur ut praepositus a canonicis eligatur: prout etiam advocatus. — Decretum immunitatis pro eadem. — Census annuus unius bisantii Rom. Eccl. solvendus. — Solitae clausulae.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg. tom III.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rudperto praeposito Ecclesiae Beati Petri Undesdorf quae in Frisingensi episcopatu sita est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut et beneplacentem Deo religionem laboremus statuere, et constitutam exacta diligentia conservare.

Ecclesia in Undesdorf, ab Ottone comite Palatino constructa, apostolico privilegio munitur;

Quamobrem, dilecte in Domino fili Rudperte praeposite, illustris viri Ottonis comitis Palatini precibus inclinati; tuis postulationis clementer annuimus, et Beati Petri ecclesiam, cui, Deo auctore, praesse dinosceris, ab eodem filio nostro Ottone comite Palatino constructam et beato Petro oblatam, Apostolicae Sedis patrocinio communimus: statuentes, ut quaecunque bona, quascumque possessiones praefata Ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, potuerit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, eiusdem loci praeposito, nullus inibi per violentiam, nisi quem fratres secundum beati Augustini regulam substituendum decreverint, praepositus eligatur. Porro ad ipsius Ecclesiae defensionem atque salutem eligendi advocatum, quemcumque malueritis, liberam concedimus facultatem.

Eiusque bona confirmantur.

Decretatur ut praepositus a canonicis eligatur: prout etiam advocatus.

Decretum immunitatis pro eadem.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut iniquis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum dioecesani episcopi debita iustitia ac reverentia. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis singulis annis unum bisantium nostro Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Census annuus unius bisantii Rom. Eccl. solvendus.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum Leodii per manum Aymerici S. R. E. diaconi card. et cancell. v cal. aprilis indictione ix, incarnat. domin. anno mcxxxi, pontificatus vero domni Innocentii II Papae secundo.

Dat. die 28 martii anno 1131, pontif. anno ii.

IV.

Confirmatio donationis centum marcarum annuarum ab Henrico Anglorum rege in Anglia factae monasterio Cluniacensi (1).

SUMMARIUM

Exordium a liberalitate principum in dotandis monasteriis. — Donatio Henrici regis Anglorum confirmatur. — Donatio illa facta fuit coram Innocentio PP. multis cardinalibus et episcopis. — Decretum confirmationis cum solitis clausulis. — Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Donationes et beneficia, quae ad substentationem fratrum, a regibus, principibus et aliis viris religionis amatoribus,

Exordium a liberalitate principum in dotandis monasteriis.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martin. Marrier, col. 1302.

sacrosanctis praestantur Ecclesiis, tamquam ea, quae divini iuris effecta sunt, auctoritate apostolica volumus communire. Per praesentis igitur scripti paginam, donationem a carissimo filio nostro Henrico, illustri et glorioso Anglorum rege, de centum marcis argenti, per annos singulos Cluniacensi monasterio persolvendis, factam, sexaginta videlicet in telonio Londoniensi et quadraginta in telonio Lincolniensi, Apostolicae Sedis patrocinio roboramus. Haec autem donatio apud Rothomagum ab eodem filio nostro Henrico rege, incarnationis dominicae anno MCXXXI, indict. IX, mense maio, die dominica, in nostra et fratrum nostrorum praesentia facta est, Guillelmi scilicet Praenestini episcopi, Ioannis tit. Sancti Chrysogoni, Humberti Sancti Clementis, Rustici Sancti Ciriaci, Gozelini Sanctae Ceciliae, presbyterorum cardinalium: Gregorii Ss. Sergii et Bacchi, Aymerici cancellarii, Guidonis Sanctae Mariae in Vialata, diaconorum cardinalium: Oldegarii Terraconensis, Hugonis Rothomagensis, archiepiscoporum: Gaufridi Carnotensis, Ioannis Lexoviensis, Ioannis Sagiensis, episcoporum: Bernardi Clarevallis, Sugerii Sancti Dionysii, Bosonis de Bacho, abbatum: Guillielmi comitis de Warenna, Rotberti filii ipsius regis, comitis de Glocerio, Roberti de Sigillo, Roberti de Laha, Rabelis camerarii de Tancarvilla, Nahelis thesaurarii, Haalonis prioris Sancti Osqualdi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium super eadem donatione futuris temporibus infestare, aut eam auferre, minuere, vel ausu temerario fatigare; sed integra conservetur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa est, usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Donatio Henrici regis Anglorum confirmatur.

Donatio illa facta fuit coram Innocentio PP., multis cardinalibus et episcopis.

Decretum confirmationis cum solitis clausulis.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.



Ego Guilletmus Praenestinus episc. ss.
Ego Iohannes Ostiensis episc. ss.
Ego Guido Tiburtinus episc. ss.
Ego Gregorius diac. cardin. Ss. Sergii et Bacchi ss.
Ego Iohannes tit. S. Chrysogoni presb. car. ss.
Ego Ubertus tit. S. Clementis presb. cardin. subsc.
Ego Goselinus presbyter cardinalis tit. S. Ceciliae.

Datum Beluaci per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardin. et cancellarii, XIII kal. iulii, indict. IX, incarn. dominicae anno MCXXXI, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno II.

Dat. die 20 maii anno Domini 1131, pontif. anno 2.

V.

Canonizatio Beati Godehardi Hildeishei-mensis in Saxonia episcopi (1).

SUMMARIUM

Series facti exponitur. — Godehardum episc. in vita et post mortem miraculis clarum, sanctorum numero adscribitur. (R. T.)

(1) Ex Archiv. Vatic.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Hildesheimensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti exponitur.

Veniens ad nos venerabilis frater noster Bernwardus, episcopus vester, in plenaria synodo, quae Remis per Dei gratiam fuerat congregata, attestatione fratrum nostrorum episcoporum et abbatum, et aliorum, qui secum venerant, sanae (1) memoriae Godehardum episcopum vestrum laudabiliter vixisse in mundo et tam in vita quam post mortem multis miraculis coruscasse asserunt; unde nos cum fratribus nostris, omnipotenti Deo gratias referentes, habito eorum consilio et collaudatione, quia eumdem in caelis cum sanctis credimus coronari, ipsum inter sanctos honorari praecipimus: mandantes vobis, ut et eidem beato viro solemnitatem in vestra Ecclesia statuatis (2), et ad eam annualiter convenire curetis.

Godehardum episcop. in vita et post mortem miraculis clarum, sanctor. numero adscribitur.

Datum Remis IV kalendas novembris.

Dat. die 29 octobris anno Domini 1131, pontif. anno II.

VI.

Privilegium de confirmatione et institutione ordinis S. Augustini in Ecclesia S. Satyri Bituricen. et de canonicis saecularibus subtrahendis (3).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ordo regularis secundum B. Augustini regulam inibi servandus: — Canonicis saecularibus regulares substituendi. — Bona, quae confirmantur, libera ab omni molestia. — Abbas a fratribus eligendus. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. subscriptio.

(1) Forsitan *sanctae*. (R. T.) (2) Rem totam de sanctitate et miraculis beati Godehardi, in concilio Remensi peractam anno Domini 1131 legere est saec. VI Benedict., part. I, pag. 433, et hoc anno in Critica Baroniana, § XIV. (3) Inter Instrum. Ecclesiae Bituricen. edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. II, pag. 51.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati, et fratribus, in Ecclesia Beati Satyri divino famulatui mancipatis, tam praesentibus quam futuris, in P. P. M.

Proœmium.

In Apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio religiosos viros debemus diligere et ad religionem propagandam libenter operam dare. Quocirca, dilecti in Domino filii, quieti et utilitati ecclesiae Beati Satyri, in qua divino vacatis servitio, salubriter providentes, eam sanctae Romanae Ecclesiae suffragio muniendam duximus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam ibidem perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur. Sane decedentibus canonicis saecularibus, qui ibi sunt, praebendis eorum in usum regularium fratrum redactis, nullus, nisi canonicam vitam professus, eis substituatur. Quaecumque praeterea possessiones, aut bona impraesentiarum iuste et canonice possidere videmini, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Sane, obeunte te, dilecte in Domino fili Petre, nunc eiusdem loci abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam praeponatur, nisi quem fratres ipsius loci secundum Dei timorem et beati Augustini regulam, sibi praeviderint eligendum. Statuimus etiam, ut ipsius Ecclesiae bona nullus sibi audeat usurpare; sed in tua et eorum, qui post te regulariter successerint, libera dispositione permaneant: salva nimirum dioecesani episcopi iustitia et reverentia. Si

Ordo regularis secundum beati Augustini regulam inibi servandus.

Canonicis saecularibus regulares substituendi.

Bona, quae confirmantur, libera ab omni molestia.

Abbas a fratribus eligendus.

Solitae clausulae.

qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. subscriptio.

Ego Innocentius catholicae Eccl. episc.

Datum Remis per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, nonis novembris, indict. IX, incarn. dom. anno MCXXXI, pontif. vero domni Innoc. II PP. anno II.

Dat. die 5 novembris anno Domini 1131, pontif. anno II.

VII.

Confirmatio concordiae initae inter abbatem Sancti Ægidii et abbatem Cluniacensem, cui pro compensatione expensarum ceditur obedientia de Limanz (1).

SUMMARIUM

Series controversiae. — Quae facta compositio. — Obedientia de Limanz data Cluniac. pro compensatione expensarum. — Confirmatur conventio. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Series controversiae.

Quae ad pacem spectant Ecclesiae, libenti animo statuere volumus, et ut futuris temporibus inviolabiliter observentur, attenta diligentia providere. Litem siquidem et controversiam, tu, carissime in Domino fili Petre abbas, et Cluniacense monasterium adversus dilectum filium nostrum Petrum abbatem S. Ægidii et monasterium suum, diutius agitasti. Tu enim de subiectione tibi et praedecessoribus tuis, per Apostolicam Sedem concessa, eos impetebas. Ille vero antiquam libertatem sui monasterii intendebat. Quae tandem in nostra et fratrum nostrorum episcoporum cardinalium praesentia, apud Beliocum est hoc ordine terminata, ut videlicet, si, quod absit, religionis ordo in monasterio S. Ægidii imminutus fuerit, ibidem tuo et successorum tuorum praecepto et consilio reformetur. Si quando vero te, vel successores tuos ad idem monasterium ire contigerit, reverenter suscipiamini; et quamdiu ibi fueritis, cum vestris omnibus honeste procuremini. Residendi quoque in sede eiusdem abbatis, et capitulum regendi, praedicto abbate, vel successoribus transmigrantibus, fratres monasterii S. Ægidii eligendi de congregatione sua abbatem absque impedimento habeant libertatem: ita tamen, ut ipsis pro abbate, qui ad aliud transierit monasterium, de nullo alio, praeter quam de Clun. monasterio pastorem assumere liceat. Quo nimirum defuncto, vel etiam remoto de congregatione sua, abbatem, cum praedicto tamen tenore, eamdem habeant facultatem. Pro recompensatione quoque fatigationum expensarumque, quas nimirum tu, vel praedecessores tui, pro monasterio S. Ægidii pertulisti, idem abbas, consensu fratrum suorum, obedientiam, quae Limantium nuncupatur, cum pertinentiis suis, tibi et per te Cluniacensi monasterio donavit, et in ius eius ac in proprietatem in perpetuum transtulit. Quod si quis vos super eadem obedientia molestaverit, praefatus abbas, se ac successores suos secundum iustitiam auctores et defensores constituit. Tu vero, dilecte fili Petre abbas, praeter ea, quae dicta sunt, querimoniae, quam adversus mo-

Quae facta compositio.

Obedientia de Limanz data Cluniac. pro compensatione expensarum.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1395.

nasterium S. Ægidii habebas, habito fratrum tuorum consilio, in perpetuum renunciasti. Statutum etiam est, ut si Cluniacense monasterium super monasterio S. Ægidii haberet aliqua privilegia, vel coenobium S. Ægidii super Limantio, utrimque reddantur. Si qua vero extant generalia, nullum in hoc vigorem obtineant. Auctoritate igitur Dei et nostra, praecipimus, ut praedicta conventio absque ullius contradictione irrefragabiliter perpetim observetur. Si quis vero praedictae concordiae in hunc nostrae confirmationis (1) contraire praesumpserit, indignationem beatorum Petri et Pauli, ac nostram, incurrat, et ab incaepto frustretur.

Confirmatur conventio.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.



Ego Matthaeus Albanensis episcopus ss.

Ego Romanus diac. cardin. S. Mariae in Portica Noles ss.

Ego Iohannes tit. S. Chrysogoni presbyt. card. ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. Ss. Iohannis et Pauli ss.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ss.

Ego Guido diaconus card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Datum Valentiae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card., et cancell. VIII kal. martii, incarn. dominicae anno MCXXXII, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno III.

Dat. die 22 februarii anno Domini 1132, pontif. anno III.

(1) Adde *tenorem*.

VIII.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Trenorciensis monasterii (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad monaster. pertinentia confirmantur. — Sententiam praedecessorum Pontif. super controversia duarum Ecclesiarum approbatur. — Ecclesia Ss. Valeriani et Philiberti libera ab omni episcopali iure declaratur. — Abbates a solis monachis eligi iubet. — Solitum immunitatis decretum statuit. — Clausulae consuetae. — Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Trenortiensi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiescumque illud a nobis petitur, quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Proinde, dilecte in Domino fili, Petre abbas, tuis rationabilibus postulationibus assensum praebentes, Trenortiense monasterium, cui Deo auctore praesse dinosceris, ad exemplar praedecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum, Apostolicae Sedis patrocinio communimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones catholicorum imperatorum, seu caeterorum principum largitione, episcoporum concessione, seu caeterorum fidelium oblatione, ad idem coenobium legitime impraesentiarum pertinent, sive in futurum iuste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane diffinitionem, quam inter vestrum et Beati Florentii monasterium de ecclesiis Sanctae Crucis et Sancti Nicolai, a dominis praedecessoribus nostris, sanctae memoriae Urbano atque Calixto, ex eorum scriptis factam cognovimus, auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus. Ad haec adiicimus,

Bona ad monast. pertinentia confirmantur.

Sententiam praedecessor. Pontificum super controversia duarum Ecclesiarum approbatur.

(1) Ex authographo edidit Chifletius in probationibus Hist. Trenorc., pag. 418.

Ecclesia Sanctorum Valeriani et Philiberti libera ab omni episcopali iure declaratur.

ut idem locus, in quo Beati Valeriani martyris et Sancti Philiberti confessoris corpora requiescunt, ab omni iugo saecularis potestatis liber in perpetuum conservetur. Nec episcopo liceat cuiuscumque dioecesis, eumdem excommunicationis, absolutionis, vel cuiuslibet dispositionis occasionibus perturbare: aut cruces, seu quaslibet exactiones novas burgo et caeteris monasterii possessionibus irrogare. Missas quoque in eodem monasterio publicas celebrari, vel stationes ab episcopo praeter abbatis vel fratrum voluntatem fieri prohibemus. Praeterea pro reverentia beatae Mariae Matris Domini, cuius nomine locus vester insignitus est, in Annunciatione dominica hymnum angelicum inter missarum solemnia abbati vel fratribus pronunciare concedimus. Obeunte autem eiusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum: ab Apostolicae Sedis episcopo, vel eius legato, consecrandum. Nulli ergo hominum omnino fas sit, praenominatum coenobium perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Abbates a solis monachis eligi iubet.

Solitum immunitatis decretum statuit.

Clausulae consuetae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Datum Valentiae, per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XVII kalendas aprilis, indictione X, incarnationis dominicae anno MCXXXII, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno III.

Dat. die 16 martii anno Domini 1132, pontif. anno III.

IX.

Confirmatio veterum privilegiorum omnium, Aquileiensi Ecclesiae, eiusque patriarchis a Summis Romanis Pontificibus concessorum (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Patriarchae Aquileien. iurisdictio in sexdecim episcopatus. — Pallii usus et crucis delatio ante se confirmantur; — Item et bona omnia ad eamdem Ecclesiam spectantia confirmantur. — Decretum immunitatis ab omni externa molestia; — Et confirmationis privilegii huius sub solitis clausulis. — Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Peregrino Aquileiensi patriarchae, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Domus Domini decora, circumamicta varietate, columnas habet, alias in summo

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. V, ubi de Historia patriarchalis huius Ecclesiae.

splendore positas, alias in medio, alias in ultimo collocatas. Sancta namque Romana Ecclesia, quae ab ipso Salvatore per beatum Petrum principatum obtinuit, opifices suos, alios episcopos instituit, qui clero praeessent et populorum curam animarum gererent: alios archiepiscopos, qui episcopis manum consecrationis imponerent, et iura dantes potestate metropolica concilia celebrarent: alios primates, qui soli Romano subessent Pontifici, et super archiepiscopos et provincias primatum haberent. Ea propter, dilecte frater in Christo Peregrine, Aquileiensis patriarcha, tibi et per te Sanctae Aquileiensi Ecclesiae, cui, auctore Deo praesse dinosceris, potestatem super sexdecim episcopatus, videlicet Polensem, Tergestinum, Parentinum, Petenensem, Emonensem, Concordiensem, Tarvisiensem, Cenetensem, Belonensem, Feltrensem, Paduanum, Vicentinum, Tridentinum, Mantuanum, Veronensem, Cumanum, metropolitico iure concedimus: abbatias quoque, scilicet Osciacensem, Mosicensem, Rosaciensem, Beliniensem, Sextensem, Priensem, Sanctam Mariam ad Organum, tibi et tuis successoribus duximus roborandas. Pallei vero usum, rationalis, atque nacci (1), qui praedecessoribus tuis pro ipsius Ecclesiae dignitate a nostris antecessoribus est concessus, nos tam tibi quam tuis successoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui in Ecclesiae tuae privilegiis continentur. Sane quocumque perrexeris, crucem te et tuos successores deferendi, licentiam, auctoritate beati Petri et nostra largimur. Porro comitatus, marchiam et ducatum, regalibus seu imperialibus privilegiis Ecclesiae tuae concessa, nos quoque praesentis decreti sanctione nihilominus roboramus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona Aquileiensis Ecclesia impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et illibata permaneant: salvo nimirum in omnibus sanctae Romanae Ecclesiae iure ac reverentia. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata cognoscat iniquitate, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Patriarchae Aquileiensis iurisdictio in sexdecim episcopatus.

Pallii usus et crucis delatio atque se confirmantur;

Item et bona omnia ad eamdem Ecclesiam spectantia confirmantur.

Decretum immunitatis ab omni externa molestia;

Et confirmationis privilegii huius sub solitis clausulis.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tit. S. Clementis subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Sozilinus presbyter cardinalis tit. S. Ceciliae subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Stephanus diaconus cardinalis S. Luciae in Orphea subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Datum Placentiae, per manum Aymerici

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) *Naccum* et *Nactum*, stragulum quo totus equus insternitur: metaphorice, stragula seu casula ambiens totum corpus sacerdotis. (R. T.)

sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, III kal. iulii, ind. X, incarnationis dominicae anno MCXXXII, pontificatus vero D. Innocentii Papae II anno III.

Dat. die 29 iunii anno Domini 1132, pontif. anno III.

X.

Decretum excommunicationis latae sententiae contra auferentes bona ad Cluniacense monasterium vel ad monachorum eius usum pertinentia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. Cluniac. visitavit Innocentius PP. cum esset in minoribus. — Dedicavit, et indulgentiam 40 diernm in anniversario dedicationis visitantibus concessit. — Excommunicationis lat. sentent. poena contra eos, qui res monast. huius abstulerint: monachos, vel ea, quae portaverint, coeperint; — Vel ea, quae ad victum vel vestitum monach. pertinent, depraedati fuerint: — Loca vero, in quibus huiusmodi raptores se receperint, a sacris suspendantur praeter baptisma infantium, et confessiones morientium. — Illi vero a solo Pontifice absolvi possint. — Cuius decreti observantiae teneantur invigilare archiep. vel episcopi locorum. — Innocentii PP. subscriptio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, discreto filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Liberalitatis laudabile genus est, ut qui se beato Petro et sanctae Romanae Ecclesiae, humili devotione exponunt, maiorem familiaritatis praerogativam et dignioria beneficia sortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense monasterium famulatum impendat et quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesia Dei novit et vehementer exultat. Æquitatis igitur postulat ratio, ut idem locus apostolicae dilectionis privilegio gaudeat, et tam in capite, quam in membris libertatem obtineat. Hoc siquidem monasterium ipsum, quod specialiter ad ius beati Petri et S. Romanae spectat Ecclesiae, per nos ipsos visitavimus; et eodem die, quo revolutis multorum annorum spatiis praedecessor noster felicis memoriae Papa Urbanus ibidem maius altare consecraverat, cum archiepiscopis et episcopis, qui nobiscum convenerant, cooperante Spiritus Sancti gratia, idem monasterium solemniter dedicavimus. Devotioni quoque et humilitati fidelium, qui pro amore Dei et ipsius loci reverentia, in anniversario dedicationis illuc conveniunt, prospicientes, ipsis quadraginta dies poenitentiae sibi iniunctae, de gratia Dei confisi, beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate remisimus. Statuimus etiam, ut immunitas eiusdem coenobii inviolata et integra futuris temporibus conservetur. Et si quis infra terminos agri, qui ab eodem praedecessore nostro circa Cluniacum constituti sunt, scienter homines capere, vulnerare, vel res dicti coenobii violenter auferre praesumpserit, excommunicationis sententia sit innodatus et tamdiu excommunicatus maneat quousque ablata restituat, et Cluniacensibus monachis de illata iniuria congrue satisfaciat. Ad hoc adiicientes decrevimus, ut quicumque Cluniacenses monachos, vel eorum socios coeperint, aut ea, quae portaverint, vel conduxerint, excommunicationi etiam subiaceant. Si vero aliqui absque ipsorum monachorum praesentia, ea quae ad victum vel vestitum fratrum in Cluniacensi coenobio Deo servientium pertinent, alicubi depraedati fuerint, nisi infra decem dies ablata restituerint, eos anathemati ipso facto subiacere praecipimus et in terra eorum divina prohibemus officia celebrari. Loca quoque, in quibus se receperint, quamdiu praesentes fuerint, a divinis obsequiis praeter infantium baptisma et morientium poenitentias, cessare iubemus, et nullus eorumdem praesumptorum, nisi a solo Romano Pontifice,

Monast. Cluniacen. visitavit Innocentius PP. cum esset in minoribus.

Dedicavit, et indulgentiam 40 dierum in anniversario dedicationis visitantibus concessit.

Excommunicationis latae sententiae poena contra eos qui res monasterii huius abstulerint: monachos, vel ea, quae portaverint, coeperint:

Vel ea, quae ad victum vel vestitum monachor. pertinent, depraedati fuerint:

Loca vero, in quibus huiusmodi raptores se receperint, a sacris suspendantur praeter baptisma infantium, et confessiones morientium.

(1) Edidit Marrier, Biblioth. Cluniac., col. 1380.

Illi vero a solo Pontifice absolvi possint.

absolvatur. Porro quisquis praefatis fratribus ubicumque manentibus, quaelibet alia, praeter ea, quae superius enumeravimus, violenter abstulerit, nisi infra decem dies ablata restituerit, excommunicationi subiaceat; nec absolvatur, donec capitale reddat et congrue satisfaciat. Sane archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis hoc perpetratum fuerit, auctoritate beati Petri et nostra praecipimus, ut postquam clamor ad aures eorum pervenerit, vel malefactum innotuerit, praescriptam excommunicationis sententiam, tepiditate seposita, faciant observari.

Cuius decreti observantiae teneantur invigilare archiep. vel episcopi locorum.

Innocentii PP. subscript o.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Viennae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diac. cardinalis et cancellarii, indictione XI, pontificatus nostri anno quarto, VI nonas martii.

Dat. die 2 martii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XI.

Diploma confirmationis bonorum Ecclesiae et comitatus Ferrariensis, quibus nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ferrariensis Ecclesia specialis Rom. Ecclesiae filia. — Ei bona, seu fundi confirmantur. — Fines Ferrariensis comitatus describuntur. — De decimis, teloneo, fodro etc., aliqua eidem condonantur Ecclesiae, alia Romanae reservantur. — In ipso comitatu Ferrariensi et Comachlensi nihil speciali personae reservandum. — Ferrariensi populo offensas in decessores Pontif. factas remittit. — Illum tamen perpetuum Sedis Apostolicae adiutorem et defensorem fore praecipit. — Corporales et spirituales poenas constituit contra huiusmodi bona auferentes vel alienantes etc.

(1) Ex Codd. Vatic.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Landulpho episcopo, consulibus, et populo Ferrariensi, in perpetuum.

Proœmium.

Ad hoc in Apostolicae Sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut iustis postulationibus liberiori animo praebeamus assensum; et quos devotiores ad nostrum obsequium, et sanctae Romanae Ecclesiae specialius adhaerere cognoscimus, scilicet eiusdem piae matris gremio familiarius confovere curemus. Quia igitur vos, dilecti in Domino filii, beato Petro et nobis, qui, licet indigni, ipsius vice fungimur, nostrisque successoribus omnem obedientiam, et gratum obsequium exhibituros promisistis, praedecessorum nostrorum sanctae recordationis Hadriani, Benedicti et Paschalis, Romanorum Pontificum, inhaerentes vestigiis, Ferrariensem Ecclesiam, tamquam specialem Apostolicae Sedis filiam, sanctae Romanae Ecclesiae patrocinio communimus, et ei fundos suos praesentis privilegii pagina roboramus: in quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: massam videlicet Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui duodecim alias massas nostras minores cum omni obedientia ac servitute subiungamus, idest massam et ripam Palatiolus cum duodecim fundis suis, et massam Constantiacus cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartisianam cum duodecim fundis suis, et similiter massam Popularem cum duodecim fundis suis, nec non massam Curulum et massam Saletum cum viginti quatuor fundis suis, et massam Sencticam et Tastilionem cum fundis suis, massam quoque, quae vocatur Firmignana, cum omnibus fundis suis: quas massas cum omnibus suis pertinentiis, de dominio et iure atque potestate sanctae Sedis Apostolicae, a praefatis praedecessoribus nostris Ecclesiae Ferrariae concessas, nos quoque eidem praesentis decreti auctoritate firmas statuentes, ut tam tibi, frater Landulphe episcope, quam tuis etiam

Ferrariensis Ecclesia specialis Rom. Ecclesiae filia.

Ei bona, seu fundi confirmantur.

successoribus in singulis massis Ecclesias cum clericis, diaconibus et presbyteris ordinandi et consecrandi licentia permittatur. Termini autem Ferrariensis comitatus his finibus distinguuntur: ab oriente ab una parte fluminis Padi, ab altera nostra massa Phiscalia et Veteraria transeunt flumen Sandali usque Bucciletum: per Bucciletum transeunt flumen Gabianam per Ludurium, circundant villam magnam Madrariam, pervenientes usque Malletum: a Malleto pergunt iuxta arginem Anxianum per paludes piscarias usque Vitricam, et transeuntes Vitricam perveniunt usque fossam Buranam et inde exeunt in Padum et descendunt usque ad occidentem usque Ulmum Formosam, quae certa finis inter Romaniam et Longobardiam; ab altera autem fluminis parte fines sunt similiter: ab oriente Callis de Fine, qui terminus est inter nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum Silvulae, et circumdant massam Corneti et Lacinanus, quae de nostro comitatu Ferrariae sunt: descendentes inde ad occidentem per paludes et piscarias usque flumen Tartari, exeunt usque in flumen Padi. Porro habitatoribus ipsius massae Maioris Ferrariae pravas et malas consuetudines amovemus, nisi tamen, sicuti soliti sunt, ad suffragium sanctae Romanae Ecclesiae per eorum nuncium unaquaque libera persona de moneta Venetiarum denarios singulos iuxta antiquam consuetudinem dabit (1). Census vero et tributi, atque telonei de ripa et flumine, unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et meliorationem seu restaurationem iam dictae maioris massae concedimus: alteram vero medietatem ad nostras manus reservamus. Similiter telonei de mercato unam medietatem nobis retinemus, alteram vero praefato nostro Ferrariae episcopo condonamus. Placitum sane generale similiter in dominio ac potestate sanctae Romanae Ecclesiae reservamus, ut videlicet coram nostro nuncio, semel in anno faciente iustitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur. Collectam vero vel fodrum, aut pravam vel iniustam functionem, aut dationem, seu consuetudinem nequaquam exigimus; scilicet omnia pro Dei timore atque amore praefatae nostrae sanctae ecclesiae Beati Georgii, omnibus habitatoribus ipsius maioris massae pepercimus, aliasque minores massas ei, sicut supradictum est, cum omnibus suis servitutibus subiugamus. Praeterea vestrae devotionis desiderio annuentes, praefatos comitatus Ferrariae et generale civitatis placitum, ac Comacli riparum cum omni iure, quod infra civitatem et comitatum ad dominium sanctae Romanae Ecclesiae pertinet, alicui minime tribuemus, nisi aut communi civitatis vestrae, aut Ferrariensi episcopatui; ita tamen, ut quantum exinde ab illis habere poterimus, vos beato Petro insta compensatione, bonorum ac sapientum consilio, persolvatis. Ad haec, de vestra fidelitate atque servitio plurimum confidentes, offensas illas, quas nobis et praedecessoribus nostris intulistis, vobis ex benignitate Sedis Apostolicae condonamus. Pro tantis itaque perceptis a Sede Apostolica beneficiis vestra universitas nobis nostrisque successoribus per proprium nuncium in commune... iuvabitque in civitate et toto comitatu Ferrariae iustitiam beati Petri et sanctae Romanae Ecclesiae nos et successores nostros recuperare, retinere, ac defendere bona fide iuvabitis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam

Fines Ferrariensis comitatus describuntur.

De decimis, teloneo, fodro, etc., aliqua eidem condonantur Ecclesiae, alia Romanae reservantur.

In ipso comitatu Ferrariens. et Comachiensi nihil speciali personae reservandum.

Ferrariensi populo offensas in decessores Pontific. factas remittit.

Illum tamen perpetuum Sedis Apostolicae auditorem et defensorem fore praecipit.

(1) Nota per illa verba: *habitatoribus massae Ferrariae pravas consuetudines amovemus, nisi tamen ad suffragium S. R. E. . . . . unaquaque persona de moneta Venetiarum denarios singulos dabit;* quae quidem in pluribus aliis pontificiis privilegiis leguntur, irritari a Romanis Pontificibus pravas omnes consuetudines, a non habente legitimam potestatem per concessiones inductas, a quarum natura longe ea distat consuetudo, quum regna, provinciae, civitates denarium quod Sancti Petri appellatur, Romanae Ecclesiae persolvebant.

Corporales et spirituales poenas constituit contra huiusmodi bona auferentes vel alienantes, etc.

temere venire temptaverit, aut Ferrariensem Ecclesiam super his, quae dicta sunt, minuere, aut Sanctae Sedi Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae et compositionis nomine reddat eidem sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum: et nisi, quae male praesumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem praefatis Ecclesiis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum in territorio Vulterrano per manum Aymerici S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, v idus martii indictione xii, incarnationis dominicae anno mcxxxiii, pontificatus domni Innocentii Papae II anno iv.

Dat. die 11 martii anno Domini 1133, pontif. anno iv.

XII.

Ianuensis Ecclesia in archiepiscopatum erigitur cum assignatione quinque Ecclesiarum suffraganearum (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Diuturnae inter Pisanos et Ianuenses discordiae a Syro episcopo compositae. — Quare archiepiscopali honore ornatur, additis tribus Ecclesiis suffraganeis in Corsica, et duabus aliis adiacentibus. — Ianuen. archiepiscopus a solo Rom. Pont. dependens et consecrandus. — Concessio pallii. — Eidem committitur abbatia de Tyro. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E card. subscriptiones.

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. iv, ubi de Hist. Ecclesiae huius.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Syro, Ianuensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Iustus Dominus et iustitiam dilexit, aequitatem vidit vultus eius (*a*). Si pro homine perdito humanatus est Dei filius, et pro eius redemptione atque salute mortem ignominiosam pertulit; catholica igitur et sancta Dei mater Ecclesia, ne filii sui damnentur perpetuo, bona sua hilari vultu et mente iucunda, quoniam ad (1) ipsum aequitatis et iustitiae ratio postulat, debet impendere. Quocirca sacrosancta Sedes Apostolica, animarum saluti providens, quoniam pro discordia et guerra, quae inter dictam Ianuensem civitatem et Pisas olim, argutissimo id fovente inimico humani generis, orta est, incomparabiles hominum clades, christianorum captivitates et ecclesiarum destructiones innumerae provenerunt; ut de caetero tam detestabilis lis et dissensio conquiescat, personam tuam et per te Ianuensem Ecclesiam a praefata civitate, quae beato Petro, ac sanctae Romanae Ecclesiae fidelis, et ad serviendum prompta extitit, et de caetero se id facturam propensius pollicetur, decorem et exaltationem, praerogativa gloriosa sublimat. Te igitur, frater charissime Syre archiepiscope, pallii genio decorantes et gratia ampliori donantes, in archiepiscopum promovemus, et tres episcopatus in Corsica, Maranen. videlicet, Nebolensem, et tertium, cuius sedem constituimus Ecclesiam Sancti Petri de Acci, qui habeat unam plebem de Marana et aliam de Maria, atque Vobzensem et illum de Brunate, quem modo novum statuimus, tibi tuisque successoribus metropolico iure subiicimus. Verumtamen episcopatum Ianuensem et te videlicet, ac posteros tuos, ab omni emancipatos subiectione, in manu propria libere retinemus, statuentes, ut Ianuensis archiepisco-

Diuturnae inter Pisanos et Ianuenses discordiae a Syro episcopo compositae.

Quare archiepiscopali honore ornatur, additis tribus Ecclesiis suffraganeis in Corsica, et duabus aliis adiacentibus.

(*a*) Psalm. x, 8. (R. T.) (1) Forsan *id*. (R. T.)

Ianuen. archiepiscopus a solo Rom. Pontifice pendens et consecrandus.

pus eo ordine, quo et Pisanus, a solo Romano Pontifice consecrentur. Quod si forte Pisanus archiepiscopus a suis suffraganeis fuerit consecratus, Ianuensis quoque a suis nihilominus similiter consecretur. Deinde vero infra Ecclesiam praeferens (1) videlicet diebus, Coena Domini et Paschia, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, S. Laurentii, tribus festivitatibus S. Mariae, Natali Domini, Epiphania, et in die anniversarii consecrationis tuae, in consecrationibus quoque episcoporum, basilicarum et ordinationibus clericorum: abbatiam quoque de Tyro ad melioratio-

Eidem committitur abbatia de Tyro.

nem (salva sanctae Romanae Ecclesiae proprietate ac consensu) tibi, venerabilis frater archiepiscope Syre, committimus.

Solitae clausulae.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem haec nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus.

Ego Iohannes Ostiensis episcopus.

Ego Rodulphus Hortanus episc.

Ego Iohannes tit. S. Chrysogoni presbyter card.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucin.

Ego Lucas presbyter card. tit. Ss. Iohannis et Pauli.

(1) Videntur desiderari aliqua.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio Monte.

Ego Raynerius Senensis episc.

Ego Rolandus Rossellanus episc.

Ego Ildizo Saonensis episc.

Ego Romanus diac. card. S. Mariae in Porticu.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diac. cardin. S. Mariae in Vialata.

Ego Oddo diac. cardin. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diac. cardin. Ss. Cosmae et Damiani.

Datum Grosseti per manum Aymerici sanctae R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, XIV kal. aprilis, indict. II, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontif. vero D. Innocentii PP. secundi anno IV.

Dat. die 19 martii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XIII.

Erectio monasterii Brugnaten. in episcopalem sedem, archiepiscopo Ianuen. suffraganeam (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Brugnatense monast. in episcopalem sedem redigitur Ianuensi archiepiscopo suffraganeam; — Eisque bonis omnibus confirmatis; — Cum decreto immunitatis ab omni violentia violatores privilegii huius anathemate percutiuntur. — Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Ildeprando Brugnatensi electo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Quemadmodum Sedes Apostolica universis per orbem Ecclesiis praelata consistit, dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni

(1) Ex tom. IV Ital. Sac. Ughell., ubi de episcopis Ecclesiae huius.

caelorum (a); ita nimirum semper ei licuit duos episcopatus in unum redigere, opportunitate temporis in duos dividere, novos creare et abbatias et alia venerabilia loca episcopalis praerogativae culmine decorare. Hoc nimirum dispensationis intuitu pro bono pacis, et Ecclesiae catholicae salute atque suffragio, Brugnatense monasterium, quod in honorem B. Petri apostoli, sanctorumque Laurentii et Columbani, constructum esse cognoscitur, praesentis scripti pagina communimus, ipsumque episcopalem sedem de caetero fore decernimus: statuentes ut ecclesiae, quae citra ipsum sunt, castella quoque et villae, quae sui iuris existunt, eidem coenobio parochiali iure subiaceant; et Pontifex, qui ibidem pro tempore fuerit, decimas, oblationes et alia tam in temporalibus, quam spiritualibus, tamquam proprius episcopus habeat et disponat, atque Ianuensi Ecclesiae tamquam metropolitanae suae obediens et subiectus existat. Illud etiam huic nostrae constitutioni addendum esse censuimus, ut universa, quae vel concessione Pontificum, oblatione fidelium eidem Ecclesiae collata sunt, vel deinceps, auxiliante Domino, iuste et canonice conferentur, sibi suisque successoribus firma semper et illibata permaneant: salva nimirum in omnibus sanctae Romanae Ecclesiae iustitia et reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem haec nostra statuta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Brugnatense monast. in episcopalem sedem redigitur Ianuensi archiepisc. suffraganeam:

Eisque bonis omnibus confirmatis:

Cum decreto Immunitatis ab omni violentia.

Violatores privilegii huius anathemate percutiuntur.

(a) Matth. XVI, 18 et 19. (R. T.)

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Guilelmus Praenestinus episcopus ss.

Ego Churradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Rodulphus Hortanus episcopus ss.

Ego Iohannes tit. S. Chrysogoni presb. card. ss.

Ego Gerardus tit. S. Crucis presb. card. ss.

Ego Anselmus presb. card.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Io. et Pauli ss.

Ego Romanus diac. card. S. Mariae in Portica ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego G. diac. card. S. Mariae in Via Lata subscripsi.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ss.

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, VI kal. iunii, indict. II, anno MCXXXIII, pontificatus vero D. Papae Innocentii II anno IV.

Dat. die 27 maii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

XIV.

De obedientia ab episcopis Daciae, Norvegiae, Islandiae etc. Hamburgensi archiepiscopo tamquam metropolitano praestanda (1).

SUMMARIUM

Suus cuique Ecclesiae gradus servandus. — Daciae episcoporum contumacia in refragando mandatis Hamburgen. metropolitani.

(1) Ex tom. III Constitut. Imperial. Goldasti, pag. 43.

— Saepius moniti a Summis Pontificibus de obediendo; — Sed frustra; — Itaque metropolitano eidem iterum subiiciuntur. — Solitae conclusiones praesens decretum roborantes.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Adalberoni, Hammaburgensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice promovendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Suos cuique Ecclesiae gradus servandus.

Ad hoc in beati Petri cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, quatinus singulis Ecclesiis et ecclesiasticis personis suam conservemus iustitiam; et qualiter tam temporaliter quam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere curemus. Dignum etenim et rationabile est, ut sicut sacrosancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum eius privilegia custodiantur illaesa, ut nullis molestiis, nullis oppressionibus pravorum hominum fatigentur.

Daciae episcoporum contumacia in refragando mandatis Hamburgensis metropolitani.

Saepius moniti a Summis Pontificibus de obediendo;

Saepe utique venerabilis Adalbero, Hammaburgensis archiepiscopus in praesentia, praecessorum nostrorum felicis memoriae Calixti et Honorii, ac nostra, questus est, Ascerum Lundensem, et alios episcopos Daciae, sibi debitam sicut metropolitano suo, quemadmodum in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum, continetur, obedientiam denegare; frequenter autem et a praedictis praedecessoribus nostris, Calixto et Honorio, et a nobis, eis mandatum est, ut ad tuam, et Hammaburgensis Ecclesiae redirent obedientiam: aut, si quam super hoc iustam se habere confiderent rationem, ad Sedem Apostolicam venirent, ostendere parati. Ipsi vero apostolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt.

Sed frustra;

Itaque metropolitano eidem iterum subiiciuntur.

Quia igitur nemo lucrum debet de sua contumacia obtinere, ex diliberato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, tam Lundensem, quam alios episcopos Daciae tibi restituimus. Ad formam itaque privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Adriani, episcopatus Daciae, Swediae, Norwegiae, Farriae, Gronlandiae, Halsingalandiae, Islandiae, Scridividiae et Slavorum, charissimi filii nostri Lotharii regis precibus inclinati, tibi et per te Hammaburgensi Ecclesiae, suae videlicet metropoli, praesentis scripti pagina confirmamus.

Solitae conclusiones praesens decretum roborantes

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Cunctis autem haec statuta nostra servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Romae apud montem Aventinum per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VI kalend. iunii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii PP. anno III.

Dat. die 27 maii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XV.

Concessio privilegiorum monasterii S. Salvatoris Papien. dioecesis ordinis Cistercien. cui bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Eidem bona omnia confirmantur. — Eiusque abbatem nonnisi a monachis eligi, et nonnisi a Rom.

(1) Ex archiv. monast. S. Salvatoris Papien. edidit Margarinus, Bullar. Cassineu., p. II.

Pontif. consecrari decernitur. — Chrisma, Oleum sanctum, caeteraque sacra a quocumque antistite recipiendi, — Baptismum in ecclesiis monast. celebrandi facultatem tribuitur. — Missas publicas, vel quid simile inconsulto abbate inibi celebrari, decimas bonorum, ipsa bona monasterii, eiusque iura perturbari prohibetur. — Quod omnino liberum sub S. Sedis tutela fore declaratur. — Eiusque abbati dalmaticae, sandaliorum et chirothecarum usum confirmatur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Iohanni abbati venerabilis monasterii, quod dicitur D. Salvatoris secus Papiam siti, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut quieti et utilitati omnium Ecclesiarum, particulari debeamus solicitudine providere; et ne pravorum hominum fatigentur molestiis, eas auctoritate Sedis Apostolicae communire. Quapropter, dilecte in Domino fili Iohannes abbas, tuis rationabilibus postulationibus assensum praebentes, Domini Salvatoris monasterium, cui Deo auctore praesides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Iohannis, Benedicti, Paschalis, Calixti, Romanorum Pontificum, sub Beati Petri tutela, et Apostolicae Sedis protectione suscipimus. Quod nimirum coenobium, ab Adeleide imperatrice Augusta renovatum et eius liberalitate et donationibus ditatum, suprascripti nostri privilegii pagina communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quaecumque praedia urbana sive rustica, culta vel inculta, quaecumque possessiones, utensilia vel ornamenta, a praefata Augusta, vel ab aliis fidelibus, de suo iure, eidem monasterio collata, in praesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis nominibus, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane, obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, providerint eligendum: electus autem a Romano Pontifice consecretur. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quo malueritis, suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam Sedis Apostolicae habuerit. Porro in ecclesiis ad ipsum monasterium pertinentibus baptismum celebrare permittimus, in quibus videlicet usque ad haec tempora constat esse celebratum. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari, aut stationes, sive ordinationes aliquas, praeter abbatis voluntatem ab episcopo quolibet fieri prohibemus. Decimas praeterea redituum praefati coenobii, absque alicuius episcopi, vel ministrorum eius contradictione, vobis habendas concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, praenominatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad haec, praesenti capitulo adiungentes, statuimus, ut supradictum coenobium sub nullius personae iurisdictione seu potestate permaneat, et ab omni iugo liberum, soli sanctae Romanae et Apostolicae Sedi subiectum esse sancimus. Dalmaticae, sandaliorum, nec non chirothecarum usum tibi, tuisque successoribus, iuxta praedecessorum nostrorum statuta, concedimus. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostram consti-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Eidem bona omnia confirmantur.

Eiusque abbatem nonnisi a monachis eligi, et nonnisi a Rom. Pontif. consecrari decernitur.

Chrisma, Oleum sanctum, caeteraque sacra a quocumque antistite recipiendi,

Baptismum in eccles. monast. celebrandi facultatem tribuitur.

Missas publicas, vel quid simile inconsulto abbate inibi celebrari, decimas bonorum, ipsa bona monasterii, eiusque iura perturbari prohibetur.

Quod omnino liberum sub S. Sedis tutela fore declaratur.

Eiusque abbati dalmaticae, sandaliorum et chirothecarum usum confirmatur.

Solitae clausulae.

tutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego INNOCENTIUS catholicae Eccl. ep.

Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis subscrip.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Cosmas presb. card. tit. S. Ceciliae ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Io. et Pauli ss.

Ego Dominicus diac. card. tit. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Gregorius diacon. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ss.

Ego Guido diacon. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Datum Placentiae per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellar. tertio non. iunii, indictione XX, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero SS. domni Innocentii II anno III.

Dat. die 3 iunii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XVI.

Cuncta monasterii Fuldensis privilegia confirmat, ac eiusdem abbatibus usum mitrae et anuli tribuit (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia ad monast. pertinentia confirmantur. — Aliqua ex his enumerantur. — Ne quilibet unquam sacerdos iurisdictionem aliquam praeter abbatem inibi exerceat; neve foemina ulla illuc ingrediatur, interdicitur. — Ut abbas a solis monachis eligatur; — Ut congruis temporibus de disciplina regulari ad Sedem Apostolicam referatur, decernitur. — Abbati primatum inter alios Galliae et Germaniae, usum dalmaticae et sandaliorum, mitrae et anuli conceditur. — Qui solius Apostolicae Sedis iudicio sit subiectus. — Privilegia omnia pontificia et regia confirmantur. — Solitae clausulae.

(1) Ex authent. edidit Frider. Schannat. num. XXVII Probat. dioec. et hierarchiae Fulden.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Bertroo abbati monasterii Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, et Sancti Bonifatii, quod situm est iuxta ripam fluminis, quod Fulda vocatur, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiis Dei, tam prope quam longe positis, attentam solicitudinem gerere, et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicae Sedis munimine roboremus. Ea propter, dilecte in Domino fili Berthoe abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Salvatoris Domini nostri Iesu Christi monasterium, cui Deo auctore praeesse dinosceris, sanctae Romanae Ecclesiae privilegio communimus. Statuimus enim, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus annotanda: monasterium videlicet Sancti Andreae apostoli, quod vocatur Exaiulum, situm Romae iuxta ecclesiam Sanctae Dei Genitricis Mariae semper

Bona omnia ad monast. pertinentia confirmantur.

Aliqua ex his enumerantur.

Virginis, quae vocatur ad Praesepe, a praedecessore nostro, felicis memoriae Papa Leone praedecessori tuo Huberto religioso abbati, respectu dilectionis donatum, cum omnibus caminatis (1), mansionibus, cellis, vineis et coquina, cum vineis, ortis, diversisque pomorum generibus, cum curte et puteo, et introitu per portam maiorem a via publica et cum omnibus ad idem monasterium pertinentibus generaliter, tam intra quam extra urbem sitis, quae ei iuste ac recte pertinere noscuntur. Prohibemus autem, omnem cuiuslibet Ecclesiae sacerdotem in iam dicto vestro Fuldensi monasterio aliquam ditionem habere, vel auctoritatem, praeter nostram Apostolicam Sedem, ita ut nisi ab abbate ipsius monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnia celebrare praesumat. Porro dona, oblationes ac decimas fidelium absque ullius personae contrarietate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus. Interdicimus etiam, ne foemina umquam illuc ingredi praesumat: et nequis umquam placitum ibi habeat, vel in caeteris eius locis nec servos, nec colonos ad aliquod servitium constringat, nisi cui abbas ad utilitatem suae necessitatis assensum praebuerit. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem, ut congruis temporibus nostrae solicitudi ecclesiasticae intimetur, qualiter religio monastica inter fratres, tuo regimini commissos, regulari habitu dirigatur, concordiaque convenienti ecclesiastico studio mancipet; ne forte, quod absit, sub huius privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestrae a norma iustitiae aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, fili charissime, praedicare verbum Dei auctoritate nostra apostolica; et ut tam tu quam successores tui ante alios abbates Galliae, seu Germaniae, primatum in omni loco conventuque obtineatis. Usum quoque dalmaticae et sandaliorum in missarum solemniis ex Apostolicae Sedis benignitate, secundum quod in antecessorum nostrorum privilegiis continetur, dilectioni tuae concedimus et ob maiorem familiaritatis praerogativam, quam in sancta Romana Ecclesia nostro tempore consequi meruisti, licentiam utendi mitra et anulo tibi tuisque successoribus nihilominus impertimur: abbas vero non nisi a nostra Sede benedicatur, a qua benedici debet; et si in aliquo crimine accusatus fuerit, eiusdem tantummodo Romanae Sedis iudicium exequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus, ut quicquid auctoritate praedecessorum nostrorum, regum, vel imperatorum, ipsi Fuldensi coenobio certum est fuisse concessum, sit etiam nostra auctoritate apostolica per huius scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem coenobio sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud di-

Ne quilibet unquam sacerdos iurisdictionem aliquam praeter abbatem mihi exerceat; neve foemina ulla illuc ingrediatur interdicitur.

Ut abbas a suis monachis eligatur;

Ut congruis temporibus de disciplina regulari ad Sedem Apostolicam referatur, decernitur.

Abbati primatum inter alios Galliae et Germaniae, usum dalmaticae et sandaliorum, mitrae et anuli concediitur.

Qui solus Apostolicae Sedis iudicio sit subiectus.

Privilegia omnia pontificia et regia confirmantur.

Solitae clausulae.

(1) Camera, conclave, coenaculum quodvis in quo caminus existat, hoc communiter; licet ex Chron. Sublac. apud Murator. (SS. RR. It.) possit ad claustra extendi. (R. T.)

strictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et cancellarii, nonis iunii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii anno IV.

Dat. die 5 iunii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XVII.

Privilegium, quo Prumiense coenobium Treviren. dioecesis, necnon universae eiusdem possessiones in Sedis Apostolicae protectionem recipiuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmantur privilegia ab imperatoribus et principibus iam concessa monasterio. — Abbati conceditur facultas excommunicandi invadentes vel retinentes bona monasterii; nisi ab episcop. moniti resipuerint.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Adalberoni, abbati monasterii Prumiensis, quod in honore Salvatoris Domini nostri Iesu Christi in Trevirensi parochia situm est, eiusque successoribus regulariter constituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere; et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Æquum enim et rationabile est, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a perversorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicae Sedis munimine roboremus. Ea propter, dilecte in Domino fili Adalbero abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Prumiense Salvatoris Domini nostri Iesu Christi monasterium, cui auctore Domino praesides, sanctae Romanae Ecclesiae privilegio communimus: statuimus enim, ut quidquid auctoritate praedecessorum nostrorum, vel imperatorum, Pipini scilicet et Caroli, et aliorum principum, ei Prumiensi monasterio constat esse concessum, atque suis praeceptis munimentisque firmatum, tibi tuisque successoribus stabile firmumque consistat. Praeterea quascumque possessiones, seu bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut imposterum concessione Pontificum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Sane ex ampliori Sedis Apostolicae benevolentia statuimus, ut si qui possessiones et bona eiusdem coenobii invadere vel retinere praesumpserint, si, a suis episcopis commoniti, non satisfecerint, dilectioni tuae eos interdicendi seu excommunicandi sit attributa potestas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium perturbare, aut eius possessiones auferre etc.

Confirmantur privilegia ab imperatoribus et principibus iam concessa monasterio.

Abbati conceditur facultas excommunicandi invadentes vel retinentes bona monasterii; nisi ab episcopo moniti resipuerint.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus etc.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diac. card. et cancell. VI idus iunii, ind. XI, anno Dom. MCXXXIII, pontificatus vero domini Innocentii Papae anno IV.

Dat. die 8 iunii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XVIII.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii Sancti Sixti Placentinae dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Paschalis et Calixtus PP. sanctimonialium loco monachos in hocce monaster. suffecerunt. — Innocentius PP. Calixti ea de re privilegium confirmat. — Monast. sub protectione Sedis Apostolicae

(1) Ex archiv. monasterii huius erutum communicavit vir ill. Fridericus Schannat.

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Campi in Regesto privilegiorum ad Hist. Placentinam, tom. I, pag. 333.

recipit; — Eiusque bona omnia confirmans; — Illud a quoquam molestiis affici; — Abbatem ab ullo praeterquam a monachis eligi prohibet, cui iurisdictionem omnimodam in monast. bonis, et in eius Ecclesiae cappellanos concedit. — Violatoribus privilegii huius divinam ultionem; — Observatoribus vero aeterna praemia precatur. — PP. subscriptio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, Oddoni abbati venerabilis monasterii S. Sixti, quod Placentiae situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosis diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu praedecessores nostri fel. mem. Paschalis et Calixtus, Romani Pontifices, in monasterio Sancti Xisti, quod Placentiae situm est, religionem, quae ibi ex tempore iam longo defecerat, reformare volentes, sapientum ac religiosorum virorum, et praecipue egregiae memoriae comitissae Mathildis, precibus et consilio, pro foeminis, ibidem irreligiose viventibus, monastici ordinis viros constituerunt, et te, dilecte in Christo fili Oddo, ad restaurandum in eodem loco secundum beati Benedicti regulam disciplinae monasticae ordinem, in abbatem illis auctoritate apostolica praeposuerunt.

Paschalis et Calixtus PP. sanctimonialium loco monachos in hoc monaster. suffecerunt.

Nos itaque, eorumdem antecessorum nostrorum inhaerendo vestigiis, provisionem seu dispositionem ab eis factam et privilegio munitam, praesentis scripti robore confirmamus et inviolabiliter futuris temporibus observari decernimus; et scriptum illud, quod a praedecessore nostro fel. mem. PP. Calixto, dum in Galliarum partibus esset, ab illius loci monialibus subreptum esse dignoscitur, in irritum revocamus. Ipsum vero locum et universa ad eum pertinentia sub Apostolicae Sedis tutela et protectione servanda censemus, a quorumlibet infestantium molestiis libera, sicut ab antecessoribus nostris Romanis Pontificibus noscitur institutum. Statuimus etiam, ut universa praedia, vel possessiones, quas Angelberga imperatrix, eiusdem monasterii fundatrix, illuc contulisse cognoscitur, seu quaecumque alia bona, quascumque villas, familias, cellas (1), ecclesias idem coenobium impraesentiarum iuste et legitime, sive imposterum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: in quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: in Placentia in Xenodochio ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam S. Martini in Burte, ecclesiam Sanctae Brigidae, ecclesiam S. Andreae extra portam Mediolanensem, ecclesiam Sanctae Mariae in Capite Trebiae, ecclesiam S. Petri, in Centoria ecclesiam S. Bartholomaei, in Scopora duas capellas, in Castronovo ecclesiam S. Michaelis et ecclesiam Sancti Bartholomaei, in Wardastalla ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam S. Georgii, ecclesiam S. Martini et ecclesiam S. Bartholomaei: in Luciaria ecclesiam S. Georgii cum capellis suis: in Curte-Nova ecclesiam S. Laurentii: in campo Miliario ecclesiam S. Petri.

Innocentius PP. Calixti ea de re privileg. confirmat.

Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Eiusque bona omnia confirmans;

Nulli ergo hominum fas sit, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, de suo, si potuerit idoneus inveniri, collegio secun-

Illud a quoquam molestiis affici;

Abbatem ab ullo praeterquam a monachis eligi prohibet cui iurisdictionem omnimodam in monast. bonis, et in eius ecclesia capellanos concedit.

(1) Vide superius, pag. 171.

dum Dei timorem et B. Benedicti regulam, praeviderint eligendum. Quod si persona in eodem monasterio ad abbatiae administrationem talis non fuerit, de Casae-Dei coenobio eligatur, quamdiu videlicet illic monastici ordinis disciplina, Domino praestante, viguerit; electus autem a Romano benedicatur Pontifice. Quidquid praeterea libertatis, seu dignitatis praedecessores nostri praenominato monasterio per authentica privilegiorum scripta concesserunt, nos quoque praesentis privilegii auctoritate concedimus et ratum haberi per tempora futura censemus. Sane cum ad bene regendum idem tibi commissum sit coenobium, possessiones et bona ipsius integre in tua maneant potestate; capellani ipsius Ecclesiae tibi nihilominus sint subiecti. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Violatoribus privilegii huius divinam ultionem;

Observatoribus vero aeterna praemia precatur.

PP. subscriptio.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Dat. Cremonae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, II id. iulii, indict. X (1), incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii Papae secundi anno III (2).

Dat. die 14 iulii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

(1) Lege XI. (2) Lege IV.

XIX.

Canonicis Ecclesiae S. Antonini in urbe Placentiae bona, iura et privilegia omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad Ecclesiam, de qua in rubrica, pertinentia confirmat; — Et enumerat: et consuetudines in capellis eidem subiectis servari iubet. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones. —

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Azoni praeposito Ecclesiae Sancti Antonini martyris, quae in civitate Placentia sita est, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia defensare curemus. Proinde, dilecte in Domino fili Azo praeposite, tuis iustis postulationibus assensum praebentes, ecclesiam Beati Antonini martyris, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaecumque praedia, quaecumque possessiones, aut bona, tam in Ecclesiis, quam in aliis rebus, ab episcopis Placentinae Ecclesiae, seu aliis Dei fidelibus, eidem Ecclesiae sunt concessa, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam scilicet Beatae Mariae in Curtina, quae prope ecclesiam Sanctorum Antonini et Victoris martyrum sita est, cum usibus et consuetudinibus, quas in eadem Ecclesia impraesentiarum iustas habere videmini, ut videlicet in omnibus Mariae festivitatibus tertiam partem candelarum habeatis, atque secundum Deum ibidem sacerdotes

Exordium.

Bona ad Ecclesiam, de qua in rubrica, pertinentia, confirmat;

Et enumerat: et consuetudines in capellis eidem sub ectis servari iubet.

(1) Ex archiv. Ecclesiae huius edidit Campi, tom. I, in Regest. Monumentorum ad Historiam Placentinam pertinentium, num. CXXII.

et clericos ordinetis; vos autem in ecclesia vestra canonici ob reverentiam B. Antonini martyris, cuius sacratissimo corpore ipse locus prius extitit decoratus, in B. Mariae Purificatione ipsam capellam annis singulis visitabitis: in territorio Plectula ecclesiam Sancti Antonini martyris cum sorte integra et dote et cum oblationibus totius anni, quemadmodum a bonae recordat. Dionisio episcopo Placentino pro ecclesia S. Syri vobis in contracambium concessa esse dignoscitur: in qua nimirum secundum Deum ordinandi ministros libera sit vobis facultas: in Gragnano capellam Sancti Michaelis cum omni sua dote et totius anni oblationibus, a venerabili fratre nostro Arduino, Placentino episcopo, Ecclesiae vestrae hoc modo concessam, ut in eadem capella ponendi clericos, et removendi, sit libera vobis potestas, et ad sacros ordines promovendos suo tempore Placentino episcopo praesentandi; a plebe vero Tunensi ipsius loci presbyter Chrisma et Oleum sanctum suscipiat; et vocatus ad laetanias et ad baptismum, illuc, absque contradictione aliqua, vadat: salva Ecclesiae vestrae in omnibus aliis iustitia et reverentia.

Praeterea omnes alias libertates, seu rationabiles consuetudines, a Placentinis episcopis Ecclesiae vestrae concessas, quietas vobis et integras futuris temporibus manere decernimus. Porro si te, vel clericos tuos gravari praesenseris, Sedem Apostolicam, quae subvenire solet oppressis, vobis libere liceat appellare. Bona igitur et possessiones, quas in posterum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, auxiliante Deo, poteritis adipisci, firma vobis et integra manere sancimus: salva nimirum dioecesani episcopi iustitia et reverentia. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praenominatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, etc.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Iohannes Hostiensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus Papiensis episcopus subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Ioselinus presbyter cardinalis tit. Sanctae Ceciliae subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis tit. Sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Datum Cremonae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et similiter cancellarii, idibus iulii, indictione decima (1), incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii PP. secundi anno IV.

Dat. die 15 iulii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XX.

Privilegium canonicis matricis Ecclesiae Placentinae (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Innocentius PP. bona et possesiones Ecclesiae huius enumerat et confirmat: — Ne ullus episc. exactionem ullam super ea imponat, interdicit. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Lege XI. (2) Ex archiv. Ecclesiae Maioris Placent. edidit Campi, tom. I, pag. 534.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Ioanni praeposito, et canonicis Beatae Mariae Placentinae Matricis Ecclesiae, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Beati Petri atque Apostolicae Sedis patrocinio muniamus. Quo circa, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et B. Mariae Placentinam Ecclesiam, in qua divino servitio vacatis, praesentis privilegii pagina roboramus; statuentes, ut quascumque possessiones et quaecumque bona impraesentiarum eadem Ecclesia iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus et illibata permaneant.

Innocentius PP. bona et possessiones Ecclesiae huius enumerat et confirmat:

In quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: plebem videlicet Carmiani cum capellis suis, plebem Septimae cum capellis suis, plebem Pomariae cum capellis suis, plebem Verdeti cum capellis suis, plebem Montisalti cum capellis suis, plebem Cassiani cum capellis suis, plebem Viculi cum capellis suis, plebem Sancti Georgii cum quinque capellis, duabus in Paderna et una in Iudaea, alia in Castroziano, atque alia in Glariola; capellas sane in Civitate, scilicet Sanctae Euphemiae, Sancti Gervasii, Sancti Protasii, Sancti Petri de Foro, Sancti Iuliani, Sancti Martini de Foro, Sancti Domini, Sancti Alexandri, Sancti Martini de Burgo, Sancti Vincentii, Sancti Stephani, Sanctorum Iohannis et Pauli, Sancti Zenonis, Sancti Faustini, Sancti Michaelis, Sanctae Agathae, Sanctae Mariae de Sperone, quarum ubique presbyteri in Sabbato Sancto baptizare et cathechizare in vestra maiori Ecclesia de consuetudine debent, vobis nihilominus confirmamus; decimas totius civitatis et praedictorum plebium, exceptis decimationibus plebis de Verdeto; castrum praeterea Montis Regii, castrum Cassini, medietatem castri Gosolenghi, medietatem castri Viculi, castrum Carmiani. Ad haec praesenti decreto sancimus, ut nulli episcoporum liceat, in Ecclesia vestra personis, vel bonis, contra antiquam consuetudinem et libertatem, aliquam exactionem imponere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praenominatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre etc. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona etc.

Ne ullus episc. exactionem ullam super ea imponat, interdicit.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis tit. Sanctae Mariae in Portica subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Datum Brixiae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV kal. augusti, indictione decima (1), incarnationis domi-

(1) Lege XI.

nicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii PP. secundi anno IV.

Dat. die 29 iulii anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XXI.

Confirmatio bonorum omnium monasterii Ss. Faustini et Iovitae Brixiensis dioecesis ordinis Cassinensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. a Ramberto Brixien. episcopo fundati, et a Summis Pontificibus privilegiis dotati, bona enumerantur et confirmantur. — Confirmatur quoque ius ligna accipiendi in Monte Denno, et possessionum decimas. — Abbatis electionem ad solos monachos spectare decernitur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Alberto abbati monasterii Sanctorum Faustini et Iovitae, quod in Brixiensi suburbio situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum, Deo, commissa est, ut religiosas diligamus personas, et eorum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providentes, Ecclesias, in quibus famulantur, Apostolicae Sedis munimine faveamus. Monasterium igitur Beatorum Martyrum Faustini et Iovitae, a fratre nostro bonae memoriae Ramberto, quondam Brixiensi episcopo, fundatum et ipsius bonis et possessionibus ditatum esse cognoscitur; ob eorumdem martyrum praesentiam corporalem, tam apud ecclesiasticos quam saeculares personas, maximo honore ac reverentia dignum habetur. Unde praedecessores nostri, felicis memoriae, Stephanus et Calixtus, Romani Pontifices, locum ipsum specialius dilexerunt et suis scriptis apostolicis roborarunt. Proinde, dilecte in Domino fili Alberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus praebentes assensum, praefatum Sanctorum Faustini et Iovitae monasterium, cui Deo auctore praesesse dignosceris, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus exprimenda subiungimus: ecclesiam Omnium Sanctorum, in castro praedictae civitatis constructam, ecclesiam Sanctae Mariae in Vergnano cum pertinentiis suis, in Curticella ecclesiam Sancti Michaelis, Sancti Zenonis, cum omnibus, quae in Flumicello vestro coenobio pertinent, ecclesiam Sanctae Mariae in Mezzane, ecclesiam Sancti Stephani cum omnibus, quae apud Sale rationabiliter possidetis, hospitalem domum de Denno cum rebus ad ipsam pertinentibus, quicquid etiam idem monasterium in circuitu suo cum hospitali domo et iis, quae ad ipsam pertinent, iuste possidet: braidam (1), quae Sancti Faustini dicitur, cum molendinis, et aliis in ea aedificiis constitutis, et capella Sancti Domnini: baidam (2), quae Campus Malxus vocatur: castrum Turbolae cum ecclesia Sancti Andreae, que est infra castrum et extra, cum duobus aliis ecclesiis, videlicet Sancti Martini et Sancti Cassiani: curtem Buenni cum castro et capella S. Faustini: medietatem castri Vulpini cum ecclesia S. Stephani infra castrum et extra ecclesiam Sancti Gervasii: in Cimmo ecclesiam Sancti Faustini et quaecumque alia quiete ibidem tenere videmini: redditus vel fictum, quod habitatores Asulae omnes et singuli persolvendum vestro coenobio concesserunt: quaecumque praeterea in Calcinado, Curticelle, Yse, Pi-

Monast. a Ramberto Brixien. episcopo fundati, et a Summis Pontificibus privilegiis donati, bona enumerantur et confirmantur.

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassinen., par. II.

(1) Campus vel ager suburbanus. (R. T.) (2) Lege *Braidam*. (R. T.)

songe, Batisino, loco Sancti Vigilii, Monticello, Provenze, Gussago, Rivatica, Carpenedo, Remedello, et Pontecarolo, in praesenti indictione decima (1) vestro monasterio pertinere noscuntur. Illud etiam, quod a praenominato fratre nostro Ramberto episcopo usibus fratrum eiusdem monasterii concessum est et scripto roboratum, ut videlicet potestatem et licentiam habeatis, quantum vestris sufficiat necessitatibus, de monte Denno ligna accipere, nos quoque vobis auctoritate apostolica confirmamus: decimas sane possessionum vestrarum, quas usque ad haec tempora iuste et pacifice videmini possedisse, vobis habendas possidendasque. Nulli ergo omnino hominum fas sit, saepedictum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo unius librae argenti censu, annis singulis Brixiensi Ecclesiae persolvendo. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Confirmatur quoque ius ligna accipiendi in Monte Denno, et possessionum decimas.

Abbatis electionem ad solos monachos spectare decernitur.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Rodulphus Ortanus episcopus ss.

Ego Ubertus presbyter card. tituli S. Clementis ss.

Ego Anselmus presbyter card. tituli Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. Sanctorum Iohannis et Pauli ss.

Ego Gregorius diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Datum Brixiae per manum Aymerici sanctae R. E. diac. card. et cancellarii, IV idus augusti, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus autem D. Innocentii Papae secundi, IV.

Dat. die 10 augusti anno Domini 1133, pontif. anno V.

(1) Forsitan XI. (R. T.)

XXII.

Concessio privilegiorum monialibus monasterii S. Iuliae Brixien. dioecesis ordinis Cassinensis, cuius bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monasterii bona enumerantur et confirmantur; — Illudque Apostolicae Sedi subiectum fore declaratur; — Et abbatissae electionem ad solas moniales spectare decernitur; — Cui construendi ecclesias et castella in locis monasterii facultatem concedit. — Illud liberum ab omni omnino subiectione declaratur. — Sacra a quolibuerit episcopo recipiendi ius elargitur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassinen., par. II.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectae in Christo filiae Constantiae abbatissae monasterii Domini Salvatoris nostri, et Sanctae Iuliae virginis et martyris, quod Novum dicitur, et in civitate Brixiae fundatum est, eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Pro eximium.

Ex Apostolicae Sedis auctoritate, in qua, disponente Domino, constituti sumus, omnibus Ecclesiis et praecipue illis, quae ad ius et dominium beati Petri pertinere noscuntur, debitores existimus, ut eas et a pravorum hominum incursibus defensemus, et sub pio sanctae Romanae Ecclesiae gremio confovere curemus. Ideoque, carissima in Christo filia Constantina abbatissa, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita praebentes assensum, Beatae Iuliae virginis ac martyris monasterium, cuius utique cura tibi, largiente Domino, commissa est, quod videlicet infra civitatem Brixianam a nobilis memoriae Ansa regina constat esse constructum, Apostolicae Sedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaecumque praedia, quascumque possessiones, quaecumque bona ex munificentia praefatae reginae, seu etiam ex largitione illustris memoriae imperatorum, qui post eam regni gubernacula susceperunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque sororibus et his, quae vobis in eadem religione successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: Sermionem scilicet cum duabus ecclesiis, Domini videlicet nostri Salvatoris et Sancti Viti martyris: Cervanicam cum ecclesia Sanctae Iuliae martyris: Nubelariam cum ecclesia Sancti Laurentii: Berciagum cum duabus ecclesiis, Sancti Zenonis et Sancti Stephani: Maghonem Vicum cum ecclesia S. Alexandri: Timolinam cum ecclesia Sanctae Iuliae: Barbadam cum ecclesia Sanctae Mariae: Alfianum cum ecclesia S. Iuliae: Monticellum, cum ecclesia Sanctae Mariae: Voum, cum ecclesiis Sancti Petri et Sancti Laurentii: Calvatonem cum ecclesiis Sanctae Mariae et Sanctae Iuliae: Scandoloriam cum ecclesia Sancti Michaelis: Ciconiariam cum ecclesia Sanctae Mariae: Gosenagum cum ecclesia Sancti Martini confessoris: Miliarinam, cum ecclesia Sanctae Iuliae, et Sermidam. Praeterea quascumque alias curtes, villas, castella, ecclesias et omnia ad idem monasterium pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Praesenti quoque decreto sancimus, ut praedictum monasterium Apostolicae Sedis protectione et regia defensione munitum, sub nullius umquam alterius potestate, vel iurisdictionibus redigatur; adeo ut quisquam sacerdotum, nisi ab ipsius loci abbatissa fuerit invitatus, nec missarum solemnia ibi celebrare praesumat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praenominatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, ipsius loci abbatissa, vel aliqua illarum, quae tibi in eodem regimine successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, praeviderit eligendam. Sane ipsius loci abbatissae licentiam indulgemus, Ecclesias ad honorem Dei construere; mercatum et castella in terris praefati monasterii ubicumque voluerit, pro utilitate eiusdem monasterii construere. Nullus etiam episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, seu aliqua magna parvaque persona, ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii tenere, vel iudicare, aut aliquod placitum absque licentia abbatissae habere praesumat; aut res ipsius spiri-

Monasterii bona enumerantur et confirmantur;

Illudque Apostolicae Sedi subiectum fore declaratur;

Et abbatissae electionem ad solas moniales spectare decernitur;

Cui construendi ecclesias et castella in locis monasterii facultatem concedit.

Illud liberum ab omni omnino subiectione declaratur.

tuales, saecularesve, quovis modo alienare, vel molestiam ei inferre, aut fodrum, vel mansionaticum, seu ripaticum, aut paratas, sive aliquas audeant functiones exigere. Decimas praeterea fructuum laborum vestrorum quos propriis excolitis sumptibus, et districtum servorum et liberorum, ad vestrum coenobium pertinentium, vobis habenda firmamus. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes abbatissae vel monacharum, seu clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, seu quicquid ad sacrum mysterium pertinet, a quibuscumque malueritis, catholicis suscipiatis episcopis, qui nimirum absque pravitate et reprehensione aliqua, ea vobis concedant; quemadmodum a praedecessoribus nostris, felicis memoriae Paulo et Calixto, Romanis Pontificibus, vestro monasterio, pro fragilitate foeminei sexus, constat esse concessum. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Sacra a quolibuerit episcopo ius recipiendi elargitur.

Solitae clausulae.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. Sanctorum Iohannis et Pauli ss.

Ego Romanus diaconus card. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Oddo diaconus card. Sancti Georgii ad Velum-Aureum ss.

Datum Brixiae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancellarii, III kalendas septembris, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno IV.

Dat. die 30 augusti anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XXIII.

Monasterium Ss. Facundi et Primitivi in Hispania abbatibus Cluniacensibus regendum committitur: salvo iure S. R. E. (1).

SUMMARIUM

Exordium ex gratitudine divinis donis rependenda. — Monast. Ss. Facundi et Primitivi, a monastica disciplina delapsum, — Salvo censu annuo S. R. E. persolvendo, — Abbatibus Cluniac. regendum committitur. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbati eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium ex gratitudine divinis donis rependenda.

Ignem venit Dominus mittere in terram et vult, ut ardeat (*a*). Quia ergo gratuita Dei beneficentia sacrum Cluniacense collegium suae visitationis gratia illustravit, ignem in eo charitatis accendit et discreta religionis humilitate perfudit, aequissimi iuris est, ut quod gratis accipit, fratribus indigentibus devote impendat, lapsos relevet, tepidos excitet et piae religionis

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier., col. 1396. (*a*) Luc. XII, 49. (R. T.)

radios et bene Deo placentis conversationis odorem, diversas mundi illustrando provincias, longe lateque transfundat; et sic amor ac gloria divini cultus, quae copiose (Deo gratias) vigent in vite, per vestram administrationem Deo grata et foecunda ubertate multiplicentur in propagine. Monasterium ergo Ss. Martyrum Facundi et Primitivi, quod in Hispaniarum partibus situm est et ad ius beati Petri constat specialiter pertinere, quia a religionis nitore et temporalium rerum opulentia, quibus pristinis temporibus efflorauerat, unde valde dolemus, peccatis exigentibus, excidit; nos, quorum praecipue interest, in antiquum religionis et dignitatis statum loca venerabilia revocare, illustris filii nostri Aldefonsi, Hispaniarum regis, vota clementius admittentes, vestris postulationibus impertimur assensum. Igitur locum ipsum cum suis omnibus pertinentiis tibi, dilecte in Domino fili Petre abbas, tuisque successoribus (salvo nimirum Beati Petri censu annuo et sanctae Romanae Ecclesiae in omnibus debita iustitia et reverentia), ad reformationem religionis et rerum temporalium incrementum, ex Apostolicae Sedis benignitate committimus. Vestra itaque, carissimi filii, interest, ut ope et consilio, vestraque instantia religio in eodem monasterio reformetur; et tam in interioribus, quam in exterioribus locus ipse ad statum et dignitatem pristinam, auxiliante Domino reducatur.

Monasterio Ss. Facundi et Primitivi, a monastica disciplina delapsum.

Salvo censu annuo S. R. E. persolvendo, abbatibus Cluniacensibus regendum committitur.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Urbanus presbyter cardin. tit. S. Clementis ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.

Ego Lucas presbyter cardin. tit. Ss. Iohannis et Pauli ss.

Ego Guido diaconus card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Oddo diaconus cardin. S. Georgii ad Velum-Aureum ss.

et S. R. E. card. subscriptionis.

Datum Bononiae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardin. et cancellarii, kal. decembris, indict. XI, incarn. dominicae anno MCXXXIII, pontificatus domni Innocentii Papae II anno IV.

Dat. die 1 decembris anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XXIV.

Confirmatio bonorum omnium, ad S. Pistoriensem Ecclesiam pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium a dignitate Pistoriensis Ecclesiae, eiusque episcoporum virtutibus, desumptum. — Bona eidem spectantia confirmantur. — Decretum, ut privilegium Praten. Ecclesiae concessum Pistoriensi in praeiudicium vertere nullo modo possit. — Solitae clausulae. — Innoc. PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Attoni, Pistoriensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium a dignitate Pistoriensis Eccles. eiusque episcoporum virtutibus desumptum.

Pistoriensis Ecclesia, largiente auctore omnium bonorum Domino, in Tusciae partibus a longis retro temporibus licite specialis praerogativae munus obtinuit, ut sapientum et discretorum pastorum regimine praefulgeret, et tam in temporalibus, quam in spiritualibus per eorum industriam gratum Deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem et debita iucunditate laetamur, quoniam supernae dispositionis providentia, te, venerabilis frater Atto episcope, sapientem utique virum et in religione probatum, eiusdem

(1) Ex Baronio, anno 1133.

loci Pastorem constituit, et ad gubernandum et instruendum doctrinae et vitae exemplo populum suum miseratione divina vocavit. Quanto ergo vita tua religiosior est et praefata Pistoriensis Ecclesia, cui, auctore Deo, praesides, extitit beato Petro devotior, tanto ex iniuncto apostolatus officio magis grate nobis incumbit necessitas, ut praenominatam Ecclesiam, tibi a Deo commissam, auctoritate apostolica privilegiis muniamus et ius suum illibate et integre conservemus. Ad exemplar ergo praedecessorum nostrorum felicis memoriae Urbani et Paschalis, Romanorum Pontificum, praesenti decreto statuimus, ut quaecumque impraesentiarum eadem Ecclesia iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Statuimus etiam, ut dioecesis Pistoriensis episcopatus, sicut eius termini praedictorum praedecessorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in iure et conditione Pistoriensis episcopi sine alicuius molestia, vel inquietudine perseveret: per quos nimirum terminos subscriptae capellae et ecclesiae constitutae esse noscuntur. Capella videlicet de Capraia, cap. hospitalis de Rostria, plebs de Massa, capella de Vincio, capella de Cucuniano, capella de Castello-Novo, capella Sancti Martini in monte Culli, cap. de Varazzano, capella de Vernie, super qua praefati praedecessoris nostri Urbani, post tertiam et quartam discussionem est prolata sententia, capella hospitalis de Fanana, capella Prati episcopi, capella de Rotie, capella de Cerbaria, capella Montis Acuti, capella de Insula, capella Domini Salvatoris sita in Prato: curtem etiam, quam vocant Pavana in Pistoriensi comitatu, cum castello Sanbuce, in curtis confinia constructo, dictae Pistoriensi Ecclesiae confirmamus, sicut a venerabilis memoriae comitissa Mathilda, B. Petri filia, post diu examinatam attente a pluribus iudicibus ac iurisperitis actionem, per iudicium Bernardi, tunc sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis, et iam dicti Paschalis Papae vicarii, in manus dignae recordationis Ildeprandi praedecessoris tui et fratrum eius, restituta esse cognoscant(1). Porro dominationes de Monte-Murlo, de Prato, de S. Paulo, de Colonica, de Monte-Magno, de Casale, de Camporecchio, de Creti et de Spannarecchio, quas de laicorum manibus solertia praedicti praedecessoris tui eripuit, nullus ab ecclesiastico iure dictarum usibus alienare praesumat. Id ipsum de caeteris curtibus praedictis et praecipimus, quae hodie in Ecclesia Pistoriensi possessione persistunt, videlicet de Lizzano, de Mamiano, de Cavinana, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Grazzule, Pistia, Vinacciano, Tobbiano, Publica, Silva-Mortua, Vinule, Petanese, Celle et de Caetere sita in episcopatu Bononiensi, quam tenuerunt homines de Valle Publica, curte de Spalliero. Insuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in Alpe, plebem S. Laurentii, plebem in Monte-Murlo, plebem de Valliano, plebem S. Quirici, plebem de Spannarecchio, plebem de Saturnana, plebem de Brandelio, plebem de Cavinana, plebem S. Marcelli, plebem de Lizzano, plebem de Popilio, plebem de Pitelio, plebem de Farfaro, plebem de Celle, plebem de Calloria, plebem de Vivaniano, plebem de Massa, plebem de Creti, plebem de Camporecchio, plebem de Limite, plebem de Artimio, plebem de Seiano, plebem de Quarrata, plebem de Montemagno, plebem de Tobbiano, plebem S. Pauli, plebem S. Hippolyti, plebem de Aiolo, plebem S. Iusti, plebem de Colonica: in Prato plebem S. Stephani. Ad haec admonentes sancimus, ut occasione privilegii, quod Pratenses a nobis se impetrasse congaudent, nulla iniuria, vel irritatio, aut inobedientia matri suae Pistoriensi Ecclesiae, seu cuilibet

Bona eidem spectantia confirmantur.

Decretum, ut privilegium Praten. Eccl. concessum Pistoriensi in praeiudicium vertere nullo modo possit.

(1) Forsitan *cognoscitur*. (R. T.)

suprascriptarum plebium, videlicet S. Pauli, S. Hippolyti de Aiolo, S. Iusti de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur; nec Pratensis Ecclesia, vel clerici ipsius loci, qui eodem scripto continentur, iustitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Ecclesiae, seu episcopi Pistoriensis utantur. Sed quemadmodum praedecessorum nostrorum Urbani, Paschalis, et aliorum, seu etiam bonae memoriae Petri et Ildeprandi, Pistoriensium episcoporum tempore exstitit potestatis aut dignitatis Pistoriensis Ecclesiae vel episcopi, eis in omnibus obediens et subiecta permaneat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, saepedictam Pistoriensem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis, quam tuorum fratrum et pauperum usibus profutura. Si quis ergo in posterum archiepiscopus, aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, iudex, aut quaelibet ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae restitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo ac tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura praeservantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episc. ss.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Matthaeus Albanensis episcopus ss.

Ego Iohannes tit. S. Chrysogoni presb. card. ss.

Ego Gottifredus card. presb. S.... ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Petri et Pauli ss.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Caelio monte ss.

Ego Gregorius diac. card. tit. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ss.

Ego Ioan. diac. card. S. Nicolai in Carcere Tull. ss.

Datum Pisis, per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et camerarii, XII (1) ianuarii, indictione XII, incarnationis dominicae anno MCXXXIV (2), pont. vero D. Innocentii Papae II anno V (3).

Dat. die 21 decembris anno Domini 1133, pontif. anno IV.

XXV.

Iura omnia ac bona Pisanae Ecclesiae confirmantur (4). Quae concessa sint huic Ecclesiae privilegia, vide superius in Paschali, Gelasio et Calixto secundis.

SUMMARIUM

Exordium ab Ecclesiae huius et archiepiscoporum meritis in Rom. Pontifices desumptum. — Iura omnia et bona eidem confirmantur: nominantur aliqua bona; — Nonnulla alia bona enumerantur et confirmantur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Uberto Pisano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium ab Ecclesiae huius et archiepiscoporum meritis in Rom. Pontif. desumptum.

Pisanorum Ecclesia, specialis sanctae Romanae Ecclesiae filia, a longis retro temporibus ad serviendum beato Petro et Romanis Pontificibus prompta extitit et devota: quod et ipsum in persona nostra manifestis indiciis comprobavimus, et prae caeteris intercessoribus nostris, ingruente necessitate Ecclesiae, devotionem cleri et populi Pisanae civitatis certis rerum sen-

(1) Supple *kal.* (R. T.) (2) Baronius legit MCXXXIII et quidem optime. (3) Lege IV. (4) Ex tom. III Ital. Sac. Ughell., ubi de Pisana Ecclesia.

simus argumentis. Accedit ad hoc tua familiaritas et dilectio, venerabilis frater Uberte archiepiscope, quem ob specialem praerogativam ad regimen Ecclesiae Beatae Mariae semper Virginis, cui Deo auctore praesides, de gremio Sedis Apostolicae, ex magna benignitate concessimus, et propriis, tamquam beati Petri manibus, archiepiscopalis dignitatis infula decoravimus. Pro quibus omnibus eamdem praefatae Dei Genitricis domum ampliori gratia et benevolentia dignam fore censemus, et cum omnibus ad eam pertinentibus, praesentis scripti pagina communimus. In primis siquidem statuentes, ut decimae Pisani episcopatus, quae sibi competunt secundum sanctorum canonum instituta: honestas quoque personas in episcopali sede, ac praefata Dei Genitricis Ecclesia iuxta sanctiones canonum ordinare, et ibidem canonicos constituere: et quae, ibidem fuerint corrigenda, canonice corripere: seu alias plebes, vel capellas tuas disponere nihilominus habeas facultatem. Decernimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, praefata B. Mariae ecclesia in praesens iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus imperpetuum et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet: castrum de Cucilla, castrum et curte de Locenthana, castrum et curte (1) de Sancta Lucia, castrum et curte de Monte-Calvo, tres partes castri et pogii de Ripasticaria, novem partes de quatuordecim partibus castelli et curtis de Bellora et Bocello, quintam partem castri de Segalare, duas partes castri et curtis de Plumbino, placitum et fodrum de Vada, placitum et fodrum de Zasignana, castrum et curtem de Gari, medietatem castri et curtis de Ceule, medietatem castri et curtis de Lucagnano, placitum et fodrum de Buti, placitum et fodrum de Vico, curtem de Plentina, placitum et fodrum Sancti Iohannis de Vena, Sanfam novum et vetus, castrum episcopale de Calche cum curte sua, curtem de Papiana cum suis pertinentiis, tumulum ab Arno usque ad stagnum, a terra filiorum Dodonis et Castagnolo usque ad mare, et a Solatio usque ad mare, tertium in stagno positum, castrum et curte de Livorna, castrum et curte de Uriliano positum prope Chesinam, medietatem castri et curtis Callirire, castrum et curtem de Rioiaco, terram Ubertinam. Praeterea plebes praefatae Dei Genitricis Ecclesiae pertinentes, sibi suisque successoribus nihilominus confirmamus; videlicet plebem de Calcinaria cum capella Sancti Angeli de Travalda, capellam de Rupida cum capella de Planthule et omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus, plebem de Buti cum capella Sancti Marci de Submonte cum omnibus aliis suis capellis, plebem S. Iohannis de Vena cum omnibus suis capellis, plebem de Cascina cum omnibus suis capellis, plebem S. Cassiani cum omnibus suis capellis, plebem S. Iuliae cum omnibus suis capellis, plebem de Calci cum omnibus suis capellis, plebem de Asciano cum omnibus capellis, plebem de Massazuculi cum capella S. Agathae et Clatri, capellam S. Prosperi de Bozzano, capellam de Balbano cum omnibus suis aliis capellis, plebem de Avone cum etc., plebem de Pugnano cum capella de Laiano cum etc., plebem de Ruiulo, plebem de Arena, ecclesiam S. Nicolai de Patino, plebem de Livorna, plebem de Larzenta cum etc., plebem de Limone cum etc., plebem S. Laurentii de Patha cum etc., plebem S. Angeli cum etc., plebem de Pomaria, et monte Vaso et omnibus capellis suis, plebem de Rosignano cum etc., plebem de Vada cum etc., plebem de Ripabella cum ecclesia S. Perpetuae et territorio

Iura omnia,

et bona eidem confirmantur:

Nominantur aliqua bona.

(1) *Curta, curte, curtis, cortis,* scriptoribus inferioris aevi, est villa, habitatio rustica aedificiis, colonis, servis, agris, personis, etc. ad rem agrestem necessariis instructa. (B T.)

ecclesiae S. Cassiani de Molazzano et omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus. Ut autem ad complementum securitatis seu corroborationis horum omnium nihil vobis desit, cunctaque in territoriis praedictarum plebium, seu etiam infra terminos plebium infrapositarum, videlicet plebis de Traiana, plebis de Miliana, plebis de Tripallo, plebis de Gello in Colline, plebis de Bibone, plebis de Pararine, quae iure proprietatis ad praefatam Pisanam Ecclesiam pertinent, apostolica vobis auctoritate firmamus: salvo nimirum iure beati Petri et sanctae Romanae Ecclesiae. Nulli igitur omnino hominum fas sit, praedictam Pisanam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen, amen, amen.

Nonnulla alia bona enumerantur et confirmantur.

Solitae conclusiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Theodevinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierus. ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii ss.

Ego Gotifredus presb. card. tit. S... ss.

Ego Lucas presb. card. Ss. Iohannis et Pauli ss.

Ego Ivo diac. card. S. Mariae in Aquiro ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus card. S. Adriani ss.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Chrysogonus diac. card. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Bernardus presb. card. tit S. Chrysogoni ss.

Datum apud Campilium per manum Aymerici S. Romanae Ecclesiae diac. card., III nonas martii, indict. XV, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus vero D. Innocentii Papae II anno IX (1).

Dat. die 5 martii anno Domini 1133, pontif. anno IX.

XXVI.

Confirmatio bonorum omnium ad sanctam Fesulanam Ecclesiam pertinentium (2).

SUMMARIUM

Proœmium. — Bona omnia, ad hanc Ecclesiam spectantia, eidem confirmantur: — In quibus nonnulla adnotantur. — Decretum immunitatis cum solitis clausulis. — Innoc. PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Iohanni Fesulano episcopo, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proemium.

In eminenti Apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros diligere episcopos, et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus iustitiam conservare. Proinde, carissime frater in Christo Iohannes episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et sanctam Fesulanam Ecclesiam, cui auctore Domino praesse dignosceris, Apo-

(1) Innocentium PP. post concilium, Placentiae habitum, anno 1132 Pisas se contulisse, ubi alio coacto concilio anno (si velimus) sequenti, vel saltem 1134, Pisanam civitatem et Ubertum archiepiscopum honorificentissimis honestasse privilegiis, testatur Baronius ad annum 1132, sed allatum hic diploma (nisi supposititium omnino sit) suspicione non caret, praesertim si perpendamus notas chronologicas ita per sese implicari, ut vix possit quidquam coniici. Sed saeculo X et duobus sequentibus monachos, ecclesiarumque praepositos, multum adlaborasse in fingendis suo libito privilegiis, quis ignorat? Neque vero, ut in praefatione tom. I adnotavimus, quae huic collectioni inseruimus diplomata, fidem a nobis maiorem velimus accipiant, quam antea habuerint. Si cui utilitatem ullam pariat hoc, quod ab Ughellio editum retulimus, diploma, ita poterit effingere: *Dat. etc. 3 non. martii, indict.* I, etc., vel *Dat. etc. 3 non. martii, indict.* XII, *incarnationis dominicae anno* 1134, *pontif. vero D. Innoc. Papae II anno* V. (2) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de episcopis Fesulanis.

Bona omnia, ad hanc Ecclesiam spectantia, eidem confirmantur.

stolicae Sedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaecumque possessiones, seu bona, eadem Ecclesia in praesenti anno iuste et legitime possidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: curtem et civitatem Fesulanam cum ecclesiis, curtis et terris adiacentibus: similiter castrum montis Lauri et montem Regis, Baianam et curtem Salam, Festilianum, et Pratum Regis, ecclesiam S. Mariae in Urbana cum curte, et Libiano, Biviliano: castrum, quod aedificatum esse tuis laboribus constat, iuxta fluvium Fontana cum curte rivi Ferioli et Palianti: castrum Ciselo, curtem in monte Acuto et in Ampiana: montana Sancti Gaudentii cum alpibus et pertinentiis eorum, sicut ex regis concessione Ecclesiae tuae collata sunt: castrum Agnae, curtem Turricolae et Castilionem, castrum montis Bonelli, castrum Rofiani, monasterium Sancti Salvatoris situm in episcopatu Pistoriensi, cum ecclesiis Sancti Potiti et S. Martini, constructis in Fugnano, in campo Novoli eccl. S. Martini: in Capraccia medietatem ecclesiae S. Christinae, in Ripole ecclesiam S. Salvatoris, S. Michaelis de Marine, curtem de Calenzano, curtem S. Donini, curtem de Bagnasca, et quicquid Fesulana Ecclesia possidet in plebe S. Stephani in Campo et in plebe S. Iohannis in Septimo: in Mengnano ecclesiam S. Petri cum curte et omnibus decimationibus eorum, monasterium S. Bartholomaei, situm Fesulis, cum ecclesiis et decimationibus sibi pertinentibus, monasterium S. Martini, monasterium S. Gaudentii cum pertinentiis earum: patrimonium filiorum Hemionis, castrum, quod vocatur Flumen, et quidquid de iure praefatae Ecclesiae in territorio Macelli detinent filii Hugonis, filii Raimberti, et Azo filius Albichi, et filii Hugonis de Castaniola, et Lombardi de Molezzano, et filii Hugonis de Casula, et Longobardi de Terliano, et Longobardi de Sancto Iohanne Maiore, et Longobardi de Arena: vel quaecumque in praedicto loco iuris vestrae Ecclesiae aliquis homo detinere videtur: quicquid etiam Ugo filius Raynerii donavit praefatae Ecclesiae in Ampinano, in monte Acuto et in Lece, Magnale, Politiano, et medietatem Ecclesiae et curtis in loco Quaracla: praeterea plebem S. Crisci, sitam Albine, plebem S. Hervasii cum curte sitam in Alpiniano, ecclesiam S. Miniatis cum curte in monte Lauro, plebem S. Iohannis, plebem S. Babilii et S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariae, plebem S. Stephani, in Pomino plebem S. Hierusalem, in Glaceto plebem S. Hierusalem, in Iermano plebem S. Gervasii cum curte, in Pitiana plebem S. Petri, in Cascia plebem S. Petri cum curte et castro, quod vocatur Novum, in Seo plebem S. Mariae cum curte, in Capiclia plebem S. Iohannis, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, ecclesiam S. Miniatis cum pertinentiis suis, in Campinione ecclesiam S. Mariae cum curte, plebem S. Viti, in Regitino plebem S. Petri, plebem S. Laurentii cum castello et curte, in Robiana plebem S. Miniatis, in Cintoria plebem S. Petri cum curte, ecclesiam S. Iusti in monte Runtuli, in Sillano plebem S. Petri Novale, plebem S. Crisci, in Panzano plebem S. Leonini cum curte, ecclesiam S. Eufrosini cum curte iuxta castrum Corbuli, ecclesiam S. Romuli cum curte Novellae, plebem S. Mariae cum curte, ecclesiam S. Cassiani cum curte, in Avanano ecclesiam S. Mariae et S. Petri, plebem S. Iusti cum curte, plebem S. Pauli cum curte, in Collina plebem S. Leonini in monte Milliario, plebem S. Mariae in Testinula, plebem S. Martini cum curte, in Stagia plebem S. Mariae. Quicquid etiam infra Fesulanae Ecclesiae parochiam, vel in aliarum Ecclesiarum parochiis, praedecessores tui hactenus possedisse noscuntur, firma vobis, et inconvulsa manere sancimus. Nulli ergo hominum liceat,

In quibus nonnulla adnotantur.

Decretum immunitatis cum solitis clausulis.

praenominatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris et clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius, catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Lictifredus presb. card. tit. Sancti Vitalis ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Romanus diaconus card. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido card. Sancti Adriani ss.

Dat. Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis cancellarii, sexto decimo kalend. decembris, indict. XIII, incarnationis dominicae anno MCXXXIII, pontificatus D. Innocentii Papae II anno V.

Dat. die 16 novembris anno Domini 1133, pontif. anno V.

XXVII.

Privilegium, quo Ecclesia in villa Ronchalia, ab episcopo Placentino constructa et canonicis S. Antonini donata, eisdem confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia in villa Ronchalia canonicis S. Antonini donata ab episcopo Placentino, pro administratione sacramentorum in vitae periculo existentibus. — Data praeposito totali iurisdictione in caeteros canonicos; — Reservatis tamen sibi ipsi tamquam ordinario sacris ordinationibus: — et cum decreto, ut nemo alius iurisdictionem ullam in nova Ecclesia sibi vindicet; — Haec omnia confirmans Innocentius PP. apostolico munit privilegio. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Azoni sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali, et praeposito B. Antonini de Placentia, ac fratribus in eadem Ecclesia divino famulatui mancipatis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Locorum venerabilium cura nos commonet de eorum quiete ac utilitate solicite cogitare; quatenus qui ecclesiasticis famulantur obsequiis, ecclesiasticae quoque tuitionis optato patrocinio foveantur. Tua siquidem charitas, dilecte in Domino fili Azo cardinalis presbyter, insinuavit nobis, venerabilem fratrem nostrum Arduinum, Placentinae civitatis episcopum, tibi ac fratribus ecclesiae Beati Antonini licentiam concessisse in villa vestra, quae Ronchalia dicitur, in fundo B. Antonini ad honorem.... Ecclesiam construendi, ea scilicet consideratione habita, quoniam tam viri, quam mulieres pro sacerdotis absentia, absque participatione Corporis et Sanguinis Domini de hac vita transisse multoties dicebantur. Cuius nimirum loci administrationem, atque ordinationem vobis, vestrisque successoribus, idem frater noster perpetuo iure concessit. Hoc etiam

Ecclesia in villa Ronchalia, canonicis Sancti Antonini donata ab episcopo Placentino, pro administratione sacramentorum in vitae periculo existentibus.

(1) Ex archiv. S. Antonini edidit Campi, Hist. Placentinae tom. I, pag. 335.

Data praeposito totali iurisdictione in caeteros canonicos;

addito, ut qui habitum religionis induere, et in eodem loco Deo militare decreverint, a praeposito ecclesiae Sancti Antonini, vel ab eius fratribus, si ipse defuerit, ad suscipiendos sacros ordines congruo tempore pro eodem Placentino episcopo praesententur. Quod si clericus aut sacerdos eiusdem loci, culpis exigentibus, fuerit corrigendus, competenti regularique disciplina ab eodem praeposito vel eius fratribus corrigatur. Si vero saepe commonitus, incorrigibilis apparuerit, tamquam inutilis et inobediens per eosdem ipsius loci beneficio et mansione privetur.

Reservatis tamen sibi ipsi tamquan ordinario sacris ordinationibus:

Oleum quoque et Chrisma a matrice Ecclesia praefati loci sacerdos accipiat. Decimas autem, ad plebem de Sparovaria pertinentes, nullatenus usurpare praesumat. Insuper etiam, si quis de eadem villa devotionem suam in quibuslibet eidem plebi indicatis exhibere voluerit, nequaquam impediat.

Et cum decreto, ut nemo alius iurisdictionem ullam in nova Ecclesia sibi vindicet.

In aliis vero omnibus Ecclesia, quae nunc a fundamentis in suprascripta villa Ronchaliae a vobis construitur, libere omnino ad Ecclesiam Beati Antonini pertineat, adeout nullus archipresbyter ius potestatis in spiritualibus aut temporalibus se noverit habiturum.

Haec omnia confirmans Innocentius PP. apostolico munit privilegio.

Quia igitur sicut ea, quae a nobis statuuntur, volumus illibata persistere; ita etiam fratrum nostrorum debemus bene gesta firmare: vestris postulationibus clementer annuimus et quod a praedicto fratri nostro Arduino episcopo super hoc statutum est, auctoritate apostolica roboramus et futuris temporibus ratum manere decernimus, quemadmodum eiusdem fratris nostri scripto noscitur stabilitum. Nulli ergo hominum fas sit praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Solitae clausulae.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Matthaeus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lictifredus presbyter cardinalis tituli Vestinae subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus Ss. Cosmae et Damiani subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani subscripsi.

Ego Vasallus, diaconus cardinalis Sancti Eustachi subscripsi.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, III idus martii, indictione XII (1), incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno VI.

Dat. die 13 martii anno Domini 1135, pontif. anno VI.

(1) Lege XIII.

XXVIII.

Privilegium confirmationis bonorum monasterii Ss. Florae et Lucillae ordinis Cassinensis Aretinae dioecesis (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monasterii bona enumerantur et confirmantur. — Abbatis electionem ad monach. spectare decernitur. — Decretum immunitatis ab omni iurisdictione, molestia etc., salvo dioecesani episc. iure. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Iohanni abbati monasterii S. Florae, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quamobrem, dilecte in Domino fili Iohannes abbas, petitiones tuas clementer admittimus, et monasterium Sanctae Florae, cui Deo auctore præesse dinosceris, Apostolicae Sedis suffragio communimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona, quascumque possessiones, impraesentiarum idem monasterium iuste et canonice possidet, aut etiam in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur; in quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: castrum Sanctae Florae cum capellis, quae in eodem sitae esse noscuntur, capellam videlicet Sancti Anastasii, capellam Sancti Angeli, capellam Sancti Apollinaris, capellam Sancti Zenonis et id, quod habetis in capella Sanctae Mariae: monasterium Sancti Petri Maioris in civitate Aretina cum hospitio et omnibus pertinentiis suis; adiicientes, ut tu iuxta solitam consuetudinem possis illud ordinare, capellam Sancti Gregorii et ius, quod habetis in capella Sancti Laurentini: monasterium Sancti Michaelis de Monte Pinculi cum capellis et pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Petri et Sancti Tiburtii in Gargonsa, cum pertinentiis suis: plebem Sancti Martini de Galoniano cum omnibus pertinentiis suis: duas partes de plebe Sanctae Mustiolae cum pertinentiis earum, et ius, quod habetis in ecclesia Sancti Vincentii in Cortona, et castrum de Quarata cum ecclesia Sancti Andreae et curte sua, castrum de Sarna cum ecclesia Sanctae Florae et curte sua, et quidquid habetis in Sancto Mamma, castrum de Muglano cum ecclesia Sancti Angeli, et curte, et hoc quod habetis in ecclesia Sanctae Mariae in Villa-Alba, castrum de Fontia cum ecclesia Sancti Petri et pertinentiis suis, castrum de Rughitino cum ecclesiis et curte sua: ecclesiam Sancti Leonis cum pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Florae Minoris cum medietate suae curtis, et curtis de Bulgari cum hoc quod habetis in ecclesia Sancti Laurentii et Sancti Sebastiani, et ecclesiam Sancti Petri in Maiano cum hoc, quod ibi habetis, et quidquid habetis in Politiano et in Pinli et in Vico. Obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum timorem Dei et Beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Aretini episcopi et Ecclesiae canonica iustitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae

Monasterii bona enumerantur et confirmantur.

Abbatis electionem ad monachos spectare decernitur:

Decretum immunitatis ab omni iurisdictione, molestia etc., salvo dioecesani iure.

Solitae clausulae.

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullarii Cassinen., par. II.

constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus ss.

Ego Matthaeus Albanensis episcopus ss.

Ego Guidus Tiburtinus episcopus ss.

Ego Radulphus Ortanus episcopus ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.

Ego Lictifredus presbyter cardinalis tituli Vestinae ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Data Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et cancellarii, x kal. aprilis, indictione XII (1), incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontificatus domni Innocentii Papae II anno V (2).

Dat. die 23 martii anno Domini 1135, pontif. anno VI.

XXIX.

Erectio prioratus S. Petri de Nanto Vabren. diocesis in abbatiam, cui plures uniuntur Ecclesiae (3).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ex prioratu abbatia efficitur; sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; — Confirmatis bonis omnibus ad eam quomodolibet pertinentibus. — Abbas a monachis eligendus; — Et a Vabrensi episcopo consecrandus. — Libera cuicumque personae sepultura. — Decretum immunitatis ab omni perturbatione. — Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Lege XIII (2) Lege VI. (3) Inter Instrumenta Ecclesiae Vabren. edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. I, pag. 61.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Raimundo abbati monasterii Beati Petri Nantensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Apostolicae Sedis nos urget auctoritas, religiosas personas diligere, et earum loca, praesertim, quae beati Petri vires (1) existunt, sanctae Romanae Ecclesiae gremio confovere; et, ut in eis religio augeatur et conservetur, paterna affectionum consideratione prospicere. Proinde, dilecte in Domino fili abbas, desiderium tuum, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, sine aliqua dilatione duximus effectui mancipandum, ut videlicet ecclesia Beati Petri Nanctensis, qui (2), Deo gratias, tam in temporalibus quam in spiritualibus per tuam industriam plurimum accrevisse (3), iuxta petitionem tuam de prioratu abbatia deinceps statuatur; et ut in futurum inviolabiliter abbatia permaneat, praesenti decreto sancimus. Ipsum itaque, ad ius et proprietatem beati Petri pertinens, sub Apostolicae Sedis tutela et protectione suscipimus; et praesentis scripti pagina reboramus; statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma sibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus: in Nanctensi villa eccle-

Exprioratu abbatia efficitur; sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Confirmatis bonis omnibus ad eam quomodolibet pertinentibus.

(1) Deest aliquid. (2) Forsitan *quae*. (R. T.) (3) Adde *agnoscitur*.

siam Sancti Stephani et ecclesiam S. Iacobi: in Larzaco ecclesiam Sancti Salvatoris, ecclesiam Sanctae Mariae de Cuneis, ecclesiam Sancti Stephani de Cantobrio, ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae de Lechicius, ecclesiam S. Martini de Vicano, ecclesiam S. Michaelis de Robiaco, ecclesiam Sancti Sepulcri de Algua, ecclesiam Sancti Christofori de Cubertoirata, ecclesiam Sanctae Mariae de Luc, ecclesiam Sanctae Mariae de Calceras, ecclesiam Sancti Iohannis de Brolio: in episcopatu Nemausensi ecclesiam Sanctae Mariae de Durbia, ecclesiam Sancti Geraldi de Repufolio, ecclesiam Sancti Ioannis de Vallegariuta, ecclesiam Sanctae Mariae de Treve et ecclesiam Sancti Petri de Revenh. Porro obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel iuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem a dioecesano consecretur episcopo, si quidem catholicus fuerit et ea absque pravitate, et exactione aliqua voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quem maluerit, adeatis antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, eorum devotioni et extremae voluntati, nisi excommunicati fuerint, nullus obsistat, salva nimirum matricis Ecclesiae iustitia. Nulli ergo episcopo, nulli omnino magnae parvaeque personae fas sit, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam vestris, quam fratrum et pauperum usibus profutura. Ad iudicium vero, quod idem coenobium beati Petri iuris existat, duos bizantios nobis et successoribus nostris, annis singulis persolvetis. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiacerat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbas a monachis eligendus;

Et a Vabrensi episcopo consecrandus.

Libera cuicumque personae sepultura.

Decretum immunitatis ab omni perturbatione.

Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Eccl. episc. subscripsi.

Innocentii PP.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.
Ego Guido Tiburtinus episcopus ss.
Ego Gerardus presbyter cardinalis ss.
Ego Litusens presbyter cardinalis ss.
Ego Lucas presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli ss.
Ego Antonius presbyter cardinalis ss.
Ego Gregorius diaconus Ss. Sergii et Bacchi ss.
Ego Chrysogonus diaconus cardinalis ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Datum Pisis per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancell. idibus iunii, indictione XIII, incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno VI.

Dat. die 13 iunii anno Domini 1135, pontif. anno VI.

XXX.

Compositio controversiarum vertentium inter S. Alexandri et S. Vincentii canonicos Bergomensis civitatis (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Causae controversiarum, rationesque ex adverso allatae. — Delegati a Pontifice iudices ad earumdem examen et

(1) Ex tom. IV Ital. Sac., ubi de Bergomensibus episcopis.

compositionem, sed frustra. — Hinc prolata ab Innocentio sententia. — Confirmatio sententiae sub solitis clausulis. — Innocentii PP., nonnullorum episcoporum et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro praeposito et fratribus Ecclesiae S. Alexandri Pergami, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Proœmium.

Iustitiae ac rationis ordo suadet, ut quemadmodum patres vocamur in nomine, ita etiam comprobemur in operatione: et sicut ea, quae ad pacem sunt Ierusalem, summopere stabilire debemus; ita nihilominus, si quando inter sacrosanctas Ecclesias querela emerserit, ne forte in infinitum extendatur, sed potius conquiescat, necesse est, ut eam ordine iudiciario celeriter terminemus. Hoc profecto intuitu pro sedanda discordia, quae inter vos et canonicos S. Vincentii noscitur agitata, dum olim in Longobardiae partibus essemus, cum fratribus nostris saepius laboravimus. Inter caetera siquidem, quae tam de capellanis ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathae, S. Ioannis, S. Gratae, S. Vigilii, atque de poenitentiis criminosorum, quam etiam de fidelitatibus et quibusdam aliis, vestrae Ecclesiae pertinere fatebamini, asserebatis, hanc inter vos ex antiquo tempore consuetudinem viguisse, ut quoties clerici S. Alexandri ad ecclesiam S. Vincentii, vel ad alias Ecclesias, pro exequiis mortuorum, vel in solemnitatibus, insimul convenirent, praepositus videtur primam sedem in sinistra parte chori obtinere consuevisse. Atque hoc vobis vendicare tanto instantius conabamini, quanto manifestius vestram Ecclesiam episcopalem sedem priscis temporibus extitisse, et tam hanc quam alias diversas praerogativas obtinuisse, multis auctoritatibus monstrabatis. E contra vero canonici S. Vincentii respondebant, Ecclesiam suam antiquitus matricem esse, nec vobis, aut vestro praeposito huiusmodi debitum exhibere debere, libere proclamabant. Et si quando praepositus videtur eamdem sedem obtinuisse, id ex charitate et gratia potius, quam ex debito processisse: nec debere tribui necessitati, quod exhibere charitas consueverat. His, et huiusmodi contentionibus nobis et fratribus nostris diutius fatigatis, eidem controversiae finem imponere saepe voluimus; adeo quod ex utraque parte ab antiquioribus et maturioribus personis iuramenta suscepimus, per quas rei veritatem possemus addiscere, et eandem causam ordine debito terminare. Cum igitur tam per allegationes partium, quam etiam per iuramenta suscepta, causam pleniter audiissemus, ipsam tunc temporis diffinire distulimus, arbitrantes, quod in eiusdem temporis spatio huiuscemodi querela per concordiam finiretur, et inter vos et ipsos commodius posset eadem causa decidi. Denique dum neque per datos a nobis iudices, neque per alios, causa posset per concordiam terminari, et utraque Ecclesia tum pro factis saepe sumptibus, tum pro guerris et dissensionibus, quae ex hac occasione provenerunt, valde fuisset attrita; nos, quorum praecipue interest Ecclesiarum quieti salubriter providere, tam vos, quam episcopum et canonicos Sancti Vincentii certo termino ad nostram praesentiam invitavimus. Et quoniam eadem causa nobis, sicut diximus, plenius nota erat, hanc inter vos, et ipsos sententiam promulgavimus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus. Fratrum meorum episcoporum et cardinalium consilio, praecipio, ut quoties canonici S. Alexandri in solemnitatibus, et exequiis mortuorum, canonicis S. Vincentii, sive in ecclesia S. Vincentii, sive in aliis convenerint, praepositus S. Alexandri teneat primum locum in sinistra parte chori: capellani ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathae, S. Ioannis, S. Gratae, S. Vigilii, in dominicis diebus et praecipuis festivitatibus veniant ad eccle-

Causae controversiarum, rationesque ex adversa allatae.

Delegati a Pontifice iudices ad earumdem examen et compositionem, sed frustra.

Hinc prolata ab Innocentio sententia.

siam S. Alexandri ad maiores missas: criminosi de parochia S. Alexandri, praesente praeposito, vel uno de presb. eiusdem Ecclesiae poenitentiam suscipiant. Item statuimus, ut presbyteri, qui iurant fidelitatem B. Vincentio, iurent et B. Alexandro. Praecipimus etiam, ut unus de sacerdotibus S. Alexandri portet capsam cum reliquiis. In mutatione vero ecclesiae, duo de presbyteris S. Alexandri portent arcam cum duobus de presbyteris S. Vincentii. Ad Scrutinia, in Coena Domini, ad Baptismum, et in aliis solemnitatibus, more solito conveniant. Cum canonici S. Vincentii ad ecclesiam S. Alexandri venerint, et in campanis pulsandis et in aliis, sicut consuetudo est, honorifice suscipiantur; et totum chorum, sicut consueverunt, obtineant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat super hac nostra constitutione, B. Alexandri Pergamensis ecclesiam de caetero perturbare, aut qualibet occasione eam infringere, vel mutare; sed omnia vobis imperpetuum integra conserventur, quemadmodum praesentis scripti sanctione instituta esse noscuntur. Si quis autem huic nostrae constitutioni, seu diffinitioni temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, atque excommunicationi subiaceat. Amen, amen.

Confirmatio sententiae sub solitis clausulis.

Innocentii PP., nonnullorum episcoporum et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae ss.
Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.
Ego Hubertus Pisanae Ecclesiae archiepiscopus ss.
Ego Transmundus Signinus episc. ss.
Ego Theodovinus S. Ruffinae episc. ss.
Ego Guido Tiburtinus episcopus ss.
Ego Rodulphus Ortanus episcopus ss.
Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.
Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.
Ego Intifredus presb. card. tit. Vestinae ss.
Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.
Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani ss.
Ego Guido indignus presb. ss.
Ego Azo presb. card. tit. S. Anastasiae ss.
Ego Gregorius presb. card. tit. S. Priscae ss.
Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.
Ego Oddo diac. card. S Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Guido card. diac. S. Adriani ss.
Ego Boethius diac. card. S. Viti ss.
Ego Vassallus diac. card. S. Eustachii ss.
Ego Ubaldus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.
Ego Chrysogonus diac. card. S. Mariae in Portica ss.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, XIII kal. iulii, indictione XIII, incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontif. vero D. Innocentii Papae II anno VI.

Dat. die 19 iunii anno Domini 1135, pontif. anno VI.

XXXI.

Quinciacensis monasterii Lingonen. dioecesis praedia, caeteraque bona, Alberico abbati et successoribus confirmantur (1).

SUMMARIUM

Monasterii huius monachi Pontiniacensis coenobii filii. — Eorumdem laus; — Eorumdem bona confirmantur: — Et ab omni externa perturbatione libera declarantur, cum solitis clausulis. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Alberico abbati de Quinceio, eiusque successoribus regulariter substituendis.....

Monasterii huius monachi Pontiniacensis coenobii filii.

Quanta cordi nostro laetitia de vestrae congregationis religione laudabili generetur, ille profecto cognoscit, qui renum

(1) Inter Instrumenta Ecclesiae Lingonen. edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. IV, col. 164.

et cordium scrutator existit. Vos enim de Pontiniacensi monasterio, utpote apum examina, exeuntes, longe lateque alvearia innumera coelesti manna repletis, et multorum sitientium corda aquae salientis in vitam aeternam salutari doctrina imbuendo reficitis. Ea propter sacrum collegium vestrum verae caritatis affectione diligimus; et monasterium Beatae Dei Genitricis, in quo divino vacatis servitio, Apostolicae Sedis suffragio communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quascumque possessiones in praesenti duodecima indictione iuste et canonice possidetis, quaecumque etiam in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, rationabiliter poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant; in quibus haec nominatim duximus exprimenda: locum ipsum videlicet de Quinceio, locum de Fontanis, locum de Baterio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Eorumdem laus.

Eorumdem bona confirmantur;

Et ab omni externa perturbatione libera declarantur, cum solitis clausulis.

Innocentii PP.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Guilelmus Praenestinus episc.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli.

Ego Romanus diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV idus octobris, indictione XII, incarnationis dominicae anno MCXXXV, pontificatus domini Innocentii Papae II anno VI.

Dat. die 12 octobris anno Domini 1135, pontif. anno VI.

XXXII.

Ecclesia de Rochabovecurt, a Willelmo Petragoricensi episcopo Cluniacensi monasterio donata, eidem confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia de Rochabovecurt Cluniacensi monasterio confirmatur; — Decretum omnimodae exemptionis a quacumque molestia, vi, etc. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Bonus et diligens paterfamilias gaudio magno gaudet, cum vineam suam locatam agricolis vigilanti studio videt excoli, et tribulis ac sentibus pariter emundari. Cuius profecto gaudio laetitia iucundior cumulatur, si eadem vinea propagatione ordinaria per multorum spatiorum dimensionem incipiat dilatari. Proportionali

(1) Ex Biblioth. Cluniac. edidit Martinus Marrier, col. 1401.

igitur ratione Deo credimus gratissimum esse, si, Deo dicati, religio Cluniacensis monasterii et diversas Ecclesias exornet, atque plurimorum mentes disciplinis regularibus instruat, et fide, quae per dilectionem operatur, inflammet. Ea propter, dilecte in Domino fili Petre abbas Cluniacensis, memores devotionis, quam erga Sedem Apostolicam cum commissa tibi Ecclesia semper habuisti, et honoris et servitii, quod nobis efficaciter fideliterque, maxime tempore schismatis, impendisti, Ecclesiam de Rochabovecurt, laudantibus eiusdem clericis a venerabili fratre nostro Willelmo, Petragoricensi episcopo, Pontio abbati antecessori tuo, et per eum Ecclesiae Clun. canonice donatam, et a felicis memoriae Papa Calixto antecessore nostro, sicut privilegium eius testatur, solemniter confirmatam, tibi successoribusque tuis, non solum confirmamus, sed etiam confirmando auctoritate apostolica donamus; ut Ordo Clun. ad laudem Dei, ad quam specialiter institutus est, et ad honorem sacrosanctae Romanae Ecclesiae, cui omnino devotus est, perpetuis temporibus ibi floreat: statuentes, ut nulli hominum liceat eamdem Ecclesiam, vel bona, quae impraesentiarum legitime possidet, aut in futurum iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur imposterum, ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis vero eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae operationis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ecclesia de Rochabovecurt Cluniac. confirmatur.

Decretum omnimodae exemptionis a quacumque molestia, vi, etc.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. Innocentii II P.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss. et S. R. Eccl. card. subscriptiones.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido cardinalis diaconus S. Andriani ss.

Ego Vassallus diaconus cardinalis S. Eustachii ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.

Ego Intifredus cardinalis tit. Vestinae ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Ss. Iohannis et Pauli ss.

Data Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancellarii, III idibus (1) martii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 13 martii anno Domini 1136, pontif. Innoc. anno VII.

XXXIII.

Ecclesia Montis-Desiderii, Cluniacensi monasterio donata a Guarino Ambianensi et Simone Noviomensi episcopis, eidem cum pertinentiis omnibus confirmatur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Montisdesiderii a quibus donata; — Accedente quoque consensu Ludovici regis Francorum, Cluniacensibus confirmatur. — Decretum exemptionis a quacumque molestia. — Solitae clausulae. — Innoc. PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Bonus et diligens paterfamilias gaudio magno gaudet, cum vineam suam locatam

(1) Forsitan legendum *idus*. (R. T.) (2) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1402.

agricolis vigilanti studio videt excoli et tribulis ac sentibus pariter emundari. Cuius profecto gaudio laetitia iucundior cumulatur, si eadem vinea propagatione ordinaria per multorum spatiorum dimensionem incipiat dilatari. Proportionali igitur ratione Deo credimus gratissimum esse, si, Deo dicati, religio Cluniacensis monasterii et diversas Ecclesias exornet, atque plurimorum mentes regularibus disciplinis instruat, et fide, quae per dilectionem operatur, inflammet. Hoc profecto intuitu Montisdesiensem Ecclesiam, a venerabilibus fratribus nostris, Guarino Ambianensi et Simone Novomiensi, episcopis, monasterio Cluniacensi canonice et devote collatam, idipsum quoque carissimo filio nostro Lodovico illustri et glorioso Francorum rege, et Rainaldo Remensi archiepiscopo, atque Radulpho de Petrona concedentibus: et pro eius confirmatione Sedem Apostolicam suppliciter exorantibus, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in perpetuum tibi tuisque successoribus confirmamus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam, vel bona, quae impraesentiarum legitime possidet, aut in futurum iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae operationis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ecclesia Montisdesiderii a quibus donata.

Accedente quoque consensu Ludovici regis Francorum,

Cluniacensibus confirmatur.

Decretum exemptionis a quacumque molestia.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP.



Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Intifredus presbyter cardinalis tit. S. Vestinae ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Guido cardinalis diaconus S. Adriani ss.

Ego Vassallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis S. Mariae in Via Lata ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et cancellarii, III idus martii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 13 martii anno Domini 1136, pontif. Innoc. anno VII.

XXXIV.

Ecclesia S. Ioannis in Viculo canonicis Placentinae matricis Ecclesiae adiudicatur sub censu annuo Sedi Apostolicae persolvendo (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam S. Ioannis de Viculo, iacturam in bonis passam, — Canonicis cathedralis Ecclesiae donat, — Ut

(1) Ex libr. privileg. Ecclesiae Placent. edidit Campi, Hist., tom. I, pag. 536.

eam restaurent, bonaque eadem recuperent; — Sub clausula tamen, ut si canonici iidem ab obedientia Sedis Apostolicae desciscant, illa Ecclesia ad ius et dominium eiusdem Sedis revertatur; — Cui dimidia auri uncia canonici singulis annis persolvere teneantur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Iohanni, ecclesiae Beatae Mariae Placentinae praeposito, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex administratione officii nobis a Deo iniuncti, compellimur ad Ecclesiarum Dei statum in suae incolumitatis robore conservandum diligenter intendere; et ne in locis, in quibus honestas et religio florere consueverant, occasione aliqua omnino depereant, solicite providere. Ecclesia siquidem Sancti Ioannis de Viculo, infra Placentini episcopatus terminos sita, quae specialiter ad ius beati Petri, et dominium pertinet, peccatis exigentibus, valde attrita est, et tam in temporalibus, quam in spiritualibus maximum substinuit detrimentum. Tu vero, dilecte in Domino fili Ioannes praeposite, ad Sedem Apostolicam veniens, eiusdem Ecclesiae concessionem a nobis humiliter postulasti. Et nos igitur de religione tua et ferventi solicitudinis studio habentes in Christo fiduciam, Ecclesiam ipsam tibi, tuisque successoribus, et per vos Ecclesiae Placentinae ad meliorationem committimus, ut videlicet bona et possessiones eiusdem loci, quae distractae sunt, vestro recuperentur studio, et habitae conserventur, et a regularium conventu ibi cotidie honestus famulatus Domino impendatur. Si quando vero, quod non optamus, a gratia Sedis Apostolicae excideritis: aut, quod vobis iniunctum est, de eadem Ecclesia non observaveritis, locus ipse cum omnibus possessionibus suis tam mobilibus, quam immobilibus, vel se moventibus, ad ius et dominium ac liberam facultatem sanctae Romanae Ecclesiae absque molestia revertatur. Ad inditium autem, quod praefatus locus iuris sit beati Petri, et sanctae Romanae Ecclesiae, dimidiam unciam auri singulis annis Lateranensi palatio persolvetis. Nulli ergo omnino hominum fas sit, super hoc de caetero infestare, aut aliquod vobis gravamen inferre. Si quis igitur ausu temerario hoc attemptare praesumpserit, indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli, et nostram, se noverit incursurum. Amen, amen, amen.

Ecclesiam S. Ioannis de Viculo, iacturam in bonis passam,

Canonicis cathedralis Ecclesiae donat,

Ut eam restaurent, bonaque eadem recuperent;

Sub clausula tamen, ut si canonici iidem ab obedientia Sedis Apostolicae desciscant, illa Ecclesia ad ius et dominium eiusdem Sedis revertatur;

Cui dimidia auri uncia canonici singulis annis persolvere teneantur.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presb. card. tituli S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Io. et Pauli ss.

Ego Martynus presbyter cardinalis tit. Sancti Stephani in Caelio monte ss.

Ego Azo presbyter cardinalis tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Gregorius diacon. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Stephanus diaconus cardinalis Sanctae Luciae in Orphea ss.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diacon. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani subscripsi.

Ego Boetius diaconus cardinalis Sancti Viti subscripsi.

Ego Vassallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VII idus iunii, indictione decimatertia (1), incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno VII.

Dat. die 7 iunii anno Domini 1136, pontif. anno VII.

(1) Lege *decimaquarta*.

XXXV.

Confirmatio concordiae initae inter Henricum Leuchorum episcopum et Fridericum comitem Tullensem (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Henrici episcopi concordia cum comite Friderico, coram legato Apostolicae Sedis facta, confirmatur. — De modo hospitandi comitem. — Perpetuum silentium futuris comitibus Tullen. imponitur. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Leuchorum episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Statuta fratrum nostrorum sicut irrationabilia debemus ecclesiasticae disciplinae moderatione corrigere, ita nihilominus convenit eorum bene gesta firmare. Quamobrem, venerabilis frater Henrice episcope, pacem et concordiam, quae post multas guerras et labores atque expensas inter te et nobilem virum Fredericum comitem Tullensem, in praesentia venerabilium fratrum nostrorum Alcuini episcopi Sanctae Rufinae, tunc Apostolicae Sedis legati, Alberonis Treverensis archiepiscopi, et suffraganeorum suorum, Stephani, videlicet Metensis, Alberonis Virdunensis episcoporum, necnon aliorum nobilium principum, videlicet Simonis ducis, Adelaidis ducissae uxoris suae, Rainaldi Barrensium comitis, Gualteri de Cundricurte, Odonis de Melaino, et Petri de Bresseio, Rutile in Treverensi parochia facta est, praesentis scripti pagina confirmamus et futuris temporibus ratam manere decernimus; ita scilicet ut de hospitalitate, seu consuetudine, quam praefatus comes Fredericus in praebenda fratrum Tullensis Ecclesiae sibi usurpare contra iustitiam nitebatur, nihil sibi deinceps ex debito audeat vindicare. Verumtamen, si praedictus comes Visceriaci in praebenda fratrum bis in anno cum septem vel decem militibus tantum hospitari voluerit, id ipsum ei minime negabitur; sed fratres eiusdem loci substinebunt, nec eum exinde molestabunt, si in domo fratrum hospitium suscipiat, si ministerialium administratione procurari voluerit, si nullam exactionem in eadem villa vel per se, vel per alios, fecerit. Caeterum, si ipse hoc transgredi vel violare praesumpserit, iam dicti fratres id ipsum ab eo per iustitiam exquirere possint. Praeterea, si quando necesse fuerit, ut idem comes a decano vel praeposito postulaverit, in praebenda fratrum semel in anno cum septem vel decem militibus tantum, tertium hospitium ei dabitur. Si vero necessitas ingruerit, et nec decanum, nec praepositum ad obtinendum hospitium habere poterit, hospitium ipsum per ministerialium manus accipiat, et servitium competens, quod ei exhibitum fuerit, cum gratiarum actione suscipiat. Quod si comes aliter quam supra scriptum est, fecerit, et conventionem laudatam coram praefatis episcopis atque principibus violaverit, aut exactionem aliquam, vel violentiam in villis fratrum supra dictorum exercuerit, si servitia sufferentia canonicorum antedicta, et eo modo, quo sunt determinata, per manus ministerialium non susceperit: hospitia, quae non ex debito aut iustitia, sed per sufferentiam fratrum accipiebat, prorsus amittat. Et hoc tamdiu stare poterit, quamdiu ipse amicitiam fratribus debitam observaverit. Decernimus ergo, ut neque praefato comiti, neque alicui hominum liceat, te, vel successores tuos, seu Tullensem Ecclesiam, aut canonicos, super hoc temere infestare, aut aliquid ultra id, quod praedictum est, a te vel ab ipsis exigere: sed potius ipse statutis eis hospitiis contentus existat; et Tullensis Ecclesia, et canonici ab ipsius infestatione de caetero liberi maneant et quieti. Si quis autem huius nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit temere, secundo tertiove commonitus, si

Henrici episcopi concordia cum comite Friderico, coram legato Apostolicae Sedis facta, confirmatur.

De modo hospitandi comitem.

Perpetuum silentium futuris comitibus Tullen. imponitur.

Solitae clausulae.

(1) Ex tom. XII Concil.

non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur; et a sacratissimo Corpore et Sanguine D. N. Iesu Christi alienus fiat; conservantes autem, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur.

Data Pisis per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, VII idus iunii, indictione XIII (1), incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus domni Innocentii Papae secundi anno VI (2).

Dat. die 7 iunii anno Domini 1136, pontif. anno VII.

XXXVI.

Confirmatio sedis patriarchalis in Gradu, usus pallii, et delationis crucis ante patriarcham (3).

SUMMARIUM

Proœmium. — Adhortatio ad Henricum patriarch. — Cui patriarchalis dignitas iuxta Pontificum Rom. privilegia in insula Gradu confirmatur. — Cum privilegio delationis crucis ante se: — Et pallii usu statutis hic diebus. — Patriarchali Ecclesiae bona omnia confirmantur; — Et patriarchae omnimoda iurisdictio in parochiis sibi subiectis. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico patriarchae Gradensi, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Proœmium. Tunc Apostolicae Sedi, et Romanis Pontificibus honor integer conservatur, si universis Ecclesiis collata dignitas custodiatur. Et quemadmodum nulli debemus ultro, quam meretur, favente gratia, impertiri; ita nemini, quod sui iuris est, stimulante ambitu, convenit derogare. Quanto ergo maiori praerogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut corrigendis subditis plus possit apud te ratio quam potestas: et te boni dulcem et mali pium sentiant correctorem. Personas diligas, vitia persequaris, ne, si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas, quod emendari desideras; sicque vulnus debes abscindere, ut non possis ulcerare, quod sanum est; ne, si plusquam res exigit, ferrum impresseris, noceas, cui prodesse festinas. Sed sic alterum condiatur ex altero, quatenus et boni habeant amando, quod caveant: et mali metuendo, quod diligant. Quapropter, venerabilis frater Henrice patriarcha, tuis postulationibus clementer annuimus et Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo praesse dignosceris, praesentis scripti patrocinio communimus. Igitur praedecessorum nostrorum, Pelagii, Alexandri et Urbani II auctoritatem sequentes, illius praecipue constitutionis tenorem servantes, quam praedecessor noster Leo IX sanctissimus et synodali iudicio, et privilegii pagina confirmavit, tibi tuisque successoribus canonice substituendis et patriarchalem concedimus dignitatem et magisterium Graden. Ecclesiae gerendum, in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos praedecessores eidem noscuntur Ecclesiae constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Romae fueris, aut in praesentia, et comitatu Romani Pontificis. Pallium etiam fraternitati tuae, plenitudinem pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate largimur, quo intra ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus praedecess. tuos usos fuisse non ambigimus, ut in Nativit. Domini, Epiphania, tribus festivitatibus S. Mariae, Coena Domini, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Iohannis Baptistae, et omnium apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, prothomartyris Stephani, Sancti Laurentii,

Adhortatio ad Henricum patriarcham.

Cui patriarchalis dignitas iuxta Pontificum Roman. privilegia in Insula Gradu confirmatur:

Cum privilegio delationis crucis ante se:

Et pallii usu statutis hic diebus.

(1) Lege XIV. (2) Lege VII. (3) Ex Archiv. Patriarch. Venet. exscriptum edidit Ughell., Ital. Sac., tom. V, ubi de Graden. patriarchis.

S. Maximi, in solemnitate Omnium Sanctorum et principalibus Ecclesiae tuae festis, necnon in ecclesiarum, episcoporum, et caeterorum clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tuae die. Statuimus etiam, ut quaecumque bona, quascumque possessiones Graden. Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro Ecclesias, a religiosis viris eidem Ecclesiae Graden. oblatas, per parochias eiusdem provinciae constitutas, tibi tuisque successoribus libere confirmamus, ita ut nulli episcopo absque tuo assensu liceat in eis consecrationes celebrare; aut sacerdotibus in eiusdem Domino servientibus, donec in locis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino etc. Si qua igitur in futurum etc. Cunctis autem etc. Amen, amen, amen.

Patriarchali Ecclesiae bona omnia confirmantur;

Et patriarchae omnimoda iurisdictio in parochiis sibi subiectis.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Iohannis et Pauli ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Azo presbyter cardinalis tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Gregorius diaconus card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido card. diac. S. Adriani ss.

Ego Hubaldus diac. cardin. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Chrysogonus diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, II id. iunii, indict. XIV, anno dominicae incarnationis MCXXXVI, pontificatus autem D. Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 12 iunii anno Domini 1136, pontif. anno VII.

XXXVII.

Elargitio privilegiorum monasterio S. Crucis in Werda, cuius antiqua iura, privilegia, ac bona omnia confirmantur (I).

SUMMARIUM

Monasterium in Werd a quo constructum; — Ac deinde in vicina loca translatum; — Amotis sanctimonialibus monachi suffecti, consentiente Paschale PP. II; — Illud Innocentius Papa sub tutela Sedis Apost. recipit. — Episcopum dioecesanum in sola sacramentorum administratione ius habere declarat: — Libertatem sepulturae inibi petentibus concedit: — Eiusdem monast. bona confirmat, sub censu annuo unius auri Rom. Pontificibus persolvendi. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Dietrico, abbati monasterii S. Crucis de Werd, eiusque successoribus regulariter substituendis.

Quemadmodum ex gestis praedecessoris nostri sa. memoriae Leonis IX Papae didicimus, nobilis quondam vir Mangoldus de Werde, devotionis intuitu, monasterium in castro suo construxit, quod B. Petro apostolorum principi offerens, fecit in honore sanctae et vivificae Crucis per manus eiusdem Romani Pontificis consecrari, sanctimoniales foeminas ibidem Deo servituras instituit.

Monasterium in Werd a quo constructum;

Factum est autem, ut eodem coenobio per operam pravorum hominum diruto, atque devastato, alter Mangoldus, iam dicti nobilis viri filius, ab Apostolica Sede obtinuit, ut sibi licentia praeberetur, idem monasterium ad alia loca transferre, ac per hoc iuxta ipsum castrum in planitie terrae fundavit ecclesiam, et sanctimoniales ibi ad Dei servitium deputavit. Quibus utique tam religione quam numero decrescentibus, tertius Mangoldus praedecessorem nostrum, egregiae recordationis Paschalem Papam humiliter adiit;

Ac deinde in vicina loca translatum;

(I) Edidit Gretserus de Cruce, etc.

Amotis sanctimonialibus monachi suffecti, consentiente Paschale PP. III;

et, ut amotis sanctimonialibus, in eodem loco monachi ponerentur, expetiit: cuius petitioni Romanus Pontifex benigne consensit, et Gebhardo, quondam Constantiensi episcopo, tunc Apostolicae Sedis legato, per sua scripta mandavit, ut videlicet de cella Sancti Blasii monachi assumerentur, et in eodem monasterio ponerentur. Quod cum praefatus episcopus implevisset, idem locus tam in temporalibus quam in spiritualibus, Deo gratiae sint, plurimum augumentatus est.

Illud Innocentius Papa sub tutela Sedis Apostolicae recipit.

Quod igitur, dilecte fili Dietrice abbas, a nobis humiliter postulasti, ut idem coenobium, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis privilegio muniremus, nos, quorum praecipue interest, loca, quae ad ius sanctae Romanae Ecclesiae pertinent, diligere ac fovere, interventu dilecti filii nostri, quarti Mangoldi, illustris viri, tuis desideriis benignitate debita duximus annuendum. Per praesentis itaque privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut idem coenobium, ab ipsis fundatoribus B. Petro oblatum, perpetuis temporibus sub sanctae Romanae Ecclesiae tutela consistat: et ordo monasticus, qui secundum B. Benedicti regulam, per iam dilectum praedecessorem nostrum ibidem noscitur institutus, absque sexus varietate seu mutatione in eodem loco irrefragabiliter observetur. Prohibemus etiam, ut dioecesanus episcopus in eodem loco nihil audeat sibi vendicare, exceptis consecrationibus altarium, vel ecclesiarum, ordinationibus monachorum, seu etiam clericorum, si tamen haec ipsa vobis gratis et sine exactione vel pravitate exhibere voluerit; alioquin, quemcunque malueritis, catholicum adeatis antistitem, ab eodem, quae ad spiritualia pertinent, suscepturi. Sepulturam quoque ipsius loci liberam fore decernimus, ut videlicet eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, ac supremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salva nimirum iustitia matricis Ecclesiae.

Episcopum dioecesanum in sola sacramentorum administratione ius habere declarat:

Libertatem sepulturae inibi petentibus concedit:

Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, portionem ligni vivificae Crucis, quae in eodem loco recondita esse creditur, pro cuius honore vestrum coenobium factum est, exinde amovere; vel quidquam ex his, quae iam dictus praedecessor noster Leo IX eidem firmavit Ecclesiae, quaeve impraesentiarum canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione imperatorum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata serventur. Ad indicium autem, quod monasterium vestrum iuris B. Petri, unum aureum singulis annis nobis, nostrisque successoribus persolvetis.

Eiusdem monasterium bona confirmat, sub censu annuo unius auri Romanis Pontificibus persolvendi.

Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Solitae conclusiones.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus.

Innocentii PP et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.

Datae Pisis per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, XIII kal. iulii, indictione XIII (1), incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 19 iunii anno Domini 1136, pontif. anno VII.

(1) Lege XIV.

XXXVIII.

Privilegium monasterio Georgii in Prufeningen. ordinis S. Benedicti Ratisbonen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia ad monasterium pertinentia confirmantur, — Dataque eidem ab Ottone Bambergensi eiusdem coenobii fundatore. — Cellam Aspach alienari, vel aliquo modo auferri prohibetur. — Abbatem ab ullo alio, praeterquam a monachis, eligi debere decernitur. — Decimas ab eis exigi, vel aliamcumque exactionem, vel ullam aliam molestiam coenobio inferri omnino interdicitur sub anathematis poena. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Herboni abbati monasterii Sancti Georgii de Prufeningen., quod inter Ratisbonam et Danubium situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, religiosas personas, ac loca eorum regimini commissa diligere, atque ipsorum quieti et utilitati, auxiliante Domino, salubriter providere; dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri ac sanctae Romanae Ecclesiae patrocinio muniamus. Ideoque, dilecte in Domino fili Herbo abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et B. Georgii monasterium, cui auctore Domino praesse dignosceris, Apostolicae Sedis privilegio decoramus. Statuimus enim, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, tibi tuisque successoribus, et per vos iam dicto coenobio huius scripti pagina confirmamus. Porro decimam, a venerabili fratre nostro Ottone Babenbergensi episcopo vobis concessam, quam ab Hertuvico Ratisbonensi episcopo per gratiam concambium obtinuisse cognoscitur, vobis praesenti scripto firmamus. Cellam etiam, Aspach dictam, quam idem episcopus, suis laboribus ac studio acquisitam, divini amoris intuitu eidem loco contulit, a nullo unquam hominum alienari, vel aliquo modo auferri sancimus. Decernimus etiam, ut ordo monasticus, qui in eodem coenobio a priscis temporibus noscitur institutus, perpetuis temporibus ibi integer conservetur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. De laboribus quoque vestris tam infra quam extra Septa monasterii, quos propriis sumptibus excolitis, decimas a vobis nemo exigere praesumat. Interdicimus etiam, ut nullus episcopus, qui in Babenbergen. Ecclesia pro tempore fuerit, vel aliquis alius, occasione alicuius rei vel advocatiae idem coenobium aliquibus exactionibus gravare, vel eius possessiones, a praedicto episcopo vobis collatas vel undecunque acquisitas seu oblatas, alicui in beneficium dare, vel fratrum usibus subtrahere, praesumat. Quaecunque praeterea bona idem monasterium, concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Deo, in futurum poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit, idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam vestris, quam fratrum vestrorum ac pauperum usibus profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, se-

Bona omnia ad monasterium pertinentia confirmantur;

Dataque eidem ab Ottone Bambergensi eiusdem coenobii fundatore.

Cellam Aspach alienari, vel aliquo modo auferri prohibetur.

Abbatem ab ullo alio, praeterquam a monachis, eligi debere decernitur.

Decimas ab eis exigi, vel aliamcumque exactionem, vel ullam aliam molestiam coenobio inferri omnino interdicitur sub anathematis poena.

(1) Ex Hundii Hist. Salisburg., tom. III.

cundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax D. N. I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Guillelmus Praenestinus episc. ss.

Ego Theodevinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Gregorius diac. card. Sanct. Georgii et Bacchi ss.

Ego Guido diac. card. S. Adriani ss.

Ego Boetius diac. card. Sanctorum Viti et Modesti ss.

Ego Anselmus presbyter card. ss.

Ego Lactifredus presb. card. tit. Vestinae ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Sanctorum Ioannis et Pauli ss.

Ego Chrysogonus diac. card. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Data Pisis per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diacon. cardin. et cancellarii, XI kalend. novemb., indict. XIV, incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 22 octobris anno Domini 1136, pontif. anno VII.

XXXIX.

Confirmatio immunitatum Ecclesiae Marsanensis prope Traiectum Mosae, ad monasterium B. Remigii pertinentis, in qua canonicorum loco monachi substituuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia Marsanen. monasterio Remigiano confirmatur; — Cum decreto, ut clericis saecularibus substituantur monachi (*prout in rubrica*). — Praepositus ab abbate S. Remigii eligendus Leodiensi archiep. subiicitur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex tom. I Cod. Diplomat. Miraei, pag. 585.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Oddoni abbati monasterii S. Remigii, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium

Locorum venerabilium cura nos admonet, de eorum quiete atque utilitate solicite cogitare. Nec dubium, quod si servorum Dei petitionibus benigne concurrimus, nostris opportunitatibus clementem Dominum reperimus. Ideoque, dilecte in Domino fili, Oddo abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, atque libertatem Ecclesiae de Marsna, ad monasterium B. Remigii pertinentis, ab Alexandro quondam Leodiensi episcopo tibi concessam et ab Hermanno eius archidiacono et fratribus suis laudatam atque firmatam, praesentis scripti pagina roboramus et futuris temporibus inconvulsam manere decernimus; ut videlicet tam in praepositura, quam etiam in canoniis, decentibu -(1) clericis, qui praefatae Ecclesiae beneficia possident, iuxta prudentiam et dispositionem tuam et successorum tuorum, loco eorum monachi substituantur.

Ecclesia Marsanen. monasterio Remigiano confirmatur;

Cum decreto, ut clericis saecularibus substituantur monachi (prout in rubrica).

Praepositus vero, qui ex parte tua, vel successorum tuorum, eidem loco praefuerit, sacerdotem sub tali praebenda, qualem ipse praepositus, consensu abbatis et fratrum coenobii Sancti Remigii, qui pro tempore fuerit, providerit, constitutum Leodiensi archidiacono praesentabit, a quo nimirum animarum sibi cura committetur; et ipse sacerdos de omni episcopali et synodali iure secundum Leodiensis episcopatus consuetudinem respondebit.

Praepositus ab abbate S. Remigii eligendus Leodiensi archiepiscopo subiicitur.

Nulli ergo hominum liceat, eamdem concessionem, monasterio B. Remigii factam, infringere, vel mutare, aut quali-

(1) Forsitan *degentibus*. (R. T.)

bet occasione convellere; sed omnia tibi tuisque successoribus integra conserventur; quemadmodum praesentis scripti sanctione, praefati Alexandri quondam episcopi concessione noscitur institutum. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Solitae conclusiones.

Cunctis autem hanc nostram confirmationem servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Ss. Iohannis et Pauli.

Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego Chrysogonus diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu.

Datum Pisis, per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis et cancellarii, IX kalendas decembris, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCXXXVI, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 23 novembris anno Domini 1136, pontif. anno VII.

XL.

Confirmatio ordinis canonicorum regularium S. Augustini, recens introducti in Steinfeldense coenobium, Colonien. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Secundum B. Augustini regulas, hac in Ecclesia observandas, canonicis, per alias Ecclesias divagari, non licere declaratur. — Eamdem S. Augustini regulam in praepositurís, huic Ecclesiae subiectis, tenendam; — Eas per praepositum visitandas; — Ad hoc etiam dirigenda sanctimonialium monasteria decernitur. — Confirmantur libertates huic Ecclesiae ab archiepiscopis Colonien. concessae; — Bonaque omnia eidem usque adhuc elargita, vel in futurum elargienda, quoque confirmantur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Everuino praeposito, et fratribus in Ecclesia de Steinvelt canonicam vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus gratum praebentes assensum, Ecclesiam Steinvell, in qua divinis estis obsequiis mancipati, Apostolicae Sedis privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam ibidem noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Praecipimus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam professionem absque libera praepositi et fratrum licentia Ecclesiam vestram relinquere et ad alium locum liceat transvolare; nec aliquis eum retinere praesumat in

Secundum B. Augustini regulas, hac in Ecclesia observandas, canonicis, per alias Ecclesias divagari, non licere declaratur.

(1) Ex Archiv. monasterii Steinfeld. communicavit vir illustris Fridericus Schannat.

praeposituris, quae per fratres vestros instituuntur, ordo vester secundum beati Augustini regulam teneatur, et si quid novi in ordine statuendum fuerit, communi assensu praelatorum vestri annui conventus concorditer statuatur. Praeposituras quoque a vestris fratribus institutas, a vobis pro confirmatione ordinis visitari, et praepositos earum per singulos annos vestram ecclesiam visitare decernimus. Monasteria quoque sanctimonialium, quae se magisterio vestrae Ecclesiae regenda subiiciunt, ab eodem se absolvi et alii subdi postea non praesumant. Ut autem omnipotenti Domino servire securius valeatis, libertatem a recolendae memoriae Friderico, archiepiscopo Coloniensi, Ecclesiae vestrae concessam, et venerabili fratri nostro Brunone, eius successore, postmodum approbatam, ipsius precibus inclinati, omnimodam firmitatem in perpetuum tenere sancimus. Porro, quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia Steinvelt impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata consistant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eamdem S. Augustini regulam in praeposituris huic Ecclesiae subiectis, tenendam;

Eas per praepositum visitandas;

Ad hoc etiam dirigenda monasteria sanctimonialium decernitur;

Confirmantur libertates huic Ecclesiae ab archiepiscopis Coloniensibus concessae.

Et bona omnia eidem usque adhuc elargita vel in futurum elargienda quoque confirmantur.

Solitae conclusiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Praenestinus episcopus.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus.

Ego Anselmus, presb. cardinalis.

Ego Benfredus, presb. card.

Ego Chrysogonus, diac. card. S. Mariae in Porticu.

Ego Lucas, presbyter card. tit. Ss. Ioannis et Pauli.

Ego Martinus, presb. tit. S. Stephani.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Gregorius, card. presb. tit. Sanctae Priscae.

Innocentii PP. atque S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Data Pisis, per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cancellarii, IV idus decemb., ind. XIV, incarnat. domin. anno MCXXXVI, pontificatus domini Innocentii Papae II, anno VII.

Dat. die 10 decembris anno Domini 1136, pontif. anno VII.

XLI.

Decretum, ne in districtu monasterii Portensis ordinis Cistercien. Nuenburgensis dioecesis, venationes a quoquam fiant [1].

SUMMARIUM.

Exordium. — Ut ordo monasticus inibi servetur, decernitur. — Cambium a Nuenburg episcopo factum, — Bonaque omnia ad monast. pertinentia confirmantur. — In districtu monast. venationes a quoquam fieri, prohibetur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Adelberto Portensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assu-

Exordium.

(1) Edidit Pertuchius Chronic. Porten., pag. 18.

mat. Proinde, dilecte in Domino fili Adelberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus gratum praebemus assensum; et ut in Portensi coenobio, cui auctore Domino praeesse dignosceris, monasticus ordo, qui secundum B. Benedicti regulam et normam Cisterciensium fratrum, inibi noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur, praesenti scripto sancimus. Confirmamus et concambium, a venerabili fratre nostro Udone Nuenburgensi episcopo tecum et cum fratribus tuis rationabiliter factum, videlicet Portensem locum cum omnibus suis appenditiis pro Smolensi loco, in quos prius eratis Domino servientes, ab eodem episcopo concambii titulo vobis collatum; ita tamen, ut idem Smolensis locus cum suis omnibus appenditiis iurisdictioni et usui praefati cedat episcopi. Statuimus insuper, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata consistant. Ut autem quietius omnipotenti Deo servire possitis, praesenti scripto duximus inhibendum, ut nullus clericus, nullus laicus infra terminos vestros venationibus audeat vacare, aut nugis consimilibus operam dare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praenominatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura: salva nimirum dioecesani episcopi debita reverentia. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ut ordo monasticus inibi servetur, decernitur.

Cambium a Nuenburgensi episcopo factum.

Bonaque omnia ad monasterium pertinentia confirmantur.

In districtu monasterii venationes a quoquam fieri prohibetur.

Solitae conclusiones.

Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Petrus, cardinalis presbyter tituli Sanctae Susannae ss.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus, presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Guido, diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu.

Data Romae per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, idib. ianuar., incarnationis Dom. anno MCXXXVII.

Dat. die 13 ianuarii anno Domini 1137, pontif. anno VII.

XLII.

Confirmatio donationum, ab episcopo, clero, et populo Placentino factarum monasterio Columbano Clarevallensi[1].

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad monasterium spectantia confirmantur. - Cum decreto omnimodae exemptionis a solutione decimarum. — Ecclesiam ullam, aut domum construi intra fines monasterii interdicitur. — Decretum immunitatis ab omni perturbatione, vel alienatione. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

1 Ex archiv. monasterii huius edidit Campi, Hist. Placent., tom. I, pag. 538, etc. Ughellius, Ital. Sac., tom. II, ubi de episcopis huius civitatis.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Bernardo Clarevallensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in loco, qui Columbae dicitur, et Caretum antiquitus vocabatur, quique in Placentino episcopatu situs est, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quamobrem, carissime in Domino fili Bernarde abbas, tuis precibus annuentes, monasterium, quod in loco, qui Columbae dicitur, situm est, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem locus impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, fratribus, qui ibidem pro tempore fuerint, firma in perpetuum et illibata permaneant; in quibus haec specialiter duximus adnotanda; omnes videlicet terras illas, quas illustris vir Pallavicinus marchio et nobilis signifer Placentinae civitatis, seu alii boni viri, eidem loco devotionis intuitu contulerunt, quas nimirum eiusdem loci fratribus quietas et liberas iure perpetuo permanere et ab omni saeculari exactione remotas fore, sancimus. Et, quoniam communem vitam agentes de aliorum eleemosynis ac beneficentia debent vivere, constituimus, ut de laboribus, quos fratres ipsius monasterii propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullus ab eis decimas exigere vel suscipere audeat. Decernimus etiam, ut a villa, quae Senna dicitur, usque Butrium, seu infra alios terminos, a venerabili fratre nostro Arduino episcopo, necnon clero et populo Placentino specialiter designatos, nulla Ecclesia quolibet tempore construatur, nullaque saecularis habitatio prorsus fiat. Nulli ergo hominum fas sit, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si [1] non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Bona ad monasterium spectantia confirmantur;

Cum decreto exemptionis omnimodae a solutione decimarum.

Ecclesiam ullam aut domum construi intra fines monasterii interdicitur.

Decretum immunitatis ab omni perturbatione vel alienatione.

Solitae clausulae.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Drogo [2] Ostiensis episcopus.

Ego Gerardus, presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Lucas, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Ioannis et Pauli.

Ego Bernardus, presbyter cardinalis tit. Sancti Chrysogoni.

Ego Iu.... diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VII id. februarii, indictione XV, Incarnationis Dominicae anno MCXXXVII, pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno VII.

Dat. die 7 februarii anno Domini 1137, pontif. anno VII.

1 Variat hic exemplar Ughellii: putamus, utrumque relatorem clausulas hasce, in Codice fortasse omissas, summarie supplevisse. — 2 Ughellius habet *Albericus*, memor hunc se anno 1136 episcopum Ostiensem factum affirmasse.

XLIII.

Elargitio privilegiorum monasterio S. Petri Perusinae civitatis ordinis Cassinensis, eiusque bonorum confirmatio [1].

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterii bona enumerantur et confirmantur. — Sacramentorum elargitionem ad episcopum loci, si fuerit catholicus; — Abbatis vero electionem ad solos monachos spectare declaratur; — Sine cuius consensu idem episcopus missas publicas, vel quid simile in ecclesiis monasterii celebrare non possit, neque monasterium ipsum sacris interdicere. — Adversus occupantes et perturbantes bona vel iura monasterii excommunicationem profert; — Benedictionem benefactoribus elargitur. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Hieronymo abbati monasterii Sancti Petri, quod secus Perusinam civitatem situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino fili Hieronyme, tuis postulationibus clementer annuimus, atque praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, monasterium Beati Petri, cui auctore Deo praesides, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem locus impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus firma et illibata permaneant, tam in ecclesiis, quam in cellis, curtibus, plebibus, monasteriis, fundis, atque casalibus; in quibus utique haec propriis nominibus duximus exprimenda: plebem scilicet Sancti Constantii, Sancti Ruphini, Sancti Martini et Sancti Ioannis, plebem Sancti Martyrii, ecclesiam Sancti Benedicti in Angellione cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Iustini cum curte sua, ecclesiam Sancti Andreae et Sancti Angeli de Aliano, cum suis pertinentiis, ecclesiam Sanctae Mariae in Petiviano et Sancti Clementis, curtem de Casale, curtem de Petroniano, et hoc, quod vobis pertinet de curte et ecclesia Sancti Donati de Civitella; necnon et terram Ugonis nepotis Bernonis de Monte-Nigro. Apostolicae quoque Sedis tibi munimine confirmamus ecclesias Sanctorum Apollinaris, Blasii et Montani, cum suis omnibus pertinentiis: salvo annuo censu Farfensis Ecclesiae. Quin etiam confirmamus massas tres, in comitatu Perusino positas, unam, quae vocatur Cusulo, alteram Filontio, et aliam, quae nuncupatur Casalina, cum ecclesiis, vineis, campis, hortis, montibus cultis et incultis, omnibusque suis pertinentiis; monasterium quoque Sancti Angeli in comitatu Assisinate, in loco, qui dicitur Limisano, cum cellis et capellis suis, et cum omnibus sibi pertinentibus: ecclesiam Sancti Archangeli, sitam iuxta lacum Perusinum, cum omnibus sibi pertinentibus: atque monasterium Sancti Salvatoris in Cothale, cum omnibus sibi pertinentibus, et monasterium Sancti Petri in Ploiano cum universis suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Sylvestri in Murcella, ecclesiam Sancti Donati, et quicquid vestri iuris esse dinoscitur in Agello: ecclesiam Sanctae Mariae in Podio cum omnibus pertinentiis, ecclesiam Sancti Pauli in Monticello, atque ecclesiam Sancti Petri de Petroniano, cum curte sua. Sane Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, et clericorum, ad idem monasterium pertinentium, a dioecesano accipietis episcopo,

Monasterii bona enumerantur et confirmantur.

Sacramentorum elargitionem ad episcopum loci, si fuerit catholicus.

1 Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cass., par. II.

si quidem catholicus fuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere; qui sanctae Romanae Ecclesiae fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum. Missas autem publicas in eodem monasterio per episcopum fieri, vel stationes, aut ordinationes aliquas celebrari, praeter abbatis ac fratrum voluntatem, omnimode prohibemus; ne in servorum Dei recessibus occasio popularibus praebeatur ulla conventibus. Nec ulli episcopo facultas sit, praeter Romani Pontificis conniventiam, idem coenobium, aut eius cellas gravare, interdicere, vel excommunicare, seu exactiones novas imponere; nec saecularium procerum cuiquam liceat, fodrum vel aliud servitium, ab eodem monasterio aut eius pertinentiis extorquere: salvo nimirum iure et ac [1] dominio sanctae Romanae Ecclesiae. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste ablatas suis usibus vindicare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conseiventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeterna pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Abbatis vero electionem ad solos monachos spectare declaratur.

Sine cuius consensu idem episcopus missas publicas vel quid simile in ecclesiis monasterii celebrare non possit, neque monasterium ipsum sacris interdicere.

Adversus occupantes et perturbantes bona vel iura monasterii excommunicatio fertur.

Benefactoribus benedictionem elargitur.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Drogo Hostiensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Berardus, presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus, presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Martinus, presbyter cardinalis tit. S. Stephani ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Bernardus, presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Vassallus, diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV idus februarii, indictione XV, Incarnationis Dominicae anno MCXXXVII, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno VII.

Dat. die 10 februarii anno Domini 1137, pontif. anno VII.

XLIV.

Guillelmo Arausicano episcopo bona omnia et possessiones confirmantur [1].

SUMMARIUM

Prooemium. Bona omnia Arausicanae Ecclesiae confirmantur: — Sedes episcopalis et competens iurisdictio in ea futura absque alterius episcopi contradictione. — Assignatio confinium. — Quarta pars decimarum et oblationum episcopo adiudicantur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

1 Pro *aeque ac* (R. T.).

1 Inter Instrumenta Ecclesiae huius edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. I.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Guillelmo Arausicano episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis.

Proemium.

In beati Petri cathedra, disponente Domino, constituti, fratres nostros episcopos debemus diligere et loca eis commissa Apostolicae Sedis munimine confovere. Quamobrem, venerabilis frater Guillelme episcope, tuis postulationibus impartimur assensum, et Ecclesiam Auriacensem, cui Deo auctore praesides, praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia in praesenti anno iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, operante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam scilicet Sancti Florentii cum cimiterio et villa, quae Claustrum nominatur, infra ipsum coemeterium constituta, cum palude Condamina, quam comitissa Auriacensis, assensu filii Raimbaldi, Beato Florentio contulit, cum decimis et caeteris possessionibus suis: ecclesiam Beati Eutropii cum decimis totius territorii de Cadarossa, et possessionibus suis: ecclesiam Sancti Petri cum decimis et possessionibus suis: ecclesias de Monte-Draconis, de Sagariis, de Iocondatis cum decimis et possessionibus suis, de Mornatio, de Serignano, de Graepontis, de Sancto Iuliano, de Derbucio, de Guarda, de Travaillano, de Camereto, de Veillaiga, de Vacquayrassio, de Albuna, de Durbano et Balmis, de Albagnano, de Ionqueriis cum decimis et possessionibus suis, et decimis de Sariano et de Podio d'Icardo, de Sancto Privato, de Gausanis, et de Aselano, et ecclesiam Sancti Genesii cum appendiciis suis, et caetera omnia, quae venerabilium fratrum nostrorum, praedecessorum tuorum, episcoporum fraternitas de occupantium manibus eripuit. Ea etiam omnia, quae per vos vel per feudales vestros praefata Ecclesia possidere videtur, vobis nihilominus confirmamus. Ad exemplum quoque praedecessoris nostri beatae memoriae Papae Calixti, apostolica auctoritate sancimus, ut in praefata Auriacensi Ecclesia perpetuis futuris temporibus episcopalis sedes absque Tricastini episcopi, vel cuiuslibet alterius contradictione consistat; similiter idem locus propriam parochiam episcopalem obtineat, in qua tu vel successores tui, clericos ordinandi, ecclesias et oratoria consecrandi, et alia, quae ad episcopale officium pertinent, ministrandi, facultatem liberam habeatis. Terminos sane Auriacensis parochiae, quos ex praecepto eiusdem praedecessoris nostri, in praesentia Attonis quondam Arelatensis archiepiscopi et suffraganeorum eius, per assertiones testium, et instrumenta cartarum a praedecessore tuo bonae recordationis Berengario episcopo constat esse probatos, et Romae, assistente Pontio Tricastino episcopo, per eumdem Romanum Pontificem, indagatis utrinque diligenter rationibus, in praesentia episcoporum et cardinalium collaudatis, praedictae Auriacensi Ecclesiae quiete et sine aliqua infestatione habendos possidendosque firmamus; videlicet a ponte Abolenam per stratam regalem, quae vadit inter duos montes usque ad Diganum, et a praedicto ponte, sicut ascendit aqua de Lez versus meridiem et usque ad fines Vasensis episcopatus. Porro debitam portionem decimarum et cunctarum oblationum, quae pro vivis et pro defunctis, Ecclesiis offeruntur, sanctorum canonum instituta distinguantur; ideoque, venerabilis frater episcope, quartam partem decimarum ad te pertinentium, tibi ab aliquo usurpari prohibemus. Si-

Bona omnia Arausicanae Ecclesiae confirmantur;

Sedes episcopalis et competens iurisdictio in ea futura absque alterius episcopi contradictione.

Confinium assignatio.

Quarta pars decimarum et oblationum episcopo adiudicatur.

mili modo statuimus, ne aliquis detentiones Ecclesiae, non ad se pertinentes, suis usibus indebite vindicare praesumat. Nulli ergo hominum fas sit, praefatam Arausicensem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu cuiuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat existere, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco quae sua sunt, servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Solitae clausulae.

Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Angelus, presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii.

Ego Lictifredus, presbyter ss.

Ego Lucas, presbyter tituli Sanctorum Ioannis et Pauli.

Marton, presbyter cardinalis tituli Sancti Stephani.

Ego Guido indignus presbyter.

Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Sanctae Priscae.

Ego Bernardus, presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni.

Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus.

Ego Drogo, Ostiensis episcopus.

Ego Albertus, Albanensis episcopus.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis tit. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido, diaconus cardinalis S. Hadriani.

Ego Ulbordus, cardinalis S. M. in Via Lata.

Ego Chrysogonus, cardinalis diaconus S. Mariae in Porticu.

Ego Ivo diaconus, cardinalis S. Mariae.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, v kal. martii, indictione xv, Incarnat. Dominicae anno MCXXXVII, pontificatus vero domni Innocentii Papae anno VIII.

Dat. die 25 februarii anno Domini 1137, pontif. anno VIII.

XLV.

Approbatio instituti regularis vitae canonicorum Niciensis Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur [1].

SUMMARIUM

Prooemium. — In hac ecclesia canonicorum regularis disciplina approbatur. — Confirmantur bona omnia ad eam pertinentia: — Quorum bonorum pars describitur; — Validantur cum decreto ea, quae ab episcopo statuta sunt, etc. — Pontifex PP. anathemate percutit privilegii huius violatores; — Observatoribus vero bona precatur. — Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Niciensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Prooemium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitatibus salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, et honestati congruum esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri atque Apostolicae Sedis patrocinio muniamus; et Nicen. Ecclesiam, cui Domino auctore praeesse dignosceris, S. R. E. privilegio roboramus; statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam tuo lau-

In hac ecclesia canonicorum regularis disciplina approbatur.

1 Ex authentico exscriptum edidit Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de Niciensibus episcopis.

dabili studio est in Niciensi Ecclesia Dei gratia institutus, ibidem futuris temporibus irrefragabiliter observetur; et decedentibus clericis, qui impraesentiarum in eo Domino famulantur, nullus eis, nisi regularem vitam professus, canonicus subrogetur. Obeunte quoque te, nunc eiusdem loci episcopo, nemo ibi praeterquam regularis episcopus praeponatur, qui eidem Ecclesiae, cooperante Domino, praeesse valeat et prodesse. Decernimus etiam, ut quaecumque bona, quascumque possessiones eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum et principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, permittente Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum, et illibata serventur; in quibus haec propriis nominibus adnotanda subiunximus; ecclesiam videlicet, S. Mariae de Clansio, ecclesiam Sancti Laurentii de Illontia, ecclesiam Sanctae Mariae de Pila, ecclesiam Sanctae Teclae, et castrum, quod vocatur Dapum, ecclesiam Sanctae Mariae Villaeveteris, monasterium Sancti Pontii cum ecclesiis ad ipsum pertinentibus, quas in Niciensi episcopatu, episcopale legitime pertinere dignoscitur; ecclesiam Sanctae Mariae de Olivo, ecclesiam Sancti Hospitii. Nulli ergo hominum liceat, quod a te super institutione praefatae Ecclesiae factum est, et a nobis firmatum, infringere, vel mutare, seu qualibet occasione convellere, nec eius possessiones auferre, vel abbatias retinere, seu quibuslibet molestationibus fatigare; sed omnia semper conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contraire, et temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen, amen, amen.

Confirmantur bona omnia ad eam pertinentia.

Quorum bonorum pars describitur;

Validantur cum decreto ea quae ab episcopo statuta sunt, etc.

Pontifex anathemate percutit privilegii huius violatores;

Observatoribus vero bona precatur.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Innocentii PP. et nonnullorum S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Ego Guillelmus, Praenestinus episcopus.

Ego Hubaldus, diac. card. S. Mariae in Via Lata.

Ego Chrysogonus, diac. card. S. Mariae in Porticu.

Ego Anselmus, presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lictifredus, presbyter cardinalis tit. Vestinae.

Ego Lucas, presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. diaconi card. et cancellarii, IV kal. aprilis, ind. XV, Incarnationi Dominicae anno MCXXXVII, pontif. vero domni Innocentii Papae II anno VII [1].

Dat. die 29 martii anno Domini 1137, pontif. anno VIII.

XLVI.

Monasterium de Cheminon ab ordine Sancti Nicolai de Aroasia translatum ad ordinem Cisterciensem, coenobio de Tribus Fontibus subditur [2].

SUMMARIUM

Fratrum Clarevallensium encomia. — Translationem et subiectionem a canonicis Cheminonensibus monasterio de Tribus Fontibus factas confirmat Pontifex. — A quibus substractionem fieri prohibet. — Censum annuum sibi reservat. — Clausulae consuetae.

1 Lege VIII. — 2 Ex Gall. Christ. tom. IV, pag. 29.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Stephano abbati monasterii de Tribus Fontibus, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Fratrum Clarevallensium encomia.

Laudes et gratias omnipotenti Deo referimus, quod nomen et vitam fratrum Clarevallensium per diversas partes mundi ita celebrem, ita fecit spectabilem esse, ut eorum laudabili.... ipsi quoque viri religiosi religiosiores fieri appetant, et, iuxta illud Psalmistae, de virtute in virtutem ire contendant (*a*).

Translationem et subiectionem a canonicis Cheminonensibus monasterio de Tribus Fontibus factas confirmat Pontifex;

Placet igitur, et hoc ipsum auctoritate confirmamus, quod canonici Cheminonenses semetipsos et locum suum monasterio de Tribus Fontibus contulerunt, et sub vestra cura atque magisterio de caetero vivere decreverunt; et quoniam Deus, utpote incommutabilis et aeternus, mutabilia corda non approbat, atque apud ipsum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (*b*), simili modo sancimus, ut iam dictis canonicis praesentibus vel futuris nullatenus liceat, quocumque tempore se a vestra subiectione subtrahere, seu qualibet occasione contra vos calcaneum elevare; sed potius idem locus cum appendiciis suis, et personae, ibidem pro tempore Domino servientes, etiam obedientes vobis existant, quemadmodum abbatiae, quae secundum regulam Cisterciensium institutae sunt, suo capiti obsequuntur: salvo nimirum censu XII nummorum Cathalaunensium, singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvendorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat vos vel successores vestros super hac nostra confirmatione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra hanc praesentem constitutionem venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, excommunicationi subiaceat; conservantes vero omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen.

A quibus substrationem fieri prohibet;

Censum annuum sibi reservat.

Clausulae consuetae

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episc. ss.

Data Romae per manum Aymerici S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii. XIII kalendas martii, indictione prima, incarn. domin. anno MCXXXVIII, pontificatus vero domni Innocentii Papae secundi anno IX.

Dat. die 17 februarii anno Domini 1138, pontif. anno IX.

(*a*) Psalm. LXXXIII, 8. (*b*) Iacob. I, 17. (R. T.)

XLVII.

Confirmatio bonorum omnium praeposito et canonicis Ecclesiae S. Mariani Eugubinae sedis cathedralis, a principibus, regibus, vel Summis Pontificibus donatorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia Ecclesiae huic confirmantur. — Horum bonorum nonnulla hic enumerantur. — Decretum libertatis atque immunitatis. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Benedicto praeposito, eiusque fratribus in Ecclesia cathedralis sedis B. Mariani Eugubinae civitatis famulantibus. tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et fidelis devotio laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecti in Domino filii, postulationibus vestris clementer impertimur assensum, et ecclesiam B. Mariani, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolici privilegii pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem locus impraesentiarum canonice possidet, aut in futu-

Bona omnia Ecclesiae huic confirmantur.

(1) Ex membranis Archiv. Eugubini edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de episcopis Eugubinis.

rum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem videlicet S. Iohannis de Civitate, plebem S. Mariae Serrata, plebem de Lisciano, plebem S. Mariae de Gadiano cum plebe S. Donati et S. Viriani, plebem S. Gervasii, curtem de Lavari, cum aliis omnibus ecclesiis ac bonis praedictae Ecclesiae pertinentibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam B. Mariani ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigationibus molestare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione sunt concessa, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur etc. Amen.

Horum bonorum nonnulla hic enumerantur.

Decretum libertatis atque immunitatis

Solitae clausulae.

Innocentii PP.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinen. episcopus propria manu corroboravi.

Ego Petrus card. presb. S. Susannae.

Ego Bernardus presb. card. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Anselmus presb. card. S. Laurentii in Lucina.

Ego Martinus presb. card. S. Stephani.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii.

Ego Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Guido diac. card. S. Adriani.

Ego Boethius diac. card. Ss. Viti et Modesti.

Ego Ivo diac. card. S. Mariae in Aquiro.

Ego G. G. card. S. Angeli.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariae in Domnica.

Datum Lateranis per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis cancellarii, x kal. aprilis, indict. I, incarn. dominicae anno MCXXXVII (1), pontificatus vero D. Innocentii Papae II anno IX.

Dat. die 23 martii anno Domini 1138, pontif. anno IX.

XLVIII.

Privilegium confirmationis donationum omnium, factarum monasterio Albaeripae Lingonensis dioecesis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — S. Bernardi Claraevallen. merita in Sedem Apostolicam. — Bona monast. confirmantur, et donationes omnes. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, reverendissimo in Christo filio Rainbaldo abbati monasterii Albaeripae, suisque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

In Apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, tanto amplius religiosas personas paterna debemus pietate diligere ac fovere, quanto magis eorum orationibus ad exequendum iniunctum nobis apostolatus officium opportunis solatiis adiuvari, et in futuro aeternae benedictionis participes fore confidimus. Proinde, dilecte in Domino fili Rainbalde abbas, exorati a carissimo filio nostro Bernardo Claraevallis abbate, de cuius religione atque prudentia innumera commoda sanctae Ecclesiae a Domino provenerunt..... desideriis clementer annuimus, et monasterium Albaeripae, cui Deo auctore praesides, praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem locus impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus

S. Bernardi Claraevallensis merita in Sedem Apostolicam.

Bona monasterii confirmantur, et donationes omnes.

(1) Lege MCXXXVIII. (2) Inter Instrumenta Ecclesiae Lingonensis edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. IV, col. 169.

et illibata permaneant; in quibus haec nominatim duximus exprimenda: videlicet quaecumque a bonae memoriae Wilenco Lingonensi episcopo per manum supradicti abbatis Clarevall. ad opus monasterii Albaeripae in locis inferius adnotatis, devotionis intuitu sunt collata; scilicet in Solongereth, campo Alerii, Ambrariis, Aula, Arcufracto, Racheso, Quine, Morethangiis, Crille: quod profecto donum non solum de iis, quae in proprietate ac dominio suo praefatus episcopus inibi possidebat, factum esse cognoscitur; sed et quicquid ex iis, quae alii ab eo de eisdem terris, feudi nomine, quocumque modo tenebant, iuste possetis acquirere. Praeterea nihilominus confirmamus, quae idem episcopus, exceptis supradictis locis, in omnibus aliis terris suis circumiacentibus, vobis contulit, idest omnia necessaria libere et gratis ad usus vestros, et domorum vestrarum, atque animalium, tam in herbis quam in aquis, sylvis, glandibus, et in quibuslibet rebus, vel potu, melle, venatione, et caeteris iis similibus, a vobis vel universis vestris sive mercenariis capiendis vel inveniendis. Simile quoque donum, a nobili viro Rainaldo de Grance vobis factum, simili sanctione firmamus. Adiicientes donationem, quam egregius vir Ebaldus comes de Sauz et Rainaldus de Grance, vobis fecisse noscuntur de iis, quae infra supradictos terminos possidebant, et extra eadem loca, si qua de proprietate et dominio eorum sunt vestris, vel vestrorum hominum, seu et animalium usibus necessaria, firma vobis et inviolata serventur. Nulli ergo omnino hominum liceat, praedictum monasterium super hac nostra constitutione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur vestris usibus omnimodis profutura. Si quis autem huic nostrae constitutioni sciens, contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non praesumptionem suam congrue emendaverit, excommunicationi subiaceat; conservantes vero haec omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Solitae clausulae.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancell., VI kal. april., indict. I, incarnat. dominicae MCXXXVIII, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno IX.

Dat. die 27 martii anno Domini 1138, pontif. anno IX.

XLIX.

Sedes episcopalis Rossellanae Ecclesiae, praedonum infestationibus agitatae et desolatae, Grossetum transfertur (1).

SUMMARIUM

Sedis Apostolicae potestas transferendi, vel uniendi Ecclesias; — Quibus tamen de causis id agendum, — Et a Summis Pontificibus actum. — Propter Rossellanae Ecclesiae calamitatem eiusdem episcopalis sedes Grossetum transfertur. — Decretum confirmationis praesentis privilegii. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Rollando Grossetano episcopo, eiusdemque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Sacrosancta Romana Ecclesia, caput et magistra omnium Ecclesiarum est ab ipso Salvatore nostro Iesu Christo divinitus constituta; quae profecto, sicut speciali privilegio caelitus sibi collato, potestatem habet novos episcopatus, exigente necessitate, statuere; ita nihilominus duos potest in unum coniungere, unum in duos dividere: atque episcopales sedes, qualibet tyrannica feritate oppressionem vel violentiam patientes, ad alia, quae tutiora sunt, loca transferre; eum utique B.

Sedis Apostolicae potestas transferendi, vel uniendi Ecclesias;

Quibus tamen de causis id agendum,

(1) Edidit Nicolaus Coletus, Ital. Sac., tom. X, in addendis ad Historiam Ecclesiae Grossetanae.

Et a Summis Pontificibus actum.

Propter Rossellanae Ecclesiae calamitatem eiusdem episcopalis sedes Grossetum transfertur.

Decretum confirmationis praesentis privilegii.

Solitae clausulae.

Augustinus, egregius S. Ecclesiae doctor et rector, certis ex causis id fieri annuati (1), videlicet, aut pro persecutorum feritate, aut locorum difficultate, aut malorum societate. Sed et praedecessores nostri, qui diversis fuere aetatibus, eamdem translationem ad alia loca munitiora unius eiusdemque dioeceseos saepenumero fieri permiserunt. Hoc nimirum dispensationis intuitu, ven. frater Rollande episcope, quoniam Rossellana Ecclesia (2) multorum praedonum in circuitu habitantium stimulis et infestationibus agitatur: et populus eiusdem loci ad magnam desolationem atque paucitatem, peccatis exigentibus, est redactus, communicato fratrum nostrorum consilio, dignitatem episcopalis sedis in eadem urbe hactenus habitam, in Grossetanam civitatem apostolica auctoritate transferimus; atque, ut idem locus de caetero episcopalis apicis culmine decoretur, praesentis privilegii sanctione decernimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, te vel successores tuos super hac nostra constitutione temere perturbare, aut etiam super his aliquid immutare; sed potius Grossetana civitas episcopalis sedis dignitate perpetuo gaudeat, eique tamquam matrici Ecclesiae ab omnibus tam clericis quam laicis Rossellanae dioeceseos obedientia et reverentia humiliter deferatur. Si qua sane imposterum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae dispositionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Constituimus autem, ut privilegiis, a Sede Apostolica monasteriis seu aliis piis locis indultis, huius nostrae concessionis obtentu nullum praeiudicium inferatur. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax D. N. Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(1) Forsitan *annuat*. (R. T.) (2) Urbs perantiqua Hetruriae cuius in praesens nihil, praeter Ερειπιον, superest. (R. T.)

Innocentii PP.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

N.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Corradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter tit. S. Susannae ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presb. cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. cardinalis tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Martinus presb. cardinalis tit. S. Stephani ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Oddo diaconus cardinalis ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Guido diac. cardinalis S. Adriani ss.

Ego Chrysogonus diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere ss.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et canc., v idus aprilis, indictione I, incarn. dominicae anno MCXXXVIII, pontificatus vero domni Innocentii II Papae anno IX.

Dat. die 9 aprilis anno Domini 1138, pontif. anno IX.

L.

Domus Montis-Pessulani, et monasterium S. Gervasii et aliud monasterium Ss. Domitiani et Ragueberti, cum pertinentiis omnibus, Cluniacensi monasterio confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Domus Montispessulani confirmatur monast. Cluniac. — Ad construendum oratorium et coemeterium. — Item monasterium S. Gervasii de Fas in prioratum redigendum, et monasterium Ss. Domitiani et Ragueberti. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro abbati Cluniacensi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quos omnipotens Dominus ampliori honestate ac religionis nitore facit esse conspicuos, a Sede Apostolica convenit plurimum honorari, et opportunis adminiculis confoveri. Quo circa, dilecte in Domino fili Petre abbas, personam tuam paternis affectibus amplexantes, donationem ab illustri viro Guillelmo Montis-Pessulani in manu nostra devotionis intuitu factam, et per nos monasterio tradendam Cluniacensi, tuisque successoribus confirmamus, et Cluniacensi monasterio ratam et inconvulsam perpetuo manere decernimus; statuentes, ut in eodem loco oratorium et cimiterium construatur, in quo si quae personae, undecumque venientes, sepeliri deliberaverint, nullius prohibeantur obstaculo, nisi forte vinculo excommunicationis fuerint innodatae: salvo nimirum iure matricis Ecclesiae. Adiicimus etiam, ut si quid fratribus in eodem loco Deo servientibus concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, imposterum datum fuerit, tam tibi quam ipsis fratribus praesentibus vel futuris, firmum et inviolabile servetur. Simili quoque modo monasterium S. Gervasii de Fos, quod quidem aliquando prioratus Cluniacensis coenobii extitit, nunc autem in abbatiam per quorumdam insolentiam est transactum, in prioratus statum et ordinem revocetur, et perpetuis temporibus cum omnibus suis pertinentiis sub eiusdem monasterii ditione ac dispositione consistat. Ut autem sacrum Cluniacense coenobium semper de bono in melius suscipiat incrementum, monasterium Ss. Domitiani et Ragueberti sub iure et dispositione tua et successorum tuorum perpetuo manere sancimus, quemadmodum a venerabili fratre nostro Petro Lugdunensi archiepiscopo, Apostolicae Sedis legato, noscitur institutum, et suo scripto atque sigillo firmatum. Nulli ergo hominum fas sit, idem Cluniacense coenobium super hac nostra concessione ac confirmatione temerario ausu perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua sane imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et in futuro praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Domus Montispessulani confirmatur monasterio Cluniacensi

ad construendum oratorium et coemeterium.

Item monasterium S. Gervasii de Fas in prioratum redigendum, et monasterium Ss. Domitiani et Ragueberti.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episc. ss.

Innocentii PP

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

(1) Ex Bibliotheca Cluniacensi Martini Marrier, col. 1403.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Teodewinus S. Ruffinae episcopus subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lictifredus presbyter cardinalis tituli Vestinae subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Ioannis et Pauli subscripsi.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. S. Stephani ss.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et cancellarii, IV kal. maii, indictione II, (1) dominicae incarnationis anno MCXXXVIII, pontificatus domni Innocentii Papae II anno X (2).

Dat. die 28 aprilis anno Domini 1138, pontif. anno IX.

LI.

Assignatio finium S. Fulginaten. Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur (3).

SUMMARIUM

Proœmium. — Bona Ecclesiae confirmantur. — Fines dioecesis Fulginaten. — Enumeratio bonorum. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Benedicto episcopo Fulginensi, eiusque successoribus canonice substituendis, salutem in perpetuum.

Proœmium.

Incomprehensibilis et ineffabilis divina miseratio potestatis nos hac providentiae ratione in Apostolicae Sedis administratione constituit, ut paternam universis Ecclesiis solicitudinem gerere studeamus. Proinde, venerab. in Christo frat. Benedicte episcope, tuis iustis postulationibus debita benignitate annuimus, et Fulginensem Ecclesiam, cui Deo auctore praeesse dignosceris, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque praecessoribus, et illibata permaneant. Sancimus etiam, ut universi fines parochiae, sicut a tuis successoribus usque hodie sunt possessi, ita omnino integra tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Primum quidem latus a Timia vadit in flumen Mortuum: secundum latus a flumine Mortuo in fontem Palumbi, et primum S. Stephani ad Crucem S. Martini, inde ad Cerretum, et ad rivulum Foiani usque ad rivulum, qui dicitur Griscus: tertium latus ab ipso Grisco pervenit ad Corniale de Vaccagna usque ad clivium Martis, et inde ad collem Iovis, et descendit per directum usque ad Crucem Sancti Mauri: a quarto latere versus Dona iuxta Spellam pervenit in supradictum flumen Timiam. Confirmamus insuper vobis, et per vos S. Fulginensi Ecclesiae, plebem S. Iohannis de Foro fluminis cum ecclesiis suis, plebem S. Iohannis de Dilecto cum ecclesiis suis, plebem S. Feliciani de Butino, plebem de S. Maria Nova, plebem S. Mariae de Fulginea cum ecclesiis et possessionibus eorum, plebem S. Valentini, et plebem de Rovelleta, et plebem S. Mariae de Scopulo, plebem S. Mariae de Fellonica cum possessionibus et ecclesiis earum, plebem de Cassignano, plebem de Porcarella, et plebem S. Andreæ de Orbe cum ecclesiis et pertinentiis earum. Porro castellum Landolinae cum sua possessione, et monasterium Sancti Petri cum suis possessionibus, ecclesiam quoque S. Mariae de Rignano cum omnibus pertinentiis suis, in tuo et tuorum successorum dominatu semper permanere censemus. Canonicam vero S. Feliciani cum omnibus pertinentiis, vel ecclesiis suis, ita sub vestro statuimus iure persistere, ut nullus ibi praepositus, nullus-

Bona Ecclesiae confirmantur.

Fines dioecesis Fulginaten.

Enumeratio bonorum.

(1) Lege I. (2) Lege IX. (3) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de Fulginat. episcopis.

que canonicus absque assensu episcopi ordinetur. Praebenda etiam de Canonica episcopo attribuatur, quoties in refectorio cum fratribus reficere noluerit. Monasterium quoque Salvatoris, et ecclesiam S.... et ecclesiam S. Constantii, et ecclesiam S. Abundii, et ecclesiam S. Herculii, et omnes ecclesias civitatis secundum sacrorum canonum sanctiones in vestra statuimus dispositione et ordinatione persistere. Insuper etiam ecclesiam S. Christinae, ecclesiam S. Petri de Rotundo, et canonicam S. Paterniani cum omnibus pertinentiis earum, monasterium S. Stephani et monasterium de Salvino, et S. Martini de Murro, et S. Angeli de Rosaia cum omnibus pertinentiis eorum, canonicam quoque S. Martini, S. Andreæ et S. Luciae cum omnibus pertinentiis et ecclesiis earum, omnesque alias ecclesias Fulginensis episcopatus similiter in vestra statuimus dispositione et ordinatione persistere. Sane redditus de mercato, de portis, de pontibus, de stratis civitatis, et de castro episcopi, videlicet S. Feliciani, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus, sicut ex antiquo iure, et ex regia liberalitatis munificentia, Fulginensis hactenus possedit Ecclesia. Et campum qui dicitur S. Mariae, campum de Pissinale et campum de Uccellano, campum de Vaccaria, campum S. Abundii de Filecto, campum Frigidi, campum de Gualdo et totam terram Berardi filii Ricconis, et terram totam, quam dedit Acto comes, Luponis filius, ecclesiae S. Feliciani, et totam terram, quae in Spello et Colle, Topini quoque fluminis alveum iuxta civitatem in vestra iurisdictione servandam perpetuo confirmamus, et molendina omnia, quae illic praesenti tempore iam constructa sunt, aut in futurum construi contigerit, et quaeque illic aedificia construentur, necnon omnes servi et ancillae, atque liberi, ad Ecclesiam pertinentes, sub vestra semper aut success. possessione permaneant. Decernimus ergo etc. Si qui ergo etc. Cunctis autem etc. Amen.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus. Innocentii PP.

Gregorius presb. card. tit. Ss. Apostolorum ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Petrus card. presb. tit. S. Susannae ss.

Petrus card. presb. tit. S. Marcelli ss.

Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierus. ss.

Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Lucas presb. card. tit. Ss. Io. et Pauli ss.

Gregorius diac. card. Ss. Sergii (1) ss.

Guido diac. card. S. Adriani ss.

Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Datum Laterani, per manum Aymerici S. R. E. diaconi card. et cancellarii, III id. iun., ind. I, inc. dominicae anno MCXXXVIII, pontificatus vero D. Innocentii Papae II anno IX.

Dat. die 11 iunii anno Domini 1138, pontif. anno IX.

LII.

Confirmatio statuti, ut decedentibus canonicis saecularibus, totidem subrogentur regulares in ecclesia S. Mariae de Castellione, cuius bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Adprobat Ecclesiae Castellion. statuta, illudque confirmat quo canon. saecul. obeuntibus, regulares substituantur. — Bona omnia confirmantur. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. subscriptiones.

Innocentius, servus servorum Dei, dilecto filio Aldoni abbati S. Mariae de Castellione, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quod per aspirantem gratiam, dilecte in Domino fili Aldo abbas, in B. Dei

(1) Supple *et Bacchi* (R. T.) (2) Inter Instrumenta Ecclesiae Lingonen. edidit Sammarthan., Gall. Christ., tom. IV, col. 170.

Genitricis Ecclesia est constitutum, nobis extat acceptum; unde etiam charitatem tuam duximus commonendam, ut more boni agricolae commissam tibi vineam summi patrisfamilias diligenter excolere, eamque pro viribus meliorare contendas. Quia vero ex hortatione confratrum nostrorum Guilelmi quondam Lingonensis episcopi, et Bernardi Clarevallensis abbatis, est in B. Mariae ecclesia institutum, ut obeuntibus saecularibus eiusdem loci canonicis, nonnisi regulares substituantur; idipsum nihilominus gratum habemus, statuentes, ut decedentibus saecularibus canonicis, qui impraesentiarum apud vos esse noscuntur, nullus eis, nisi regularem vitam professus, canonicus subrogetur. Sancimus etiam, ut quascumque possessiones idem locus hodie canonice possidet, aut imposterum concessione Pontificum, largitione regum et principum, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus permaneant. Nulli ergo etc.

Adprobat Ecclesiae Castalion. statuta, illudque confirmat quo canon. saecul. obeuntibus, regulares substituantur.

Bona omnia confirmantur.

Innocentii PP. Ego Innocentius Ecclesiae catholicae episcopus.

et S. R. Eccl. subscriptiones. Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Gerardus cardinalis S. Crucis in Hierusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis.

Ego Lucas presbyter cardinalis.

Ego Martinus presbyter cardinalis.

Ego Guido diaconus cardinalis.

Ego Chrysogonus diaconus cardinalis.

Ego Yvo diaconus cardinalis.

Datum apud S. Germanum per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XII kal. octob., indictione I, anno MCXXXVIII, pontificatus Innocentii II anno IX.

Dat. die 20 septembris anno Domini 1138, pontif. anno IX.

LIII.

Confirmatio bonorum monasterii Brufeningensis Ratisbonensis dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad monast. spectantia confirmantur; — Et a quolibet minui prohibetur, vel a monachis quidquam ulla de causa exigi. — Monasticum ordinem in eo servari statuitur secundum regulam S. Benedicti. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius, servus servorum Dei, dilecto filio Erboni Brufeningen. monasterii abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Proinde, dilecte in Domino fili Erbo abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et Brufeningen. monasterium, cui Deo auctore praesse dinosceris, sub Apostolicae Sedis tutela suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem locus impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet, villas seu possessiones, quas venerabilis frater noster Otto Bambergen. episcopus eidem monasterio contulit, Gebernebach, Munnebach, Malistorff, Stainloch, Ahebach, Oberdorff, Grassolfing, Hemburc, Neunkirchen, Dietpurgerreut, Wittenreut cum suis pertinentiis. Prohibemus insuper, ne praefatas res eidem monasterio iam collatas, vel in antea conferendas, praedicto episcopo vel alicui successorum suorum distrahere vel mi-

Exordium.

Bona ad monasterium spectantia confirmantur;

Et a quolibet minui prohibetur, vel a monachis quidquam ulla de causa exigi.

(1) Ex Hundii Historiae Salisburg. tom. III.

nuere liceat. Decernimus autem, ut, quia communem vitam ducentes de aliorum eleemosynis et beneficentia debent vivere, de laboribus, quos propriis sumptibus colligitis, a vobis decimas exigere vel recipere nemo praesumat. Sancimus etiam, ut Ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti regulam et studium vestrum, in eo monasterio noscitur institutus, futuris temporibus ibidem perpetuo conservetur. Statuimus insuper, ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem absque licentia praelati sui ad alium locum liceat transmigrare. Nulli ergo hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel aliquibus molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat; conservantes autem haec omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, gratiam consequantur. Amen.

Monasticum ordinem in eo servari statuitur secundum regulam S. Benedicti.

Solitae conclusiones.

Innocentii PP.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Georgii et Bachi ss.

Ego Petrus card. presbyter Sanctae Susannae ss.

Ego Gerardus presbyter card. tituli S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. Sanctorum Ioannis et Pauli ss.

Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Laterani per manum Aymerici diac. et cancellarii, III idus aprilis, indictione II, dominicae incarnationis anno MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii PP. anno X.

Dat. die 11 aprilis anno Domini 1139, pontif. anno X.

LIV.

Diploma pro monasterio S. Lamberti in valle Sein Salisburgensis dioecesis ordinis S. Benedicti (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Henricus comes de Sein coenobii huius fundator: — Cuius bona omnia confirmat Innocentius PP. — Abbatis electionem a monachis fieri statuit; — Prout etiam advocati; — Item liberum ab omni perturbatione declarat; — Censum XII denariorum Rom. Ecclesiae reservat et collectam quotidianam pro Rom. Pontifice. — Abbati facultatem elargitur inobservantes monachos de monasterio pellere, aliosque suscipere. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gunthero abbati monasterii Sancti Lamperti martyris, quod situm est in Saltzburgensi episcopatu, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae Sedis clementiae convenit, omnibus, eius suffragium implorantibus, maternae affectionis patrocinium exhibere. Sicut autem ex scriptis beatae memoriae Silvestri papae nostri praedecessoris agnovimus, Acribo quondam comes pro animae suae remedio, suorumque parentum, in quodam loco suae proprietatis, quod olim Burgili vocabatur, nunc autem ab incolis Serva dicitur, monasterium in honore S. Lamperti martyris pro sua devotione construxit, atque ad suae salutis ac praemii cumulum, interventu gloriosae memoriae Ottonis tertii imperatoris Augusti, eumdem locum, beato Petro oblatum, apostolico privilegio fecit roborari.

Enricus comes de Sein coenobii huius fundator:

(1) Ex Hundii metropoli Salisburg., tom. III.

Nos igitur ipsius vestigiis inhaerentes, tuis, dilecte in Domino fili Gunthere abbas, postulationibus impertimur assensum, ipsumque monasterium S. Lamperti praesentis privilegii pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum successorum quolibet, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam, sibi praeesse providerint. Adiicimus etiam, ut advocatiam eiusdem monasterii nulli liceat usurpare, sed potius pro vestro arbitrio personam idoneam vobis in advocatum libere eligatis; qui etiam si inutilis monasterio vestro fuerit, absque alicuius contradictione eum amovendi, et loco eius alium subrogandi, licentiam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli liceat ecclesiasticae saecularive personae praefatum monasterium super hac nostra confirmatione ac concessione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia eis integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Ad indicium vero huius perceptae a Rom. Ecclesia libertatis, XII denarios nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis: iuxta institutionem quoque iam dicti praedecessoris nostri, pro Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, omni die ad missam una collecta fiat, similiter et pro defunctis. Sancimus insuper, ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem, absque licentiam praelati sui ad alium locum liceat transmigrare. Quod si discesserit, et canonice commonitus, redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis, eumdem a divinis officiis interdicere, interdictum vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Si quis sane imposterum, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo iudicio districtae ultioni subiaceat; cunctis autem Ecclesiae huic iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Cuius bona omnia confirmat Innocentius PP.

Abbatis electionem a monachis fieri statuit;

Proul etiam advocati;

Item liberum ab omni perturbatione declarat;

Censum XII denariorum Rom. Ecclesiae reservat et collectam quotidianam pro Rom. Pontifice.

Abbati facultatem elargitur inobservantes monachos de monasterio pellere, aliosque suscipere.

Solitae clausulae.

Datum in Lateran. per manum Aymerici diac. cardinalis et cancellarii S. R. E., III idus apr., indict. II, dominicae incarnationis anno MCXXXIV (1), pontificatus D. Innocentii Papae anno X.

Dat. die 11 aprilis anno Domini 1139, pontif. anno X.

LV.

Confirmatio bonorum omnium Admontensis monasterii ordinis Benedictini Salisburgensis dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, variisque donatur privilegiis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Eiusque bona omnia confirmat; — Quae ullo modo alienari vetat. — Liberam inibi cuicumque personae fore sepulturam, monachis autem abbatis electionem indulget. — Perpetua

(1) Lege MCXXXIX ut conveniat annus hic cum caeteris notis chronologicis appositis; facilius enim est in hanc solam, quam in caeteras notas, scriptoris incuria errorem irrepsisse. (2) Ex mss. Codd. monasterii huius edidit Pezius, Thesaur. Anecdot. Noviss., tom. II, par. III, pag. 662.

illud immunitate donatur. — Haec inobservantes anathemate feriuntur. — Observantibus vero aeternam felicitatem deprecatur. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio suo Gotifredo abbati monasterii, quod Admuntis dicitur, in Saltzburgensi parochia (1) situm, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio debitores existamus, illos tamen paternis affectibus nos convenit amplius confovere, qui, postpositis rebus saecularibus, omnipotentis Dei servitio se arctius alligarunt. Quapropter, dilecte in Domino fili Godefride abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et monasterium Admuntense, cui auctore Deo praesides, sub Apostolicae Sedis tutelam et protectionem suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus, quod utique a venerabili fratre nostro Gebehardo Saltzburgensi archiepiscopo felicis memoriae constat esse constructum, in sua dioecesi, atque multis bonis ditatum. Insuper etiam quascumque possessiones, quaecumque bona, a praefato Gebehardo seu a successore suo Tiemone archiepiscopo, seu aliis Dei fidelibus, in decimis vel donationibus aliorum agrorum collata sunt, vel imposterum offerri contigerit in terris, vineis, vel quibuslibet aliis possessionibus, aut quacumque concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis idem coenobium acquisierit, praesentis vobis scripti pagina confirmamus. Nec episcopo, nec abbati ipsi, nec personae alicui facultas sit, bona eiusdem coenobii in feudum sive beneficium, sine consensu meliorum et discretorum fratrum, aliquibus dare, nec modis aliis alienare.

Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Eiusque bona omnia confirmat;

Quae ullo modo licuari vetat

(1) Parochia (barbara vox, gr. παροικια, unde *paroecia* latine) stricte ecclesia parochialis et districtus ecclesiae presbyteri; late, territorium et dioecesis episcopi significat: η παροικουσα Ρωμην, habetur in epist. Clementis ad Corinth. (R. T.)

Sane sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint, extremae voluntati eorum nullus obsistat. Laicos sive clericos saeculares ad conversionem suscipere, nullius episcopi vel praepositi contradictio vos inhibeat. Praeterea hospitalem domum, a venerabili fratre nostro Clunardo apud Friesach constructam, et Admuntensi coenobio cum decimis apud Modinizze antiquis et novellis, et cum caeteris omnibus sive patellis, sive sylvis, aut agris, sive mancipiis, vel cum concambio, sive rationabili donatione donatam, vobis apostolico privilegio roboramus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum.

Liberam inibi cuicumque personae fore sepulturam, monachis autem abbatis electionem indulget.

Nulli ergo hominum omnino fas sit, idem coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Salzburgensis archiepiscopi canonica reverentia; cui tamen omnino non liceat, ei vexationem aliquam, vel consuetudinem, quae regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, potestatis honorisque sui dignitate careat, si non congrue satisfecerit, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax

Perpetua illud immunitate donatur.

Haec inobservantes anathemate ferit.

Observantibus vero aeternam felicitatem deprecatur.

Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus cardinalis subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli S. Ioannis et Pauli subscripsi.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tit. S. Praxedis subscripsi.

Datum Laterani per manum Aymerici Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, idibus aprilis, indictione II, incarnationis dominicae anno MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno X.

Dat. die 13 aprilis anno Domini 1139, pontif. anno X.

LVI.

Confirmatio fundationis abbatiae Averbodiensis, pro cuius regimine atque immunitate nonnulla statuuntur decreta (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia haec sub protectione Sedis Apostolicae recipitur: — Eiusque bona omnia confirmantur: — Cum decreto omnimodae libertatis a quacumque exactione. — Decernitur insuper ut ordo regularis inibi servari debeat. — Ut nulli episcoporum liceat monachos inquietare: Ut libera tandem inibi cuilibet sit sepultura: — Solitae conclusiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio abbati Andreae Sanctae Mariae, sitae in Averbadio, tuisque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. Piae postulatio voluntatis effectus debet prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino fili, Andreas abbas, tuis petitionibus clementer annuimus et ecclesiam Sanctae Mariae, sitam in Drebodio, quam utique nobilis vir Arnulfus comes eiusque consortes, piae devotionis intuitu fundaverunt, et ad vestram substentationem omnipotenti Domino pro animarum suarum remedio libere obtulerunt, a termino videlicet Endeberghe usque ad terminum, qui dicitur Ulrepat, cum pascuis circumiacentibus, sub protectione beati Petri suscipimus, et praesentis privilegii pagina communimus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem locus impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant.

Ecclesia haec sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Eiusque bona omnia confirmantur:

Adiicimus quoque, ut idem locus ab omni exactione liber maneat, sicut ab iisdem fundatoribus statutum fuisse cognoscitur. Nec aliquem praeter episcopum habeat advocatum. Et ut ordo canonicus secundum regulam sancti Augustini, et institutionem Praemonstratensis Ecclesiae, ibi perpetuo conservetur. Sancimus etiam, ut nemini fratrum post factam in eodem loco professionem, absque licentia praelati sui ad alium locum liceat transmigrare.

Cum decreto omnimodae libertatis a quacumque exactione.

Decernitur insuper ut ordo regularis inibi servari debeat;

Quod si discesserit, et canonice commonitus redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis, eumdem a divinis officiis interdicere, interdictum vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Sane de laboribus, quos propriis manibus et sumptibus colitis, decimas exigi prohibemus. De nutrimentis quoque animalium vestrorum idipsum observari praecipimus.

Ut autem quietius atque liberius manere possitis in omnipotentis Dei servitio, auctoritate apostolica inhibemus, ne cui episcopo liceat, vos ad sua negotia, nisi

Ut nulli episcoporum liceat monachos inquietare:

(1) Ex tom. I Cod. Diplomat. Miraei, pag. 100.

forte ad synodum, invitos trahere vel vocare. Porro sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse concedimus, ut videlicet eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salva nimirum matricis Ecclesiae canonica iustitia, vel reverentia. Inter caeteras eiusdem loci possessiones, ecclesiam, quae dicitur Tessenderlon, nihilominus confirmamus.

Ut libera tantum iuibi cuilibet sit sepultura.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eumdem locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis perturbationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, commodis usibus profutura. Si qua sane imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat.

Salutae conclusiones.

Conservantes autem haec omnia omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum eius Petri ac Pauli benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XVI kal. maii, indictione II, dominicae incarnationis anno MCXXXIX, pontificatus domni Innocentii Papae II anno X.

Dat. die 16 aprilis anno Domini 1139, pontif. anno X.

LVII.

Canonizatio beati Sturmii abbatis Fuldensis, eiusque adscriptio in numerum sanctorum confessorum (1).

SUMMARIUM

Quos Dominus honorare dignatur, et homines debent honore prosequi. — Audita B. Sturmii conf. vita, in plen. synodo beatum virum inter sanctos confessores adnumerat. — Adhortatur ut S. R. E. decreta serventur (R. T.).

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Chuonrado abbati, et monachis Fuldensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum valde, et omni laude dignissimum, ut quos Rex regum, et Dominus dominantium honorare dignatur, eisdem ab hominibus devota reverentia impendatur. Nos igitur, audita vita laudabili beati Sturmii confessoris, cognitis etiam ex parte miraculis, quae per eius merita Dominus operatur, attestatione fratrum nostrorum, qui de partibus Theutonicis advenerant, in plenaria synodo, quae apud Lateranum est per Dei gratiam congregata, communicato consilio patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, atque abbatum, eumdem beatum virum inter sanctos et electos honorari praecipimus, et diem depositionis eius cum gaudio solemniter celebrari. Vestra itaque, filii charissimi, interest, ita eiusdem confessoris obsequiis ad honorem Dei omnipotentis addictos existere, ita matris nostrae sanctae Romanae Ecclesiae decreta veneranda servare, ut locus vester tam apud Deum quam apud homines laudem et gloriam mereatur, et vestra devotio aeternae vitae praemia assequatur. Data Laterani XIII kalendas maii.

Quos Dominus honorare dignatur, et homines debent honore prosequi.

Audita B. Sturmii conf. vita, in plen. synodo beatum virum inter sanctos confessores adnumerat.

Adhortatur ut S. R. E. decreta serventur.

Dat. die 19 aprilis anno Domini 1139 (2), pontif. anno X.

(1) Ex Archiv. Vatic.

(2) Innocentius II qui in plenario concilio Remensi beatum Godehardum episcopum sanctorum canoni adscripserat, ita octennio serius, in Œcumenico Lateranensi II beatum hunc Sturmium, alias Sturmionem, sanctis confessoribus adnumeravit. *Vid. Browerum, Fuldensium antiquit. lib.* III, *cap.* IX, *et Pagium iunior. in Breviario, tom.* II, *pag.* 656.

LVIII.

Confirmatio compositionis, initae inter abbatem monasterii S. Michaelis ad Mosam et abbatissam monasterii Iuviniensis, super Ecclesia Tyrciaci (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Causa controversiae examinata coram S. R. E. cardinalium, factaque tandem compositio, quae confirmatur. — Ecclesia Tyrciaci monasterio S. Michaelis adiudicata. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Lanzoni abbati Sancti Michaelis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Quae ad pacem Ecclesiarum sunt, debemus paterna provisione statuere, et earum quieti atque utilitati salubriter providere. Proinde, in Domino dilecte fili Lanzo abbas, decisionem controversiae, quae inter te et Haduidem Iuviniensem abbatissam pro ecclesia de Tyrcio in praesentia venerabilium fratrum nostrorum bonae memoriae Willelmi Praenestini, Matthaei Albanensis episcoporum, necnon Ioannis Cremensis tituli Sancti Chrysogoni, Gerardi tituli Sanctae Crucis, Huberti tituli Sancti Clementis, presbyterorum cardinalium, et nostra, ante assumptum apostolatus officium rationabiliter facta est, auctoritate apostolica confirmamus, et ratam atque inconcussam futuris temporibus manere decernimus, et perpetuum silentium super hoc eidem abbatissae, eisque successoribus indicimus; atque iuxta ea, que ab eisdem episcopis et cardinalibus exinde statuta sunt, ut praefata abbatissa calumnia, quam pro iam dicta Ecclesia de Tyrcio vestro monasterio inferebat, omnimodis conquiescat; eumdemque locum cum suis appendiciis vestrum monasterium quiete possideat, praesenti sanctione statuimus. Nulli ergo hominum liceat te vel successores tuos super hac nostra confirmatione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde diminutionem vel contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra haec venire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, incurrat, et excommunicationi subiaceat, quousque a sua praesumptione resipuerit et congrue satisfecerit. Amen, amen, amen.

Causa controversiae examinata coram S. R. E. cardinalibus, factaque tandem compositio, quae confirmatur.

Ecclesia Tyrciaci monasterio S. Michaelis adiudicata.

Solitae clausulae

Data Laterani per manum Aymerici Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XII kal. maii, indictione II, incarnationis dominicae anno MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno X.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1139, pontif. anno X.

(1) Ex Chartulario monasterii huius edidit Baluzius, Miscell., tom. IV, pag. 458.

LIX.

Diploma, quo Ferrariensis Ecclesia specialis Ecclesiae Romanae filia, eiusque comitatus sancti Petri patrimonium declaratur (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ferrariensium et Ravennatis archiep. controversia de electione episcopi; — Examinata in synodo coram Innocentio PP., et prolata sententia contra Ravennatem archiep.; — Gryphonem S. R. Eccl. cardinalem illi praeficit Ecclesiae; — Bonaque omnia ad eam spectantia confirmat et enumerat. — Ferrariensem Ecclesiam Romanae filiam, et S. Petri patrimonium, sub eiusdem dominio semper futuram declarat. — Comitatus Ferrariensis fines describit. — Alia bona ei concedit. — Decimas, aliosque census condonat omnino. — Solitae clausulae. — Innoc. PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi episcopo, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Proœmium. Ad hoc in Apostolicae Sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse con-

(1) Ex vv Codd. Vatic.

spiciimur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, et ius suum cuique tribuere, praesertim iis, quae beati Petri iuris existunt, conservare integre debeamus. Defuncto itaque Landulpho, Ferrariensis civitatis episcopo, quidam de clericis ac laicis generaliter vicemgerentes, ad nostram praesentiam venerunt, et ut iuxta tenorem privilegiorum suorum Ferrariensi Ecclesiae episcopum daremus, humiliter implorarunt. Verum, quia tunc venerabilis frater noster G. Ravennas archiepiscopus, adversus eos agens, per ipsum consecrationem Ferrariensis episcopi fieri debere clamabat, ipsis literis, et viva voce praecepimus, ut ad proximam synodum sapientes ac discretos viros cum instrumentis authenticis et aliis rationibus ad no.... tunc auxiliante Domino institiam assequerentur, quod.... est. Visis itaque, et diligenter inspectis tam Ferrariensium, quam praefati archiepiscopi conquerentis privilegiis, et rationibus, Ferrariensium scripta praevalere cognovimus. Communicato itaque fratrum nostrorum episcoporum ac cardinalium consilio, iuxta tenorem privilegiorum Ferrariensium episcoporum eligendum, et per Romanae Sedis antistitem consecrandum decrevimus: atque Ferrariensem Ecclesiam sub iure et dominio Apostolicae Sedis, decreto manere statuimus. His itaque gestis, dilecte in Domino fili Grypho, te nostrae sanctae Romanae Ecclesiae, et tituli Sanctae Potentianae cardinalem, et ecclesiae Beati Petri archipresbyterum, ex cardinalibus nostris electum, invocata Spiritus Sancti gratia, in episcoporum consecramus, atque ad gubernandum gregem Ferrariensis Ecclesiae eidem loco praeferimus. Te itaque, clero et populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Iohannis, Alexandri et Paschalis, Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensis Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filiae, fundos eiusdem matris, et patrimonia confirmamus; ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria cum duodecim fundis suis: cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subingamus, idest massam et ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis: et massam Constanciacus cum duodecim fundis suis: simulque massam Quartisianam cum duodecim fundis suis: et totam et integram massam Donoro cum duodecim fundis suis. Similiter massam Popularem cum duodecim fundis suis: necnon massam Curnlum, et massam Salettam cum viginti quatuor fundis suis, et massam Senetieam et Castilionem similiter cum fundis suis. Has quidem praescriptas massas cum omnibus ad earum iura pertinentibus, de dominio et iure atque potestate huius sanctae Romanae Ecclesiae in sanctam Ferrariensem Ecclesiam, per hanc donationis et traditionis paginam donamus et tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tam tibi, carissime frater Grypho episcope, quam successoribus tuis in singulis massis ecclesias cum clericis, diaconis, presbyteris ordinare et consecrare. Illud omnimodis sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota parochia sua in iure et dominio ac privilegio nostrae sanctae Romanae Ecclesiae beati Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra ditione, ordinatione, atque consecratione, ut quicumque per nos illic electus, ordinatus, et consecratus fuerit, ille honoris huius ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines et termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra massa Phiscalia et Veteraria, usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali usque Pucilletum, transeuntes flumen Gubiana per Luduriam circumdant Villam Magnam et Madrariam, pervenientes usque Maletum: a Maleto pergunt iuxta Argilem Ansianum per paludes et piscarias usque Vitricam, et transeuntes Vitricam veniunt usque

Ferrariensium et Ravennatis archiep. controversia de electione episcopi.

Examinata in synodo coram Innocentio PP., et prolata sententia contra Ravennatem archiep.,

Grypho S. R. Eccl. cardinalis illi praeficitur Ecclesiae;

Bonaque omnia ad eam spectantia confirmantur et enumerantur:

Ferrariensem Ecclesiam Romanae filiam, et S. Petri patrimonium, sub eiusdem dominio semper futuram declarat.

Comitatus Ferrariensis fines describuntur.

fossam Buranam, exeunt in Padum, et descendunt ad occidentem usque ad Ulmum Formosam, quae certa finis est inter Romaniam et Longobardiam. Ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab oriente Callis de Fine, quae finis est inter nostrum comitatum Ferrariensem, et alterum nostrum comitatum Comaclensem: extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum de Silvule: circumdant massam Corneti et Longanum, quae de nostro comitatu Ferrariae est: descendunt inde ad occidentem per paludes et piscarias usque ad flumen Tartari, pergunt usque in flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis maioris massae Ferrariae malas et pravas consuetudines removemus, nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium sanctae Romanae Ecclesiae annualiter per illorum nuncium unaquaeque libera persona capitis massarii de moneta Venetiae denarios singulos dabit.

Alia bona ei conceduntur.

Census vero, et tributi, atque telonei de ripa fluminis unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et melioratione seu restaurationem iam dictae maioris massae concedimus; et alteram medietatem ad nostras manus reservamus. Similiter telonei de mercato unam medietatem praedicto episcopo nostro condonamus. Placitum quidem generale similiter in dominio et potestate sanctae nostrae Romanae Ecclesiae tenemus, ut tamen nostro nuncio semel in anno faciente iustitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur; collectam vero vel fodrum, aut pravam vel iniustam functionem aut dationem, seu consuetudinem nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore praedictae nostrae sanctae Ecclesiae Beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius massae maioris pepercimus; aliasque minores massas ei, sicut supra dictum est, cum omnibus suis servitutibus subiugamus. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et aut Ferrariensem Ecclesiam his, quae supra dicta sunt, diminuere, aut sanctae Sedi Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae ac compositionis nomine reddat eidem Sedi Apostolicae auri optimi libras centum: et nisi, quae male praesumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eisdem Ecclesiis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decimae, aliique census condonantur omnino.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus. Innocentii PP

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lictifredus presbyter card. tituli Vestinae.

Ego Ivo presbyter tituli S. Laurentii et Damasi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Ioannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. Sancti Stephani in Coeliomonte.

Ego Azzo presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae.

Ego Boethius presbyter cardinalis tit. Sancti Clementis.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis.

Ego Constantius presbyter cardinalis tituli Sanctae Sabinae.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani.

Ego Vassallo diaconus cardinalis Sancti Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Ubaldus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Gherardus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Dominica.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Ubaldus diaconus Sancti Hadriani.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, x kalendas maii, indictione II, incarnationis dominicae anno MCXXXIX, pontificatus vero domini Innocentii Papae secundi anno X.

Dat. die 22 aprilis anno Domini 1139, pont. Innoc. anno X.

LX.

Confirmatio statutorum, a Landulpho episcopo editorum pro conservatione et immunitate bonorum, ad canonicos Ferrarienses pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonici Ferrarien. nemini tenentur de bonis suis decimas solvere. — Clerici quoque liberi esse debent ab omni laicali functione. — Iisdem canonicis facultas datur appellandi ad Sedem Apostolicam in gravaminibus. — Clausulae confirmatoriae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gualfredo archipresbytero Ferrariensis conventus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Sacrosancta Romana Ecclesia, quae a Domino claves regni coelestis et iura percepit, suorum dilectorum precibus aures semper adhibuit, et fidelibus suis dilectionis benevolentiam semper ostendit. Proinde, fili Gualfrede archipresbyter dilecte, fidelitatem tuam nobis, et sanctae Romanae Ecclesiae utilem fore scientes, atque omnium cardinalium, totiusque Romanae Curiae preces, pro te exhibitas, attentius attendentes, aures tuis precibus adhibemus, et scripta tua libenter et diligenter inspicimus: quibus bene perspectis, atque perlectis, quicquid per episcopum Landulphum de ecclesiasticis obligationibus, de decimis, de primitiis, a laicis excussum est, laudamus, ut nullus deinceps de Ferrariae clericorum conventu, de patrimoniis suis, vel ecclesiasticis possessionibus, decimas, aut ullos redditus ulli cogatur reddere laicorum: quicquid de missis maioribus et de exequiis mortuorum in civitate Ferrariae per episcopum Landulphum statutum est, tibi, tuisque successoribus confirmamus. Quicquid etiam in mundiburdio (1) imperatoris Othonis tibi placere perspeximus, statuimus et sancimus, videlicet omnes clericos de conventu civitatis Ferrariae immunes esse ab omni datione et ab omni saeculari et laicali penitus functione. Praeterea personam tuam et bona tua, quae iuste habes et detines, vel quae, Deo propitio, iuste acquisieris, sub nostra volumus esse tutela, atque a S. Romana Ecclesia custodita, munita, et esse defensa. Et, si in aliquo ecclesiastico saecularive negotio te forte censeris pergravari, liceat tibi sanctam Sedem Apostolicam libere appellare. Si quis autem ausu temerario hanc nostram praeceptionem temerarie praesumpserit, indignationem incurrat, et S. Romanae Ecclesiae, nostraeque auctoritatis gladio feriatur. Amen, amen.

Canonici Ferrariensis nemini tenentur de bonis suis decimas solvere.

Clerici quoque liberi esse debent ab omni laicali functione.

Iisdem canonicis facultas datur appellandi ad Sedem Apostolicam in gravaminibus.

Clausulae confirmatoriae.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de episcopis Ferrariae.

(1) Defensione ac tutela, h. e. in Privilegio Imperatoris ad defensionem dato. (R. T.)

et S. R. Eccl. card subscriptiones.

Ego Corradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hier. subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laur. in Lucina ss.

Ego Lictifredus presbyter card. tituli Vestinae ss.

Ego Ivo presb. card. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Io. et Pauli ss.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte subscripsi.

Ego Azzo presb. card. tit. S. Anastasiae ss.

Ego Boethius presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Constantius cardinalis tituli S. Sabinae ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aur. ss.

Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae subscripsi.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Data Lateran. per manum Aymerici diac. card. et cancellarii, x kalen. iunii, indict. II, incarnationis dom. MCXXXIX, pontif. vero D. Innocentii Papae II anno X.

Dat. die 23 maii anno Domini 1139, pontif. anno X.

LXI.

Regius titulus, Rogerio Siciliae regi ab Honorio PP. II concessus, et investitura regni Siciliae eidem confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Maiorum Rogerii regis bellica laus et merita in christianam religionem. — Honorius PP. Rogerium regio titulo ornavit. — Innocentius eumdem titulum cum regno Siciliae, ducatu Apuliae et principatu Capuano illi confirmat et successoribus haeredibus. — Omnes pro illis homagium Sedi Apostolicae praestare tenentur, et annuum censum 600 schifatorum solvere. — Adhortatio ad Rogerium. — Confirmatio praesentis diplomatis. — Innocentii PP. subscriptio.

(1) Ex tom. XII Concil.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Rogerio, illustri et glorioso Siciliae regi, eiusque haeredibus, in perpetuum.

Exordium.

Quos dispensatio divini consilii ad regimen et salutem populi ab alto elegit, et prudentia et iustitia, aliarumque virtutum decore decenter ornavit, dignum et rationabile est, ut sponsa Christi, sancta et Apostolica Romana mater Ecclesia, affectione sincera diligat, et de sublimibus ad sublimiora promoveat. Manifestis siquidem probatum est argumentis, quod egregiae memoriae strenuus et fidelis miles beati Petri Robertus Guiscardus, praedecessor tuus, dux Apuliae, magnificos et potentes hostes Ecclesiae viriliter expugnavit, et posteritati suae dignum memoria nomen, et imitabile probitatis exemplum reliquit. Pater quoque tuus illustris recordationis Rogerius per bellicos sudores et militaria certamina, inimicorum christiani nominis intrepidus extirpator, et christianae religionis diligens propagator, utpote bonus et devotus filius, multimoda obsequia matri suae sanctae Romanae Ecclesiae impertivit. Unde et praedecessor noster religiosus et prudens Papa Honorius, nobilitatem tuam de praedicta generositate descendentem intuitus, plurimum de te sperans, et prudentia ornatum, iustitia munitum, atque ad regimen populi te idoneum esse credens, valde dilexit, et ad altiora provexit. Nos ergo, eius vestigiis inhaerentes, et de potentia tua ad decorem et utilitatem sanctae Dei Ecclesiae spem atque fiduciam obtinentes, regnum Siciliae, quod utique, prout in antiquis refertur historiis, regnum fuisse non dubium est tibi ab

Maiorum Rogerii regis bellica laus et merita in christianam religionem.

Honorius PP Rogerium regio titulo ornavit.

Innocentius eumdem titulum cum regno Siciliae, ducatu Apuliae, et principatu Capuano illi confirmat; et successoribus haeredibus.

eodem antecessore nostro concessum, cum integritate honoris regii et dignitate regibus pertinente, excellentiae tuae concedimus, et apostolica auctoritate confirmamus. Ducatum quoque Apuliae tibi ab eodem collatum, et insuper principatum Capuanum, integre nihilominus nostri favoris robore communimus, tibique concedimus. Et ut ad amorem atque obsequium B. Petri apostolorum principis, et nostrum, ac successorum nostrorum, vehementius astringaris, haec ipsa, idest regnum Siciliae, ducatum Apuliae et principatum Capuae, haeredibus tuis, qui nobis et successoribus nostris, nisi per nos et successores nostros remanserit, ligium homagium fecerint, et fidelitatem, quam tu iurasti, iuraverint, tempore videlicet competenti et loco non suspecto, sed tuto nobis et ipsis, atque salubri, duximus concedenda; eosque super his quae concessa sunt, Deo propitio, manutenebimus. Quod si per eos forte remanserit, iidem haeredes tui nihilominus teneant, quod tenebant, sine diminutione; census autem, sicut statutum est, idest sexcentorum schifatorum (1), a te tuisque haeredibus nobis nostrisque successoribus singulis annis reddatur, nisi forte impedimentum, nihilominus persolvetur. Tua ergo, fili carissime, interest, ita te erga honorem atque servitium matris tuae sanctae Romanae Ecclesiae devotum et humilem exhibere, ita temetipsum in eius opportunitatibus exercere, ut de tam devoto et glorioso filio Sedes Apostolica gaudeat, et in eius amore quiescat. Si qua sive ecclesiastica saecularisve potentia huic nostrae concessioni temere contraire tentaverit, donec praesumptionem suam satisfactione coerceat, indignationem Dei omnipotentis, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat, et quousque resipuerit, anathematis sententia percellatur. Amen.

Omnes pro illis homagium Sedi Apostolicae praestare tenentur; et annuum censum 600 schifatorum solvere.

Adhortatio ad Rogerium.

Confirmatio praesentis diplomatis.

(1) Schifati et Scyphati, nummi aurei, ita dicti quod cavi essent, et *scyphi* formam praeseferrent. Iustinianus vocat καυκιους, quod idem sonat (R. T.).

Ego Innocentius catholicae Eccl. episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Aymericus sanctae Romanae Ecclesiae diaconus cardinalis.

Datum in territorio Mamanensi per manum Aymerici cancellarii, VI kal. augusti, indictione secunda, incarnationis Dom. anno MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno X (1).

Dat. die 27 iulii anno Domini 1139, pontif. anno X.

Innocentii PP. subscriptio.

(1) Lubet hic referre, quae de superallato diplomate disserit Pagius iunior in suo Breviario Vit. Innoc. II, § LXXIV: Eodem anno millesimo centesimo trigesimo nono, defuncto ultima die mensis aprilis Rainulpho duce Apuliae S. R. Eccl. feudatario, Rogerius Siciliae rex ad invadendam Apuliam magno comparato exercitu transfretavit. Quare Innocentius Papa urbe egressus est, compositurus res cum Rogerio. Sed accidit, ut cum Innocentius collectis pariter copiis ad Sanctum Germanum, oppidum ad radices Montis Casini, pervenisset, ibique rebus cum Rogerio componendis, missis susceptisque legatis, intenderet, insidiis ei a Rogerii filio iussu patris structis, cum aliquando in alium locum iret, captus fuerit, et non sine ignominia ductus ad Rogerium, die vigesima secunda mensis iulii, quae est decima dies finientis iulii. Rogerio vero continuo per legatos ab eo humillima supplicatione petente, ut concordiae manum apponeret, idem Pontifex, destitutum se viribus et armis conspiciens, precibus illius assensit, et pactis ex utraque parte firmatis, Rogerius cum filiis ad Pontificem accedens, pedibus eius advolutus misericordiam petiit, iuravitque fidelitatem; Pontifex autem regnum ei per Vexillum donavit septimo kalend. augusti. Sic igitur titulum regis Siciliae Rogerius, quem male acceperat ab Anacleto antipapa, ab Innocentio legitimo Pontifice obtinuit. Sed ne videretur Innocentius probare, quod fecisset antipapa, ad conferendam hanc dignitatem Rogerio, inductum se exemplo decessoris sui Honorii II Papae, qui eumdem insignierat titulo ducis, professus est in diplomate, sexto kalendas augusti a se dato, quod extat apud Baronium, quo non solum Siciliae regnum, sed et ducatum Apuliae et principatum Capuae ei haeredibusque eius concessit, sub conditione faciendi Romanis Pontificibus homagii ligii et fidelitatis eisdem iurandae, solvendique census annui sexcentorum schifaorum.

LXII.

Privilegium immunitatis pro monasterio S. Georgii in Prufeningen Ratisbonen. dioecesis (1). Privilegium aliud. triennio ante concessum monasterio huic, retulimus superius in Const. LIII.

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium in tutelam Sedis Apostolicae recipit; — Factasque eidem donationes omnes confirmat. — Monachis facultatem impertitur eligendi sacerdotes saeculares in propriis parochiis. — Monast. liberum ab omni interdicti sententia declarat, quamvis commune fuerit interdictum: — Salvo tamen episcopi ordinarii iure. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et nonnullorum sanctae Romanae Ecclesiae card. subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Erboni abbati monasterii Beati Georgii Prufeningen., eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Quapropter, dilecte in Domino fili Erbo abbas, tuis iustis petitionibus clementer annuimus, et Prufeningen. Beati Georgii monasterium, cui auctore Domino praesse dignosceris, sub Apostolicae Sedis tutelam protectionemque suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones, a fratre nostro bonae memoriae Ottone Babenbergen. episcopo et Engelberto successore eius, assensu fratrum suorum, iuste et canonice vestro monasterio sunt oblata, aut imposterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, aut aliis etiam rationalibus modis, Deo propitio, eidem loco conferri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: in quibus haec visa sunt propriis adnotanda vocabulis: ecclesiam Schambac, Hemaur cum suis appendiciis, Gebenpac cum suis appendiciis, Oberdorff. Ecclesiam, Neunkirchen, Irenreut, Abach, Dietpirgerreut cum appendiciis suis. Adiicimus etiam, ut in ecclesiis, quae in fundo vestri monasterii sunt, vobis liceat honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos episcopo praesententur, atque si idonei fuerint, ab eodem episcopo curam animarum accipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Prohibemus insuper, ut excepto Romano Pontifice, eiusve legato, nulla licentia pateat in vestro monasterio interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis et interdictis, clausis ianuis, liceat vobis voce submissa officia celebrare. Veruntamen si episcopus vester consilio et sententia religiosorum virorum aliquid horum esse decreverit, idipsum exercendi nihilominus facultatem obtineat. Praeterea de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, a vobis exigi decimas auctoritate apostolica interdicimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona contra hanc paginam nostrae constitutionis sciens venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si reatum suum non congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco

Monasterium in tutelam Sedis Apostolicae recipit;

Factasque eidem donationes omnes confirmat.

Monachis facultatem impertitur eligendi sacerdotes saeculares in propriis parochiis.

Monast. liberum ab omni interdicti sententia declarat, quamvis commune fuerit interdictum:

Salvo tamen episcopi ordinarii iure.

Solitae conclusiones.

(1) Ex Hundii Historia Salisburg., tom. III.

sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et nonnullorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Conr. Sabinen. episcopus ss.

Ego Anselmus presbyter card. tituli S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyter card. Sanctorum Io. et Pauli ss.

Ego Petrus Castellanus episcopus ss.

Ego Vast. diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancellarii, XIII kal. novemb., in dominica tertia (1), anno dominicae incarnationis MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno X.

Dat. die 20 octobris anno Domini 1139, pontif. anno X.

LXIII.

Privilegium confirmationis bonorum, et concessionis immunitatum Ecclesiae ad Ripas Salisburgen. diocesis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia huiusmodi sub tutela Sedis Apostolicae recipitur. — Bona eidem confirmantur. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gebeardo provisori Ecclesiae, quae dicitur ad Ripas, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut videlicet fidelis devotio celerem sortiatur effectum, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecte in Domino fili Gebeardo, tuis rationabilibus postulationibus gratum praebemus assensum, et Ecclesiam, quae dicitur ad Ripas, cui auctore Domino praesides, sub Apostolicae Sedis tutela et protectione suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus. In primis siquidem, statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Decernimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo hominum fas sit, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ecclesia huiusmodi sub tutela Sedis Apostolicae recipitur.

Bona eidem confirmantur.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss. Innocentii PP.

(1) Lege *indictione tertia*. (2) Ex Hundii metropoli Salisburg., tom. III.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Lucas presb. cardinalis tit. Sanctorum Ioannis et Pauli ss.

Ego Chrysogonus presb. card. tituli S. Praxedis ss.

Datum Laterani per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XIII kal. novembr., indictione III, incarnationis dominicae anno MCXXXIX, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno X.

Dat. die 20 octobris anno Domini 1139, pontif. anno X.

LXIV.

Recens fundatum Hemmerodense coenobium, una cum rebus ac possessionibus eidem attinentibus, in Sedis Apostolicae protectionem suscipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur; — Ei bona omnia confirmantur. — Liberum quoque a decimarum solutione declaratur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Randulpho abbati monasterii de Claustro, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine verae cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, et earum loca Apostolicae Sedis munimine confovere. Eapropter, dilecte in Domino fili Randulfe abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, cui Deo auctore praesides, sub beati Petri et nostra tutela suscipimus, et praesenti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona iam dictum monasterium possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Sane, laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino vel clericus vel laicus a vobis decimas exigere praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem venerabili loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur;

Ei bona omnia confirmantur;

Liberum quoque a decimarum solutione declaratur.

Solitae clausulae.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus.

Innocentii PP.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus card. Ss Sergii et Bacchi.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Vasallo diaconus cardinalis Sancti Eustachii.

Ego Ivo presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

(1) Ex archiv. monasterii huius desumptum communicavit vir illustris Fridericus Schannat.

Ego Chrysogonus presb. card. tit. S. Praxedis.

Ego GG. presb. card. tit. S. Calixti.

Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere.

Ego Petrus presb. card. tit. Pastoris.

Ego Guido presb. card. tit. S. Caeciliae.

Datum Laterani, per manus Aymerici sanctae R. E. diaconi cardinalis, et cancellarii, XIII kal. ianuarii, ind. III, incarnationis dominicae anno MCXL, pontificatus vero domni Innocentii II Papae anno XI.

Dat. die 18 (1) februarii anno Domini 1140, pontif. anno XI.

LXV.

Monasterio Trenorciensi Ecclesiae de Planesiaco et de Tresilliaco Lugdunen. et Claromonten. dioecesum confirmantur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiae de Planesiaco et de Tresilliaco, cum pertinentiis omnibus monasterio confirmantur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Trenorciensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Commissa nobis Apostolicae Sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis, eius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus. Quia sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta poscentium non est differenda petitio; praesertim eorum, vel qui religionem devote videntur amplecti, et sub ea gaudent Domino militare, vel qui cum honestae vitae, et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et concessiones a venerabilibus fratribus nostris, tam Ecclesiae de Planesiaco ab Huberto Bisuntino archiepiscopo, quam Ecclesiae de Tresilliaco ab Aymerico Claromontensi episcopo, vestro monasterio rationabiliter factas, tibi tuisque successoribus, et per vos eidem monasterio confirmamus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, praefatae Ecclesiae in praesentiarum iuste et canonice possident, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem Ecclesiis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ecclesiae de Planesiaco et de Tresilliaco, cum pertinentiis omnibus monasterio confirmantur.

Solitae clausulae.

Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis ss.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae ss.

Ego Guido presb. tit. S. Caeciliae ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Ego Ubaldus diac. card. S. Adriani ss.

Datum Laterani, per manus Aymerici

(1) Error in Cocquel. edit. irrepserat in supputatione kalendarum: hic, XIII kal. ian., explicaverat 17 februarii, immemor fortassis annum 1140 fuisse bissextum (n. T.) (2) Edidit Chifletius in Probationibus ad Hist. monasterii huius, pag. 422.

sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et cancellarii, VIII kalendas aprilis, indictione III, incarnationis anno MCLXI, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno XII (1).

Dat. die 25 martii anno Domini 1140, pontif. anno XI.

LXVI.

Privilegium pro ecclesia S. Nicolai de Miseraico Bituricen. (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam de Miseraico sub Sedis Apostolicae protectione recipitur. — Bona ad eam spectantia confirmantur. — Decimas ab ea exigi, vel quamcumque aliam molestiam eidem inferri interdicitur. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Geraldo priori de Miseraico, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, in eodem loco religiosam vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Qui religiosos fovet, et piis eorum desideriis facilem praebet assensum, gratum Domino immolat holocaustum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus paterna benignitate annuimus, et ecclesiam Beati Nicolai de Miseraico, in qua divino vacatis servitio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et huius scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem venerabilis locus impraesentiarum iuste et canonice possidet, vel in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sancimus etiam, ut in eodem loco perpetuis futuris temporibus enitescat religio, interdicimus etiam, ut nulli omnino hominum fas sit, de vestris laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, vel ex fructu vestrorum animalium, decimas exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam vestram Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum huic nostro decreto contraire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat, et excommunicationi subiaceat. Conservantes autem haec, omnipotentis Dei et eorumdem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ecclesia de Miseraico sub Sedis Apostolicae protectione recipitur.

Bona ad eam spectantia confirmantur

Decimas ab ea exigi, vel quamcumque aliam molestiam eidem inferri interdicitur.

Ego INNOCENTIUS catholicae Ecclesiae episcopus.

Innocentii PP.

Ego Conradus Sabinen. episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus.

et R. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gerardus presbyter cardinalis S. Crucis in Hierusalem.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardin. tituli S. Laurentii in Lucina.

Ego Albericus Hostiensis episcopus.

Ego Chrysogonus presbyter cardin. tituli Sanctae Praxedis.

Ego Rainerius presbyter cardin. tituli S. Priscae.

Ego Guido presb. cardin. tituli S. Caeciliae.

Ego Octavianus diaconus cardin. S. Nicolai in Carcere.

Datum Laterani, per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, III nonas aprilis, indictione III, incarnationis dominicae

(1) Legendum *undecimo*, computo enim Dionysiano annus 1141 correspondet superiori anno 1140 aerae vulgaris, prout indicat indictio tertia, quae nonnisi hoc anno numerabatur, et respondebat anno XI pontificatus Innocentii. (2) Inter Instrumenta Ecclesiae Bituricensis edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. II, pag. 59.

anno MCXXXVI, pontificatus domni Innocentii II Papae anno XI (1).

Dat. die 11 aprilis anno Domini 1140, pontif. anno XI.

LXVII.

Damnatio errorum Petri Abaelardi, eiusque sectatorum (2).

SUMMARIUM

Firmitas catholicae Ecclesiae in unitate fidei posita. — Haec ab Apostolis proprio firmata sanguine; — Et a Rom. Pontificibus, damnatis haeresum auctoribus, vindicata. — Arius, — Manichaeus, — Nestorius, — Eutyches damnantur. — Marciani imper. ad Ioannem PP. literae adversus sacrorum profanatores. — Lex de non tractandis materiis, in synodis definitis. — Petri Abaelardi errores in Concilio Senonensi cogniti et damnati. — Damnantur etiam ab Innocentio cum eorumdem auctore, et sectatoribus.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Henrico Senonensi, Reinaldo Remensi, archiepiscopis, eorumque suffraganeis, et carissimo in Christo filio Bernardo Claravallensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Firmitas catholicae Ecclesiae in unitate fidei posita.

Testante Apostolo, sicut unus Deus, una Fides esse dignoscitur, in qua tamquam immobili fundamento, praeter quod nemo aliud potest ponere (*a*), firmitas catholicae Ecclesiae inviolata consistit. Inde est, quod beatus Petrus, apostolorum princeps, pro eximia huius fidei confessione audire meruit: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam (*b*). Petram utique firmitatem Fidei, et catholicae unitatis soliditatem manifeste designans. Haec siquidem est inconsutilis tunica Redemptoris nostri, super quam milites sortiti sunt, sed eam dividere minime potuerunt: contra quam in initio fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania: astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum (*a*); verum apostoli duces dominici gregis, et eorum successores apostolici viri, ardore caritatis, et zelo rectitudinis succensi, fidem defendere, et eam in cordibus populorum proprii sanguinis effusione plantare non dubitaverunt. Demum, cessante persecutorum rabie, imperavit ventis, et facta est in Ecclesia tranquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semper circuivit, quaerens quem devoret, ad expugnandam sinceritatem fidei, fraudulentam haereticorum fallaciam subinduxit: contra quos veri Ecclesiarum rectores viriliter insurgentes, eorum prava dogmata cum ipsorum auctoribus condemnarunt. In magna namque Nicaena synodo Arius haereticus est damnatus. Constantinopolitana synodus Manichaeum haereticum debita sententia condemnavit. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui erroris condemnationem recepit. Chalcedonensis quoque synodus Nestorianam haeresim, et Eutychianam cum Dioscoro et eius complicibus iustissima sententia confutavit. Marcianus praeterea, licet laicus, christianissimus tamen imperator, catholicae fidei amore succensus, praedecessori nostro sanctissimo Papae Iohanni scribens, adversus eos, qui sacra mysteria profanare contendunt, inter caetera sic loquitur, dicens: Nemo clericus, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide christiana publice conetur imposterum tractare; nam iniuriam facit iudicio reverendissimae synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere, et iterum disputare contendit: et in contemptores huius legis tamquam in sacrilegos poena non deerit. Igitur si quis clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur. Dolemus autem, quoniam sicut literarum vestrarum inspectione, et missis a frater-

Haec ab Apostolis proprio firmata sanguine;

Et a Rom. Pontificibus, damnatis haeresum auctoribus, vindicata.

Arius,

Manichaeus,

Nestorius,

Eutyches damnantur.

Marciani imper. ad Ioannem PP. literae adversus sacrorum profanatores.

Lex de non tractandis materiis, in synodis definitis.

(1) Legendum anno quadragesimo, qui respondet anno undecimo Innocentii secundi, et indictioni tertiae. (1) Ex lib. I Ottonis Frisingen. de Friderico, ubi de Concilio Senonensi coacto contra Petr. Abaelardum. (*a*) Ephes. IV, 5; 1 Cor. III, 11. (*b*) Matth. XVI, 18. (R. T.)

(*a*) Psalm. II. (R. T.)

nitate vestra nobis errorum capitulis, cognovimus, in novissimis diebus, quando instant periculosa tempora, magistri Petri Abaelardi perniciosa doctrina, et praedictorum haereses, et alia perversa dogmata, catholicae fidei obviantia, pullulare coeperunt. Verum in hoc maxime consolamur, et omnipotenti Deo gratias agimus, quod in partibus vestris pro patribus vestris tales filios suscitavit, et in tempore apostolatus nostri in Ecclesia sua tam praeclaros voluit esse pastores, qui novi haeretici studeant calumniis obviare, et immaculatam Sponsam uni Viro virginem castam exhibere Christo (*a*). Nos itaque, qui in cathedra sancti Petri, cui a Domino dictum est: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, (*b*) licet indigni, residere conspicimur, communicato fratrum nostrorum episcoporum cardinalium consilio, destinata nobis a vestra discretione capitula, et universa ipsius Petri dogmata, sanctorum canonum auctoritate, cum suo auctore damnavimus, eique tamquam haeretico perpetuum silentium imposuimus. Universos quoque erroris sui sectatores et defensores a fidelium consortio sequestrandos, et excommunicationis vinculo innondandos esse, censemus.

Petri Abaelardi errores in Concilio Senonensi cogniti et damnati.

Damnantur etiam ab Innocentio cum eorumdem auctore, et sectatoribus.

Datum Laterani duodecimo kalendas augusti (1).

Dat. die 21 iulii anno Domini 1140, pontif. anno XI.

LXVIII.

Confirmatio bonorum omnium et iurium, ad S. Pennensem Ecclesiam spectantium (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad Pennen. Ecclesiam spectantia confirmantur; — Decretum immunitatis a quacumque molestia et violentia etc. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Grimaldo Pennensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima postulantium non est differenda petitio. Ea propter, dilecte in Domino frater Grimalde episcope, preces tuas rationabiles clementer admisimus, et ecclesiam B. Mariae, et gloriosi Christi martyris ac levitae Maximi, praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis legitimis modis Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, ac illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: civitatem ipsam cum omnibus suis pertinentiis, videlicet cum casalibus Neto, Cese et Casali, S. Ioannem de Cypresso, Mezu, castellum, quod dicitur Collis-Altus, villam de Paternella, ecclesiam S. Mariae de Liciano cum ecclesiis et omnibus suis appendicibus, ecclesiam S. Seretoni, ecclesiam Saturnini in Collecortino, ecclesiam S. Felicis de Monte-Silvano, ecclesiam S. Michaelis et S. Ioannis, ecclesiam S. Barbarae de civitate S. Angeli cum ecclesia S. Angeli, et S. Andreæ et S. Antimi, ecclesiam S. Mariae de Atria, ecclesiam S. Mariae de Mascufo, ecclesiam S. Mariae de Planella, ecclesiam S. Mariae de Quana-Civitate, ecclesiam B. Mariae de Catiniano, ecclesiam S. Mariae de Bisteio, ecclesiam S. Petri ad Pennensem, ecclesiam S. Clementis de Balbino, ecclesiam S. Mariae de Trevio, ecclesiam S. Georgii ad Ornanum, ecclesiam S. Ruffinae de Aquilano, ecclesiam Sancti Angeli de Puteo, ecclesiam Sanctae Mariae de Rubelia, eccle-

Bona ad Pennen. Ecclesiam spectantia confirmantur;

(*a*) II Corinth. XI, 2. (*b*) Luc. XXII, 32. (R. T.)

(1) Porro anno 1140 quo habitum est Senonense concilium, praesentibus rege Ludovico, episcopis et abbatibus, inter quos S. Bernardus Claravallensis, ut diserte probat Pagius contra Heuschennium, Critic. Baronian. anno 1140, num. VI.

(2) Ex Tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

siam Sancti Laurentii de Fabrica, ecclesiam Sanctae Mariae de Brittuli, ecclesiam S. Ioannis in Balneo, ecclesiam S. Mariae de Podio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica vel saecularis persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum immunitatis a quacumque molestia et violentia etc.

Innocentii PP. Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Conradus Sabinen. episcopus ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Petrus card. tit. Pastoris ss.

Ego Guido presb. card. S. Caeciliae ss.

Ego Gregorius diac. card. tit. Ss. Sergii et Bachi ss.

Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Thomas S. R. E. diac. card. ss.

Datum Later. per manus Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, VI kalend. novemb., indict. IV, incarnat. dom. anno MCXL, pontificatus vero dom. Innocentii Papae II anno XI.

Dat. die 26 octobris anno Domini 1140, pontif. anno XI.

LXIX.

Coenobium sanctimonialium, in Tulba noviter constructum, in protectione Sedis Apostolicae recipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Ordinem monasticum inibi servari decernitur. — Bona ad illud pertinentia confirmantur. — Abbatissam a sanctimonialibus eligi; advocatum vero ab abbatissa statuitur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus sanctimonialibus, in Ecclesia Beati Lamberti martyris Tulbensi regularem vitam professis tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et praefatam ecclesiam, in qua divino mancipatae estis obsequio, sub S. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam perpetuo inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, ipsa Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque posteris, et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: alodium videlicet, et beneficium in Tulba, quod Gerlacus, et coniux eius Regelinde, devotionis intuitu cum multis aliis bonis suis Fuldensi monasterio tradiderunt, quemadmodum a bonae memoriae Conrado ipsius mona-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Ordinem monasticum inibi servari decernitur.

Bona ad illud pertinentia confirmantur.

(1) Ex authographo edidit Fridericus Schannat, n. XXVIII Probat. dioecesis et hierarch. Fulden

sterii abbate, fratrum suorum, et praedicti Gerlaci consilio, cum quibusdam aliis bonis postmodum vobis religionis intuitu concessum est: allodium Evernide: villa Luvris: Hamelemburc v mansos et dominicale: Erdale vii mansos, in alia villa eiusdem nominis: dimidium mansum unius Lathonis, et quidquid praefatus Gerlacus et uxor eius habuerunt Franchenborne et Wolfchershlegere: allodium Vostat, quod dedit uxor ipsius Gerlaci: parochiam ipsius loci, et villam unam Voëstensasse: decimationem dominicalium Hamelemburc: et dominicalis Thiebac: prohibemus etiam, ut nulla ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quam sorores communi assensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, providerint eligendam. Praepositus quoque nullus ibi alius praeponatur, nisi quem abbatissa communi sororum consilio sibi idoneum elegerit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, earum, pro quarum conservatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Fuldensis monasterii iustitia et reverentia: si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Abbatissam a sanctimonialibus eligi; advocatum vero ab abbatissa statuitur.

Solitae conclusiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss. Innocentii PP.

Ego Albericus Hostiensis episcopus subscripsi. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Stephanus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Guido sanctae Romanae Ecclesiae indignus sacerdos subscripsi.

Ego Guido presb. card. tit. S. Caeciliae subscripsi.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.

Ego Octavianus diac. card. tit. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Data Laterani per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et bibliothecarii, xv kal. aprilis, indictione x, incarnationis dominicae anno mcxli, pontificatus vero domni Innocenti II anno xiii (1).

Dat. die 18 martii anno Domini 1141, pontif. anno xii.

LXX.

Confirmatio donationis a Godefrido episcopo Florentino, caeterarumque donationum factarum monasterio monialium S. Ambrosii Florentin. dioecesis (2).

SUMMARIUM

Confirmantur donationes factae monast. Florent., eique recipiendi oblationes tam pro vivis quam pro defunctis conceditur fa-

(1) Vides, lector, quantas hic quoque ambages praeseferunt notae hae chronologicae, quas mirum est non advertisse relatorem, caeteroquin, ut ex eius colloquio saepius nobis coniecisse licuit, sapientissimum. Muta igitur, si vis, indict. x in quartam, et annum pontif. Innocentii xiii in xii, ut conveniant cum anno 1141. (2) Ex tom. i Ital. Sac., ubi de archiepp. Florentinis.

cultas. — Immunitas. — Solitae clausulae — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones. (R. T.).

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectae filiae Caeciliae abbatissae monasterii Sancti Ambrosii de Petra-Plana, eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum mansuris.

Ad hoc universalis Ecclesia, etc. *usque* fatigentur. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et praefatum Beati Ambrosii monasterium, quod in Florentino episcopatu situm est, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus illibata permaneant; in quibus et ecclesiam Sancti Michaelis in Palchito, sitam infra civitatem Florentinam, cum omnibus suis appendiciis a Godefrido episcopo Florentino vobis canonice concessam, et suo scripto firmatam, proprio nomine duximus adnotandam: salva Ecclesiae Florentinae canonica reverentia. Recipiendi etiam oblationes, tam pro vivis quam pro defunctis absque alicuius contradictione liberam vobis concedimus facultatem. Sepulturam quoque ipsius liberam esse sancimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum vestrum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris, et aliorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica etc. Cunctis autem etc. Amen.

Confirmantur donationes factae monasterio Florentino;

Eique recipiendi oblationes tam pro vivis quam pro defunctis conceditur facultas.

Immunitas.

Solitae clausulae.

Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Martinus presb. card. tit. Sancti Stephani in Coelio monte ss.

Ego Boethius presb. card. tit. Sancti Clementis ss.

Ego Guido presb. card. tituli Sanctae Caeciliae ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis tituli Vestinae ss.

Ego Gregorius diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus card. S. Gregorii ad Velum-Aureum ss.

Ego Vassallo diaconus cardin. Sancti Eustachii ss.

Ego Ubaldus diaconus cardin. Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis tit. Sancti Nicolai in Carcere ss.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae diaconi card. et cancellarii, IV nonas maii, indict. IV, incarnationis dominicae anno MCXLI, pontificatus vero domni Innocentii Papae II anno XII etc.

Dat. die 12 maii anno Domini 1141, pontif. anno XII.

LXXI.

Confirmatio concordiae, initae inter abbatem Cluniacensem et monachos S. Benedicti super Padum, in controversia, an, hoc monasterium illi subiaceat, in abbatis praesertim electione (1).

SUMMARIUM

Series facti, et rationes utraque ex parte productae. — Iudices super huiusmodi

(1) Ex Biblioth. Clun. Martini Marrier, col. 1405.

controversia delegati. — Concordia inter utramque partem inita: — Concordia haec a Pontifice confirmatur.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati, et conventui Clun., salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti, et rationes utraque ex parte productae.

Venientibus ad Apostolicam Sedem dilectis filiis S., monacho vestro, ac H. monasterii S. Benedicti super Padum, procuratoribus, idem S. proposuit coram nobis, quod cum monasterium memoratum a felicis recordationis G. Papa praedecessore nostro, Hugoni praedecessori tuo, fili abbas, et successoribus eius, fuerit dudum commissum, ut in eius gubernatione atque custodia potestatem haberent, et studium procurationis impenderent: ac obeunte abbate ipsius loci, eorum diligentia provideret, ut in loco regiminis iuxta beati Benedicti regulam persona subrogaretur idonea; et quicquid in monasterio in augmentum et observantiam monasticae religionis institui vel emendari etiam oporteret, eorum semper dispositione ac magisterio impleretur, prout in felicis memoriae Lucii et Clementis, praedecessorum nostrorum authenticis asseruit contineri; abbas et fratres monasterii supradicti debitam tibi, fili abbas et Ecclesiae tuae obedientiam et reverentiam subtrahentes, super praemissis, et aliis, iniuriosi tibi et graves existunt, et a tua et Ecclesiae tuae subiectione se ac monasterium suum subtrahere molientes; iidem quoque fratres abbatem sibi eligere non formidant absque tua et fratrum tuorum conviventia et consensu. Procurator vero monasterii S. Benedicti proposuit exadverso, quod cum monasterium ipsum ad ius et proprietatem Ecclesiae Romanae pertineat, et per privilegia Pontificum Romanorum fuerit ab antiquo libertate donatum, tibi vel Ecclesiae tuae subesse vel respondere in aliquo minime tenebatur; quinimo ad fratres eiusdem loci tam dispositio (1) quam abbatis electio pertinebat; adiiciens, quod, et si ius aliquod praedictorum privilegiorum intuitu Clun. Ecclesiae competierit, illud penitus est absorptum, cum hactenus neglexerit uti eis (1), et monasterium supradictum longissimo tempore plena fuerit libertate gavisum. Proposuit insuper, idem monasterium super capitulis praenotatis per bonae memoriae Eugenii Papae praedecessoris nostri sententiam absolutum. Cum ergo super his, et quibusdam aliis, procuratores ipsi non desinerent altercari, et per venerabiles fratres nostros I. Sabinensem et N. Tusculanum, episcopos, de mandato nostro fuerit de amicabili compositione tractatum, nobis mediantibus demum inter procuratores ipsos huiusmodi compositio intervenit; ut cum in monasterio saepedicto fuerit abbatis electio celebranda, fratres eiusdem loci absque requisitione vestra personam idoneam regulariter sibi eligant in abbatem, qui si concorditer electus extiterit, munus benedictionis accipiat, et libere administret, nulla super his a vobis licentia expetita: ita videlicet quod is, qui fuerit in abbatem electus, intra spatium primi anni unum vel duos fratres cum suis literis ad vos dirigat, in quibus tibi, fili abbas, et successoribus tuis, super observantia monastici ordinis obedientiam repromittat; et tunc Clun. abbas vel per se, vel per alium, ad monasterium memoratum accedat, ab abbate ipsius loci corporalem super ordinis observantia obedientiam recepturus; vel transmissas sibi literas, si maluerit, in testimonium obedientiae sibi promissae reservet. Quod si abbatis electio fuerit in discordia celebrata, pro dirimendo huiusmodi dissensionis articulo ad Sedem Apostolicam recurratis. Item abbas et monachi supradicti loci de quadriennio in quadriennium aliquem ex confratribus suis ad capitulum Cluniacense transmittant, qui audiat et recipiat, quae ibidem fuerint super observantia ordinis constituta. Praeterea quolibet quadriennio Clun.

Iudices super huiusmodi controversia delegati:

Concordia inter utramqu. partem inita.

(1) Forte *depositio*.

(1) Forte *eo*. (B. T.)

abbas duos ex fratribus suis mittat ad visitandum monasterium saepedictum, quibus decenter ac benigne receptis, ab eodem monasterio moderata procuratio tribuatur: et ipsi, abbatis eiusdem loci consilio requisito, corrigant, si quid in ipso monasterio circa monachos et conversos, aliasque personas corrigendum invenerint, et statuant, quod circa eos fuerit statuendum. Si vero aliquid corrigendum in abbate invenerint, ad Rom. Pontificem illud referant, et sicut ipse mandaverit, in eius correctione procedant. Cum autem Clun. abbas ad monasterium saepefatum accesserit, abbas eiusdem loci ei, tamquam priori abbati, cedat in choro, capitulo, et in mensa. Abbas vero Clun. in membris corriget, quod fuerit corrigendum: si quid forte in abbatis persona correctione dignum invenerit, id ad aures Romani Pontificis proferre procuret, ut iuxta beneplacitum eius in Christo negotia procedant. Praeterea Clun. abbas ad monasterium iam dictum accedet cum viginti quinque equitaturis, et triginta personis; fratres vero, cum illuc causa visitationis accesserint, quatuor equitaturis, et sex personis tantummodo sint contenti. Ut igitur in perpetuum compositio suprascripta, de procuratorum assensu facta, inviolabiliter observetur, nos eam auctoritate apostolica confirmamus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum.

Concordia haec a Pontifice confirmatur.

Datum Viterbii IV idus iulii, pontificatus nostri anno XII.

Dat. die 12 iulii anno Domini 1141, pontif. anno XII.

LXXII.

Confirmatio bonorum omnium monasterii S. Bartholomaei Fesulan. dioecesis, cui nonnulla concedantur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione Sedis Apost. recipitur, — Eiusque bona omnia confirmantur; — Episcopalis sedes illuc non transferenda declaratur. — Abbas a monachis eligendus: et a Fesulano episcopo, si catholicus fuerit, consecrandus decernitur. — Libera declaratur pro defunctis cuiuscumque generis sepultura. — Omnimoda exemptio a decimarum solutione et ab omni interdictione datur. — Solitae conclusiones. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Gregorio abbati Sancti Bartholomaei, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regulariter constitutis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Beati Bartholomaei apostoli monasterium, quod iusta montem Fesulanae civitatis situm est, cum omnibus suis pertinentiis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium S. Salvatoris de Alena cum ecclesia S. Potiti, ecclesiam S. Martini

Monast. sub protectione Sedis Apost. recipitur,

Eiusque bona omnia confirmantur;

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. III, ubi de episcopis Fesulanis.

in Fugnano, in Campo Novoli ecclesiam S. Martini cum decimis et omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, et quidquid in Bononiensi episcopatu praefatum monasterium habere cognoscitur: in Capraia medietatem ecclesiae S. Christinae, in Ripula ecclesiam S. Salvatoris, ecclesiam S. Michaelis de Marene, in Ripalta ecclesiam S. Andreæ, ecclesiam S. Donati de Fronzano, in Biviliano medietatem ecclesiae S. Mariae, curtem de Sancto Domnino cum omnibus decimationibus suis, curtem de Papiana cum pertinentiis suis, et quicquid in plebe Sancti Donati de Calenzano possidere dignoscitur, cum decimis, et suis pertinentiis, sive in plebe Sancti Stephani de Campi, seu in plebe S. Martini in sito Brozzi, vel etiam in plebe S. Iuliani in Septimo, aut infra plebem S. Ioannis de Signa, cum decimis, et omnibus earum pertinentiis: villas quoque et alias possessiones, sicut in privilegio et donatione bonae memoriae Iacobi episcopi Fesulani nominatim vobis concessae sunt. Prohibemus etiam, et apostolica auctoritate interdicimus, ne alicui omnino liceat, idem monasterium in alium ordinem transmutare, vel episcopalem sedem ibi transferre, absque Rom. Pontificis auctoritate. Obeunte te vero, nunc eiusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia praeponatur, nisi quem fratres ipsius loci communi assensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam, canonice provideriut eligendum: qui Fesulano episcopo, si canonicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicae habuerit, eamque gratis, et absque aliqua pravitate exhibere voluerit, benedictionem suscipiat. Alioquin, liceat ei quemcumque maluerit adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Monasterium quoque S. Salvatoris de Alena, quod sub eiusdem S. Bartholomaei monast. esse cognoscitur, liberam sepulturam concedimus, sicut etiam hactenus habuisse dignoscitur; laborum quoque manuum vestrarum decimas, tam vobis quam vestro monasterio Sancti Salvatoris, in usus pauperum habendas largimur. Prohibemus insuper, ut nulli omnino hominum fas sit, eidem monasterio, sive S. Salvatoris monasterio, divinum officium interdicere, praeter Romanum Pontificem, aut legatum ipsius: vel indebitas exactiones imponere: seu aliquibus iniustis vexationibus ausu temerario fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, etc. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

Episcopalis sedes illuc non transferenda declaratur.

Abbas a monachis eligendus: et a Fesulano episcopo, si catholicus fuerit, consecrandus decernitur

Libera declaratur pro defunctis cuiuscumque generis sepultura.

Omnimoda exemptio a decimarum solutione et ab omni interdictione datur.

Solitae conclusiones.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss.
Ego Albericus Ostiensis episc. ss.
Ego Stephanus Praenestinus episc. ss.
Ego Gerardus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.
Ego Martinus presb. card. S. Stephani in Coelio monte ss.
Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinae subscripsi.
Ego Boethius presb. card. tit. S. Clementis ss.
Ego Guido presb. S. Laurentii in Damaso ss.
Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.
Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere ss.
Ego Guido diac. cardinalis S. Apollinaris ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Laterani per manum Baronis cappellani et scriptoris, x kal. octob., ind. v, incarn. dominicae anno MCXLI, pontificatus vero domni Innocentii II anno XII.

Dat. die 22 septembris anno Domini 1141; pontif. anno XII.

LXXIII.

Monasterium Reicherspergense sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, confirmatisque bonis omnibus, plura monachis et praeposito conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipitur. — Bonaque omnia et possessiones ei confirmantur. — Decimas ab eo exigi prohibetur. — Monachi ordinarii iurisdictioni subiiciuntur. — Advocato vero omnis monast. gravandi facultas adimitur. — Praepositum a solis monachis eligi decernitur. — Monasterium liberum ab omni molestia declaratur; — Salvo tamen iure Salzburg. archiep. et episc. Patavien. — Violatores paginae huius anathemate percutiuntur. — Praepositus facultate donatur canonicis subiiciendi poenis monachos, si a monasterio absque eius licentia, et admoniti, ad claustra redire recusaverint. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Gerhoho Richerspergensis Ecclesiae praeposito, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et iustis petentium desideriis congruum decet nos impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Conradi Salzburgensis archiepiscopi precibus inclinati, petitiones vestras rationabiles libenter admittimus, et monasterium vestrum, quod est in episcopatu Pataviensi, et fundo Salzburgensis Ecclesiae situm, in quo divino mancipati estis officio, sub Apostolicae Sedis ac nostra potectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut tam in vestro quam in monasterio sanctimonialium vobis subdito, ordo canonicus iuxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet et plebem Richerspergensem cum decima et iure parochiali, capellam S. Martini cum suis pertinentiis, vineas in Aschab, villam Crovnat, et reliqua praedia a Vuenenhero loci ipsius fundatore oblata, patellam salis (1) in Halla, et reliqua praedia, a praenominato fratre nostro Salzburgensi archiepiscopo Ecclesiae vestrae collata, Hostat, et alia praedia, quae Ruopertus obtulit, praedia, quae Fridericus donavit, praedia, quae fuerunt Eglolfi et Eberhardi, cum eorum decimis, ab episcopo Frisingensi vobis concessis, et vineas emitas in Eremesa, et ea, quae dux Luitpoldus contulit. Sane laborum vestrorum, quas propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus sive laicus decimas a vobis exigere praesumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta a dioecesano accipietis episcopo, vel a Salzburgensi archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si ea gratis et sine pravitate voluerint exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire antistitem; qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Et quia sic locus vester est institutus, ut Salzburgensis Ecclesiae principalis advocatus, ipsius quoque loci sit advocatus, neque ipsi, neque alicui subadvocato eius, eumdem locum liceat iniustis gravaminibus infestare. Quod si fecerit, et vobis conquerentibus, non emendaverit,

Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipitur;

Bonaque omnia et possessiones ei confirmantur.

Decimas ab eo exigi prohibetur.

Monachi ordinarii iurisdictioni subiiciuntur.

Advocato vero omnis monast. gravandi facultas adimitur.

(1) In Chronico monasterii huius edidit Gewold., pag. 171.

(1) Patella salis, est salina, locus nimirum in quo sal conficitur. (n. T.)

consilio et auxilio praefati archiepiscopi, ipsa advocatia ab inutili auferatur, et alius loco eius substituatur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive tuorum quolibet successore, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia substituatur vel praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et B. Augustini regulam, canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, extremae voluntati et devotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius bona, vel possessiones auferre, vel ablatas temere retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Salzburgensis archiepiscopi et Pataviensis episcopi debita iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis vestrae facultas sit alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis licentia de claustro discedere; quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium literarum cautione cum susciplat, quandiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino praestante, viguerit. Si vero, secundo vel tertio vocatus, redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito canonicam in eo proferre sententiam. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae retributionis inveniant. Amen.

Praepositum a solis monachis eligi decernitur.

Monasterium liberum ab omni molestia declaratur.

Salvo tamen iure Salzburg archiepiscopi et episcopi Pataviensis.

Violatores paginae huius anathemate percutiuntur.

Praepositus facultate donatur canonicis subiiciendi poenis monachos, si a monasterio absque eius licentia, et admoniti, ad claustra redire recusaverint.

Ego Innocentius catholicae Eccl. episc.
Ego Conradus Sabinensis episcopus.
Ego Albericus Hostiensis episcopus.
Ego Stephanus Praenestinus episcopus.
Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.
Ego Martyrius presb. card. tituli S. Stephani.
Ego Boethius presb. card. tituli S. Clementis.
Ego Petrus presb. card. de tit. Pastoris.
Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Praxedis.
Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli.
Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii.
Ego Petrus diac. card. S. Mariae de Porticu.

Innocentii PP et S. R. Eccl cardinalium subscriptiones.

Dat. Laterani VI id. ian. per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri card. et bibliothecarii, indict. V.
Dat. die 8 ianuarii anno Domini 1142, pontif. anno XII.

LXXIV.

Confirmatio bonorum, ad Tolosanam Ecclesiam pertinentium, quae nullo modo auferri vel alienari posse, statuitur (1).

SUMMARIUM

Ecclesia Beati Stephani Tolosan. sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur; — Eiusque bona omnia confirmantur; — Quae nec post episcopi obitum pervadi, nec alio modo vendi aut alienari sine ca-

(1) Ex tom. I Galliae Christ., edit. an. 1655, pag. 685.

pituli consensu statuitur. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Raimundo Tolosano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio, fratres nostros tam vicinos, quam longe positos debemus diligere, et Ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare. Eapropter, venerabilis frater Raimunde episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Tolosanam B. protomartyris Stephani Ecclesiam, cui Deo auctore praeesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Praeterea apostolica auctoritate interdicimus, ut nullus laicus sive clericus in tuo, vel tuorum successorum obitu, episcopalia bona pervadat, aut res ecclesiasticas distrahat; sed ad opus Ecclesiae, et episcopi substituendi, in oeconomi et archidiaconorum maneant potestate. Prohibemus etiam, ut eadem bona sine tuo vel successorum consilio, vel sanioris partis capituli ipsius Ecclesiae, nullus vendere, vel impignorare, seu quolibet modo alienare praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ecclesia Sancti Stephani Tolosani sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur;

Eiusque bona omnia confirmantur;

Quae nec post episcopi obitum pervadi, nec alio modo vendi aut alienari sine capituli consensu statuitur.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. Innocentii PP.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.
Ego Stephanus Praenestinus episcopus.
Himinarius Tusculanus episcopus.
Guido S. Romanae Ecclesiae indignus sacerdos.
Martinus presb. cardin. tit. S. Pastoris.
Guido presb. card. tit. S. Caeciliae.
Gregorius diaconus card. Ss. Sergii et Bacchi.
Otto diaconus cardin. S. Georgii ad Velum Aureum.
Guido diaconus cardin. Ss. Cosmae et Damiani.
Geraldus diaconus cardin. S. Mariae in Dominica.
Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere.
Petrus card. Sanctae Mariae in Porticu.
Nicolaus diacon. card. sanctae Romanae Ecclesiae.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Lat. per manum Geraldi S. Roman. Eccl. presbyteri card. ac bibliothecarii, XIII kal. maii, indictione V, incarn. MCXLII, pontificatus vero Innocentii II Papae anno XIII.

Dat. die 19 aprilis anno Domini 1142, pontif. anno XIII.

LXXV.

B. Eusebii canonicorum Vercellen. Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, cuius bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — B. Eusebii Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Bona eius omnia firma semper declarantur, et libera ab omni vexatione. — Anathemati subiiciuntur, qui haec statuta violaverint. — Innocentii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abraham archipresbytero et canonicis maioris Vercellensis Ecclesiae, tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Æquitatis et iustitiae ratio persuadet, nos Ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi monimenta conferre; non enim decet, clericos in sortem Domini vocatos perversis malorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari; similiter et praedia, usibus secretorum coelestium dedicata, nullas potentum angarias, nihil debent extraordinarium sustinere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et B. Eusebii Vercellensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiae in perpetuum, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem Caresianam, Viliacum, montem Galliani cum omnibus appendiciis suis, Portum Servi; praeterea antiquas et rationabiles consuetudines ipsius Ecclesiae ratas manere censemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, praedictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu vexationibus fatigare: salvis privilegiis scilicet Romanae Ecclesiae, et episcopi Vercellensis canonica reverentia. Si quis contra haec temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, et in extremo iudicio ultioni subiaceat. Amen, amen.

B. Eusebii Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Bona eius omnia firma semper declarantur, et libera ab omni vexatione.

Anathemati subiiciuntur, qui haec statuta violaverint.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus. Innocentii PP.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.
Ego Albericus Ostiensis episc. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.
Ego Martinus presb. card. S. Stephani.
Ego Guido S. R. E. indignus sacerdos.
Ego Statius presb. card. tit. S. Sabinae.
Ego Guido presb. card. S. Chrysogoni.
Ego Rainerius presb. card. tituli S. Priscae.
Ego Petrus presb. card. tit. Pastoris.
Ego Goizo presb. card. tit. S. Caeciliae.
Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli.
Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae.
Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Auri.
Ego Guido diac. cardinalis Ss. Cosmae et Damiani.
Ego Greg. diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.
Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii.
Ego Ubaldus diac. card. in Via Lata.
Ego Gerardus diaconus S. Mariae in Dominica.
Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere.
Ego Guido S. R. E. diac. card.
Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Porticu.
Ego Guido S. R. E. diac. card.

Datum Laterani per manum Gerardi

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., ubi de Vercellensibus episcopis.

S. R. E presb. card. ac bibliothecarii, VII kal. maii, indict. II, incarnationis dom. anno MCXLII, pont. D. Innocentii II Papae anno XIII.

Dat. die 25 aprilis anno Domini 1142, pontif. anno XIII.

LXXVI.

Monasterium de Letdecumba, a Stephano Anglorum rege Cluniacensi monasterio donatum, eidem confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. de Letdecumba monasterio Cluniac. confirmatur. — Solitae clausulae. — Innocentii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Exordium

Ad hoc in Apostolicae Sedis regimine, disponente Deo, promoti sumus, ut piis votis assensum praebere, auresque nostras inclinare iustis petitionibus debeamus; quia, sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta postulantium non est differenda possessio. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum, monasterium de Letdecumba, quemadmodum ad (2) illustri viro Stephano Anglorum rege, cum consuetudinibus et libertatibus illi pertinentibus, et omnibus suis appendiciis, de proprio dominio suo vobis devotionis intuitu concessum est, et scripto suo firmatum, pro centum videlicet marcis argenti, quas Henricus bonae memoriae Anglorum rex, praedecessor illius, de thesauro suo annis singulis persolvendis vobis concesserat, auctoritate apostolica vobis, et per vos Cluniacensi monasterio, confirmamus, et praesentis scripti pagina communimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; observantibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monast. de Letdecumba monasterio Cluniac. confirmatur.

Solitae clausulae.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Innocentii PP.



Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.
Ego Martinus presb. cardinalis tit. S. Stephani ss.
Ego Statius presb. cardinalis tituli S. Sabinae ss.
Ego Guido presb. cardinalis tituli S. Chrysogoni ss.
Ego Goizo presb. cardinalis tituli S. Caeciliae ss.
Ego Ubaldus presb. cardinalis tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.
Ego Rainerius presb. cardinalis S. Priscae ss.
Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Guido diaconus card. Ss. Cosmae et Damiani ss.
Ego Gerardus card. S. Mariae in Dominica ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier., col. 1340. (2) Lege *ab*. (R. T.)

Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Petrus diaconus card. S. Mariae in Porticu ss.

Datum in Monte Tiburtino per manum Gerardi S. R. E. presb. card., ac bibliothecarii, XIV kal. iunii, ind. V, incar. dominicae anno MCXLII, pontificatus vero domni Innoc. II Papae anno XIII.

Dat. die 19 maii anno Domini 1142, pontif. Innocentii anno XIII.

LXXVII.

Ad omnes archiepiscopos et episcopos in idem argumentum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub ius B. Petri recipitur. — Indulgentia concessa illius Ecclesiam visitantibus. — Immunitas. — Poenae contra violatores privilegii huius (R. T.)

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ad quos literae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium

Liberalitatis laudabile genus est, ut qui se beato Petro, et sanctae Romanae Ecclesiae, humili devotione exponunt, maiorem familiaritatis praerogativam et digniora beneficia sortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense monasterium famulatum impendat, et quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesia Dei novit, et vehementer exultat. Æquitatis igitur postulat ratio, ut idem locus apostolicae dilectionis privilegio gaudeat, et tam in capite, quam in membris libertatem obtineat. Nos siquidem monasterium ipsum, quod specialiter ad ius beati Petri, et sanctae Romanae Ecclesiae spectat, per nos ipsos visitavimus; et eodem die, quo, revolutis multorum annorum spaciis, praedecessor noster felicis memoriae Papa Urbanus ibidem maius altare consecraverat, cum archiepiscopis et episcopis, qui nobiscum convenerant, cooperante Spiritus Sancti gratia, idem monasterium solemniter dedicavimus. Devotioni quoque et humilitati fidelium, qui pro amore Dei, et ipsius loci reverentia in anniversario dedicationis illuc convenerint, prospicientes, ipsis quadraginta dies poenitentiae sibi iniunctae, de gratia Dei confisi, B. apostolorum Petri et Pauli auctoritate remisimus. Statuimus etiam, ut immunitas eiusdem coenobii inviolata et integra futuris temporibus conservetur, ut si quis infra terminos banni, qui ab eodem praedecessore nostro circa Cluniacum constituti sunt, scienter hominem capere, vulnerare, vel res eius auferre praesumpserit, excommunicationis sententia percellatur, quousque ablata restituat: et abbati ac monachis pro illata iniuria congrue satisfaciat. Ad haec adiicientes decrevimus, ut quicumque Cluniacenses monachos, vel eorum socios coeperint, aut ea, quae portaverint vel conduxerint, excommunicationi subiaceant. Si vero aliqui absque ipsorum monachorum praesentia ea quae ad victum vel vestitum fratrum in Cluniacensi coenobio Domino servientium pertinent, alicubi depraedati fuerint, nisi infra quadraginta dies commoniti ablata restituerint, eos anathemati subiacere praecipimus, et in terra eorum prohibemus officia celebrari: loca quoque, in quibus se receperint, donec praesentes fuerint, a divinis obsequiis, praeter infantium baptisma, et morientium poenitentias, cessare praecipimus; et nullus eorumdem praesumptorum, praeter timorem mortis, nisi a Romano Pontifice absolvatur. Porro quisquis praefatis fratribus, ubicumque manentibus, quaelibet alia, praeter ea quae superius enumeravimus, abstulerit, nisi infra quadraginta dies post nostram commonitionem ablata restituerit, excommunicationi subiaceat, nec absolvatur, donec capitale reddat, et congrue satisfaciat. Quod si haec perpetrata esse noveritis, aut clamor super

Monasterium sub ius beati Petri recipitur.

Indulgentia concessa illius Ecclesiam visitantibus.

Immunitas.

Poenae contra violatores privilegii huius.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1540.

hoc ad aures vestras pervenerit, vobis praecipientes mandamus, quatenus praefatam animadversionis sententiam per vestras faciatis parochias firmiter observari.

Datum Valentiae, VIII idus martii.

Datum die 8 martii.

LXXVIII.

Item confirmatio donationis loci, cui nomen de Prins, cum suis pertinentiis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur donatio a Girino facta monachis Cluniacensibus — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae (R. T.).

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Petro abbati, et monachis Cluniacensibus, in perpetuum.

Exordium. Ex Apostolicae Sedis administratione, quae extraordinaria sunt, volumus corrigere: et quae ordinata, ad meliorem statum deducere; et ut in suae bonitatis firmitate permaneant, vigore ecclesiastico roborare. Eapropter, dilecti in Domino filii, donationem a Girino, et fratribus, de loco, qui dicitur Prins, cum suis pertinentiis, Remis in palatio venerabilis fratris nostri Rainaldi archiepiscopi nobis factam, vobis concedimus, donamus et tradimus, ac per praesentis scripti paginam confirmamus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia dominio et possessioni Clun. monasterii perpetuo integra conserventur. Si quis autem huic nostrae constitutionis temerario ausu contraire tentaverit, si reatum suum non correxerit, a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; conservantibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis aeternae vitae praemia cum sanctis omnibus percipere mereantur.

Confirmatur donatio a Girino facta monachis Cluniacensibus.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

Datum Remis, II kal. novembris.

Dat. die 31 octobris.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1340.

LXXIX.

Privilegium confirmationis bonorum monasterii Rotensis ordinis S. Benedicti, quod sub protectione Sedis Apostolicae fore, liberumque ab omni laicali iurisdictione, declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur. — Bona omnia ad illud spectantia confirmantur. — Decretum ut ordo monasticus regulariter in eo servetur. — Decimas ab eodem exigi; — Abbatem vel advocatum ab alio praeterquam a monachis eligi posse vetat; — Molestiamque ullam eidem inferri interdicit. — Haec omnia sub anathematis poena servanda esse declarat. — Innocentii PP. et nonnullorum ex S. R. Eccl. cardinalibus subscriptiones.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bertrico abbati Rotensis monasterii, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum Sanctorum Marini et Aniani monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Bona omnia ad illud spectantia confirmantur.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg. tom. III.

vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sancimus etiam, ut ordo monasticus secundum B. Benedicti regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur; atque nulli fratrum post factam professionem proprium quid habere liceat, sed in abbatis sui obedientia cum omni humilitate permaneant. Laborum quoque vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere praesumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia praeponatur; sed liceat vobis communi consilio, vel parti consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Porro loci vestri advocatiam nullus invadere vel usurpare praesumat, nisi quem abbas et fratres secundum Deum, et utilitatem ipsius monasterii ibi providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae protectionis bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum ut ordo monasticus regulariter in eo servetur.

Decimas ab eodem exigi,

Abbatem vel advocatum ab alio praeterquam a monachis eligi posse vetat;

Molestiamque ullam eidem inferri interdicitur.

Haec omnia sub anathematis poena servanda esse declarat.

Ego Innocentius catholicae Ecclesiae episcopus ss. Innocentii PP

Ego Stephanus Praenestinus episc. ss. et nonnullorum ex S. R. Eccl. cardinalibus subscriptiones.

Ego Guido sanctae Romanae Ecclesiae indignus sacerdos ss.

Ego Boethius presb. cardinalis tit. S. Clem. ss.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Portica ss.

Dat. Lat. per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. ac bibliothecarii, VIII idus decembr., indict. VI, incarnat. dominicae, anno MCXLII, pontificatus vero domni Innocentii II PP. anno XIII.

Dat. die 6 decembris anno Domini 1142, pontif. anno XI.

LXXX.

Privilegium confirmationis bonorum omnium monasterii S. Columbani Bobien. dioecesis ordinis Cassinen., quod sub protectione B. Petri recipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bobien. monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; — Eiusque bona enumerantur et confirmantur. — Decimas bonorum huiusmodi a nemine exigendas declarat; — Monachis vero, ordinationes recipere, altariumque conse-

(1) Ex archiv. Bobiensi edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II.

crationes a quolibuerit episcopo conceditur Bobien. sede vac. — Decretum immunitatis pro monast. quiete. — Solitae clausulae.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Oglerio abbati Sancti Columbani Bobien., eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et salutem consequendam pertinet, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino fili, venerabilis fratris Simeonis vestri episcopi iustis precibus inclinati, Beati Columbani ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis privilegii patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum possidetis iuste et canonice, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis causis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem S. Martini cum ecclesia et castro, quod dicitur Petra Carraria, cum omnibus suis pertinentiis: curtem S. Salvatoris cum ecclesia et pertinentiis suis; curtem de Cruce cum ecclesia et pertinentiis suis: curtem de Garda cum ecclesiis, districtu, omnibusque pertinentiis suis: curtem de Gravilia cum ecclesia pertinentiisque suis: curtem, quae dicitur Gomorga, cum ecclesia pertinentiisque suis: curtem Vignalis cum ecclesia et pertinentiis suis: curtem Carelii cum ecclesia et pertinentiis suis: plebem S. Albani in Candubrio cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Evasii in Quintiano cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Georgii, quae est sita in Monte Curto, cum pertinentiis suis: ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Antonii de Braida cum decimis et pertinentiis suis: ecclesiam S. Columbani de Monte-Claro cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Georgii de Montale cum pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Andreae de Travano cum decimis et pertinentiis suis: ecclesiam S. Mariae in Spelunca cum pertinentiis suis: ecclesiam Infirmorum cum pertinentiis suis; ecclesiam Novam cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Laurentii cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Bartholomaei in Saxo cum pertinentiis suis, et medietatem mercati: mercatum S. Columbani, et aliud mercatum de Oliva, centum decem solidorum papien. in curte Auraemalae: villa de Stabulo, villa de Conio, villa de Cavana Nova, decima de Pradello Antonino, villa de Dusbagno, villa de Salso, mansum Guasconi, possessionem Theodosii de Cigognis, villa Riuturni, broidumque et pratum Donnicatum in Monte Pennicis, monte de Menningo, villa de Cerreto, villa de Cavana cum braida (1) Donnica, Sapateli et Roveretum, montem de Lesma, villam de Roncore, villam Taidelli, Pratum-Longum, mansum Rugeli, Gambalata Runchum de Grillo, Fraretum, Runchum de Pradilia, mansum Barbuti, mansum de Petra Columba, mansum de Vaccaritia, mansum de Sylva, mansum de Buzochi, mansum de Costa-Alta, mansum de Conflenti, mansum de Garda, mansum Bonisenioris de Cavello, mansos de Uzoli Casaritia, mansum Lisignoli inter Bobium et Traebiam, mansum de Motio, mansum de Gosino, mansum de Asino, mansum de Niblo, mansum de Oniziis, mansum de Cerecesola, mansum de Albino, mansum de Curto, mansum de Buchia, mansum Merconis de Canneto, mansum de S. Desiderio, mansum de Guercho, decimam Sigisberti de Guita, mansum de Ponziprondo, mansum Rustici de Stavela, mansum Ioannis Benedicti de Caulo, decimam Lamfranchi de Otono, mansum

Bobiense monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Eiusque bona enumerantur et confirmantur.

(1) Vide superius pag. 389. (R. T.)

Savonarii, mansum Ugonis Alberti Dagatarii, mansum Vallis Lauriculae, mansum de Pradello, mansum Borelli de Sarto, mansum Somenzarii, mansum de Sclavo, mansum de Maliolis, mansum Quoquorum, mansum Petroli et Ioannis de Caniolo, sortem unam in Lobi, sortem unam in Palatio, et censum de Corinello, braidam de Ponte, braidam iuxta Fossatum de Batalia, braidam in Campo Tufini, braidam in Pigno, braidam in Marzelasco, pratum quod dicitur Codognarium, cum vineis sibi adiunctis, vineam intra civitatem, et molendina; quaecumque etiam praefatus Simon episcopus, vel antecessores eius, sive Aluisa uxor marchionis Marcelli cum filiis suis, vobis rationabiliter concesserint, similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus et sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere praesumat. Si vero eadem episcopalis sedes vacaverit, vel catholicum episcopum non habuerit, Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes ecclesiasticas a quocunque malueritis episcopo, vobis suscipere liceat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quomodolibet fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Summi Pontificis canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrue satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine D. N. Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen (1).

Decimas bonorum huiusmodi a nemine exigendas declaratur:

Monachis vero, ordinationes recipere, altariumque consecrationes a quolibuerit episcopo concedit. Bobien. sede vac.

Decretum immunitatis pro monast. quiete.

Solitae clausulae.

LXXXI.

Decretum, ut in monasteriis ab Ottone Bambergen. episcopo fundatis idem semper ordo pro religionis et disciplinae spiritualis stabilitate atque immutabilitate conservetur (2).

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Bambergensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quotiens a nobis petitur illud, quod religioni et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et congruum impartiri suffragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Proinde, venerabilis frater Otto episcope, petitionis desideriis tuae ex consueta Sedis Apostolicae mansuetudine clementer annuimus; in primis siquidem statuentes, ut tenor religionis, qui in Ecclesiis tibi commissis est per tuam diligentiam, cooperante Domino, institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conservetur. Constituimus etiam, ut in eisdem Ecclesiis nullus per simoniacam haeresim statuatur, sed honestae personae, quibus utique morum et status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sane in coenobiis, quae vel antiquitus in tua parochia constructa sunt, vel tu ipse devotionis intuitu constituisti, seu aliis iustis modis Ecclesiae tuae unire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam dioecesim, divina inspirante gratia, construentur, sacrae re-

Proomium.

Decretum PP.

(1) Chronologica nota nulla; Margarinus vero asserit dat. diploma die 8 martii anni 1142. Accurate praeciseque quidem nimis. (2) Edidit Canisius, Antiq. Lect., tom. II, lib. I Vitae beati Ottonis scriptae ab auctore anony-sinchrono.

ligionis ordinem manere decernimus. Nec alicui liceat, eiusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi forte ad melioris status praerogativam, praestante Domino, promovere voluerit; nec id alicuius singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum, ad Bambergensem Ecclesiam pertinentium, aut sanioris partis consilio ac consensu, fieri debere sancimus. Si quis autem huic nostrae constitutioni temere contraire tentaverit, si non factum suum digna satisfactione correxerit, a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Conservantes eisdem locis quae iusta sunt, omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram gratiam consequantur.

Solitae clausulae.

LXXXII.

Confirmatio ecclesiarum S. Remigii de Plaiotro, de Barbona, de Lintis, de Lintellis et de Sancto Silvestro, ab Attone Trecensi episcopo Cluniac. monasterio donatarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Concessionem ecclesiarum ab Attone factam, monasterio Cluniacensi confirmat. — Solitis clausulis adiectis.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati, et monachis Cluniacensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Quae vobis, et fratribus vestris, ab episcopis, et Ecclesiarum Dei rectoribus, religionis intuita rationabiliter data esse cognoscimus, tamquam nostra volumus observare, et auctoritate Sedis Apostolicae, in qua Domino praesidente residemus, ut perpetuis observentur temporibus, communire. Concessionem igitur ecclesiarum S. Remigii videlicet de Plaiotro, de Barbona, de Lintis, de Lintellis et de S. Silvestro, a venerabili fratre nostro Attone Trecensi episcopo, vestro monasterio et vobis factam, firmamus, et praesentis scripti munimine roboramus. Si quis autem huic nostrae confirmationi, scienter contraire tentaverit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Concessionem ecclesiarum ab Attone factam,

monasterio Cluniacensi confirmat.

Solitis clausulis adiectis.

Datum Laterani XVII kal. augusti.

Dat. die 16 iulii.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1408.

LXXXIII.

Imperatori Lothario et, eius loco, Henrico Bavariae duci, conceditur investitura allodii terrarum a comitissa Mathilde Sedi Apost. donatarum (1).

SUMMARIUM

Christianae reipublicae bonum ab unione sacerdotii et imperii proficiscens. — Lotharii imperatoris praecipua laus. — Ei allodium per investituram conceditur — Sub censu annuo 100 libr. argenti; — Devolutione in integrum ad Sedem Apostolicam post eiusdem obitum; — Hospitalitate, — Et conditione, ut eius arcium custodes fidelitatem S. A. iurare debeant. — Eadem investitura Henrico Bavariae duci conceditur cum eisdem clausulis.

Innocentius Papa II Lothario imperatori Augusto et Riget imperatrici.

Si auctoritas sacra Pontificum, et potestas imperialis, verae glutino caritatis ad invicem copulentur, Omnipotenti debitus famulatus libere poterit exhiberi, et christianus populus grata pace et tranquillitate gaudebit. Nihil enim in praesenti saeculo est Pontifice clarius, nihil rege sublimius: nihil est quod lumine clariore praefulgeat quam recta fides in principe, nihil est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio. Quae nimirum omnia tanto manifestius, Deo gratias, in persona tua clarescunt, quanto ab ineunte aetate amator religionis et cultor

Christianae reipublicae bonum ab unione sacerdotii et imperii proficiscens.

Lotharii imperatoris praecipua laus;

(1) Ex tom. XII Concil., et Baronii Annal., ad ann. 1133

institiae extitisse cognosceris, et novissime diebus istis, nec personae tuae, nec propriae parcendo pecuniae, pro beati Petri servitio multos labores et immensa pericula pertulisti. Cum ergo, testante sacro eloquio, etiam mali patres bona data filiis suis debeant impartire (a), dignum profecto est, ut nos, qui disponente Domino universis catholicae Ecclesiae filiis debemus solicitudine paterna consulere, personam tuam arctius diligamus, et tamquam specialissimo Ecclesiae defensori in his, quae ad statum imperii in suo robore conservandum, et utilitatem ac liberationem catholicae Ecclesiae spectare noscuntur, tam secundum ecclesiasticum officium, quam temporaliter, imperatoriam potentiam augeamus. Hoc nimirum intuitu allodium bonae memoriae comitissae Mathilde, quod utique ab ea beato Petro constat esse collatum, vobis committimus, et ex Apostolicae Sedis dispensatione concedimus, atque in praesentia fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, necnon principum et baronum, per annulum investimus: ita videlicet, ut centum libras argenti singulis annis nobis et successoribus nostris exolvas, et post tuum obitum proprietas ad ius et dominium sanctae Romanae Ecclesiae cum integritate absque diminutione et molestia revertatur. Quod si nos vel successores nostros in eamdem terram venire, manere, transire oportuerit, tam in susceptione, quam in procuratione atque securo conductu, prout Apostolica Sedes decreverit, honoremur. Qui vero arces tenuerit, vel rector terrae fuerit, beato Petro et nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant. Caeterum pro caritate vestra, nobili viro Henrico Bavariae duci genero vestro, et filiae vestrae uxori eius, eamdem terram cum praefato censu et supradictis conditionibus apostolica benignitate concedimus: ita tamen, ut idem dux hominium faciat, et fidelitatem beato Petro ac nobis nostrisque successoribus iuret. Post quorum obitum, praedictum comitissae Mathildae allodium in ius et dominium sanctae Romanae Ecclesiae, sicut supra dictum est, integrum et absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur: salvo tamen semper in omnibus eiusdem S. R. E. iure ac proprietate.

Et allodium per investituram conceditur:

Sub censu annuo 100 libr. argenti:

Devolutione in integrum ad Sedem Apostolicam post eiusdem obitum;

Hospitalitate,

Et conditione, ut eius arcium custodes fidelitatem S. A. iurare debeant;

Eadem investitura Henrico Bavariae duci conceditur cum eisdem clausulis.

Dat. Lat. VI idus iunii (1).

Dat. 8 iunii.

(a) Luc. XI, 13. (R. T.)

COELESTINUS II

PAPA CLXV

Anno aerae Christi comm. MCXLIII.

Guido, natione Tuscus, presbyter cardinalis Sancti Marci, electus est Romanus Pontifex die 26 septembris 1143, dieque eadem, quae in dominica incidit, ordinatus et inthronizatus, ac dictus Coelestinus huius nominis secundus. Sedit in pontificatu menses V, dies XIII, imperantibus in Oriente Manuele Comneno, in Occidente Conrado III imperatoribus. Obiit siquidem die 9 martii sequentis anni, et sepultus est in Ecclesia Lateranensi. Vacavit sedes dies III.

I.

Confirmatio bonorum omnium, ad canonicos Sancti Mariani Eugubinae civitatis pertinentium, cui privilegia nonnulla conceduntur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad canonicos pertinentia confirmantur; — Ex iis nonnulla enumerantur; — Nonnulla eisdem privilegia conceduntur. — Coelestini PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Scilicet anno 1133, quo concessa huiusmodi est investitura. (2) Ex membranis archivii Eugubini edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Benedicto Praeposito, eiusque fratribus, in Ecclesia episcopalis sedis Beati Mariani Eugubinae civitatis, Domino famulantibus, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eeapropter, dilecti in Domino filii, postulationibus vestris clementer impertimur assensum, et ecclesiam B. Mariani, in qua divinis estis mancipati, apostolici privilegii pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem locus impraesentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum, et illibata permaneant: in quibus propriis haec duximus exprimenda vocabulis: plebem scilicet S. Ioannis de Civitate, plebem S. Mariae Serratam, plebem de Fisciano, plebem S. Mariae de Glodiano cum plebe Sancti Donati et Sancti Viriani, plebem Sancti Gervasii, curtem de Lavari cum aliis omnibus ecclesiis ac bonis, praedictae Ecclesiae pertinentibus; capellam S. Bartholomaei, capellam S. Crucis, capellam S. Verecundi, capellam S. Angeli, capellam S. Georgii, capellam S. Savini, capellam S. Angeli, capellam S. Christophani, capellam S. Salvatoris, capellam S. Mariae de Mediano, capellam S. Bartholomaei de castro Venali, capellam S. Mariae, et capellam S. Georgii de Cortiva, capellam S. Mariae, capellam S. Margaritae cum omnibus suis pertinentiis, castrum montis Iuliani cum curte sua, castrum Galgate cum curte sua, castrum vallis Marulae cum curte sua, castrum Algnanir, castrum Agelli. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos maioris sive baptismalis Ecclesiae absque vestra permissione nullus Ecclesiam aedificare praesumat, nec ab hominibus infra eosdem terminos habitantibus decimas vel oblationes exigat, nec eos ad sepulturam ad alia loca transire compellat; sed iuxta Apostolum, quibus spiritualia seminatis, eorum carnalia nullo prohibente metatis (*a*); clericos vero, sive laicos, qui de saeculari habitu converti, et in vestra Ecclesia religiose vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salvo iure matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, etc. Amen.

Bona ad canonicos pertinentia confirmantur.

Et iis nonnulla enumerantur.

Nonnulla eisdem privilegia concedunturur.

Locus ✝ sigilli.

Ego Coelestinus catholicae Ecclesiae episcopus.

Coelestini PP.

Ego Conradus Sabinensis episc.

Ego Stephanus Praenestinus episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius presb. card. tituli S. Calixti.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae.

Ego Petrus card. presb. tit. S. Susannae.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego . . . Bald. diac. card. S. Mariae in Via Lata.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Porticu.

Ego Nicolaus diac. S. R. E.

Datum Later. per manum Gerardi S. R. E. presb. card. ac bibliothecarii, XIV kal. novemb., indict. VII (1), incarn. dom. anno MCXLIII, pontif. vero D. Coelestini Papae anno I.

Dat. die 19 octobris anno Domini 1143, pontif. anno I.

(*a*) 1 Cor. XV. (n. T.) (1) Lege VI.

II.

Privilegium pro monasterio Sanctissimi Salvatoris, et Sancti Quirici Populonien. (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione B. Petri suscipitur; — Ei bona omnia confirmantur; — Horum pars enumeratur; — Confirmantur quoque decimae possessionum omnium. — Monachis sacros ordines a quo maluerint episcopo recipiendi tribuitur facultas. — Ab iisdem tantummodo abbatem eligi statuitur. — Decretum immunitatis et exemptionis. — Solitae clausulae. — Coelestini PP. et S.ᵃ R.ᵃ Eccl. cardinalium subscriptiones.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Alberto abbati monasterii Sancti Salvatoris, et Beati Quirici Populonien., eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Exordium. Officii nostri nos hortatur auctoritas, ut religiosas personas, et loca, eorum regimini deputata, paternis affectibus diligamus, et ipsorum quieti salubriter, auxiliante Domino, provideri curemus. Proinde, dilecte in Domino fili Alberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuendum duximus, et Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, ac Sancti Quirici monasterium, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri tutelam protectionemque suscipimus, et Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus duximus adnotanda: totam videlicet terram illam, quae est a Cala Sancti Ambrosii usque ad collem Scultatori, quemadmodum usque ad haec tempora, cum silvis, vineis, terris cultis vel incultis pacifice videmini possedisse: montem videlicet civitatis destructae, quae antiquitus Populonia vocata est (1), cum omnibus suis appendiciis ibidem consistentibus, ecclesiam S. Christophori cum omnibus suis pertinentiis quae in Livellino sita est, ecclesiam S. Blasii, quae sita est in Laborcone, cum omnibus suis pertinentiis: in Corsica ecclesiam S. Nicolai in Monario cum omnibus suis pertinentiis et aedificiis, piscina Lifredi, Falconaia, Franciola, Castellone, cum omnibus suis pertinentiis, molendinum de Guidalto, la Cosella, Fabricianum, Salive, Caldanella. Decimas quoque possessionum vestrarum, sicut hactenus quiete possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Porro ordinationes clericorum, seu monachorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, pro libertate et reverentia eiusdem loci hoc decreto nostro indulgemus, ut, quem malueritis, adeatis antistitem; si quidem catholicus fuerit, et gratiam Apostolicae Sedis habuerit, eaque gratis et absque pravitate, quod postulatur, indulgeat. Item constituimus, ut, obeunte abbate, non alius ibi quacumque obreptionis auctoritate ordinetur, nisi quem fratres eiusdem coenobii cum communi consensu secundum timorem Dei elegerint, maxime si de eadem congregatione idoneus inventus fuerit; quod si talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non possit, aliunde sibi patrem et magistrum expectent. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profu-

Monasterium sub protectione B. Petri suscipitur;

Ei bona omnia confirmantur.

Horum pars enumeratur.

Confirmantur quoque decimae possessionum omnium.

Monachis sacros ordines a quo maluerint episcopo recipiendi tribuitur facultas.

Ab iisdem tantummodo abbatem eligi statuitur.

Decretum immunitatis et exemptionis.

(1) Ex archiv. monasterii Amiatini edidit Ughellius, ubi de Ecclesia Populonien.

(1) Urbs antiqua Hetruriae, de qua in *Aenead.* x; *Mela* II; *Plin. H. N.* III; nunc vulgo *Porto Baratto* dicitur, Plombino vicina ad 3 mill. pass. (B. T.)

Solitae clausulae.

tura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrue satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Coelestini PP.

Ego Coelestinus Eccl. catholicae episcopus ss.

Ego Corradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aur. ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, ac bibliothecarii, IX (1) decembris, indictione VI, incarn. dominicae anno MCXLIII, pontificatus vero domni Coelestini II Papae anno I.

Dat. die 5 decembris anno Domini 1143, pontif. anno I.

III.

Sancti Hierosolymitani sepulchri fratres recipiuntur sub protectione Sedis Apostolicae, eisque bona et iura confirmantur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Dignitas sanctorum locorum in Ierusalem. — Ecclesiam S. Sepulchri eiusque fratres sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eis quoque donationes Godefridi ducis, utriusque regis Balduini, patriarcharum, caeterorumque fidelium confirmat; — In quibus bona nonnulla enumerat. — Solitae conclusiones.

(1) Errore typographi forsitan positum est IX, loco *nonis*; quod ex Cocquelinii supputatione colligimus, qui reddit pro die V decembris. (R. T.)

(2) Ex Archiv. Vatic.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro Priori, et fratribus Sancti Sepulchri Hierosolymitani, tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Si mansuetudo et liberalitas sanctae Romanae Ecclesiae universis christianis debet opportuna solatia ministrare, multo magis his, qui religiosam vitam ducunt, et omnipotenti Domino familiarius adhaerere videntur, idipsum convenit propensius impartiri. Quia igitur, dilecti in Domino filii, iuxta regulam beati Augustini vivere decrevistis, et in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes apud gloriosum sepulchrum eius, in quo triduo corporaliter requievit, et alia sacratissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera, mortemque sustinuit, regulariter militatis, maiori vos benevolentia et gratia dignos esse censemus, et paternis vos affectionibus volumus confovere. Vestris ergo postulationibus debita benignitate accommodantes assensum, sacrosanctam ecclesiam Sancti Sepulchri, in qua divinis obsequiis insistentes Passionem Dominicam, et victoriosissimum Crucis triumphum assidue oculata fide recolitis, nec non etiam personas vestras, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum canonice possidet: quaecumque etiam ab egregiae memoriae viris, duce videlicet Godefrido, et utroque rege Balduino, Venusto quo-

Dignitas sanctorum locorum in Ierusalem.

Ecclesiam S. Sepulchri eiusque fratres sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eis quoque donationes Godefridi ducis, utriusque regis Balduini, patriarcharum, caeterorumque fidelium confirmat;

que, et aliis patriarchis, eidem loco iuste collata sunt, aut imposterum a patriarchis, vel aliis Dei fidelibus rationabiliter conferentur, firma vobis et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: medietatem videlicet oblationum S. Sepulchri, et omnes oblationes altarium in ecclesia Sancti Sepulchri existentium, sicut patriarcharum dono vobis rationabiliter donatae sunt: domos, stationes, et furnos omnes civitatis Hierusalem, exceptis duobus, hospitalis videlicet, et ecclesiae Sanctae Mariae Latinae, sicut dono ducis Godefridi, et fratris eius Balduini, et aliorum bonorum hominum vobis legitime concessa sunt: casaliaque, quae possidetis in territorio Hierusalem, Mahumercam videlicet cum pertinentiis suis, Sabaret, Cafarcab, Calandicam, Armotiam, Ramittam, Bertiligeb, Bethsari, Deveris cum pertinentiis suis: in territorio Caesariensi castellum Feniculi cum pertinentiis suis: in territorio Tyri, casale de Riva cum pertinentiis suis, hortum, quem habetis inter murum et antemurale civitatis Tyri; hortum, quem habetis infra et circa Antiochiam; Ecclesiam Quarantenae cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Petri in Ioppa cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulchri in Acon cum terra et domo, quam dedit vobis Lambertus Als, et aliis pertinentiis suis; in territorio eiusdem civitatis ecclesiam Sanctae Mariae de Humas cum pertinentiis suis; ecclesiam Sanctae Mariae in civitate Tyro cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulchri in monte Peregrino cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Georgii in Montanis cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulchri in Brundusiana civitate cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulchri in Barleto cum pertinentiis suis; Ecclesiam, quam habetis in Venusina civitate dono Nicolai eiusdem civitatis episcopi cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulchri iuxta Troiam civitatem cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Theodori martyris ante portam Beneventanae civitatis cum pertinentiis suis; castellum Cereti cum pertinentiis suis, quod nobilis vir Albertus Bolandracens comes ecclesiae Sancti Sepulchri donavit; ecclesiam, quam habetis in episcopatu Constantiensi in villa, quae vocatur Irendorf. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Apostolicae Sedis, et patriarchae Hierosolymitani reverentia, et episcoporum, in quorum parochiis Ecclesiae vestrae sitae sunt, canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri card. ac bibliothecarii, IV idus ianuarii, indictione VII, incarnationis dominicae

In quibus bona nonnulla enumerat;

Cum ecclesiis nonnullis et pertinentiis earum.

Decretum pro immunitate supradictarum concessionum:

Cum solitis conclusionibus et comminatoriis.

MCXLIII (1), pontificatus vero domni Coelestini Papae II anno I.

Dat. die 10 ianuarii anno Domini 1144. pontif. anno I.

IV.

Confirmatio ecclesiae S. Mariae in Undesdorf, bonorumque omnium ad eamdem pertinentium (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia apostolico privilegio munitur — Sub censu annuali unius bisantii. — Bona omnia ei confirmantur. — Eamque ordinarii iurisdictioni subiicit Pontifex. — Solitae clausulae. — Coelestini PP. subscriptio.

Coelestianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Richardo praeposito Ecclesiae Sanctae Mariae de Undesdorf, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, quae a nobili viro Ottone comite Palatino in proprio allodio fundata est, et sub censu unius bisantii, nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendi, communimus: imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum beati August. regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, a dioecesano suscipiatis episcopo; si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicae habuerit, et ea gratis absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem. Sepulturae quoque libertatem praefatae Ecclesiae apostolica auctoritate donamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem

Ecclesia apostolico privilegio munitur

Sub censu annuali unius bisantii.

Bona omnia confirmantur.

Eamque ordinarii iurisdictioni subiicit Pontifex.

Solitae clausulae

(1) Lege *quarto*, et loco anni 1145, legendum esse 44 duximus, prout etiam in sequentibus duobus, Ecclesiae S. Mariae Undesdorf, et altero Fesulanae Ecclesiae concessis privilegiis, quia mense ianuarii fere ad totum septembrem anni 1145, Innocentius II in Petri cathedra adhuc sedebat. Quo fit, ut diploma, Ferrariensi Ecclesiae datum II nonas maii anno MCXLIII, a el viro Iusto Fontanino relatum ex archiv. Vatic. tom. II Rerum Comaclensium, pag. 357, consulto omittamus. Quae vero fides huic monumento scripto post mortem Coelestini II PP. danda sit, ipsi viderint, ad quos examen illius controversiae pertinet. Attamen si in notis chronologicis Fontaniniani privilegii non II nonas maii MCXLIII legatur, sed II martii MCXLIV, nullum de illius auctoritate dubium superet: firmum siquidem penes diplomaticae rei peritos, ac constans est ex solo notarum chronologicarum vitio, male falsitatem vel interpolationem diplomatum deduci. (2) Ex Metropoli Salisburgensi Hundii, tom. III.

loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Coelestini PP. subscriptio.

Ego Coelestinus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum Lat. per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri card. et bibliothecarii, XII kal. martii, indict. VII, incarnat. dom. anno MCXLIV, pontificatus vero domni Coelestini II Papae anno I.

Dat. die 19 februarii (1) anno Domini 1144, pontif. anno I.

V.

Privilegium confirmationis bonorum, ad S. Fesulanam Ecclesiam pertinentium, et iurium omnium, eiusdem episcopo spectantium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Fesulan. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eique bona omnia confirmat; — Illorum partem enumerat. — Decimarum, oblationum, et testamentorum pars iuxta canonum statuta ei elargitur. — Bona ad hanc Ecclesiam pertinentia diripi, minui, vel retineri prohibetur sub diro anathemate. — Coelestini PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ionathe Fesulano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere; et Ecclesiis, quae Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare, ut quemadmodum, disponente Domino, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemus in opere. Huius rei gratia, dilecte in Domino frater, preces tuas rationabiles clementer admittimus, et Fesulanam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Fesulanae Ecclesiae, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium Sancti Bartholomaei, quod Fesulis situm est, monasterium Sancti Martini in Maiano, monasterium Sancti Gaudentii in Pede Albis, plebem Sancti Petri de Romena, plebem Beati Petri de Cascina, plebem Sancti Ioannis de Caprilia, plebem Sancti Leonini in Collina. Caeteras vero tam plebes quam ecclesias, quae Fesulanae Ecclesiae iuris esse noscuntur, castella quoque, villas, ac alias possessiones, sicut in privilegio praedecessoris nostri bonae memoriae Innocentii Papae nominatim vobis confirmata sunt: ordinationes etiam praedictorum monasteriorum et baptismalium Ecclesiarum, quae Fesulanae Ecclesiae subditae sunt, absque vestro assensu sibi usurpare praesumat: in capellis autem vestrarum plebium liberam ordinationem, et debitam obedientiam absque alicuius contradictione plebani habeant, sicut per privilegium felicis memoriae Paschalis Papae eis concessum est: salva proprii episcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, testamentorum, et caeterorum redituum ecclesiasticorum, per vestrum episcopatum secundum statuta canonum vobis confirmamus; et, ut nulla ecclesia in eodem episcopatu construatur, et constructa absque vestra licentia cuilibet subiiciatur, interdicimus: salva tamen in omnibus Romanae Sedis iustitia et auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones

Ecclesiam Fesulan. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eique bona omnia confirmat

Illorum partem enumera

Decimarum, oblationum, et testamentorum pars iuxta canonum statuta ei elargitur.

(1) Annus 1144 bissextus habuit diem XII kal. martii, respondentem 19 februarii. Error igitur in Cocquel. edit. est corrigendus; ibi enim ponitur dies 18 feb. (R. T.) (2) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. III, ubi de episcopis Fesulanis.

Bona ad hanc Ecclesiam pertinentia diripi, minui, vel retineri prohibetur sub diro anathemate.

auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, tibi et fratribus tuis, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrue satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Coelestini PP.

Ego Coelestinus catholicae Ecclesiae subscripsi.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Praenestinus episcopus subscripsi.

Ego Imarus Tusculanus episcopus subscripsi.

Ego Petrus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Raynerius presbyter cardinalis tit. S. Priscae subscripsi.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sanctae Caeciliae subsc.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinae subscripsi.

Ego Nicolaus presbyter cardinalis tit. S. Cyriaci subsc.

Ego Manfredus presb. cardinalis tit. S. Sabinae subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani subsc.

Ego Gerardus diaconus cardinalis S. Mariae in Domnica subsc.

Ego Ioannes diaconus cardin. S. Mariae Novae subscripsi.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, II nonas martii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCXLIII (1), pontificatus vero D. Coelestini Papae II anno I.

Dat. die 6 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

VI.

Enumeratio et confirmatio iurium, privilegiorum, ac bonorum Ferrariensis Ecclesiae, cui undecim massas minores de iure Sedis Apostolicae donat Coelestinus PP. (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ferrarien. episcopus a cardinalibus S. R. E. eligendus, et a Summo Pontifice consecrandus. — Illi Ecclesiae antiqua iura confirmantur; — Eamque sub perpetuo iure Sedis Apostolicae fuisse, et fore declaratur. — Comitatus Ferrarien. fines praescribuntur. — Annuus census et supremi iuris insignia Sedi Apost. reservantur. — Caetera bona eiusdem Ecclesiae propria enumerantur et confirmantur. — Poena 100 librarum auri violatoribus privilegii huius. — Addito diro anathemate. — Coelestini PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Coelestinus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi episcopo, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc in Apostolicae Sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, ius suum cuique tribuere, praesertim iis, qui beati Petri iuris existunt, conservare et integre debeamus. Ad exemplar itaque praedecessoris nostri bonae

(1) Lege MCXLIV. (2) Ex vv. Codd. Vaticanis edidit v. cl. Iustus Fontaninus.

Ferrariensis episc. a cardin. S. R. Ecclesiae eligendus, et a Summo Pontifice consecrandus.

memoriae Papae Innocentii, iuxta tenorem privilegiorum, Ferrariensium episcopum a cardinalibus nostris eligendum, et a Romanae Sedis antistite consecrandum decrevimus: atque Ferrariensem Ecclesiam sub iure et dominio Sedis Apostolicae hoc decreto manere sancimus. Te igitur, clero, et populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Ioannis, Alexandri, Paschalis et Innocentii Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensi Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filiae fundos eiusdem matris, et patrimonia confirmamus: ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subrogamus: idest massam et ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis, et Constanciacum cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartisianam cum duodecim fundis suis, et totam et integram massam Donoro cum duodecim fundis suis, nec non massam Curulum, et massam Salettam cum viginti quatuor fundis suis, et massam Seneticam et Castillionem similiter cum fundis suis: similique modo massam, quae vocatur Fermignana cum omnibus fundis suis. Has quidem praedictas massas cum omnibus, ad earum iura pertinentibus, de dominio et iure atque potestate huius sanctae Romanae Ecclesiae, in sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis et traditionis pagiuam donamus et tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tam tibi, carissime frater Gypho episcope, quam successoribus tuis, in singulis massis Ecclesias cum clericis, presbyteris, diaconibus ordinare et consecrare; illud omnimodo sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota parochia sua in iure et dominio ac privilegio nostrae sanctae Romanae Ecclesiae beati Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra electione, ordinatione atque consecratione: ut quicumque per nos illic electus, ordinatus, et consecratus fuerit, ille honoris huius ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines et termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra massa Phiscalia et Veteraria: a Veteraria, usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali, usque Bucilletum, per Bucilletum transeunt flumen, Gabiana per Luduriam circumdant villam Marazam et Madrariam, pervenientes usque Maletum, a Maleto pergunt iuxta Argilem Auxianum per paludes et piscarias usque Vitricam, et transeuntes Vitricam veniunt usque fossam Buranam, et per fossam Buranam exeunt in Padum, et descendunt ad occidentem usque ad Ulmum Formosam, quae certa finis est inter Romaniam et Longobardiam: ad (1) altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab oriente Callis de Fine, quae finis est inter nostrum comitatum Ferrariensem, et alterum nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum de Silvule, circumdant massam Corneti, et Longanum, quae de nostro comitatu Ferrariae est, descendunt inde ad occidentem per paludes et piscarias usque in flumen Tartari et per ipsum flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi. Sane ab habitatoribus ipsis maioris massae Ferrariae malas et pravas consuetudines removemus; nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium nostrae sanctae Romanae Ecclesiae annualiter per illorum nuncium unaquaeque libera persona capitis massarii de moneta Venetiae denarios singulos dabit. Census vero, et tributi, atque telonei de ripa et flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, et meliorationem seu restaurationem iam dictae maioris massae concedimus, et alteram medietatem ad nostras manus reservamus; etiam unam medie-

Illi Ecclesiae antiqua iura confirmantur.

Eamque sub perpetuo iure Sedis Apostolicae fuisse, et fore declaratur.

Comitatus Ferrariensis fines praescribuntur.

Annuus census et suprem iuris insignia Sedi Apostolicae reservantur.

(1) Forsitan *ab*. (R. T.)

tatem similiter telonei de mercato nobis conservamus, et alteram medietatem praefato episcopo nostro condonamus; placitum quidem generale similiter in dominio et potestate sanctae Romanae Ecclesiae tenemus, ut ante nostrum nuncium semel in anno faciendo institiam ab omnibus per tres dies custodiatur. Collectam vero vel fodrum, aut pravam vel iniustam functionem, aut dationem seu consuetudinem, nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore praefatae sanctae nostrae ecclesiae Beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius maioris massae pepercimus, aliasque minores massas, et sicut supradictum est, cum omnibus servitutibus suis subiugamus. Praeterea quascumque Ecclesias et possessiones, quaecumque etiam bona, quae impraesentiarum iuste et canonice possides, aut in futurum rationabiliter, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Ferrariensi Ecclesiae, illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem S. Georgii de ultra Padum, plebem Sanctae Mariae de Pado, plebem Sancti Georgii de Tamara, plebem Sanctae Mariae de Gabiano, plebem Sanctae Mariae de Vicoventia, plebem Sancti Petri de Cupario, plebem Sancti Stephani de Formignana, plebem Sancti Apollinaris de Frisicallo, plebem Sancti Martini de Rupina, plebem Sanctae Mariae de Vicobariono, plebem Sanctae Mariae de Septem-Policinio, plebem Sancti Stephani de Caligo, plebem Sancti Donati de Peduvio, plebem Sancti Antonini de Picazolio, plebem Sancti Georgii de Trecenta, plebem Sanctae Mariae de Cinisello, plebem Sancti Michaelis de Bregantio cum capellis et earum pertinentiis, ecclesiam Sancti Romani de Tartaro: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, et aut Ferrariensem Ecclesiam his, quae supradicta sunt diminuere, aut sanctae Sedis Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae et compositionis nomine reddat eidem sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum; et, nisi quae male praesumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem Ecclesiis iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Privas consuetudines non exigendas asserit.

Caetera bona eiusdem Ecclesiae propria enumerantur et confirmantur.

Poena 100 librarum auri contra violatores privilegii huius.

Addito dro anathemate.

Ego Coelestinus catholicae Ecclesiae episcopus. Coelestini PP.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Raynerius presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae.

Ego Goizo presb. cardinalis tituli Sanctae Caeciliae.

Ego Thomas presb. cardinalis tituli Vestinae.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tituli Sanctae Praxedis.

Ego Gilibertus presb. cardinalis tituli Sancti Marci.

Ego Nicolaus presb. cardinalis tituli Sancti Cyriaci.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli Sanctae Sabinae.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Albertus Ostiensis episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Georgius diaconus Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Domnica.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Sanctae Mariae Novae.

Ego Ioannes Paparo diaconus card. S. Hadriani.

Datum Laterani per manum Gherardi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis, ac bibliothecarii, II nonas maii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Coelestini II Papae anno I.

Dat. die 6 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

LUCIUS II

PAPA CLXVI.

Anno aerae Christi comm. MCXLIV.

Gerardus Caccianimicus (1) ex provincia Æmiliae, patria Bononiensis, ex patre Viseo, (2) antea canonicus regularis S. Augustini, et presbyter cardinalis Sanctae Crucis in Hierusalem, electus est et consecratus Romanus Pontifex die 12 martii 1144, et Lucius secundus nuncupatus. Sedit in pontificatu menses XI, dies XVI, imperantibus, in Oriente Manuele Comneno, in Occidente Conrado III imperatoribus. Obiit siquidem die 25 februarii sequentis anni, et sepultus est in basilica Lateranensi. Vacavit sedes diem unam.

I.

Privilegium confirmationis bonorum, iurium et exemptionum monasterii S. Columbani Bobien. dioecesis (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipitur. — Eiusque bona omnia, et hic potissimum enunciata confirmantur; — Et donationes omnes episcoporum, aliorumque; — Pro quibus omnibus nemini liceat quidquam a monachis exigere. — Abbatis electionem monachis concedit Pontifex. — Decretum pro immunitate monast. a cuiuscumque personae molestia, vi, etc., sub excommunicationis, et dignitatum privationis, poena. — Fausta haec servantibus adprecatur. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Sic eum vocat Pagius Iunior; Baronius vero Camerarium appellat. (2) Prout habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato. (3) In Historia Bobien. Ecclesiae edidit Ughell., Ital. Sac., tom. IV.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Oglerio abbati S. Columbani Bobiensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Beati Columbani ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem S. Martini cum ecclesia et castro, quod dicitur Petra-Carana, cum suis pertinentiis, curtem S. Salvatoris cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem de Cruce cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem de Garda cum ecclesiis, districtu et pertinentiis suis, curtem de Carelli cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem de Gravilia cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem quae vocatur Gomorga cum ecclesia, districtu, et pertinentiis suis: plebem S. Albani in Candiubrio cum decimis et pertinentiis

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Eiusque bona omnia, et hic potissimum enunciata confirmantur.

suis, ecclesiam S. Mariae in Monte-Lungo cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Siuphoriani; curtem Neblani cum decimis et pertinentiis suis, curtem S. Martini in valle Purpuria cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam S. Evasii in Quintiano cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri in Masi cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii, quae est sita in Monte-Acuto, cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Thomae in Romano cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Antonini de Braida cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Georgii de Montale cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Andreæ in Travano cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae in Spelunca cum pertinentiis suis, ecclesiam Novam cum pertinentiis suis, ecclesiam Bartholomaei in Sarto cum pertinentiis suis, et medietate mercati, ecclesiam Sancti Desiderii cum pertinentiis suis, mercatum Sancti Columbani, et aliud mercatum de Oliva, censum decem solidorum papiensium in curte Oremale, villam de Stabulo, villam de Cativana Nova, decimam de Bradello Antonino, villam de Busbagno, villam de Salse, mansum Gavone, possessionem Tedisii de Cicogni, villam de Riuturni, et brodium et pratum Doaicatum in monte Penicis, montem de Merconico, villam de Cereto, villam de Cavanna cum braida Dominica, Sepetelli, et Roveretum, montem de Cesina, villam de Roncore, villam de Faidelli, Pratum Longum, mansum Rugoli, Gambalata, Runchum de Grillo fractum, Runchum de Pradalia, mansum Barbuti, mansum de Petra Columba, mansum de Bazavil, mansum de Iucaritia, mansum de Silva, mansum de Costalda, mansum de Conflenti, mansum de Gorda, mansum Boni Senioris de Caulo, mansos de Violi Casaria, mansum Lisignoli inter Bobium et Treviam, mansum de Mocio, mansum de Goslino, mansum de Cisino, mansum de Hiblo, mansum Gnizi, mansum Corezala, mansum de Albino, mansum de Cucco, mansum de Bivis, mansum Marconis de Caneto, mansum de Sancto Desiderio, mansum de Guerro, decimam Giselberti de Gurra, mansum de Ponzipiodo, mansum Rustici de Stavella, mansum Ioannis Benedicti de Caulo, decimam Lanfranchi de Ottone, mansum Savonarii, mansum Hugonis et Alberti de Degathani, mansum vallis Lovariolae, mansum de Pradelle de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Pradelle, mansum Borelli de Sarto, mansum Semerzarii, mansum de Solario, mansum de Maliolli, mansum Coiorum, mansum Petrochi et Ioannis de Coniolo, sortem unam in Liobe, sortem unam in Runcho Ioannis, sortem unam in Parratio, et censum de Cornulo: braidam de Ponte, braidam iuxta fossatum de Batalia, braidam in campo Fasiani, braidam in Pegni, braidam in Marcelasco: pratum, quod dicitur Codugnar, cum vineis sibi adiunctis: vineam infra civitatem et molendina. Quaecumque etiam venerab. frater noster Simeon episcopus vester, vel antecessores eius, sive etiam Aluisa uxor marchionis Malespinae cum filiis suis, vobis rationabiliter concesserunt, similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere praesumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur; sed liceat vobis communi consilio, vel parte consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Si vero eadem sedes episcopalis vacaverit, vel catholicum episcopum non habuerit, Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, a quocumque malueritis episcopo vobis suscipere liceat. Decernimus

Confirmantur quoque donationes omnes episcoporum, aliorumque;

Pro quibus omnibus nemini liceat quidquam a monachis exigere.

Abbatis electionem monachis concedit Pontifex.

Decretum pro immunitate monasterii a cuiuscumque personae molestia, vi, etc., sub excommunicationis et dignitatum privationis poena.

ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Pontificis canonica iustitia, et Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Fausta haec servantibus adprecatur.

Lucii PP.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. card. subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter card. tituli S. Calixti ss.

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani, et scriptoris sacri palatii, idibus martii, indict. VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii II Papae anno I.

Dat. die 15 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

II.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, et iurium sanctae Ferrariensis Ecclesiae, quae sub perpetuo iure Sedis Apostolicae cum pertinentiis omnibus esse et fore declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ferrarien. episcopum a cardinalibus S. R. E. eligendum, et a Summo Pontifice consecrandum decernit. — Eidem Ecclesiae antiqua iura confirmat. — Massae Babilonicae donatio cum aliis undecim massis et fundis suis rata habetur. — Ecclesiam ipsam cum bonis omnibus et pertinentiis sub perpetuo iure Sedis Apostolicae esse et fore declarat Pontifex; — Comitatusque Ferrariensis fines praescribit; — Malas consuetudines removet; facta facultate unum denarium libere praestandi. — Annuos vero census, et suprematus insignia Sedi Apostolicae reservat. — Pravis consuetudinibus reiectis. — Caetera bona illius Ecclesiae propria enumerat et confirmat. — Poenas corporales et spirituales indicit contra huiusmodi decreta violantes; — Eaque servantibus aeterna bona adprecatur. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi episcopo, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc in Apostolicae Sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, et ius suum cuiusque tribuere, praesertim his quae beati Petri iuris existunt, conservare integre debeamus. Ad exemplar itaque praedecessorum nostrorum felicis memoriae Papae Innocentii, et Coelestini, Romanorum Pontificum, iuxta tenorem privilegiorum, Ferrariensem episcopum a cardinalibus nostris eli-

(1) Ex tom. IV Hist. Ferrariensis Prisciani.

Ferrariensem episc. a cardin. S. R. Ecclesiae eligendum, et a Summo Pontifice consecrandum decernit;

gendum et a Romanae Sedis Antistite consecrandum decernimus, atque Ferrariensem Ecclesiam sub iure et dominio Sedis Apostolicae decreto manere sancimus. Te igitur, clero, et populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum bonae recordationis Vitaliani, Adriani, Leonis, Benedicti, Ioannis, Alexandri, Paschalis, Innocentii, Coelestini, Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensi Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filiae, fundos eiusdem matris et patrimonia confirmamus; ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subiugamus: idest massam ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis, et massam Constantiacus cum duodecim fundis, similiter massam Quartisianam cum duodecim fundis, et totam et integram massam Donorio cum duodecim fundis suis, et similiter massam Popularem cum duodecim fundis, nec non massam Curulum, et massam Saletam cum viginti quatuor fundis suis, simili modo massam, quae vocatur Formignana, cum omnibus fundis suis. Has quidem praedictas massas cum omnibus ad easdem pertinentibus de dominio et iure atque potestate huius sanctae Romanae Ecclesiae in sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis paginam donamus et tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tam tibi, carissime frater Grypho episcope, quam successoribus tuis, in singulis massis ecclesias cum clericis, presbyteris, diaconis ordinare et consecrare; illud omnimodis sancientes, ut Ferrariensis Ecclesiae tota parochia sua in iure et dominio ac privilegio nostrae sanctae Romanae Ecclesiae B. Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra electione atque consecratione; et quicumque episcopus electus, ordinatus et consecratus fuerit, ille honoris huius ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines et termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi altera nostra massa Phiscalia et Veteraria usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali usque Bucilletum, transeunt flumen Gabiana, per Ludriam, circumdant Villam-Magnam et Madrariam pervenientes usque Maletum, et a Maleto pergunt iuxta Argilem Anxianum per paludes et piscarias usque Vitricam, veniunt usque fossam Buranam, per fossam Buranam exeunt in Padum, descendunt ad occidentem usque ad Ulmum Formosam, quae certa finis est inter Romaniam et Longobardiam: ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab oriente callis de Fine, quae finis est inter nostrum comitatum Ferrariensem et alterum nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum Silvule, circumdant massam Corneti et Longanum, quae de nostro comitatu Ferrariense est, descendendo inde ad occidentem per paludes et piscarias usque ad flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis maioris massae Ferrariae malas et pravas consuetudines removemus; nisi tamen, sicuti soliti sunt, ad suffragium sanctae Romanae Ecclesiae annualiter per illorum nuncium unaquaeque libera persona capitis Massarii de moneta Venetiae denarios singulos dabit. Census vero et tributi, atque telonei de ripa et flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et meliorationem seu restaurationem iam dictae maioris massae concedimus, et alteram medietatem ad nostras manus reservamus: similiter telonei de mercato unam medietatem nobis conservamus, et alteram medietatem praedicto episcopo condonamus: placitum quidem generale similiter in dominio et potestate sanctae nostrae Romanae Ecclesiae tenemus, ut ante nostrum nuncium semel in anno faciendo iustitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur: collectam vero vel

Eidem Ecclesiae antiqua iura confirmat.

Massae Babylonicae donatio cum aliis undecim massis et fundis suis rata habetur.

Ecclesiam ipsam cum bonis omnibus et pertinentiis sub perpetuo iure Sedis Apostolicae esse et fore declarat Pontifex:

Comitatusque Ferrariensis fines praescribit;

Malas consuetudines removet; facta facultate unum denarium libere praestandi.

Annuos vero census, et suprematus insignia Sedi Apostolicae reservat.

Pravis consuetudinibus reiectis;

fodrum, aut pravam vel iniustam functionem aut dationem seu consuetudinem nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore praefatae nostrae sanctae Ecclesiae B. Georgii omnibus habitatoribus ipsius massae pepercimus, aliasque minores massas, et, sicut supra scriptum est, cum omnibus suis servitutibus subiugamus. Praeterea quascumque ecclesias et possessiones, quaecumque etiam bona, impraesentiarum iuste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Ferrariensi Ecclesiae, et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem Sancti Georgii de ultra Padum, plebem Sanctae Mariae de Gabiana, plebem S. Mariae de Vicoventia, plebem S. Martini de contra Padum, plebem S. Georgii de Tamara, plebem S. Petri de Cupario, plebem S. Stephani de Formignana, plebem S. Appollinaris de Trissicallio, plebem Sancti Martini de Rupina, plebem S. Mariae de Vico Bariono, plebem S. Mariae de Septem Policino, plebem S. Stephani de Caligo, plebem S. Donati de Pedurio, plebem S. Antonini de Ficariolo, plebem S. Georgii de Trecenta, plebem S. Mariae de Cinisello, plebem S. Michaelis de Bragantio cum capellis et earum pertinentiis, ecclesiam S. Romani de Tartaro: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et aut Ferrariensem Ecclesiam his, quae supra scripta sunt, diminuere, aut Sanctae Sedis Apostolicae sua in eis iura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae compositionis nomine reddat eidem Sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum; et nisi, quae male praesumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem Ecclesiis insta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Caetera bona illius Ecclesiae propria enumerat et confirmat.

Poenas corporales et spirituales iudicit contra huiusmodi decreta violantes;

Eaque servantibus aeterna bona apprecatur.

Lucii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episc.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Calixti.

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli Sanctae Caeciliae.

Ego Thomas presbyter cardinalis tituli Vestinae.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis S. Praxedis.

Ego Guilibertus presbyter cardinalis tituli Sancti Marci.

Ego Nicolaus presb. cardinalis tituli S. Cyriaci.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae.

Ego Gerardus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinae.

Ego Albertus Ostiensis episcopus.

Ego Stephanus Praenestinensis episc.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tit. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis tit. Sancti Georgii ad Velum-Aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis tituli Sanctae Mariae in Domnica.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister.

Ego Petrus diaconus Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Gr. Sanctae Romanae Ecclesiae indignus diaconus.

Ego Ioannes diaconus cardinalis tituli Sancti Hadriani.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Michaelis Archangeli.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Sanctae Mariae Novae.

Ego Hugo Romanae Ecclesiae diaconus tit. Sanctae Luciae in Orphea.

Ego Astaldus diaconus cardinalis Sancti Eustachii.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, idibus martii, indict. VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii Papae II anno I.

Dat. die 15 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

III.

Confirmatio bonorum et privilegiorum, a Summis Pontificibus monasterio S. Petri Perusii ord. S. Benedicti concessorum (1). Similia diplomata concessere monasterio huic Benedictus V, anno 978, Silvester II, 1002, Leo IX, 1053, Nicolaus II, 1059, Alexander II, 1065, Paschalis II, 1115, Innoc. PP. II, 1137.

SUMMARIUM

Exordium. — Bona monasterii confirmantur; — Enumerantur. — Monachos in spiritualibus episcopo dioecesano subiectos declarat Pontifex. — Abbatis electionem ad monachos, consecrationem ad Rom. Pontificem pertinere statuit. — Missas, stationes, ordinationesque publicas in eodem monasterio absque abbatis consensu fieri vetat; — Illudque interdici, aut qualibet occasione molestari, prohibet. — Adversus perturbantes, seu occupantes bona et iura monasterii, excommunicationem promulgat. — Benefactoribus benedictionem elargitur. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bernardo abbati monasterii S. Petri, quod secus Perusinam civitatem situm est, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium. Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, atque praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem locus impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, vobis vestrisque successoribus firma et illibata permaneant, tam in Ecclesiis quam in cellis, curtibus, plebibus, monasteriis, fundis, atque casalibus, in quibus utique haec propriis nominibus duximus exprimenda: plebem scilicet S. Constantii, S. Rufini, S. Martini et S. Ioannis, plebem S. Martyrii, ecclesiam S. Benedicti in Agellione cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Iustini cum curte sua, ecclesiam S. Andreae et S. Angeli de Aliano cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Mariae in Cicciano, et S. Clementis, curtem de Casale, curtem de Petroniano, quidquid vobis pertinet de curte et ecclesia S. Donati in Civitella, nec non terram Ugonis nepotis Bernonis de Monte-Nigro. Apostolicae quoque Sedis tibi munimine confirmamus ecclesias Sanctorum Appollinaris, Blasii et Montani cum suis pertinentiis: salvo annuo censu Pharphensis (1) Ecclesiae. Quin etiam confirmamus massas tres, in comitatu Perusino positas, unam, quae vocatur Pusulo, alteram Filoncio, et aliam, quae nuncupatur Casalina, cum ecclesiis, casis, vineis, campis, hortis, montibus cultis et incultis, et omnibus pertinentiis suis: monasterium S. Angeli in comitatu Assisinate, in loco, qui dicitur Limisano, cum cellis, capellis, et omnibus sibi pertinentibus: ecclesiam S. Archangeli sitam iuxta lacum Perusi-

Bona monasterii confirmantur;

Enumerantur

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II, num. CLXV.

(1) Lege *Farfensis.*

num, monasterium S. Salvatoris in Pothale, monasterium S. Petri in Ploiano cum universis eorum pertinentiis, ecclesiam S. Silvestri in Morcelle, ecclesiam S. Donati: ius, quod habetis in Agello, ecclesiam S. Mariae in Podio cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Pauli in Monticello, ecclesiam S. Petri de Petroniano cum curte sua. Sane Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et clericorum ad idem monasterium pertinentium, a dioecesano accipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum. Missas autem publicas in eodem monasterio per episcopum fieri, vel stationes, aut ordinationes aliquas celebrari, praeter abbatis ac fratrum voluntatem, omnimodo prohibemus; ne in servorum Dei recessibus, occasio popularibus praebeatur ulla conventibus. Nec ulli episcopo facultas sit, praeter Romani Pontificis conniventiam, idem coenobium, aut eius cellas gravare, interdicere, excommunicare, seu exactiones novas imponere. Nec saecularium procerum cuiquam liceat fodrum, vel aliud servitium ab eodem monasterio, aut eius pertinentiis extorquere: salvo nimirum iure ac dominio sanctae Romanae Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu iniuste datas, suis usibus vendicare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monachos in spiritualibus episcopo dioecesano subiectos declarat Pontifex.

Abbatis electionem ad monachos, consecrationem ad Romanum Pontificem pertinere statuit.

Missas, stationes, ordinationesque publicas in eodem monasterio absque abbatis consensu fieri vetat;

Illudque interdici, aut qualibet occasione molestari prohibet.

Adversus perturbantes, seu occupantes bona et iura monasterii, excommunicationem promulgat.

Benefactoribus benedictionem elargitur.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Lucii PP.

Ego Gregorius cardinalis presbyter S. Calixti ss.

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, idibus martii, indict. VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii II Papae anno I.

Dat. die 15 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

IV.

Simile privilegium monasterio S. Ioannis Parmen. dioecesis ordinis S. Benedicti (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur; — Bonaque omnia eidem confirmantur; — Nonnulla enumerantur. — A decimarum solutione eximitur, propriaeque ei conceduntur. — Sepulturam in eodem coenobio cuiquam li-

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II, num. CLXV.

beram fore declarat Pontifex; salvo iure matricis Ecclesiae. — Excommunicationem adversus illud molestantes; — Benedictionem benefactoribus elargitur.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Guidoni abbati monasterii Sancti Iohannis, quod in Parmensi urbe situm est, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regulariter vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine verae cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati, religiosas personas diligere, et loca, in quibus divinis vacant officiis, Sedis Apostolicae munimine confovere. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus; et praedecessorum nostrorum, felicis memoriae Paschalis et Innocentii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, ecclesiam Sancti Iohannis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in eodem episcopatu Parmensi ecclesiam S. Stephani, quae est in Burgo, ecclesiam S. Michaelis de Arcu, ecclesiam Sancti Stephani de Torano, ecclesiam Sancti Savini cum curte, ecclesiam Sancti Laurentii de Ramusello, castrum Ramuselli cum ecclesia, castrum Sancti Vitalis cum ecclesia et curte, ecclesiam de Gainaco, ecclesiam Sancti Silvestri de Insula, ecclesiam Sancti Salvatoris de Sanguineo cum castro et curte, duas partes curtis Saccae, et quod iuste in Ecclesia eiusdem loci habetis, ecclesiam Sanctae Iustinae, ecclesiam Sancti Prosperi et Sancti Anastasii, quae sunt in eadem civitate, ecclesiam Sancti Iacobi, quae est in capite Pontis, ecclesiam Sancti Petri de Burgo Sancti Domnini, Ecclesiam de Provinciano, Ecclesiam de Casadei cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam Sancti Matthaei de Callio, ecclesiam S. Melani cum medietate Burgi et quatuor domibus, Ecclesiam de Paterno cum castro et curte, ecclesiam Sancti Michaelis de Filino, et quod iuste habetis in ecclesia S. Georgii de Pratis: in Regiensi vero episcopatu ecclesiam Sancti Michaelis: in Lunensi episcopatu ecclesiam Sanctae Iustinae, ecclesiam de Cavallaria: in episcopatu Pistoriensi monasterium Sancti Bartholomaei cum ecclesia Sanctae Mariae, quae est in Burgo, et ecclesia Sanctae Mariae, quae est extra portam, ecclesiam Sancti Bartholomaei de Travallio, ecclesiam S. Domnini de Impolis cum curte et omnibus suis pertinentiis, ecclesiam Sanctae Mariae de Capiciano, ecclesiam S. Michaelis de Valle Nebulae cum omnibus earum pertinentiis Decimas quoque, a discretione Parmensium episcoporum monasterio vestro concessas, vobis nihilominus confirmamus. Sane de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, a vobis decimas exigi prohibemus. Quaecumque vero libera persona ad vos venire, et religionis habitum suscipere voluerit, licentiam ei concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri decreverint, nisi forte excommunicati fuerint, eorum devotioni, et extremae voluntati nullus obsistat: salvo tamen iure matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva dioecesani episcopi canonica iustitia,

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur;

Bonaque omnia eidem confirmantur;

Nonnulla enumerantur.

A decimarum solutione eximitur, propriaeque ei concedunturi.

Sepulturam in eodem coenobio cuiquam liberam fore declarat Pontifex;

Salvo iure matricis Ecclesiae.

Excommunicationem adversus illud molestantes indicit;

et Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine di-

Benedictionem benefactoribus elargitur.

strictae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Datum Lat. per manum Baronis cappellani, et scriptoris, XVI kal. aprilis, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii II Papae anno I.

Dat. die 17 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

V.

Confirmatio bonorum omnium, et iurium S. Cremonensis Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia Ecclesiae confirmat Pontifex. — Bona ipsa, iuraque nonnulla enumerat. — Investituras feudorum, a presbyteris, abbatibus, aliisque factas, de bonis Ecclesiae huius absque episcopi consensu, irritat; — Ratamque habet concordiam initam inter episcopum et canonicos maioris Ecclesiae. — Solitae clausulae. — Lucii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex cartulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. IV.

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Oberto Cremonensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio Quocirca, dilecte in Christo frater Oberte episcope, tuis postulationibus clementius annuentes, ad perpetuam Sanctae Cremonensis Ecclesiae firmitatem, possessiones et bona omnia, quae impraesentiarum Ecclesia eadem iuste possidet, sive in futurum, Domino largiente, iuste atque canonice acquisierit, apostolica auctoritate firmamus; inter quae omnia, haec prima visa sunt nobis exprimenda: quicquid scilicet curati telonei, atque ripatici, et portatici de Cremonensi civitate ad publicam sanctionem pertinuerit, tam de ipsius civitatis comitatu, quam de parte curtis Sexpilas: necnon ripas et piscarias a Vulpariolo usque in caput Adnae cum molendinis, et cum uniuscuiusque navis solito censu, sicut continetur in praecepto, et in tuis notitiis: seu cum per solutionem omnium navium causa mercandi Cremonam adeuntium, tam Venetorum, quam caeterorum navium, et cum curata omnium negotiorum, quae fiunt in praedicta ripa: districtionem civitatis infra et extra per quinque milliariorum spatia: altare quoque S. Hymerii, canonicam, et dest..... quas canonici soliti sunt suscipere de manu episcopi per beneficium, equos, tractus, operas, districtus, legationes, ostes, itinera, forum, et caetera, quae in praefato praecepto continentur: et de abbate et monasterio Sancti Laurentii, sicut iuste continetur in privilegiis tuis, et in praeceptis imperatorum: ecclesias insuper Sancti Salvatoris, et S. Martini de Morengo, et S. Andreae de Brugnano, et S. Mariae de Rumano, et ecclesias de Farinate, de Vailate, et S. Stephani de Aufoningo, de Fontanella, de castro Sancini, de S. Bassiano, de S. Petro in Curte,

Bona omnia Ecclesiae confirmat Pontifex.

Bona ipsa, iuraque nonnulla enumerat.

de S. Ioanne in Castro-Veteri, de S. Michaele in Burgo, de S. Siro, de Questro, de Alfiano, de Lacu-Obscuro, de Scandolaria, de Clavatone, de castro Vivariolo, de Via-Cava, de Sancta Maria, de Commessaio, de Dufno, de Corrigia-Viridi, de Pangoneta, de Ciconiaria, de ecclesia S. Margaritae, de Citanova, salvo statute censu monasterii S. Petri: in ecclesia Sancti Pauli de Citanova ius episcopale, sicut per fratrem nostrum Iudicum ex mandato praedecessoris nostri bonae memoriae Coelestini Papae statutum est: omnes etiam plebes cum capellis, et baptismales ecclesias cum eorum pertinentiis, quas in praesenti quiete et canonice possides: de omnibus ecclesiis, quae sunt in tuo episcopatu, obedientiam, et synodalia, et caetera secundum debitam consuetudinem ecclesiarum Cremonensis episcopi: curtem etiam, quae Barianum dicitur, et Maleum, Crottam, Montodanum, Rivatellam, Monterionem, Iovis-Altam, Fornovum, Sencium, Platenam, atque Mocianicam cum castris et villis, eorumque pertinentiis: castrum de Rivigingo cum omni sua integritate, et partes in curtibus Gabiano, Vidalasco, Ternolasco, publica intus et extra, seu etiam in Azanello, Fontanella: et quaecumque prudentiae tuae studio praenominatae Ecclesiae iuste acquisita, vel acquirenda sunt, praesenti apostolicae sanctionis nostrae pagina corroboramus: investituras quoque feudorum, in tuo episcopatu a presbyteris, archipresbyteris, seu abbatibus tuis factas de bonis ecclesiarum absque tuo tuorumque praedecessorum consilio vel consensu, irritas esse sancimus; et, ne deinceps huiusmodi investiturae fiant, omnimodo prohibemus. Concordiam vero illam, quam inter te et maioris Ecclesiae Cremonensis canonicos praedecessor noster bonae memoriae Papa Calixtus fecit, et scripto suo firmavit, ratam manere censemus, ut videlicet nullus in maiori Ecclesia constituatur canonicus praeter assensum et voluntatem episcopi, qui sicut Ecclesiae caput est, ita voluntas eius et ratio debet praecedere: canonici episcopo obedientiam in manu eius promittant et teneant: ad mensam canonicorum, quando cum canonicis comederit, cum uno clerico et uno serviente, vel cum duobus clericis veniat, et tamquam episcopus honoretur: de altari S. Himerii omnem oblationem recipiat praeter edenda, quae ad pedem altaris offerunt, et ad usum canonicorum reserventur, et praeter medietatem cerae et incensi, quae ibi offeruntur, quae ad Ecclesiae servitium reserventur: archidiaconum, cantorem, et alias personas episcopus consensu canonicorum constituat: ecclesiam S. Michaelis, et praedia, et possessiones, quas episcopus per idoneos testes propriae ad episcopatum pertinere probaverit, quiete pacificeque obtineat: et quia canonici domum, in qua olim habitaverant, ad ampliandam Ecclesiam concesserunt; domum, in qua modo habitant, licet iuris episcopi fuerit, pro concordia tamen et charitate deinceps ad communis vitae usum et cohabitationem retineant, et hospites, quando voluerint, in eam recipiant: salva nimirum in omnibus auctoritate sanctae Romanae Ecclesiae. Si quis igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Investituras feudorum, a presbyteris, abbatibus, aliisque factas, de bonis Ecclesiae huius absque episcopi consensu, irritat;

Ratamque habet concordiam initam inter episcopum et canonicos maioris Ecclesiae.

Cuius causa nonnulla hic recitat.

Solitae clausulae.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus.

Lucii PP.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.
Ego Theodewinus S. Rufinae episcopus.
Ego Stephanus Praenestinus episcopus.
Ego Petrus Albanensis episcopus.
Ego GG. presb. card. tit. S. Calixti.
Ego Goi. presb. card. tit. S. Caeciliae.
Ego Thomas presb. card. S. Vestinae.
Ego Ubald. presb. card. S. Praxedis.
Ego Manfredus presb. card. S. Sabinae.
Ego Otto diac. cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.
Ego Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.
Ego Ioannes diac. card. S. Mariae Novae.

Datum Laterani per manus Baronis capellani et scriptoris, XVI kal. aprilis. indict. VII, incarn. dom. MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii II Papae anno I.

Dat. die 17 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

VI.

Confirmatio iurium omnium, immunitatum, et bonorum S. Olivolensis Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Aliena iura per episcopos non invadenda. — Huiusmodi decreta pro Ecclesia Olivolensi confirmans, inter eius terminos ne quis patriarcha vel episcopus spiritualem iurisdictionem ullam exerceat, interdicit. — Data tantum facultate Gradensi patriarchae provinciale concilium inibi celebrandi; — Iura eiusdem, bonaque omnia confirmat. — Solitae conclusiones. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Io. Olivensis, seu Castellanae Ecclesiae episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Æquum et rationabile est, ut sancta Romana Ecclesia, quae Ecclesiarum omnium caput est et magistra a Domino constituta, tamquam pia mater, curam et solicitudinem habeat, et eas a pravorum hominum molestiis provida circumscriptione custodiat. Proinde nos, qui, licet indigni, in loco B. Petri apostolorum principis, disponente Domino, residemus, fratres nostros episcopos debita benignitate diligere, et Ecclesiis sibi commissis sua debemus ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio iura servare. Hoc nimirum charitatis intuitu, venerabilis frater Io. episcope, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Olivolensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis privilegio duximus muniendam. Sanctorum quippe Pontificum decretis constat esse statutum, ut nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianos iudicare aut excommunicare praesumat: ut nullus primas, nullus metropolitanus, nullus unquam reliquorum episcoporum alterius adeat civitatem, aut ad possessionem; accedat, quae ad eum non pertinet, et alterius episcopi est parochiae, super cuiusquam dispositione, nisi vocetur ab eo, cuius iuris esse noscitur, nec quicquam ibi disponat, vel ordinet, aut diiudicet. Ea propter per praesentis scripti paginam prohibemus, et prohibentes statuimus, ut in Olivolensi, quae et Castellana dicitur, Ecclesia, vel in eius dioecesi, nullus patriarcha, nullus comprovincialis episcopus sine licentia tua vel successorum tuorum, ecclesiarum aut clericorum vel sanctimonialium consecrationes seu benedictiones agere praesumat; nec potestatem habeat inibi Chrisma conficere, pueros Chrismate confirmare, nec excommunicationes, aut absolutiones facere. Illud etiam adiicimus, ut in eadem parochia sine voluntate vestra passim episcoporum convocatio non fiat, nisi comprovincialis concilii Graden., quod et ipsum cum vestrae charitatis conscientia disponant, nec ibidem nisi pro graviore necessitate immorentur ultra terminos a canonibus constitutos. Praeterea nullus eorum sine licentia vestra audeat Eccle-

Aliena iura per episcopos non invadenda.

Huiusmodi decreta pro Ecclesia Olivolensi confirmans, inter eius terminos ne quis patriarcha vel episcopus spiritualem iurisdictionem ullam exerceat, interdicit.

Data tantum facultate Gradensi patriarchae provinciale concilium inibi celebrandi.

(1) Ex authographo Patriarchali Tabulario Venetiarum edidit Ughell., Ital. Sac., tom. v.

siae vestrae clericos aut illic aut alibi ordinare, vel retinere; nec parochianos quoslibet iudicare, neque suos in vestra Ecclesia clericos constituere, neque de publicis criminibus poenitentias indicere; porro tam B. Marci ecclesia, quam caeterae ecclesiae, vel ecclesiarum clerici, inter eamdem parochiam sub vestra obedientia et dispositione consistant; inobedientes vero, iuxta sanct. canonum sanctiones, tuae potestatis coerceantur arbitrio.

Iura eiusdem, bonaque omnia confirmat.

Sane de monasteriis Ss. Hilarii, Georgii, Nicolai, Sanctae Crucis, S. Zachariae, S. Laurentii, S. Erasmi, S. Servuli, eamdem vobis obedientiam permanere sancimus, quam praedecessores vestri obtinuisse noscuntur. Porro abbates in vestra parochia constituti publicas missas in Ecclesiis non suis minime celebrare praesumant. Sancimus etiam, ut illi, qui in vestra parochia assidue commorantur, et quibus tam ipsis quam eorum familiis spiritualia administratis, decimas vobis absque alicuius contradictione persolvant. Prohibemus autem, ut nullus episc., nullus abbas, eis, tam sanis quam infirmis, publice poenitentiam iniungere, vobis inconsultis, nisi forte urgente mortis articulo, audeat. Ad haec adiicientes decernimus, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste ac legitime possidet, aut in futurum canonice, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus in perpetuum, et intemerata permaneant.

Solitae conclusiones.

Si quis igitur imposterum huic nostrae constitutioni temere contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Lucii PP.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus etc.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episc. etc.
Ego Albericus Ostien. episc. etc.
Ego Imarus Tusculanus episc. etc.
Ego SS. presb. card. tit. Calixti etc.
Ego Gilibertus presb. card. tituli S. Marci.
Ego Rainerius presb. card. tituli S. Stephani in Coelio monte.
Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae.
Ego Gregorius diac. card. S. Sergii et Bacchi.
Ego Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.
Ego Gerardus diac. card. S. Mariae in Domnica.
Ego Gregorius S. Romanae Ecclesiae indignus diac. scripsi.
Rodulphus diac. card. S. Luciae in Septa Solis.

Dat. Lat. per manum Baronis capellani, et scriptoris, XII kal. aprilis, indict. VII, incarnat. dominicae, anno MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii II PP. anno I.

Dat. die 21 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

VII.

Confirmatio concordiae, initae inter canonicos Ruthenenses et monachos Massilienses, super ecclesia S. Amantii, et sepultura civium Ruthenensium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesias quas monasterium possidet, sub protectione Sedis Apostolicae suscipit, — Ac praesenti privilegio confirmat. — Concordiam inter monasterium et capitulum roborat. — Decretum immunitatis ab omni molestia, adiectis solitis poenalibus conclusionibus. (R. T.)

(1) Ex archiv. Ecclesiae huius edidit Baluzius, Miscellan., tom. II, pag. 128.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Massiliensi abbati, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Æquum et rationabile esse dinoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et ipsarum quieti atque utilitati, auxiliante Domino, salubriter providere curemus. Quamobrem, dilecte in Domino fili Petre abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Ecclesias, quas canonice possidetis, videlicet ecclesiam Sancti Amantii, quae in Ruthenensi suburbio sita esse dinoscitur, et ecclesiam Sancti Austremonii de Sales, cum capellis et omnibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus, sub Apostolicae Sedis protectione suscipimus, atque tibi tuisque successoribus, et per te Massiliensi monasterio, praesentis privilegii pagina confirmamus. Praeterea conventionem, quae inter te et venerabilem fratrem nostrum bonae memoriae Ademarum, eiusdem urbis episcopum, et canonicos, utriusque partis voluntate atque convenientia, rationabiliter facta est, et scripto firmata, auctoritate apostolica roboramus, et futuris temporibus ratam et inconvulsam perpetuo manere decernimus. Sed nec alicui liceat, in praefatam ecclesiam Sancti Amantii interdicti sententiam promulgare, quandiu tu vel successores tui, aut fratres tui, a Sede Apostolica evocati, de obiectis sibi querelis iustitiam facere ac recipere coram Romano Pontifice fuerint parati. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, te vel successores tuos super iis infestare, aut vobis exinde aliquam contrarietatem vel molestiam inferre. Si qua vero ecclesiastica seu saecularis persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni; conservantes autem haec, omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, et nostram gratiam consequantur. Amen, amen.

Ecclesias quas monasterium possidet, sub protectione Sedis Apostolicae suscipit,

Ac praesenti privilegio confirmat.

Concordiam inter monasterium et capitulum roborat.

Decretum immunitatis ab omni molestia, adiectis solitis poenalibus conclusionibus.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, IV kal. april., indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii II Papae, I.

Dat. die 29 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

VIII.

Confirmatio bonorum, quae Gradensis Ecclesia Constantinopoli, in Histria, et Venetiis potitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eiusque fines iuxta Leonis IX, caeterorumque Pontificum diplomata confirmans, privilegia omnia, hactenus patriarchae concessa, rata habet; — Bona quoque omnia eidem confirmat; — Ac praecipue, quae Constantinopoli, in Histria et Venetiis legitime possidet. — Adhortatio ad Henricum patriarcham, ad iustitiam, aequitatem animi et benignitatem. — Solitae conclusiones. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, ven. fratri Henrico Patriarchae Gradensi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere, et Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare; ut quemadmodum, disponente Domino, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Huius rei gratia, ven. frater Henrice patriarcha, tuis postulationibus clementer annuimus, et Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo praesse dignosceris,

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex

(1) Ex Regesto patriarchali descriptum edidit Ughell., Ital. Sac., tom. V.

sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Igitur praedecessorum nostrorum, Pelagii, Alexandri, Urbani, et Innocentii auctoritatem sequentes, illius praecipue constitutionis tenorem servantes, quam praedecessor noster Leo IX Papa sancivit, et synodali iudicio, et privilegii pagina confirmavit, tibi tuisque successoribus, canonice substituendis, patriarchalem concedimus dignitatem, et magisterium Gradensis Ecclesiae, gerendum in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos praedecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiae constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Romae fueris, aut in praesentia vel comitatu Romani Pontificis: pallium etiam fraternitati tuae, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia uti memineris eis diebus, quibus praedecessores tuos usos fuisse non ambigimus, videl. in Nativitate Domini, Epiphania, Ypopanton (1), tribus festivitatibus S. Mariae, Coena Domini, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Ioannis Baptistae, et omnium apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. protomartyris Sephani, S. Laurentii, Sancti Martini, in solemnitate Omnium Sanctorum, et principalibus Ecclesiae tuae festis, necnon in ecclesiarum, episcoporum, et caeterorum clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tuae die. Statuimus etiam, ut quaecumque bona, quascumque possessiones Gradensis Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Redditus autem, qui sive in Constantinopoli, sive in Histria, seu in Venetia, ab episcopis, abbatibus, ducibus, iudicibus, et populo Venetiae, praedecessoribus tuis, Domi-

Eiusque fines iuxta Leonis IX, caeterorumque Pontificum diplomata confirmans, privilegia oenia hactenus patriarchae concessa, rata habet;

Bona quoque omnia eidem confirmat;

Ac praecipue quae Constantinopoli, in Histria et Venetiis legitime possidet.

(1) Vide superius pag. 137. (n. T.)

nico videl. et Ioanni Gradonico, eorumque successoribus, et Gradensi Ecclesiae iuste concessos, sicut eorum scriptis continentur: ecclesias quoque, a religiosis viris eidem Ecclesiae Graden. oblatas, per parochias eiusdem provinciae constitutas, cum omnibus, quae in eisdem Ecclesiis tui iuris esse noscuntur, tibi tuisque successoribus libere confirmamus. Quanto itaque, dilecte in Christo frater, maiori praerogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio, quam potestas: atque te boni dulcem, et mali pium sentiant correctorem: personas diligas, vitia persequaris; ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quos emendare desideras; sicque vulnus debes abscindere, ut non possis ulcerare, quod sanum est; ne si plus quam res exigit, ferrum impresseris, noceat cui prodesse festinas; et sic alterum condiatur ex altero, quatenus et boni habeant amando quod caveant, et mali metuendo quod diligant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones seu redditus auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus seu infestationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva nimirum in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Do-

Adhortatio ad Henricum patriarcham, ad iustitiam, aequitatem animi et benignitatem.

Solitae conclusiones.

mini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Lucii PP. Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus Albanen. episcopus ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Petrus presb card. tit. Pastoris ss.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae ss.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tituli S. Praxedis.

Ego Rainerius presb. card. tituli S. Stephani in Coelio Monte ss.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariae in Domnica ss.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Gr. indignus S. R. E. diac. ss.

Ego Ioannes diac. cardinalis S. Mariae Novae ss.

Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Hugo Rom. Ecclesiae diaconus in Sancta Lucia in Horphea ss.

Ego Astaldus diac. card. Sancti Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, II kal. aprilis, indict. VII, incarn. dom. anno MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii Papae II anno I.

Dat. die 31 martii anno Domini 1144, pontif. anno I.

IX.

Confirmatio bonorum omnium et iurium ad Ecclesiam Regii Lepidi spectantium, cuius episcopis presbyteri in Regularium ecclesiis curam animarum exercentium in spiritualibus subiiciuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Apostolicae Sedis suscipit Pontifex; — Bona omnia eidem confirmat. — Horum bonorum nonnulla enumerat; — Confirmat quoque fines Ecclesiae eiusdem; — Nec non decreta Urbani I de subiectione episcopo in spiritualibus praestanda a presbyteris in ecclesiis Regularium animarum curam exercentibus. — Solitae conclusiones. — Lucii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Alberoni Regino episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere, et ecclesiis, in quibus Domino militare dinoscuntur, suam iustitiam conservare; ut quemadmodum, disponente Deo, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Ea propter, venerabilis frater Albero episcope, tuis petitionibus clementer annuimus, et Reginam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dinosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum rationabiliter in eis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiae, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:..... canonicam Sancti Prosperi, capellam S. Ioannis

Ecclesiam hanc sub protectione Apostolicae Sedis suscipit Pontifex;

Bona omnia eidem confirmat;

Horum bonorum nonnulla enumerat;

(1) Ex archiv. cathedralis edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

de civitate, capellam S. Iacobi, canonicam S. Geminiani, capellam S. Stephani, et caeteras capellas eiusdem civitatis, monasterium S. Thomae, monasterium S. Raphaelis, plebem de Menotio, capellam S. Iacobi de insula de Bibio cum aliis capellis eiusdem, plebem de Thoano, capellam Hospitalis de Ponte de Cavola cum suis possessionibus, et aliis capellis eiusdem plebis, plebem S. Vitalis cum capellis suis, et omnibus ad eam iure pertinentibus, plebem de Campiola, capellam S. Venantii de Busana, capellam de Valesneria, capellam de Sancto Vito cum aliis capellis eiusdem plebis, plebem de Baisio cum aliis suis capellis, plebem de Castro Ariano cum suis capellis, plebem S. Eleuchadii cum suis capellis, plebem de Albineto cum suis capellis, plebem de Paionello cum suis capellis, plebem de Lecollo cum suis capellis, plebem de Caviliano, capellam de Iano, capellam de Rezola, capellam S. Prosperi de Graxiano cum aliis capellis eiusdem plebis, plebem de Bibiano, capellas de Bibianello cum aliis capellis eiusdem plebis, plebem de Mutilana, capellas de Curviaco cum aliis capellis eiusdem plebis, plebem de Rivalta cum suis capellis, plebem de Foliano cum suis capellis, plebem de Arceto cum suis capellis, plebem de Banio cum suis capellis, plebem de Herberia cum suis capellis, plebem de Prato cum capella S. Martini de Rio, et aliis suis capellis, plebem de Bagniolo cum suis capellis, plebem de Campo-Rotundo cum capella de Corrigia, et aliis capellis, plebem de Curte Nova, plebem de Nuvolaria cum suis capellis, ecclesias de Campogniola, plebem de Fabrica cum capella de Razolo, et aliis suis capellis, plebem S. Zenonis cum suis capellis, plebem S. Mariae de Novis cum suis capellis, ecclesiam de Gorgatela, plebem de Sancto Stephano cum capella S. Possidonii, et aliis suis capellis, plebem de Quarantula cum suis capellis, plebem S. Martini in Spina cum suis capellis de Gavella et de Monziana, plebem de Cutiano cum capella de Mulla et aliis suis capellis, ecclesiam de Gonzaga, plebem de Villula cum suis capellis, plebem de Pigognaga cum suis capellis, plebem de Bondeno Arduini cum suis capellis, plebem de Suzaria cum suis capellis, ecclesiam de Loco-Bello, ecclesiam de Polesino, ecclesiam de Zitola, plebem de Luzaria cum capella de Sacca, et aliis suis capellis, plebem de Guardistalla cum suis capellis, monasterium de Marola, monasterium de Canusio. Praesentis quoque auctoritate decreti sancimus, et universi Regin. episcopatus fines quiete deinceps omnino et integre tam tibi quam tuis successoribus conserventur. Praedecessoris quoque nostri bonae memoriae Urbani Papae vestigiis inhaerentes sancimus, ut in parochialibus Ecclesiis, quas tenent monachi in tuo episcopatu, vestro assensu presbyteros collocent; qui, si idonei fuerint, a vobis animarum curam suscipiant, et de pleb. quidem cura vobis rationem reddant, monachis vero pro rebus temporalibus debitam subiectonem exhibeant: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Confirmat quoque fines Ecclesiae eiusdem;

Nec non decreta Urbani II de subiectione episcopi in spiritualibus praestanda a presbyteris in Ecclesiis regularium animarum curam exercentibus.

Solitae conclusiones.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Lucii PP.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss.

Ego Gregorius cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Gregorius presb. card. S. Sixti ss.

Ego Guido presb. card. S. Chrysogoni ss.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus Albanus episcopus ss.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae ss.

Ego Ubaldus tit. S. Praxedis ss.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.

Ego Nicolaus presb. card. tituli S. Cyriaci ss.

Ego Guido diaconus card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Rodulphus diac. card. S. Luciae in Septa Solis subscripsi.

Ego Ioannes diac. card. S. Hadriani ss.

Ego G. R. S. Romanae Ecclesiae diaconus ss.

Ego Hugo Romanae Ecclesiae diaconus in S. Lucia in Horfea ss.

Datum Lateraui per manus Baronis capellani et scriptoris, IV nonas aprilis, indict. VII, incarnat. domin. anno MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii II anno I.

Dat. die 2 aprilis anno Domini 1144, pontif. anno I.

X.

Privilegium confirmationis Ecclesiae in castro Halla canonicorum regularium S. Augustini, bonorumque ad eam pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Hallensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Bona omnia eidem confirmat. — Regularibus ex claustro qualibet causa discedere interdicit. — Praepositi electionem committit canonicis. — Sepulturam inibi sibi deligere cuilibet indulget. — Decretum pro immunitate Ecclesiae eiusdem; — Cum solitis clausulis.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg., tom. III.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Lanzoni Hallensi praeposito, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam Hallensem, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut in eadem Ecclesia, prout venerabilis frater noster Conradus Salisburgen. archiep. ordinavit, et scripto suo firmavit, ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: capellam Sanctae Mariae Muna, capellam Sancti Georgii Chiriephero, capellam S. Martini Nane, capellam Sancti Valentini Morzols, capellam in castro Plaien., capellam in castro Halla, aquam in fonte Halla, quam dedit Ebo; aquam, quam dedit Iacco, praedia, quae dedit Sigiboto, Unchen. et Occheim praedium, quod dedit Henricus et Pato, Nutzpoum, quartam partem decimalis salis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus sive laicus a vobis decimas exigere praesumat. Interdicimus etiam, ut nemini professionis vestrae facultas sit, alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis

Hallensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Bona omnia eidem confirmat.

Regularibus ex claustro qualibet causa discedere interdicit.

licentia de claustro discedere; quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium literarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino praestante, viguerit. Si vero, secundo vel tertio vocatus, redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito, canonicam in eum proferre sententiam. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, extremae voluntati et devotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae suae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licea praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum Salisburgen. archiep. canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei (1) aliena fiat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Praepositi electionem committit canonicis.

Sepulturam imbi sibi deligere cuilibet indulget.

Decretum pro immunitate Ecclesiae eiusdem;

Cum solitis clausulis.

(1) Forte supplendum: *et Domini Redemptoris nostri I. C.* (R. T.)

Datum Later. per manum Baronis capellani, non. aprilis, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus nostri anno I.

Dat. die 5 aprilis anno Domini 1144, pontif. anno I.

XI.

Confirmatio primatus Toletanae Eccl. (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Raimundi archiepiscopi precibus indulgens, ei primatum Hispaniarum confirmat Pontifex; — Statuit quibus praecipue diebus pallio uti debeat. — Confirmat quoque eidem ius cognoscendi episcoporum causas: salva auctoritate Sedis Apostolicae. — Complutensem Ecclesiam Toletanae subiicit: caeterasque omnes, quae antiquitus ei subiacebant; — Ac insuper Ecclesias, quas de Saracenorum manibus vindicari contingat, quousque tamen ad pristinam dignitatem redigantur.

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Raimundo Toletano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, ab ipso Salvatore omnium Domino Iesu Christo caput et cardo est Ecclesiarum omnium constituta. Non decet igitur a capite membra dissidere, sed eminenti rationi et supernae provisioni capitis obedire. Moderatrix autem discretio capitis, singulorum membrorum officiosas actiones confoederans, unicuique ius et ordinem a natura constitutum distincte conservat, et quibusque nobilibus venustatis suae dignitatem, sine invidia, sociali caritate custodit. Hac igitur inducti ratione, honorem nobilis et famosae Toletanae Ecclesiae, Apostolicae Sedis pro-

Exordium

(1) Ex opere Casteioni de Primat. Tolet.

priae et specialis filiae, volumus conservare; ideoque, venerabilis frater Raimunde, quem vera in Christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternae pietatis affectu duximus annuendum. Per praesentis ergo privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum regna primatus obtineas dignitatem. Pallio itaque, a Sede Apostolica tuae caritati concesso, in missarum celebrationibus uti debetis tantum in praecipuis festivitatibus: tribus videlicet diebus, in Natali Domini, in Epiphania, Hypopanton (1), Coena Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus Sanctae Mariae, Sancti quoque Michaelis, Sancti Ioannis Baptistae, in omnibus natalitiis apostolorum, et eorum martyrum, quorum pignora in vestra ecclesia requiescunt, sancti quoque Martini et Ildefonsi confessorum, et omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum et clericorum, in annuo consecrationis tuae die, et in natali S. Isidori et Leandri. Primatem te universi Hispaniarum praesules respicient; et ad te, si quid inter eos exortum fuerit quaestione dignum, referent: salva tamen in omnibus Romanae Ecclesiae auctoritate. Verum personam tuam propensiori gratia retinentes, censemus, ut solius Romani Pontificis iudicio eius causa, si qua fuerit, decidatur. Sane Toletanam Ecclesiam praesentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei parochiam cum terminis suis, necnon et Ecclesias omnes, quas iure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes. Episcopales praeterea sedes, quas impraesentiarum iuste et quiete possides, eidem Toletanae Ecclesiae, tamquam metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas vero, quae antiquis ei temporibus subiacebant, cum Dominus omnipotens christianorum restituerit potestati, suae dignatione misericordiae, ad caput proprium referendas, decreti huius auctoritate sancimus. Porro illarum dioeceses civitatum, quae Sarracenis invadentibus metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestrae subiicimus ditioni, ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi, ut proprio, debeant subiacere. Si quae autem metropoles in statum fuerint proprium restitutae, suo quaeque dioecesis metropolitano restituatur, ut sub proprii regimine pastoris super divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica persona aut saecularis, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, etc.

Raimundi archiepiscopi precibus indulgens, ei primatum Hispaniarum confirmat Pontifex;

Statuit quibus praecipue diebus pallio uti debeat.

Confirmat quoque eidem ius cognoscendi episcoporum causas: salva auctoritate Sedis Apostolicae.

Complutensem Ecclesiam Toletanae subiicit: caeterasque omnes, quae antiquitus ei subiacebant;

Ac insuper Ecclesias, quas de Saracenorum manibus vindicari contingat, quosque tamen ad pristinam dignitatem redigantur

Datum Laterani per manus Baronis capellani et scriptoris, III idus maii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii Papae II anno I.

Dat. die 13 maii anno Domini 1144, pontif. anno I.

(1) Vide superius, pag. 137. (R. T.)

XII.

Confirmatio privilegiorum a Summis decessoribus Pontificibus Ariminensi Ecclesiae eiusque episcopis concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia, ecclesias, monasteria, oratoria cum pertinentiis singulis confirmat Pontifex. — Ariminensem Ecclesiam soli Romanae, eiusque Pontificibus subiectam declarat; — Censumque statuit annuum Lateranensi palatio persolvendum pro bonis, quae de iure S. Petri possidet. — Solitae conclusiones (*quae omittuntur*). — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, ven. fratri Raynerio Ariminensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

In eminenti Apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto

Exordium.

(1) Ex originario exemplari erutam hanc Bullam edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

nobis officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et ecclesiis sibi a Deo commissis suam iustitiam conservare. Praedecessorum ergo nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, tuis, in Christo frater charissime Rayneri episcope, postulationibus impartimur assensum, et sanctam Ariminensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, sanctae Romanae Ecclesiae privilegiis munientes, ad ipsius loci stabilitatem et pacem, monasteria, plebes, ecclesias, curtes, massas, salas (1), castella, casalia, vineas, terras, sylvas, paludes, praedia culta et inculta, cum decimis et colonis suis, servis et ancillis, aldionibus (2), et caeteris omnibus, quae aliquorum fidelium concessione, sive acquisitione qualibet ei iuste et legaliter pertinent, vel etiam quae de nostrae sanctae Romanae Ecclesiae tenet, tibi tuisque legitimis successoribus confirmamus; in quibus haec propriis nominibus duximus apponenda: scilicet infra civitatem Ariminensem, ecclesias Sancti Michaelis archangeli, Sanctae Innocentiae, Sanctae Mariae in Tribio, et Sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, quae vocatur Sanctae Crucis, Sanctae Agnetis, Sancti Genesii, Sanctae Euphemiae, ecclesiam Sancti Ioannis Evangelistae, S. Martini, Sancti Sylvestri, Sancti Vitalis, Sancti Laurentii sitam supra portam Gallinam, cum omnibus pertinentiis earum; extra civitatem vero monasterium Sancti Petri cum oratorio Sancti Mauri, ecclesiam Sanctorum Andreæ et Donati, ecclesiam Sancti Ioannis Baptistae, quae vocatur foris portam, cum destructa ecclesia Sancti Stephani, quae invicem sibi cohaeret (3), ecclesiam Sancti Apollinaris, et monasterium Sancti Gaudentii cum oratorio Sancti Victoris cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam Sanctorum Ioannis et Pauli, ecclesiam Sancti Gregorii infra eamdem civitatem in suburbio, ecclesiam Sanctae Mariae Maioris, plebem Sancti Angeli in Salute, plebem Sanctorum Ioannis et Petri, quae vocatur in Corpedo, ecclesias Sancti Mauri, Sancti Martini, Sancti Christofori, Sanctae Mariae, et quicquid iuris habetis in monasterio Sancti Theonisti infra ipsam plebem, plebem Sancti Pauli et Stephani, ecclesiam Sancti Prosperi, ecclesiam S. Petri, ecclesiam Sanctae Mariae in Cento, ecclesiam Sanctae Mariae in Vernano, et Sancti Ioannis in Frelioli, infra ipsam plebem sitas, plebem Sancti Ioannis in Galilæi, ecclesiam Sancti Christofori in Flanignano, ecclesiam S. Laurentii in castro Sulani, ecclesiam Sancti Pauli in curte eiusdem castri, ecclesiam Sanctae Margaritae in Castro cum curseto, et ecclesiam Sancti Andreae, ecclesiam Sancti Christofori in castro Scortigato, et Sancti Vicini, plebem Sancti Archangeli, quae vocatur in Acerbolo, ecclesiam Sanctae Mariae in Camerano et Sancti Ioannis in Cento, Sancti Andreae in Gallia, Sanctae Mariae Novae, Sanctae Mariae in Ceola, Sancti Bartholomaei in Tribio, infra ipsam plebem sitas, plebem Sanctorum Viti et Modesti, ecclesiam Sanctae Iustinae, Sancti Iuvenalis infra ipsam plebem, plebem Sancti Martini, quae vocatur in Burdundo seu Berdunchio, plebem S. Laurentii, quae vocatur in monte Appadiano, ecclesiam Sanctae Christinae, S. Martini, quae vocatur in Viginti, Sanctae Mariae in Paterno, et quicquid iuris habet in ecclesia Sancti Hermetis, infra ipsam plebem sitas, plebem Sancti Ioannis in Bulgaria Nova, ecclesiam Sancti Apollinaris, quae in deserto reiacet, ecclesiam Sancti Martini, quae vocatur in Cerreto, ecclesiam Sancti Petri in castro Veraculi, et quicquid iuris habet in ecclesiis Sancti Andreæ, Sancti Blasii, et Sancti Viti in Gualdo, infra ipsam plebem sitas, plebem Sancti Ioannis in Cella-Iovis, et plebem Sanctae Innocentiae, plebem Sancti Laurentii in Strata, plebem Sancti Georgii

Bona omnia, ecclesias, monasteria, oratoria cum pertinentiis singulis confirmat Pontifex.

(1) Idem quod *curtis*. (R. T.). (2) Idem qui *aldii*, servorum genus; Muratorius tamen, Ant. It. m. aev., t. I, col. 864, explicat dicens: *Medium quid inter servos atque libertos*. (R. T.) (3) Lege *cohaerent*. (R. T.)

in castro Conce cum oratorio Sancti Stephani, sito iuxta ipsam, plebem Sancti Erasmi, ecclesiam Sancti Andreæ, plebem Sancti Sabini, ecclesiam Sancti Ioannis in Pasciano, plebem Inferni, quae vocatur Sanctae Columbae, ecclesiam S. Donati et Sancti Martini, Sanctae Mariae in Uria, Sancti Petri, quae vocatur Accorti, Sancti Petri in Laureto infra ipsam plebem, plebem Sancti Laurentii in Barcola, et praedicta monasteria, et ecclesias omnes, quae in Ariminensi comitatu sitae sunt, cum pertinentiis earum, tibi tuisque successoribus confirmamus. Eidem etiam Ariminensi Ecclesiae roboramus portam Sancti Donati, quae vocatur Sancti Andreæ, totam in integrum, medietatem de porta Gallica, quae vocatur Sancti Petri, porticum totum in integrum per quod pergitur ad mare, et porticum unde ingressus est ad episcopium, medietatem totam ex integro ripae littoris maris, cum medietate de districtu suo, quae ad ripas littoris pertinet, sive de Iudaeis, sive de Christianis, verum etiam et litus maris decurrens a flumicello usque ad flumen, quod vocatur Maricula. Ad haec, praedecessorum nostrorum vestigiis insistentes, sicut ab eis sancitum est, ita et nos mansurum in perpetuo de caetero sancimus, ut Ariminensis Ecclesia nulli alteri alii metropoli, nisi tantum sanctae et apostolicae Romanae subiecta sit Ecclesiae, ipsiusque antistes tantum a Romano Pontifice omni tempore consecretur. De supradictis autem rebus iuris sanctae Romanae Ecclesiae, quas praefata Ariminensis Ecclesia possidet, tu et tui successores pro pensione triginta denariorum solidos annis singulis Lateranensi palatio persolvetis. Plebem vero Sancti Paterniani cum decimis et caeteris suis pertinentiis, nec non cum iis, quae beati Petri iuris sunt in fundo Arginariae, sub annuo censu viginti quatuor denariorum Lucensium, nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendo, tibi tuisque successoribus committimus, et praesentis scripti pagina confirmamus. Decernimus ergo etc. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc.

Arimineasem Ecclesiam soli Romanae, eiusque Pontificibus subiectam declarat;

Censumque statuit annuum Lateranensi palatio persolvendum pro bonis, quae de iure S. Petri possidet.

Solitae conclusiones (quae omittuntur).

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episc.

Lucii PP.

Ego Conradus Sabinen. episc.

Ego Imarus Tusculan. episc.

Ego Petrus Albanen. episc.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Rainerius presb. card. tit. Sanctae Priscae.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinae.

Ego Gilbertus presb. card. tit. Sancti Marci.

Ego Nicolaus presb. card. tit. Sancti Cyriaci.

Ego Manfredus presb. card. tit. Sanctae Sabinae.

Ego Albertus presb. card. tit. Sanctae Anastasiae.

Ego Octavianus diac. card. tit. Sancti Nicolai in Carc.

Ego Rodulphus diaconus card. Sanctae Luciae in Septa Solis.

Ego Ioannes diac. card. Sanctae Mariae Novae.

Ego Gregorius diac. card. S. Angeli.

Ego Astaldus diac. card. S. Eustachii.

Datum Laterani per manum Baronis S. R. E. subdiac., XII kal. iun., indict. VII, incarn. dom. MCXLIV, pontificatus vero D. Lucii II Papae anno I.

Dat. die 21 maii anno Domini 1144, pontif. anno I.

XIII.

Monasterium Cluniacense soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eique confirmantur bona omnia, iura atque immunitates (1).

SUMMARIUM

Monasterium Cluniac. a prima sui fundatione Sedi Apostolicae subiectum: et a Summis Pontificibus privilegiis donatum: — Eiusque bona, ecclesiae, clerici quoque, et laici sub solo iure Sedis eiusdem positi; — Data omnimoda exemptio etiam a iu-

(1) Ex Bibliotheca Cluniacensi Martini Marrier, col. 1383.

risdictione episcopi dioecesani. — Limites; quibus circumscribitur huiusmodi exemptio. — In abbatiis Cluniacensi monast. subiectis non eligendi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniac. — In prioratibus in quibus abbates non fuerint, imposterum non eligendi. — Pro altaribus et ecclesiis decimae non solvendae. — Sed monachorum et pauperum usibus applicandae: — Nec solvendae quas vocant dominicatas. — Episcopo sola facultas sit procedendi contra presbyteros refractarios: — Curam animarum eis impertiendi, et ecclesias consecrandi; sed sine pretio: — Bona omnia, vel quae possidet monasterium Cluniac., vel quae in futurum adeptum fuerit, eidem confirmantur. — In parochiis, ad ius Cluniac. monasterii spectantibus, nec Ecclesiae nec capellae absque abbatis licentia aedificandae. — Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi, diminutione, etc. — Confirmatio paginae huius cum solitis clausulis. — Lucii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Monasterium Cluniacense a prima sui fundatione Sedi Apostolicae subiectum: et a Summis Pontificibus privilegiis donatum:

Religionis monasticae modernis temporibus speculum, et in Galliarum partibus documentum, Beati Petri Cluniacense monasterium, ab ipso suae fundationis exordio Sedi Apostolicae in ius proprium est oblatum. Proinde Patres nostri sanctae recordationis, Ioannes XI, item Ioannes XIX, Agapitus II, Benedictus VI, item Benedictus VII, Leo VII, item Leo IX, Gregorius VI, item Gregorius VII, Alexander II, Stephanus, Victor III, Urbanus II, Paschalis II, Gelasius II, Calixtus II, Honorius II, Ecclesiae Romanae Pontifices, locum ipsum singularis dilectionis, ac libertatis praerogativa donarunt, et universa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus muniverunt; statutum est enim, ut ecclesiae omnes, coemiteria, monachi, clerici et laici universi, infra terminos habitantes, qui sunt a rivo de Salnay et ab ecclesia Rufiaci et Cruce de Lornant: a termino quoque molendini de Tornesac, per villam, quae dicitur Warenna, cum nemore Burserio: a termino etiam, qui dicitur Perroio, ad rivum usque de Satnay, sub Apostolicae tantum Sedis iure ac tuitione permaneant. Neque ipsius Cluniacensis loci presbyteri, aut etiam parochiani, ad cuiuslibet, nisi Romani Pontificis et Cluniacensis abbatis, cogantur ire synodum vel conventum. Sane pro abbatis, monachorum, seu clericorum, infra praedictos terminos habitantium, ordinatione, pro Chrismatis confectione, pro sacri Olei, ecclesiarum, altarium et cimiteriorum consecratione, Cluniacense monasterium, quem maluerit, antistitem convocet. Cluniacenses monachos ubilibet habitantes nullus omnino praeter Romanum Pontificem et legatum, qui missus ad hoc fuerit, excommunicet aut interdicat. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a praefato antecessore nostro Urbano Papa constituti sunt, praesentis decreti nostri pagina confirmamus; ne videlicet ullus homo cuiuscumque conditionis ac potestatis, invasionem, praedam, aut rapinam facere, sive homicidium perpetrare praesumat infra ipsorum limites terminorum. Itaque termini sacri banni sunt hi: versus Berziacum terminus est ad Bivium citra Sarratam, unde una venit ad Cluniacum, altera ad Massilias: in strata versus Bellumiocum terminus est contra Quarrnium, quod est desuper molendinum Cellararii Cluniacensis, citra Viengias ultra Cluniacum; versus Massilias terminus est ad summitatem Defensi ad Bivium, unde una via tendit ad Bersoniacum, altera ad Carellam: versus Sergiacum terminus est intra Quarruicium, citra locum, ubi dicunt ad Turgum: in strata versus Cabilonensem pagum terminus est ad Grossam Cassaniam super Marziacum: versus Brancedunum terminus est in via super boscum Bannedum: versus Trenorchium terminus est super rivulum, quem dicunt Longamaquam, intra Bannoscum et Donziacum: versus Perronam vel Laysiacum terminus est ad Tres-Fagos,

Eiusque bona, ecclesiae, clerici quoque, et laici sub solo iure Sedis eiusdem positi.

Data omnimoda exemptio etiam a iurisdictione episcopi dioecesani.

Limites; quibus circumscribitur huiusmodi exemptio.

ubi partiuntur vester boscus de Cluniaco et boscus Comitalis: versus Igiacum terminus est ad Carmos, super Montem-Edium. In abbatiis, quae cum suis abbatibus ordinationi Cluniacensis monasterii datae sunt, videlicet S. Martialis Lemovicensis, S. Eparci Engolismensis, monasterii novi Pictavis, S. Ioannis Angeliacensis, monasterii Lesatensis, Moysiacensis, Figiacensis in Caturcensi pago: in Avernia Mausiacensis, Tiercensis: in Antisidorensi Sancti Germani: in Cameracensi Hunoldi curtis: in Rothomagensi abbatia apud Pontiseram, in Taruvarensi S. Wlmari, sine Cluniacensis abbatis consilio abbas nullatenus eligatur. Ad haec adiicimus, ut in omnibus prioratibus, et cellis, quae sine proprio abbate vestro regimini subiectae sunt, nullus futuris unquam temporibus abbatem ordinare praesumat; sed tam prioratus ipsi et cellae, quam et caetera in quibuslibet locis omnia quibus Cluniacensis Ecclesia Arvernensis concilii, quod per supradictum Papam Urbanum celebratum est, tempore investita erat, de quibus tunc nulla quaestio mota est, tam tibi quam successoribus tuis in pace semper et quiete serventur. Pro altaribus et ecclesiis sive decimis vestris, nulli episcoporum facultas sit, gravamen aliquod vobis, aut molestias irrogare; sed sicut eorum permissione quaedam ex parte, quaedam ex integro habuistis, ita et in futurum habeatis. Ecclesiarum vestrarum decimas, quae a laicis obtinentur, si secundum Deum eorum potestati subtrahere vestrae religionis reverentia poterit, ad vestram et pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas laborum vestrorum, pro quibus tam vos quam alios monasticae religionis viros inquietare episcopi consueverunt, illorum videlicet, quos dominicaturas appellant, qui vestro sumptu a monasteriis et cellarum vestrarum clientibus excolluntur, sine omni episcoporum et episcopalium ministrorum contradictione, deinceps quietius habeatis, qui vestra peregrinis fratribus, et pauperibus erogatis. Ecclesiae omnes, quae ubilibet positae sunt, seu capellae vestrae et cimiteria, libera sint, et omnis exactionis immunia, praeter consuetam episcopi paratam et institiam in presbyteros, qui adversus tui ordinis dignitatem offenderint. Liceat quoque vobis, seu fratribus vestris, in ecclesiis vestris presbyteros eligere; ita tamen, ut ab episcopis, vel ipsorum vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant: quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur. Ecclesiarum vero, seu altarium consecrationes, si dioecesani episcopi gratis noluerint exhibere, a quolibet catholico suscipiatis episcopo. Nec cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi ipsi quam et famuli eorum, et qui se monasticae professioni devoverunt, clausis ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; in Burgundia, ecclesiam de Villafranca, ecclesiam de Barberiaco, monasterium de Prims: in Francia, ecclesiam Montis-Desiderii, ecclesiam de Dompetra: in Provincia monasterium iuxta montem Pessulanum: in Tolosano episcopatu ecclesias S. Columbae: in Hispania Nazeram, Sanctum Isidorum, Sanctum Zoilum de

In abbatiis Cluniacensi monasterio subiectis non eligendi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniacensis.

In prioratibus in quibus abbates non fuerint, imposterum non eligendi.

Pro altaribus et ecclesiis decimae non solvendae;

Sed monachorum et pauperum usibus applicandae;

Nec solvendae quas vocant dominicatas:

Episcopo sola facultas sit procedendi contra presbyteros refractarios:

Curam animarum eis impertiendi, et ecclesias consecrandi; sed sine pretio:

Bona omnia, vel quae possidet monasterium Cluniacense, vel quae in futurum adeptum fuerit, eidem confirmantur.

Quarrione, Sanctum Romanum de Pennis, Villam-Viridem, Villam-Francam, Vallem-Viridam, Palumbarum, Bodinum, Viminerium, Sanctum Martinum de Nehda, Sanctum Vincentium de Salamantica, S. Columbam de Burgis, Corvilanam, quae proprie Cluniacensi monasterio datae sunt: item in Nivernensi episcopatu monasterium de Albiniaco, quod ad caritatem: in Francia monasterium de Causiaco, quod ad S. Martinum de Campis canonicalem de Abbevilla pertinet: item ecclesiam de Rua, quae ad monasterium de Abbevilla pertinet. Prohibemus autem, ut infra parochias ad ius Cluniacensis monasterii pertinentes, absque Cluniacensis abbatis assensu nullus ecclesiam vel capellam aedificare praesumat: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

In parochiis, ad ius Cluniacensis monasterii spectantibus, nec ecclesiae nec capellae absque abbatis licentia aedificandae.

Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi, diminutione, etc.

Confirmatio paginae huius cum solitis clausulis.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Lucii PP.



Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Rainerius presb. card. tit. Sanctae Priscae ss.

Ego Thomas presbyter card. tit. Vestinae ss.

Ego Gillebertus tit. Sanctae Mariae ss.

Ego Imarus Tusculanus episc. ss.

Ego Petrus Albanensis episc. ss.

Ego Rainerius presb. card. Sancti Stephani in Coelio monte ss.

Ego Manfredus presb. card. Sanctae Sabinae ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Hugo presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Octavianus diac. card. ss.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sancti Angeli ss.

Ego Astaldus diac. card. Sancti Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Ioannes diac. cardinalis Sanctae Mariae Novae ss.

Datum Laterani per manum Baronis Ecclesiae subdiaconi, XI kal. iunii, indictione VII, incarnationis dominicae MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii Papae anno I.

Dat. die 22 maii anno Domini 1144, pontif. anno I.

XIV.

Confirmatio bonorum, iurium et privilegiorum matricis Ecclesiae Faventinae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub Apostolicae Sedis protectione recipit Pontifex; — Eique bona omnia confirmat; — Nonnulla elargitur privilegia et exemptiones. — Solitae conclusiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Farolfo Faventinae Ecclesiae archidiacono, Petro archipresbytero, eorumque fratribus, tam praesentibus quam futuris, in eadem Ecclesia loco eorum substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc in apostolicae dignitatis specula, Domino largiente, promoti sumus, ut Ecclesiarum utilitati et quieti paterna solicitudine provideamus, et suam cuique iustitiam ratam illibatamque servemus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuentes, et B. Petri Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub eiusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum quomodolibet iure praefata Ecclesia possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem S. Petri in Lacuna cum omnibus ad ipsum pertinentibus, medietatem plebis Sancti Andreæ in Pavieale cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Christofori martyris, dicta Castrum Quartulli, ecclesiam Sancti Andreæ in Casanaula, ecclesiam S. Mariae in Morlascho; praeterea Arcuatum maiorem et minorem, Fermilinum maiorem et minorem, cum appendiciis, videlicet Fabriati, Morena cum campo cohaerente sibi, et Taulis de Villanova, duos mansos in Licutino, quatuor in Pegalino; duos in Amerino, locum, qui dicitur Curiglianus, locum, qui dicitur Mons, locum, qui dicitur Tillitus, duos mansos in Varana, quidquid habetis in Fultarini, in Pigna, in Pitriolo, et in quibuscumque locis, villis, vel fundis, terris, vel aquis, aquarumve decursibus. Sancimus etiam vobis vestrisque in perpetuum successoribus antiquas Ecclesiae vestrae consuetudines, honores, dignitates, in decimis, primitiis, testamentis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum antiquitus consuetis, plebium episcopatus vestri processionibus, et pensionibus, omnibusque persolutionibus, praebendis, sive redditibus, quemadmodum vos aut praedecessores vestri ex antiquo vestrae Ecclesiae usu habuistis, tenuistis et possedistis a die obitus bo. me. Pauli eiusdem Ecclesiae venerabilis episcopi usque ad tempus Iacobi successoris eius. Oleum autem infirmorum, et eorumdem unctiones de tota plebe vestra, soli Ecclesiae vestrae, eiusque sacerdotibus in perpetuum Apostolicae Sedis auctoritate firmamus, et ut nullus capellanorum apud se retineat, vel in eo sine matricis Ecclesiae licentia operetur, sub eorum officii interminatione ac excommunicatione praecipimus. Archidiaconum quoque, et archipresbyterum semper in Ecclesia vestra per canonicam constitutionem habendos praecipimus: quibus nimirum, quidquid eis sacrorum canonum auctoritate conceditur, praesentis privilegii auctoritate firmamus. Sane charitativa illa ciborum beneficia, quae a monasteriis Sanctae Mariae foris portam, et Sancti Hippolyti, sive quae in Nativitate et Resurrectione Domini, annis singulis ab episcopo vestro recipere consuevistis, sive in dictis monasteriis consuetas processiones feceritis, sive ipsas, casu excusabili prohibente, subtraxeritis, vobis vestrisque posteris rata, sancimus, et illibata servari.

Ecclesiam hanc sub Apostolicae Sedis protectione recipit Pontifex;

Eique bona omnia confirmat;

Nonnulla elargitur privilegia et exemptiones.

(1) Ex originali in archiv. canonicorum Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

Hoc etiam Ecclesiae vestrae perpetuis temporibus ratum et inconvulsum manere decernimus, ut de universis ecclesiasticis negociis, sive contractibus, quae ad dioecesim Faventini episcopatus pertinere noscuntur, formandi aut reformandi, iudicandi seu disponendi, sine consilio et assensu vestro, vestrorumque successorum, nullus omnino habeat facultatem.

Sepulturam eidem Ecclesiae liberam fore decernit.

Sepulturam quoque eidem Ecclesiae omnino liberam esse concedimus, et eorum corpora, qui se in illa sepeliri deliberaverint, vel eorum, qui per consuetam parentelae aut cognationis sepulturam ad coemeterium vestrum pertinere noscuntur, sine licentia vestra nullus recipere praesumat, nisi forte adhuc viventes quodlibet propositum religionis assumpserit. Quod si quis ausu temerario recipere, vel sepulturae tradere praesumpserit, sive clericus sive laicus, usque ad condignam satisfactionem ecclesiasticae vindictae subiaceat.

Et alia favore Faventinae Ecclesiae statuit.

Ad haec adiicientes statuimus, ut sine vestro aut successorum vestrorum assensu nulla nova ecclesia vel oratorium infra Faventini episcopatus terminos construatur vel consecretur. Quae si secus constructa vel consecrata fuerint, in ipsis auctoritate apostolica divina prohibeatis officia celebrari. Apostolica nihilominus auctoritate interdicimus, ut nullus de episcopatu vestro, quem canonice interdixeritis aut excommunicaveritis, occasione alicuius privilegii, sive auctoritatis vobis resistere aut contradicere praesumat; sed mandato vestro sine contradictione obediat. In communis etiam vestrae civitatis interdicto nulli Ecclesiae, quae interdicta fuerit, officium manifeste liceat celebrare. Nulli quoque archiepiscopo vel episc. liceat, aliquem matricis Ecclesiae clericum officio seu beneficio sive canonico iudicio spoliare. Illud quoque praesenti decreto duximus annectendum, ut tam ecclesiasticis, quam saecularibus; tam in communibus quam in privatis, vos vestrique successores ab omni tributaria exactione immunitatem omnimodam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones seu redditus auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus, seu infestationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit pax D. N. I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decretum immunitatis.

Solitae conclusiones.

Datum Laterani, kal. iunii anno I.

Dat. die 1 iunii anno Domini 1144, pontif. anno I.

XV.

Monasterio Omnium Sanctorum Barensis dioecesis confirmatur privilegium Calixti PP. II ac donationes omnes eidem a Barens. episcopis factae (1).

Privileg. Calixti II lege superius, const. XXXVI.

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur privilegium Calixti PP. et donationes huic monasterio a Barensibus episcopis factae. — Abbas et monachi episcopo dioecesano pro solis ordinationibus subiecti declarantur. — Abbatis vero electio solis monachis reser-

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. VII, ubi de Barens. archiepp.

vatur. — Bona omnia monast. confirmantur. — Solitae conclusiones. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Nicolao abbati venerab. monasterii, quod Omnium Sanctorum dicitur, in loco Cuti in Barensi suburbio, sive eius fratribus tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quamobrem, dilecte in Christo fili Nicola abbas, quem per Dei gratiam in abbatem benediximus, Omnium Sanctorum monasterium, cui Domini auctoritate praesides, ad exemplar praedecessoris nostri fel. mem. Papae Calixti Apostolicae Sedis privilegio communimus. Omnem siquidem quietis et libertatis provisionem, quam bonae recordationis Ursus et Elias, Barensis Ecclesiae praesules, eidem monast. contulerunt, et dominus praedecessor noster sanctae memoriae Paschalis Papa firmavit, nos quoque praesentis scripti pagina confirmamus; ut videlicet locus ipse cum rebus omnibus ad eum iuste pertinentibus a dominio vel oppressione cuiuslibet hominis liber debeat permanere; nec ullus Ecclesiae Barensis antistes, aut alius (quod absit) temerarius, audeat eidem coenobio excommunicationem inferre: neque personis aut rebus eius aliquo citra iustitiam modo molestiam aut controversiam irrogare. Ordinationes autem clericorum et ecclesiarum consecrationes gratis, seposita pravitate et omni exactione, concedat. Missas sane illic publicas per episcopum fieri praeter abbatis et fratrum voluntatem omnimodis prohibemus; ne servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam providerint eligendum: cui si qua gravior causa evenerit, libere liceat Apost. Sedis audientiam appellare. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneat; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Laurentii de Auto, monasterium puellarum Sancti Procopii de Sio, et ecclesiam Sanctorum apostolorum Simonis et Iudae extra muros, ecclesiam Sancti Sebastiani cum omnibus earum pertinentiis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo nimirum in omnibus iure et auctoritate S. Rom. Eccl. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Confirmatur privilegium Calixti PP., et donationes huic monast. a Barensibus episc. factae.

Abbas et monachi episcopo dioecesano pro solis ordinationibus subiecti declarantur.

Abbatis vero electio solis monachis reservatur.

Bona omnia monasterii confirmantur.

Solitae conclusiones.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Lucii PP.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabin. episc.
Ego Theodewinus Silvae Candidae episc.
Ego Petrus Albanen. episc.
Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Portica.
Ego Guido in Rom. Eccl. altaris minister indign.

Datum Laterani per manum Baronis S. R. E. subdiaconi, VII kalendas decembris, indictione VIII, incarnationis dominicae, anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii II Papae anno I.

Dat. die 25 novembris anno Domini 1144, pontif. anno I.

XVI.

Privilegium confirmationis bonorum, et elargitionis immunitatum Ecclesiae ad Ripas, canonicorum S. Augustini Ratisponen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Ripensem Pontifex recipit sub protectione Sedis Apostolicae; — Et statuit ut ordo regularis inibi semper conservetur; — Ut bona ad eam pertinentia Regularium usui tantummodo inserviant; — Ut praepositus et advocatus a canonicis tantummodo eligantur. — Immunitatis privilegia concedit; — Pro eaque decretum sancit sub solitis clausulis. — Lucii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Gebeardo Provisori Ecclesiae, quae dicitur ad Ripas, eiusque fratribus regularem vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Si religiosorum petitiones clementer virorum admittimus, nostris procul dubio opportunitatibus benignum ac pium omnipotentem Dominum reperimus. Eapropter, dilecte in Domino fili Gebeardo, tuis rationabilibus postulationibus gratum praebemus assensum, et ecclesiam quae dicitur ad Ripas, cui auctore Domino praesides, sub Apost. Sedis tutela et protectione suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Beati Augustini regulam, et fratrum Portuensium institutionem in eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi, vel sanioris partis assensu, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam providerint eligendum. Liceat etiam vobis, communicato consilio, idoneum defensorem eligere, qui si inutilis apparuerit, et pestilens effectus, aequitate contempta vobis et rebus vestris noxius esse praesumpserit, reiiciendi eum facultatem liberam habeatis. Nullus quoque ad publicas processiones vos invitos trahere, aut quietem vestram quolibet modo audeat conturbare. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt,

Ecclesiam Ripensem Pontifex recipit sub protectione Sedis Apostolicae;

Et statuit ut ordo regularis inibi semper conservetur;

Ut bona ad eam pertinentia Regularium usui tantummodo inserviant;

Ut praepositus et advocatus a canonicis tantummodo eligantur.

Immunitatis privilegia concedit;

Pro eaque decretum sancit sub solitis clausulis.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg., tom. III, pag. 362.

usibus omnimodis profutura: salva Ratisponen. Ecclesiae canonica iustitia, et Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Lucii PP. Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Gregorius cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Iacinctus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Thomas presb. cardinalis tit. Vestinae ss.

Ego Guido presb. card. tit. Sanctorum Laurentii et Damasi ss.

Dat. Later. per manus Baronis sanctae Romanae Ecclesiae subdiac. v kal. ianuarii, indictione VIII, incarnat. dominicae anno MCXLIV, pontificatus vero domni Lucii II Papae anno I.

Dat. die 28 decembris anno Domini 1144, pontif. anno I.

XVII.

Monasterium S. Sabae, ab antiquo splendore et monastica disciplina delapsum, abbatibus Cluniacensibus committitur regendum cum pertinentiis suis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. S. Sabae fundatum tempore Gregorii PP. paululum delapsum; — Cluniac. abbatum regimini committitur: — Ita ut sine eorumdem consensu abbas ibidem eligi non possit: — Salvo tamen iure Sedis Apostolicae. — Roboratio decreti huius. — Lucii PP. subscriptio.

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium Etsi Ecclesiarum omnium cura nobis ex Apostolicae Sedis administratione immineat; illis tamen locis, quae nostro regimini specialiter commissa sunt, atque infra urbem sita, iuris sanctae Romanae Ecclesiae esse noscuntur, propensiori nos convenit affectionis studio imminere (2). Monasterium S. Sabae fundatum tempore Gregorii PP. paululum delapsum; Beati Sabae monasterium, a temporibus sanctissimi Papae Gregorii, in religione et honestate fundatum, atque magnis et amplissimis possessionibus ditatum fuisse dignoscitur. Nunc autem, peccatis exigentibus, et religio elapsa est, et pravorum hominum superabundante nequitia, bona, et possessiones distracta sunt, et ab ipso contra institiam alienata. Eapropter, dilecte in Domino fili Petre abbas, quoniam Cluniacense monasterium per omnipotentis Dei gratiam tamdiu longe lateque religione praecipua floruit, et bonae opinionis odore multos aspersit, praefatum Sancti Sabae monasterium cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad reformandam ibidem religionem, ad meliorandum etiam et disponendum, tibi tuisque successoribus in perpetuum committimus; ut in ipsius restitutione et guber- Cluniacensium abbatum regimini committitur:

(1) Ex Bibliotheca Cluniacensi Martini Marrier, col. 1408. (2) In Cocquelin. edit. hic legendum esse adnotatur *munire*, quod omnino a scriptoris ratione alienum putamus, uti ex contextu liquido patet. (n. T.)

natione studium et solicitudinem impendatis, et potestatem habeatis. Decernimus etiam, ut sine Cluniacensis abbatis provisione et consilio ibidem abbas de caetero nullatenus eligatur; sed vestra semper provideat diligentia, quatenus idonea et huic officio digna in loco regiminis, secundum regulam S. Benedicti persona subrogetur, et quidquid in monasterio ad augmentum et observationem monasticae religionis institui vel emendari oportuerit, vestro semper magisterio et dispensatione administretur: salva quidem in omnibus auctoritate Sedis Apostolicae, cuius iuris locus ille esse dignoscitur. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem coenobio iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia eternae pacis inveniant. Amen.

Ita ut sine eorumdem consensu abbas ibidem eligi non possit:

Salvo tamen iure Sedis Apostolicae.

Roboratio decreti huius.

Lucii PP. subscriptio.

Ego Lucius catholicae Eccl. episc. ss. cum decem et octo cardinalibus.



Datum Romae per manum Baronis S. Romanae Ecclesiae subdiaconi, XIV kal. februarii, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXLIV (1), pontificatus vero domni Lucii II Papae anno primo.

Dat. die 19 ianuarii anno Domini 1145, pontif anno I.

Literae quibus Lucius Papa oblatum ab Alphonso Portugalliae rege regnum suum, tamquam Romanae Ecclesiae tributarium recipit sub annuo censu quatuor unciarum auri (2).

SUMMARIUM

Series facti, qua regis Alphonsi oblatio exponitur. — Pontifex regem, filios et regnum sub B. Petri patrocinio suscipit sub annuo censu quatuor librarum auri. — Prospera cuncta ominatur. (R. T.)

Lucius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio A. illustri Portugallensi duci salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionem tuam, dilecte in Domino fili, maxime congaudemus, quod semetipsum de illis tribus recognoscens, quas Dominus noster Iesus Christus beati Petri custodiae commendavit, cum ad expugnationem paganorum intentus, multisque negotiis saecularibus occupatus, apostolorum limina visitare non posses, per manum dilecti filii G. diaconi cardinalis, tunc in partibus illis Apostolicae Sedis legati, praedecessori nostro felicis recordationis Papae Innocentio hominium laudabili devotione fecisti et terram, tibi a Deo commissam, beato Petro apostolorum principi obtulisti, atque personam tuam et terram ipsius patrocinio humiliter commisisti; postmodum vero tam per literas tuas, quam per venerabilem fratrem nostrum G. Bracharensem archiepiscopum, nobis etiam promisisti, ut tam tu, quam haeredes tui de terra ipsa quatuor uncias

Series facti, qua regis Alphonsi oblatio exponitur.

Pontifex regem, filios et regnum sub B. Petri patrocinio suscipit sub annuo censu quatuor librarum auri.

(1) Putamus legendum MCXLV, si quis enim Pagio tuniori (qui in vita Lucii num. II vult a Lucio annos incarnationis numerari coeptos a die 25 martii, subscribat) superiora sex diplomata vel fictitia putet, oportet, vel loco indictionis septimae, octavam legat, eaque anno 1145 consignet. (2) Ex archiv. Ecclesiae Ruthenensis edidit Baluzius, Miscell., tom. II, pag. 221.

Prospera cuncta ominatur.

auri annis singulis Romano Pontifici persolvatis. Nos itaque, qui, licet indigni, beati Petri loco residere conspicimur, tam te quam filios tuos et successores vestros intra haeredes ipsius apostolorum principis, ipso adiuvante, suscipimus, ut eius benedictione et protectione, tam animarum quam corporum maneatis perquam ab hostium visibilium et invisibilium expugnatione defensi, et ad coelestia regna pervenire, largiente Domino, valeatis.

Datum Laterani kalendis maii (1).

Datum die 1 maii.

(1) Libet hic subiicere Alphonsi regis, quem in allatis Lucii literis ducis nomine tantummodo nuncupatum legimus, epistolam, qua regnum suum Romanae Ecclesiae tributarium constituit, et quam refert Baluzius loco cit.: Lucio secundo Alphonsus rex Portugallensis, claves regni coelorum B. Petro a Domino nostro Iesu Christo concessas esse recognoscens, ipsum patronum et advocatum apud Deum omnipotentem habere disposui, ut et in vita praesenti opem illius et consilium in meis opportunitatibus sentiam, et ad praemia felicitatis aeternae ipsius suffragantibus meritis valeam pervenire. Quocirca ego Alphonsus, Dei gratia Portugallensis rex, per manum domini G. diaconi cardinalis, Apostolicae Sedis legati, domino et patri meo Papae Innocentio hominium feci, et terram quoque meam beato Petro et sanctae Romanae Ecclesiae offero sub annuo censu quatuor unciarum auri, ea videlicet conditione et tenore, ut omnes, qui terram meam post decessum meum tenuerint, eumdem censum annuatim beato Petro solvant; et ego, tamquam proprius miles beati Petri et Romani Pontificis, tam in me ipso, quam in terra mea, vel in iis etiam, quae ad dignitatem et honorem meae terrae, ac etiam defensionem et solatium Apostolicae Sedis habeam, et nullam potestationem alicuius ecclesiastici saecularisve dominii, nisi tantum Apostolicae Sedis, vel a latere ipsius missi, umquam in terra mea recipiam, facta oblationis et fortitudinis charta, idus decembris aera MCLXXX. Ego supradictus Alphonsus Portugallensis rex hanc chartam fieri ipse, et libenti animo coram idoneis testibus propria manu confirmo. Ego Ioannes Bracharensis episcopus confirmo. Ego B. Conimbriensis episcopus confirmo. Ego Petrus Portugallensis episcopus confirmo.

EUGENIUS III

PAPA CLXVII

Anno aerae Christi comm. MCXLV.

Petrus Bernardus, natione Pisanus, monachus Cisterciensis, et abbas monasterii Ss. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias, electus est Romanus Pontifex, et in Apostolica Sede collocatus die 27 februarii 1145, et Eugenius tertius nuncupatus, Arnaldistarum senatorum perversa fugiens consilia, consecratus est in monasterio Farfensi, in Sabinis posito, die 4 martii, qua Romae consecrari debebat. Sedit in pontificatu annos VIII, mens. IV, dies X, imperantibus, in Oriente Manuele Comneno, in Occidente vero Conrado III mox Friderico I, quem Ænobarbum vocant. Fecit ordinationes per mensem decembrem, in quibus diaconos decem, presbyteros undecim, et episcopos sexaginta unum creavit. Defunctus est apud Tibur (1) die octava iunii 1153, et inde per stratam publicam, et mediam urbem, atque in Vaticanum, cum totius cleri et populi romani frequentissima turba, maximo luctu, communique omnium immensa tristitia deportatus est, et in ipsa B. Petri ecclesia coram maiori altari tumulatus. Non vacavit sedes.

I.

Confirmatio privilegiorum a Conrado III aliisque regibus et imperatoribus Ultraiectinae Ecclesiae concessorum (2).

SUMMARIUM

Conradi regis ad Eugenium PP. supplicatio. — Tenor privilegii eiusdem regis; — Illud Eugenius PP. cum caeteris omnibus privilegiis confirmat; — Appositis solitis clausulis.

(1) Ut legit Baronius in veteri codice Bibliothecae Vaticanae. (2) Edidit Miraeus, Opera Diplomat., tom. I, pag. 552.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Decano, et Capitulo Ecclesiae Traiectensis, gratiam, gloriam et apostolicam benedictionem.

Conradi regis ad Eugenium PP. supplicatio.

Supplicatio charissimi in Christo filii Conradi III regis Romanorum illustris, nobis per dilectum filium Conradum ipsius fratrem, vestrae Ecclesiae praepositum, propter hoc ab eodem rege ad Romanam Curiam (1), continebat, ut privilegia, per Romanorum reges et imperatores antecessores suos Ecclesiae vestrae concessa, necnon privilegium ab ipso Ecclesiae vestrae praedictae concessum, auctoritate apostolica dignaremur confirmare, cuius privilegii tenor talis est:

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Conradus, divina favente clementia, rex Romanorum III.

Tenor privilegii eiusdem regis;

« Si Ecclesias Dei amplificamus, et earum iura regali auctoritate tuemur, et confirmamus, antecessorum nostrorum piorum regum vel imperatorum exempla imitamur; et hoc nobis ad regni nostri celsitudinem, et praecipue ad animae nostrae salutem profuturum non ambigimus. Ea propter tam futurorum quam praesentium Christi, nostrique fidelium regni, noverit industria, quod nobis apud Traiectum civitatem residentibus, et de pace ac de statu regni tractantibus, fidelis noster Hardbertus eiusdem loci venerabilis episcopus, Conradus frater noster praepositus, decanus, et capitulum maioris Ecclesiae dictae civitatis ad nostram praesentiam venerunt, nostrae celsitudini supplicantes, ut sicut antecessores nostri, pii Romani reges et imperatores ipsam Ecclesiam Traiectensem multis honoribus et privilegiis dotaverunt; sic nostra regalis excellentia, ipsorum vestigia imitando, dictae Ecclesiae aliquam honoris praerogativam concedere dignaremur. Nos itaque considerantes, quod regalem decet excellentiam illos honorare debere praerogativa ampliori, quorum devotionem continuis obsequiis experimur: attendentes etiam, nos et antecessores nostros reges et imperatores in dicta Ecclesia a fundatione eius inter canonicos primum locum obtinere, nostramque praebendam in eadem duos deservire sacerdotes, pro nostra salute, et regni tranquillitate ac pace Dominum exorantes, et dicti Hardberti venerabilis episcopi fidele servitium, ac dilectorum nobis decani et capituli grata obsequia, et devotionem frequentem, qua nostram regalem excellentiam, et dilectam coniugem nostram Gertrudim reginam, per aliquod tempus in ipsa civitate commorantem, plurimum honorarunt, et propter hoc volentes eamdem Ecclesiam maiorem Traiectensem honoris praerogativa speciali sublimare, ob remedium animae nostrae, et animarum domini Henrici III, avi nostri (cuius viscera in ipsa Ecclesia pro pignore sunt sepulta) et Henrici IV avunculi nostri imperatoris, nec non interventu dilectae coniugis nostrae reginae praedictae, ac Conradi fratris nostri charissimi, eiusdem Ecclesiae praepositi, ius eligendi et instituendi episcopum in ipsa Ecclesia, quod ad reges Romanorum et imperatores pertinere dignoscitur, et ab antecessoribus nostris regibus et imperatoribus usque ad nostra tempora est devolutum et deductum, antedictis praeposito, decano, ac capitulo Ecclesiae Traiectensis, ac dilectis nostris praeposito, decano, et capitulo ecclesiae Sancti Bonifacii eiusdem loci, eidem maiori Ecclesiae ab earum fundatione speciali fraternitate, ut nobis innotuit, coniunctis, in donationem perpetuam regali magnificentia concedimus in donum, et damus potestatem nostram omnimodam, a nullo successorum nostrorum infringendam, ut cum episcopatum praedictum vacare contigerit, iidem praepositi, decani, et capitula maioris, et Sancti Salvatoris Traiectensis antedicti, et nulli alii, nisi Ecclesiarum suarum concanonici, episcopum alium eligendi plenariam habeant potestatem. Ut autem haec nostra donatio, donum, et

(1) Adde *missum*.

privilegium, regia magnificentia voluntarie ac liberaliter concessa, iisdem perpetua sint, et rata credantur ab omnibus, et inconvulsa omni deinceps tempore conserventur, hac in charta conscribi iussimus, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, idoneos testes, qui praesentes aderant, subternotari fecimus: quorum nomina haec sunt:

Anselmus Navelburgensis episc.
Albero Leodiensis episcopus.
Wernerus Monasteriensis episc.
Nicolaus Cameracensis episcopus.
Udo Ossenburgensis episcopus.
Walramus dux.
Wilhelmus comes Palatinus.
Henricus comes de Zutphene.
Arnoldus comes de Clivo.
Adolphus comes de Monte.
Henricus comes de Gelre.
Conradus praepositus Traiectensis.
Emo praepositus S. Bonifacii.
Conradus Tielensis praepositus.
Lambertus S. Petri praepositus.
Godefridus de Renen.
Alardus de Megene.
Otto praefectus Traiectensis.
Egbertus de Amstelle.
Bertoldus de Aldenseele.
Iacobus de Satersole.

Signum domini Conradi Romanorum regis III.

« Ego Arnoldus cancellarius vice Henrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quadragesimo quinto, indictione VIII, XV kalend. novembr., regnante Conrado Romanorum rege tertio, anno vero regni eius VIII.

« Data apud Traiectum, in Christo feliciter ».

Illud Eugenius PP. cum caeteris omnibus privilegiis confirmat.

Eapropter, nos pro nostrae Ecclesiae reverentia, et eiusdem regis supplicantis instantia inclinati, considerantes etiam ad Ecclesiam vestram dicti regis devotionem, qua ipsam regali magnificentia favorabiliter et excellenter honoravit, antedictum privilegium, cuius tenor his nostris apostolicis literis de verbo ad verbum est insertus, et omnia privilegia per Romanos reges et imperatores Ecclesiae vestrae ad honorem Christi, et Ecclesiae exaltationem concessa, apostolica auctoritate confirmamus, inhibentes sub anathematis vinculo, ne imperialis, vel regalis, vel episcopalis, vel clericalis, vel laicalis persona aliqua, cuiuscumque status et conditionis existat, ipsam Ecclesiam Traiectensem, contra huiusmodi privilegium, et nostrae confirmationis tenorem, molestare, aut in eiusdem praeiudicium in praemissis quidquam in perpetuum audeat attentare; decernentes irritum et inane, si quid a quoquam in contrarium fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostrae confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum.

Appositis solitis clausulis

Datum Romae apud Sanctum Petrum, XV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno I.

Dat. die 18 martii anno Domini 1145, pontif. anno I.

II.

Elargitio privilegiorum monasterio S. Salvatoris Papien. dioecesis ordinis Cassinen. quod S. R. Ecclesiae subiectum tantummodo declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae defensione suscipit Pontifex. — Bona eidem ab imperatrice Adelaide caeterisque fidelibus donata confirmat; — Quorum nonnulla enumerat; — Abbatis electionem ad monachos, ad Romanum Pontificem vero consecrationem spectare decernit. — Quae ordinarii propria sunt, a quocumque episcopo recipiendi faculta-

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II, num. CLXVII.

tem elargitur. — Baptismatis sacramentum in ecclesiis monasterii ad id olim deputatis, conferendi facultatem impartitur. — Decimas bonorum monasterii a quocumque exigi prohibet. — Caligarum, sandaliorum, chyrothecarum et mitrae usum abbati concedit: — Monasterium vero S. R. E. tantummodo subditum declarat. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectò in Christo filio Oberto abbati monasterii S. Salvatoris secus Papiam siti, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii sic cura commissa est, ut quieti et utilitati omnium Ecclesiarum paterna debeamus solicitudine providere; et ne pravorum hominum fatigentur molestiis, eas auctoritate nostrae sedis communire. Quapropter, in Christo dilecte fili Oberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus assensum praebentes, monasterium Domini Salvatoris, cui Deo auctore praesides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus ad exemplum praedecessorum nostrorum, felicis memoriae Ioannis, Benedicti, Paschalis, Calixti, Honorii, Innocentii, et Lucii, Romanorum Pontificum, sub beati Petri tutela, et Apostolicae Sedis defensione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: quod nimirum coenobium ab Adeleyda imperatrice Augusta, benignissima pietate renovatum, et eius liberalitate amplissimis possessionibus ditatum esse cognovimus; statuentes itaque, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum Monticelli cum duabus capellis et omnibus suis pertinentiis, curtem Olonae cum capella S. Anastasii et omnibus sibi pertinentibus: curtem Baseregutiae cum baptismali Ecclesia in honorem sanctae Mariae constructa, et capella una cum omnibus sibi pertinentibus, curtem Frixinariae cum capella una et omnibus sibi pertinentibus, curtem Melariae cum plebe S. Michaelis, et ecclesia S. Stephani, et S. Materni, et omnibus sibi pertinentibus: curtis Herbariae medietatem: et plebem Sancti Faustini, cum omnibus ad ipsas medietates et plebem pertinentibus: Viridarium infra portam Sancti Ioannis, et prope Palatinam portam situm, cum duabus capellis, una in honore Sancti Laurentii, et altera in honore Sanctae Mariae constructis; curtem Garlaschi cum capella una Sanctae Mariae, cum honore et districtu per duo miliaria in circuitu; in Maringo ecclesiam unam in honore S. Martini, et capellam unam in honorem Sanctae Mariae constructam, cum omnibus ad ipsas pertinentibus: cellam Sanctae Honoratae cum omnibus suis pertinentiis, medietatem curtis Corianae cum capella una in honore Sanctae Mariae constructa, et cum districtu totius praefatae Curiae: curtem Antellami cum omnibus sibi pertinentibus, curtem Armentariae cum capella una, et omnibus sibi pertinentibus. Sane, obeunte te, nunc abbate eiusdem monasterii, nullus ibi qualibet subreptionis astutia abbatem ibi eligere praesumat, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem a Romano Pontifice consecretur. Chrisma, Oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quo malueritis, suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam Sanctae Apostolicae Sedis habuerit. Porro in Ecclesiis eidem monasterio pertinentibus, scilicet in ecclesia Sancti Martini de Maringo, et in ecclesia

Monasterium sub Sedis Apostolicae defensione suscipit Pontifex.

Bona eidem ab imperatrice Adelaide, caeterisque fidelibus donata confirmat;

Quorum nonnulla enumerat;

Abbatis electionem ad monachos, ad Romanum Pontificem vero consecrationem spectare decernit;

Quae ordinarii propria sunt, a quocumque episcopo recipiendi facultatem elargitur

Baptismatis sacramentum in ecclesiis monasterii ad id olim deputatis, conferendi facultatem impartitur.

Sancti Anastasii Olonae, et in ecclesia Sancti Salvatoris Monticelli, baptismum apostolica auctoritate concedimus, et in aliis ecclesiis, eidem monasterio pertinentibus, in quibus usque ad haec tempora constat esse celebratum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus excolitis, vel de vestrorum animalium nutrimentis decimas nullus clericus, vel laicus a vobis exigere praesumat. Usum quoque caligarum, sandaliorum, chirothecarum, et mitrae, sicut per praedecessorum nostrorum, authentica privilegia tibi tuisque successoribus concessum esse dignoscitur, et nos ex liberalitate Sedis Apostolicae concedimus, ad haec praesenti capitulo adiicientes, ut praefatum coenobium sub nullius Ecclesiae ditione permaneat, sed solum sanctae Apostolicae Sedi obnoxium existat. Decernimus ergo ut nulli episcopo, vel alicui omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decimas bonorum monasterii a quocumque exigi prohibet;

Caligarum, sandaliorum, chirothecarum, et mitrae usum abbati concedit:

Monasterium vero S. R. Ecclesiae tantummodo subditum declarat.

Solitae conclusiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. S. Calixti ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presbyter card. tituli S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Villanus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tit. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis tit. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Ioannes diaconus card. S. Mariae Novae ss.

Datum Viterbii per manum Roberti S. R. E. presbyteri card. et cancellarii, VIII kal. maii, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXLV, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno I.

Dat. die 24 aprilis anno Domini 1145, pontif. anno I.

Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

III.

Simile privilegium monasterio Sancti Petri Perusinae dioecesis eiusdem ordinis(1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona monasterio confirmat Pontifex; — Quorum nonnulla enumerat. — Chrisma, sacros Ordines, aliaque huiusmodi ab episcopo dioecesano per monachos suscipi iubet: — Abbatis autem electionem ad solos monachos spectare decernit; consecrationem vero ad Romanum Pontificem; — Missas ab episcopo celebrari, stationes ordinationesque in

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II, num. CLXVIII.

monasterio haberi absque abbatis consensu vetat. — Decimas ex bonis illius quacumque occasione exigi prohibet. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bernardo abbati monasterii Sancti Petri, quod secus Perusinam civitatem situm est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, atque praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem locus impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, vobis vestrisque successoribus firma et illibata permaneant, tam in ecclesiis, quam in cellis, curtibus, plebibus, monasteriis, fundis, atque casalibus; in quibus utique haec propriis nominibus duximus exprimenda: plebem Sancti Constantii, Sancti Rufini, Sancti Martini, et Sancti Ioannis: plebem Sancti Martyrii: ecclesiam Sancti Benedicti in Agellione cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Iustini cum curte sua, ecclesiam Sancti Andreae et Sancti Angeli de Aliano cum suis pertinentiis, ecclesiam Sanctae Mariae in Petiniano et Sancti Clementis, curtem de Casale, curtem de Petroniano, et quod vobis pertinet de curte et ecclesia Sancti Donati in Civitella: nec non terram Hugonis nepotis Bernonis de Monte Nigro. Apostolicae quoque Sedis tibi munimine confirmamus ecclesias Sanctorum Appollinaris, Blasii, et Montani cum suis pertinentiis: salvo annuo censu Farfensis Ecclesiae. Quin etiam confirmamus massas tres, in comitatu Perusino positas, unam, quae vocatur Pusulo, alteram Filontio, et aliam quae nuncupatur Casalina, cum ecclesiis, casis, vineis, campis, ortis, montibus cultis et incultis, et omnibus suis pertinentiis, monasterium Sancti Angeli in comitatu Assisinate in loco, qui dicitur Limisano, cum cellis, capellis et omnibus sibi pertinentibus, ecclesiam S. Archangeli, sitam iuxta lacum Perusinum, monasterium Sancti Salvatoris in Potale, monasterium Sancti Petri in Poliano cum universis eorum pertinentiis, ecclesiam Sancti Silvestri in Murcelle, ecclesiam Sancti Donati, ius quod habetis in Agello, ecclesiam Sanctae Mariae in Podio cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Pauli in Monticello, ecclesiam Sancti Petri de Petroniano cum curte sua, Hospitale quoque, quod ante portam Sancti Petri situm est, quemadmodum a praedecessore nostro fel. mem. Papa Lucio vobis restitutum est, salvo iure Dominici Sepulchri; castrum, quod vocatur Fracta filiorum Azonis. Sane Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et clericorum ad idem monasterium pertinentium, a dioecesano accipietis episcopo; si quidem catholicus fuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum. Missas autem publicas in eodem monasterio per episcopum fieri, vel stationes, aut ordinationes aliquas celebrari, praeter abbatis

Bona monasterio confirmat Pontifex.

Quorum nonnulla enumerat.

Chrisma, sacros Ordines, aliaque huiusmodi ab episcopo dioecesano per monachos suscipi iubet:

Abbatis autem electionem ad solos monachos spectare decernit; consecrationem vero ad Romanum Pontificem:

Missas ab episcopo celebrari, stationes ordinationesque in monasterio haberi

absque abbatis consensu vetat.

ac fratrum voluntatem, omnimodo prohibemus; ne in servorum Dei recessibus occasio popularibus praebeatur ulla conventibus. Nec ulli episcopo facultas sit, praeter Romani Pontificis conniventiam, idem coenobium aut eius cellas gravare, interdicere, vel excommunicare, seu exactiones novas imponere; nec saecularium procerum cuiquam liceat, fodrum, vel aliud servitium ab eodem monasterio, aut eius pertinentiis extorquere: salvo nimirum iure ac dominio sanctae Romanae Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu iniuste datas suis usibus vendicare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decimas ex bonis illius quacumque occasione exigi prohibet.

Solitae conclusiones.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Gregorius presb. card. tituli S. Calixti ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Rainerius presb. cardinalis tituli S. Priscae ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Nicolaus presb. card. tituli Sancti Cyriaci ss.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.

Ego Iulius presb. card. tit. S. Marcelli ss.

Ego Greg. diac. card. tit. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Datum Viterbii per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, VII kal. maii, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXLV, pontificatus domni Eugenii III PP. anno I.

Dat. die 25 aprilis anno Domini 1145, pontif. anno I.

IV.

Confirmatio donationum, a Germaniae proceribus, episcopis caeterisque factarum monasterio Schyrensi in Bavaria, cui nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur: — Bona omnia ac donationes eidem confirmantur: — Sacri Ordines, aliaque huius generis sacra mysteria ab episcopo recipienda. — Abbas per monachos eligendus; — Sepulturam in hac ecclesia fore cuiquam liberam; — Advocatus quoque per monachos eligendus, sub conditione, quod huiusmodi munus non cedat in ius haereditarium. — Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus. — Solitae conclusiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ulrico abbati monast. S. Mariae Schyren, quod in episcopatu Frisingensi situm est, eiusque fratribus tam praesentibus, quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio

(1) Ex Hundii Hist. Salisburg., tom. III.

celerem sortiatur effectum. Huius rei gratia, dilecti in Domino filii, praedecessorum nostrorum felicis memoriae Paschalis et Calixti Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Beatae Dei Genetricis semperque Virginis Mariae ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste atque canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, sive aliis iustis modis poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Locum Vispachave et Usinhoven, in quibus prius habitastis, sicut per praefatos praedecessores nostros confirmata sunt; quaecumque etiam in parochiis et in decimis ab episcopis vobis concessa sunt; et quidquid Otto Palatinus comes, eiusdem loci fundator, consentiente nobili foemina Petrissa comitissa, et aliis quinque comitibus; et quicquid Haziga cum filiis suis Ekkhardo, Bernhardo et Ottone comitibus, seu etiam illustris recordationis comes Perictholdus, comes etiam Chunradus, et frater eius Otto, Bernhard, et Ekkenhandus, aliique fideles Christi pro suarum animarum salute congregationi vestrae de suo iure obtulisse noscuntur, per praesentis scripti paginam vobis in perpetuum confirmamus. Chrisma, Oleum sacrum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano accipietis episcopo, si sine pravitate exhibere voluerit; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo, vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Porro sepulturam loci vestri omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Sane advocatum vobis secundum vestrum arbitrium, aliorumque religiosorum, et sani consilii virorum, quem potissimum elegeritis, concedimus, qui timoris amorisque Dei respectu vestrae voluntati benigne provideat; ipse tamen si molestus vobis extiterit, nostra auctoritate liceat vobis alium idoneum constituere. Porro nec ipsi, nec aliis facultas sit, advocatiam loci vestri sibi quasi haereditariam vendicare vel vobis retinentibus possidere. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae protectionis, bizantium aureum nobis nostrisve successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, si secundo tertiove commonita fuerit, et non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur:

Bona omnia ac donationes eidem confirmantur:

Sacri Ordines, aliaque huius generis sacra mysteria ab episcopo recipienda.

Abbas per monachos eligendus;

Sepulturam in hac Ecclesia fore cuiquam liberam;

Advocatus quoque per monachos eligendus, sub conditione, quod huiusmodi munus non cedat in ius haereditarium.

Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus.

Solitae conclusiones.

et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Data Viterbii per manum Roberti S. Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, II kalend. maii, indict. VIII, incarnationis dominicae anno MCXLV, pontificatus vero domni Eugenii III PP. anno I.

Dat. die 30 aprilis anno Domini 1145, pontif. anno I.

V.

Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Veronensis Ecclesiae (1).

Huiusce episcopii canonicis bona pariter omnia confirmarunt Leo IX, Gregorius VII, Clemens II, quorum diplomata suis locis retulimus.

SUMMARIUM

Exordium (*ut in caeteris diplomatibus*). — Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eiusque bona omnia confirmans nonnulla enumerat. — Decretum immunitatis ab omni molestia, vi etc. — Sub solitis poenis et clausulis (*prout in reliquis*). — Eugenii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Theobaldo Veronensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Exordium (ut in caeteris diplomatibus);

Piae postulationis etc. Eapropter, venerabilis frater in Christo Theobalde episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et B. Dei Genetricis semper Virginis Mariae Veronensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, quae impraesentialiter iuste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium Sancti Zenonis, monasterium Sanctorum Firmi et Rustici, monasterium S. Nazarii cum omnibus eorum pertinentiis, ecclesias ipsius civitatis, arcem Malsissini cum omni dominio et districtu et omnibus pertinentiis suis, plebem eiusdem arcis cum omnibus capellis suis, ius nostrum in castro, quod dicitur Tutis, castrum Garde cum cunctis appendiciis suis, plebem eiusdem loci cum omnibus suis capellis, plebem de Caprino cum suis capellis et decimis, et plebem de Cisano cum capellis et decimis, et plebem Gazizio cum capellis et decimis, plebem de Teneri cum capellis et decimis, plebem de Pavenguli cum capellis et decimis et castello, monasterium Vemagazano cum capellis et decimis, plebem eiusdem loci cum decimis et capellis suis, curtem de Lenzani cum castro et omnibus pertinentiis suis, Rivotellam cum capellis et decimis, plebem Sitinii cum capellis et decimis, monasterium S. Vigilii, plebem Puzolengi cum capellis et decimis, plebem Sancti Zenonis Zodeldisco cum ecclesia S. Michaelis sita iuxta Tartarum, cum decimis, ecclesiam Sancti Nazarii cum decimis et curte, ecclesiam Sancti Ambrosii de Casali-Alto cum pertinentiis suis, plebem de Valegio cum capellis et decimis, monasterium Sanctae Mariae iuxta mensam quantum ad ius spectat parochiale, plebem de Ponto cum capellis et decimis et curte, plebem S. Andreae cum capellis et decimis et curte, plebem de Pischeria cum capellis et decimis et curte, piscationibus et dimidio, plebem Cartholengi cum capellis et decimis, plebem de Palazolo cum decimis, plebem Summae Campacae cum capellis et decimis, plebem de Gregia cum capellis et decimis et curte, plebem de Vico Attici cum capellis et decimis, plebem de Trinenzolo cum capellis et decimis, plebem de Bonefisio

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eiusque bona omnia confirmans, nonnulla enumerat.

(1) Ex Tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. V.

cum capellis et decimis, plebem de Castellari, plebem de Moratica cum capellis et decimis, ecclesiam Sancti Petri in monasterio cum decimis, plebem S. Prosdocimi cum capellis et decimis et curte usque ad veterem alveum Tartari, ecclesiam Gratii cum decimis, ecclesiam Curtis Regiae cum decimis et curte, ius parochiale in plebe de Nogaria (sicut per concordiam inter te et Nonantulum abbatem in praesentia nostra, factum determinante, statutum est, et de scripto nostro firmatum) cum decimis, quas canonice possides in eadem villa de Nogaria, et in altera villa, quae dicitur Aspum; ecclesiam Casalavoni, ecclesiam Salezole, ecclesiam Ravanuance cum decimis, ecclesiam Vanferrarii cum decimis, plebem Ceredi cum capellis et decimis et familia, et quicquid aliud ibidem iuste possides, plebem Leniacis cum capellis et decimis et curte et cunctis pertinentiis suis, plebem Portaerem cum capellis et decimis et curte et cum pertinentiis suis, curtem Baasi cum capellis et decimis; plebem S. Zenonis cum capellis et decimis et curte, plebem Englarii cum capella et decimis, et quicquid aliud ibidem iuste possides, curtem Bonamdigni cum ecclesiis et decimis, ecclesiam Lasiae cum decimis, curtem Rupaeclarae cum plebe et capellis, decimis, familiis caeterisque suis pertinentiis, plebem Cortiliani cum decimis, plebem Boboloni cum decimis et curte, plebem Tumbe cum capellis et decimis et curte caeterisque suis pertinentiis, villam Casanovae cum omni districtu et castello veteri, plebem de Roncho cum capellis et decimis, plebem insulae Porcharitiae cum capellis, decimis et curte, plebem de Opedani cum capellis et decimis, curtem Scardevariae cum ecclesiis et decimis, plebem Geberti cum capellis et decimis, plebem Azanensis cum capellis et decimis, ecclesias de Porcilli cum capellis et decimis, plebem de Suardio cum capellis et decimis, et quicquid ibidem iuste possides, curtem Galderii cum ecclesiis et decimis et familiis, et quicquid iuris habet in Moce quod vocatur Sarmatiae, et in sylvis sitis iuxta Montem Fortem, et in Fustalino cum cunctis pertinentiis eiusdem curtis, plebem Colonionae cum capellis et decimis et familiis et dimidia curte, plebem Illati cum capellis et decimis et dimidia curte, curtem Calavenae cum plebe et capellis et decimis et familiis et suis pertinentiis, monasterium S. Petri de Calavena, plebem de Mezano cum capellis et decimis et castello et familiis, dimidiam curtem Lavanii cum ecclesiis et decimis, curtem Montis-Aurei cum plebe et capellis et decimis et omnibus suis pertinentiis, plebem de Cretiana cum capellis et decimis et familiis, curtem Alzenagi, et dimidiam partem Azagi, plebem Albatiani cum decimis et capellis in districto Curiae, et familiis, plebem S. Floriani cum capellis et decimis et familiis, plebem de Higratio cum capellis et decimis et familiis et dimitia parte curtis, plebem S. Georgii cum capellis et decimis et familiis et dimidia curte. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum, etc.

Revocata concordia inter Veronensis Ecclesiae episcopum et abbatem Nonantulanum.

Decretum immunitatis ab omni molestia, vi etc.

Sub solitis poenis et clausulis (prout in reliquis).

Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episc.

Ego Theodewinus S. Rufinae episc. ss.

Ego G. presb. card. tit. S. Calixti ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni subscripsi.

Ego Raynerius presbyter card. tituli S. Priscae subscripsi.

Ego Thomas presb. cardinalis tit. Vestinae subscripsi.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli S. Sabinae ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Villanus presb. card. tit S. Stephani in Caelio monte ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diacon. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Rodulphus diac. card. S. Luciae in Septa Solis subsc.

Ego Gregorius diac. card. S. Angeli ss.

Ego Iacintus diac card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Bernardus diac. card. sanctae Romanae Ecclesiae ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Cinthius diac. card. sanctae Romanae Ecclesiae ss.

Datum Viterbii per manum Roberti S. R. E. presb. card. et cancellarii, XVI kal. iun., indict. VIII, incarnationis dominicae an. MCXLV, pontif. vero D. Eugenii III PP. anno I (1).

Dat. die 17 maii anno Domini 1145, pontif. anno I.

VI.

Samsonem Remensem archiepiscopum obiurgat quod Francorum regem, contra ius archiepiscopi Bituricensis, in Bituricensi civitate coronare praesumpserit, ipsique propterea usum pallii interdicit (2).

SUMMARIUM

Quae perpetrarit Samso contra Bituricensem Ecclesiam et archiep. narrat; etiam cum contemptu Sedis Apostolicae. — Graviter obiurgat. — Eugenii PP. longanimitas. — Pallii usus Samsoni interdicitur; — Et dies dicta.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Samsoni Remensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quantum sancta Romana Ecclesia, nostrique praedecessores felicis recordationis, videlicet Innocentius, Coelestinus et Lucius pro pace Bituricensis Ecclesiae, et venerabilis fratris nostri Petri eiusdem Ecclesiae archiepiscopi laboraverunt, universus fere mundus cognovit, et prudentiam tuam latere non debuit. Nunc autem cum per Dei gratiam, et eorumdem praedecessorum nostrorum studium ad portum quietis venisset; tu qui eidem fratri tuo congratulari debueras, versa vice in ipsius iniuriam et perturbationem usu temerario prorupisti, et carissimum filium nostrum Ludovicum illustrem Francorum regem coronare in Bituricensi civitate contra appellationem ad Sedem Apostolicam praesumpsisti. Quod nec tu, nec aliquis praedecessorum tuorum fecisse dignoscitur: sed Bituricenses archiepiscopi, Leodegarius videlicet, Vulgrinus, et Albericus bonae memoriae usque ad haec tempora quiete et pacifice obtinuisse noscuntur. Nec profuit eidem archiepiscopo illud ultimum miserorum refugium, Sedis Apostolicae videlicet appellatio, nec hoc etiam quod S. R. E. matrem suam, et nostram praesentiam devotione debita visitaverit, et eam die nostro conspectui assistebat, immo ad maiorem beati Petri, et nostrum comtemptum Bituricensem Ecclesiam a divinis officiis interdictam, cum Gosseno Suessionensi episcopo, et aliis Ecclesiae tuae suffraganeis, abbatibus quoque, et multis aliis tuae provinciae ausu sacrilego invasisti, et divina ibidem officia celebrare, et oblationes asportare temere praesumpsisti. Statuto etiam appellationis termino, nec ipse venisti, nec sufficientes responsales, qui pro te responderet, ad nostram praesen-

Quae perpetrarit Samso contra Bituricensem Ecclesiam et archiepiscopum narrat; etiam cum contemptu Sedis Apostolicae

(1) Non unam aut alteram dedit Eugenius epistolam ad vindicanda Veronensis Ecclesiae iura, et quietem in eiusdem Ecclesiae Capitulum inducendam, ut videre est apud laudatum Ughellium. Nos unum hoc selegimus diploma, quod naturae collectionis nostrae magis convenit. Ex eo patet, quantae dignitatis haec Ecclesia tunc temporis fuerit, et quam sedulo eius bonorum integritati consuluerit Eugenius. (2) Ex Concil., tom. XII, col. 1615.

Graviter obiurgat.

tiam destinasti. In quo quantum offenderis, quantumque matris tuae S. R. E. dignitati derogaveris, si sollecita consideratione pensasses, nequaquam in tantam audaciam prorupisses. Quanto etiam a matre tua S. R. E. ampliorem consecutus es dignitatem, tanto maiorem ei honorem et reverentiam te decuit exhibere: nec hoc etiam reticendum duximus, quod idem frater noster Petrus archiepiscopus a praedecessore nostro felicis memoriae Papa Innocentio ad sacros ordines in Romana Ecclesia promotus est, et ab ipso ad Bituricensis regimen Ecclesiae destinatus. Unde scire te volumus, quia ipsius et commissae sibi a Domino Ecclesiae iniurias non alienas, sed propria, et tamquam nobis ipsis illatas deputamus. Quamvis itaque pro tanto excessu, et tam manifesto contemptu graviorem in te, et complices tuos ex rigore institiae possemus protulisse sententiam: ex mansuetudine tamen Sedis Apostolicae debitam sententiam duximus differendam. Verumtamen ne tantum excessum dissimulare, et quasi silentio praeterire videamus: communicato fratrum nostrorum consilio, usum pallii tibi interdicimus per apostolica tibi scripta mandantes, atque praecipientes quatenus infra dies quadraginta postquam praesentia scripta susceperis, easdem oblationes, et praecipue eosdem cereos, quos in eadem Ecclesia recepisti, per idoneas et honestas personas ad Ecclesiam Bituricensem, cum integritate remittas, et super ipsum altare manifeste, sicut manifesta fuit iniuria, restitui facias, de tanto vero beati Petri, et nostro contemptu, cum complicibus suis, videlicet G. Suessionensi, et A. Atrebatensi, O Balvacensi, T. Ambianensi, S. Silvanectensi, S. Ortomensi, et G. Batalaunensi, episcopis, Bartholomaeo Laudensi thesaurario, et Bossone Remensi, qui tibi in tanta praesumptione astiterunt, proximis beati Martini octavis responsurus et satisfacturus apostolico te conspectui repraesentes.

Eugenii PP. longanimitas.

Pallii usus Samsoni interdictur.

Ex dies dicta.

Datum Lutrii septimo kal. aprilis (1).

Dat. die 25 martii anno Domini 1145, pontif. anno II.

VII.

Confirmatio, sive renovatio, et nova concessio privilegiorum monasterio S. Ioannis evangelistae Parmen. dioecesis ordinis Casinensis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Praedecessorum Pontificum more monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Bona omnia eidem confirmat. — Decimas ab episcopis Parmens. ei concessas ratas habet; — Quae a sexaginta annis a monachis solutae non sunt, — Caeterasque de eorum laboribus provenientes a quoquam exigi prohibet. — Ad monasterium confugientes recipiendi, sepulturam petentibus concedendi, ordinationes vero a quolibuerit episcopo suscipiendi, praebet facultatem. — Abbatem ex ipso monasterio eligendum constituit; — In ecclesias monasterio pertinentes clericos sine abbatis consensu intromitti, ipsasque ecclesias consecrari, vel ullo modo interdici, prohibet. — Appellationem ad Sedem Apostolicam a quibuscumque molestiis concedit. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Guidoni abbati monasterii S. Iohannis, quod in Parmensi urbe situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Quoniam sine verae cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere, nec

Exordium.

(1) De epistolae huius authoritate accipe quae referunt Sammarthani, *Gall. Christian.*, *edit. Parisiis* 1720, *tom.* II, *col.* 55. Eugenius papa scripsit ad Samsonem Remorum archiepiscopum. vehementer eum redarguens, quod ausus esset in Ecclesia Bituricensi Ludovicum regem coronare, absente Petro, qui tum erat Romae. Qua propter ei eiusque provinciae episcopis diem dicit, ad quem debeant sibi adesse hac de re responsuri.

(2) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassin., par. II, num. CLXIX.

Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati, religiosas personas diligere, et loca, in quibus divinis vacant officiis, Sedis Apostolicae munimine confovere. Ideo, dilecte in Domino fili Guido abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri, felicis memoriae Paschalis Papae vestigiis inhaerentes, ecclesiam Sancti Iohannis, cuius regimini es deputatus, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona praefatum monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: in eodem episcopatu Parmensi ecclesiam S. Stephani, quae est in Burgo, ecclesiam S. Michaelis de Arcu, ecclesiam S. Stephani de Torano, ecclesiam S. Laurentii de Casella cum curte, ecclesiam S. Iacobi de Casa Dei cum curte, ecclesiam S. Savini cum curte, ecclesiam S. Laurentii de Ramuscello, castrum Ramuscelli cum ecclesia, castrum S. Vitalis cum ecclesia et curte, ecclesiam S. Iohannis de Petriguano, ecclesiam S. Silvestri de Gambaletico, ecclesiam de Gainaco, ecclesiam S. Silvestri de Insula, ecclesiam S. Salvatoris de Sanguineo cum castro et curte, duas partes curtis Saccae, et quod in ecclesia eiusdem loci habetur, ecclesiam Sanctae Iustinae, ecclesiam Sancti Prosperi et Sancti Anastasii, quae sunt in eadem civitate, ecclesiam S. Iacobi, quae est in capite pontis, ecclesiam S. Petri de Burgo S. Domnini, ecclesiam de Provinciano, ecclesiam S. Matthaei de Callio, ecclesiam S. Melani cum medietate Burgi et quatuor domibus, ecclesiam de Paterno cum castro et curte, ecclesiam Sancti Michaelis de Filino, et quicquid habetis in ecclesia S. Georgii de Pratis, ecclesiam S. Luciae de Covagnano: in episcopatu vero Cremonensi ecclesiam S. Iustini de Delmona cum omnibus pertinentiis suis: in Regiensi episcopatu ecclesiam S. Michaelis de Fossa: in Lunensi episcopatu ecclesiam S. Iohannis, et ecclesiam de Cavallana: in episcopatu Pistoriensi monasterium S. Bartholomaei cum ecclesia S. Mariae, quae est extra portam, quae dicitur Lucensis, et ecclesia S. Georgii ultra fluvium Simbrone, et ecclesia S. Romani, et ecclesia S. Benedicti de Masiano, cum curtibus et omnibus pertinentiis eorum, et ecclesia de Capitiana cum curtibus et pertinentiis suis, et ecclesia S. Bartholomaei de Trivallo, cum curte et omnibus pertinentiis suis, et ecclesia S. Domnini de Smapolis cum curte et omnibus pertinentiis suis, ecclesia S. Angeli in valle Nebulae cum omnibus earum pertinentiis, et ecclesia S. Martini de Madia; decimas quoque Parmensium episcoporum, monasterio vestro concessas, vobis nihilominus confirmamus. De illis etiam terris, quae vestri monasterii iuris sunt, ubicumque sunt, et quae noviter coluntur, et olim a sexaginta vel quinquaginta seu quadraginta annis, et infra, cultae non fuerint, nemo decimas de fructibus earum adversum vos petere audeat. Sane de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium decimas exigi prohibemus. Quaecumque vero libera persona ad vos venire, et religionis habitum suscipere voluerit, licentiam ei concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque illic sepeliri decreverint, nisi forte excommunicati fuerint, eorum devotioni, et extremae voluntati nullus obsistat. De monachis clericisque tuis, tibi licentiam, tuisque successoribus, et prioribus monasteriorum tuorum, damus super eos ad ordinandum, a quocumque episcopo volueris, manus imponi; ita tamen, ut catholicus sit. Om-

Praedecessorum Pontificum more monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Bona omnia eidem confirmat.

Decimas ab episcopis Parmens. ei concessas ratas habet;

Quae a sexaginta annis a monachis solutae non sunt;

Caeterasque de eorum laboribus provenientes a quoquam exigi prohibet.

Ad monasterium confugientes recipiendi, sepulturam petentibus concedendi, ordinationes vero a quolibuerit episcopo suscipiendi, praebet facultatem.

Abbatem ex ipso monasterio eligendum constituit.

nibusque prohibemus ex abbatem in ipso monasterio eligere, extraneis monasteriis (1), nisi communicato consilio, et assensu melioris et maioris partis fratrum monasterii S. Iohannis. Nullus etiam episcopus, vel plebanus in tuis ecclesiis, ubicumque sint, audeat aliquem clericum intromittere vel extrahere, absque tua voluntate, et eorum priorum, qui per diversa loca consistunt. Item nullus episcopus audeat consecrare aliquam ecclesiam, quae iuris vestri monasterii esse decernitur, sine licentia et invitatione abbatum monasterii Sancti Iohannis, et priorum, qui per diversa constituti fuerint. Universis autem interdicimus, ut vestris capellis, ubicumque sint, officium interdicere nullatenus praesumant; et sepulturam eis, qui ibi sepeliri voluerint, non contradicant. Cunctis etiam episcopis, subiectisque sibi personis, omnino interdicimus, honorem, et quaecumque bona vestri iuris minuere, ubicumque cognoscuntur esse. Et si quis ad haec nititur, et in hac pertinacia manere cognoscitur, licentiam ad Apostolicam Sedem tibi tuisque prioribus appellandi fiducialiter damus. Decernimus ergo, ut nulli hominum, clericorum, sive laicorum, liceat idem monasterium S. Iohannis Parmensis, nec ullum monasteriorum, quae sub eo consistunt, temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus vexare vel fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

In ecclesias monasterio pertinentes, clericos sine abbatis consensu intromitti, ipsasque ecclesias consecrari, vel ullo modo interdici, prohibet.

Appellationem ad Sedem Apostolicam a quibuscumque molestiis concedit.

Solitae conclusiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episc. Eugenii PP.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss.

Ego Ubaldus presb. card. Sanctorum Iohannis et Pauli ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Nicolaus presb. card. S. Cyriaci ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Iordanus sanctae Romanae Ecclesiae diac. card. ss.

Datum Viterbii per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et cancell., II kalendas novembris, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCXLV, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno I.

Dat. die 31 octobris anno Domini 1145, pontif. anno I.

VIII.

Indictio belli et cruciatae contra paganos pro defensione Terrae Sanctae Hierusalem cum indulgentiarum et privilegiorum concessione pro cruce signatis.

SUMMARIUM

Pontifices multum laborarunt pro liberatione Orientalis Ecclesiae. — Urbanus II, magno promoto exercitu, Hierusalem et alias civitates expugnavit, Francorum praesertim fretus auxilio; — Sed postea eorum aliquas pagani occuparunt; — Quod christianorum maximo cessit detrimento; — Proinde Francorum principum opem exposcit. — Indulgentiam ab Urbano PP. conces-

(1) Forte ita ordinandum: — Omnibusque prohibemus abbatem in ipso monasterio eligere ex extraneis monasteriis. (R. T.)

sam elargitur hoc opus perficientibus; — Eorum filios et uxores, ac bona sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Litibus post acceptam Crucem vexari prohibet. — Luxum et lasciviam vetat. — Feudalia bona certo modo pignorare permittit.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Ludovico illustri et glorioso Francorum regi, et dilectis filiis principibus, et universis Dei fidelibus per Galliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Pontifices multum laboraunt pro liberatione Orientalis Ecclesiae.

Quantum praedecessores nostri Romani Pontifices pro liberatione Orientalis Ecclesiae laboraverunt, antiquorum relatione didicimus, et in gestis eorum scriptum reperimus. Praedecessor etenim noster felicis memoriae Papa Urbanus, tamquam tuba intonuit, et ad ipsius deliberationem sanctae Romanae Ecclesiae filios de diversis mundi partibus sollicitare curavit. Ad ipsius siquidem vocem Ultramontani, et praecipue Francorum regni fortissimi et strenui bellatores, et illi etiam de Italia, charitatis ardore succensi, convenerunt; et maximo congregato exercitu, non sine magna proprii sanguinis effusione, divino eos auxilio comitante, civitatem illam, in qua Salvator noster pro nobis pati voluit, et gloriosum ipsius sepulchrum, passionis suae nobis memoriale, dimisit, et quamplures alias, quas prolixitatem vitantes memorare supersedimus, a paganorum spurcitia liberarunt. Quae per gratiam Dei, et Patrum vestrorum studium, qui per intervalla temporum eas defendere, et christianum nomen in partibus illis dilatare pro viribus studuerunt, usque ad nostra tempora a christianis detentae sunt, et aliae urbes infidelium ab ipsis viriliter expugnatae. Nunc autem nostris, et ipsius populi peccatis exigentibus, quod sine magno dolore et gemitu proferre non possumus, Edissa civitas, quae nostra lingua Rohais dicitur, quae etiam, ut fertur, cum quondam in Oriente tota terra a paganis detineretur, ipsa sola sub christianorum potestate Domino serviebat, ab inimicis crucis Christi capta est, et multa christianorum castella ad ipsis occupata, ipsius quoque civitatis archiepiscopus cum clericis suis, et multi alii christiani ibidem interfecti sunt, et sanctorum reliquiae in infidelium conculcatione datae sunt et dispersae. In quo quantum Ecclesiae Dei, et totae christianitati periculum immineat, et nos cognoscimus, et prudentiam vestram latere non credimus. Maximum namque nobilitatis et probitatis indicium fore cognoscitur, si ea, quae patrum strenuitas acquisivit, a vobis filiis strenue defendantur. Verumtamen si, quod absit, secus contingerit, patrum fortitudo in filiis imminuta probatur. Universitatem itaque vestram in Domino commonemus, rogamus, atque praecipimus, et in peccatorum remissionem iniungimus, ut, qui Dei sunt, et maxime potentiores et nobiles, viriliter accingantur, et infidelium multitudini, quae se tempus victoriae super nos adeptam laetatur, sic occurrere, et Ecclesiam Orientalem tanta patrum vestrorum, ut praediximus, sanguinis effusione ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere, et multa captivorum millia confratrum nostrorum de ipsorum manibus eripere studeatis, ut christiani nominis dignitas vestro tempore augeatur, et vestra fortitudo, quae per universum mundum laudatur, integra et illibata servetur. Sit vobis etiam in exemplum bonus ille Matathias, qui pro paternis legibus conservandis seipsum cum filiis et parentibus suis morti exponere, et quicquid in mundo possidebat, relinquere nullatenus dubitavit, atque tandem, divino cooperante auxilio, per multos tamen labores tam ipse quam sua progenies de inimicis viriliter triumphavit. Nos autem vestrorum quieti, et eiusdem Ecclesiae destitutioni paterna solicitudine providentes, illis, qui tam sanctum tamque pernecessarium opus et laborem devotionis intuitu suscipere et perficere decreverint, illam peccatorum remissionem, quam praefatus praedecessor noster Papa Urbanus instituit, auctoritate

Urbanus II, magno promoto exercitu, Hierusalem et alias civitates expugnavit, Francorum praesertim fidelis auxilio;

Sed postea eorum aliquas pagani occuparunt.

Quod christianorum maximo cessit detrimento;

Proinde Francorum principum opem exposcit.

Indulgentiam ab Urbano PP. concessam elargitur hoc opus perficientibus;

nobis a Deo concessa concedimus et confirmamus; atque uxores, et filios eorum, bona quoque et possessiones sub sanctae Ecclesiae, nostra etiam, et archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum praelatorum Ecclesiae Dei protectione manere decernimus. Auctoritate etiam apostolica prohibemus, ut de omnibus, quae eum crucem acceperint, quiete possederint, nulla deinceps quaestio moveatur, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. Praeterea, quoniam illi, qui Domino militant, nequaquam in vestibus pretiosis, nec cultu formae, nec canibus vel accipitribus, vel aliis, quae portendant lasciviam, debent intendere, prudentiam vestram in Domino commonemus, ut qui tam sanctum opus incipere decreverint, ad haec non intendant; sed in armis, equis, et caeteris, quibus infideles expugnent, totis viribus studium et diligentiam adhibeant. Quicumque vero aere premuntur alieno, et tam sanctum iter puro corde incoeperint, et de praeterito usuras non solvant: et si ipsi, vel alii pro eis, occasione usurarum astricti sunt sacramento vel fide, apostolica eos auctoritate absolvimus. Liceat eis etiam, terras sive caeteras possessiones suas (postquam commoniti propinqui, sive domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodare aut noluerint, aut non valuerint) ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, vel aliis quoque fidelibus, libere, sine ulla reclamatione, impignorare. Peccatorum remissionem et absolutionem iuxta praefati praedecessoris nostri institutionem, omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate, nobis a Deo concessa, talem concedimus, ut qui tam sanctum iter devote incoeperit et perfecerit, sive ibidem mortuus fuerit, de omnibus peccatis suis, quibus corde contrito et humiliato confessionem susceperit, absolutionem obtineat, et sempiternae retributionis fructum ab omnium Remuneratore percipiat.

Eorum filios et uxores, ac bona sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Latibus post acceptam crucem vexari prohibet.

Luxum et lasciviam vetat

Feudalia bona certo modo pignorare permittit.

Datum Vetrallae, kalendis decembris.

Dat. die 1 decembris anno Domini 1145, pontif. anno 1.

IX.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum, a Summis Romanis Pontificibus Trenorciensi monasterio concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub B. Petri protectione suscipit Pontifex; — Eidem bona omnia confirmat: — Exemptumque ab onere decimarum declarat: — Praedecessorum Pontificum ratam habet definitionem controversiae inter hoc monasterium, et alterum Sancti Florentii. — Ecclesiam Ss. Valeriani et Philiberti liberam ab omni saeculari et ecclesiastico iure declarat. — Abbatis electionem a monachis fieri iubet. — Solitae clausulae. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro Trenorciensis monasterii abbati, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Cum universis sanctae Ecclesiae (2) debitores ex Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia existamus, illis tamen locis atque personis, quae specialius ac familiarius sanctae Romanae adhaerent Ecclesiae, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et praedecessorum nostrorum, felicis recordationis Urbani, Paschalis, Calixti, Innocentii et Lucii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, Trenorciense monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communi-

Exordium.

Monasterium sub B. Petri protectione suscipit Pontifex;

(1) Ex authographo edidit Chifflietius in Probationibus ad historiam monasterii huius. (2) Adde *filiis*. (R. T.)

Eidem bona omnia confirmat:

nius; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Praeterea ad exemplar praefati praedecessoris nostri beatae memoriae Papae Calixti, praesentis decreti auctoritate statuimus, ut nulli deinceps episcoporum facultas sit, pro altaribus et ecclesiis, sive decimis, vel etiam omnibus ad haec rite pertinentibus, quae ante interdicta antecessoris nostri sanctae memoriae Urbani Papae vobis cognita possedistis, seu post episcoporum concessione acquisitis, gravamen aliquod irrogare; sed, sicut eorum permissione quaedam ex integro habuistis, ita et in futurum perenniter habeatis. Ipsarum quoque, quas nunc habetis, Ecclesiarum decimas, quae a laicis obtinentur, si eorum potestati subtrahere vestrae religionis reverentia potuerit, ad vestram, ac pauperum substentationem vobis liceat possidere. Sane diffinitionem inter vestrum, et Beati Florentii monasterium, de ecclesiis Lausduni, Sanctae Crucis videlicet, et S. Nicolai, sicut a iam dictis praedecessoribus nostris felicis memoriae Urbano atque Calixto facta est, et scripto eorum firmata, Sedis Apostolicae auctoritate firmamus; praecipientes, quatenus deinceps nulla vobis vel Ecclesiae vestrae molestiam monachi Sancti Florentii ex his inferre praesumant: sed absque eorum inquietudine, praefatas ecclesias vos vestrique successores perpetuo possideatis. Ad hoc adicimus, ut idem locus, in quo beati Valeriani martyris, et Sancti Philiberti confessoris corpora requiescunt, ab omni iugo saecularis potestatis liber in perpetuum conservetur. Nec episcopo liceat cuiuscumque dioecesis, eumdem locum excommunicationis, vel absolutionis, seu cuiuslibet dispositionis occasionibus perturbare: aut cruces (1), seu quaslibet exactiones novas Burgo et caeteris monasterii possessionibus irrogare. Missas quoque in eodem monasterio publicas celebrari, vel stationem ab episcopo, praeter abbatis vel fratrum voluntatem, fieri prohibemus, sicut a praedecessoribus nostris statutum est, et scripto eorum firmatum. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Deum, et beati Benedicti regulam providerint eligendum, a Sedis Apostolicae Pontifice, vel eius legato consecrandum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Exemptumque ab onere decimarum declarat:

Praedecessorum Pontificum ratam habet definitionem controversiae inter hoc monasterium, et alterum Sancti Floreatii.

Ecclesiam Ss. Valeriani et Philiberti liberam ab omni saeculari et ecclesiastico iure declarat.

Abbatis electionem a monachis fieri iubet.

Solitas clausulae.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinen. episcopus ss.

(1) Oblationes fidelium occasione peregrinationis et processionis. (R. T.)

et R. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Albericus episc. ss.

Ego Gregorius presb. card. tit. Sancti Callisti subscripsi.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxedis ss.

Ego Nicolaus presbyter cardinalis tit. Sanctae Crucis ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli subscripsi.

Ego Astaldus diaconus cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Portica ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Datum Laterani, per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, v idus ianuarii, indictione IX, incarnationis dominicae, anno MCXLV, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno I.

Dat. die 9 ianuarii anno Domini 1146, pontif. anno I.

X.

Confirmatio fundationis Ecclesiae S. Zenonis in Hallen. per Conradum archiepiscopum Salisburgen., bonorumque omnium ei datorum, et quae in futurum poterit acquirere (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ratum habet Pontifex privilegium huic Ecclesiae a Lucio PP. II concessum. — Regulam Sancti Augustini inibi servari mandat: — Bonaque omnia eidem confirmat: — Decimas laborum ab eis cuilibet personae solvi vetat: — Praeposito ius omne concedit super monachos, sine eius licentia de claustro discedentes. — Sepulturam in ea ecclesia liberam fore decernit. — Solitae clausulae.

(1) Ex Hundii Historia Salisburg., tom. III.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Lanzoni Hallensi praeposito, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri felicis recordationis PP. Lucii vestigiis inhaerentes, praefatam Hallensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes ut in eadem Ecclesia, prout venerabilis frater noster Conr. Salisburgensis archiepiscopus ordinavit, et scripto suo firmavit, ordo canonicus secundum B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: decimalem salem, praedium quod nominatur Suvant, cum omnibus appendiciis ad hoc pertinentibus, quod praedictus archiep. praefatae Ecclesiae tribuit, aquam in fonte Halla, quam dedit Eho, aquam quam dedit Facco, praedium quod dedit Sigiboto Occheim, praedium quod dedit Henr. Nutzpoum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus sive laicus a vobis decimas exigere praesumat. Interdicimus etiam ut nemini

Ratum habet Pontifex privilegium huic Ecclesiae a Lucio PP. II concessum.

Regulam Sancti Augustini inibi servari mandat:

Bonaque omnia eidem confirmat:

Decimas laborum ab eis cuilibet personae solvi vetat:

Praeposito ius omne concedit super monachos, sine eius licentia de claustro discedentes.

professionis vestrae facultas sit, alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis licentia de claustro discedere; quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium literarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino praestante, viguerit; si vero secundo tertiove vocatus, redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito.... vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia substituatur vel praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Augustini regulam canonice providerint eligendum.

Sepulturam in ecclesia liberam fore decernit.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, eorum devotioni, et extremae voluntati nullus obsistat, nisi forte fuerint excommunicati, salva tamen iustitia matricis Ecclesiae suae. Porro capellas, quae infra terminos parochialis Ecclesiae fundata sunt, vel imposterum, Deo favente, fundabuntur, regimini et iuri vestro confirmamus; et ne aliquis clericus sine concessione vestra eas teneat, vel contra interdictum vestrum in eis ministret, apostolica auctoritate prohibemus, sicut iam dicti praedecessoris nostri b. memoriae Papae Lucii privilegio prohibitum esse dignoscitur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Salisburgensis archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum immunitatis ab omni molestia.

Cum solitis poenalibus conclusionibus.

Datum Transtyberim per manus Roberti S. R. E. presb. card. et cancell., v kal. februarii, indictione IX, incarnationis dominicae anno MCXLVI, pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno I.

Dat. die 28 ianuarii anno Domini 1146, pontif. anno I.

XI.

Confirmatio bonorum omnium, ac libertatum monasterii Nantuacensis, quod Cluniacensi abbati subiectum declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub apostolica protectione suscipit Pontifex. — Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmat: — Libertatem, quam ei a S. Gregorio concessam dicit, ratam habet; — Ipsum vero abbati subiicit Cluniacensi. — Solitae conclusiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Priori Nantuacensis monasterii, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolici moderaminis clementiae convenit, religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire; dignum namque,

(1) Edidit ex archiv. monasterii huius S. Guichenon in Probationibus Historiae Brissiae et Beugesiae.

et honestati conveniens esse cognoscatur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicae Sedis patrocinio foveamus. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Lucii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; Pomerium, Trefortium, Calorum, Trevogias, Rumiliacum, Calinum, Cintriacum, Calargias, Talussiacum, Mazerias, Breynodum, S. Albanum, S. Martinum de Fraxino, Villetam iuxta Ambroniacum, S. Germanum de Valle-Bona, Buencum, Lovennam, Aidunum, Astinenum, villam iuxta Gebennas, S. Martinum de Veretalia, Serveriacum. Prohibemus quoque, et apostolica auctoritate interdicimus, ut infra terminos ipsius monasterii, videlicet S. Martinum, Salas, Senochias, Carisium, Lacum Silam, Poisatum, quemadmodum a venerabili fratre nostro Amedeo Lugdunensi archiepiscopo, Apostolicae Sedis legato, rationabili providentia statutum et prohibitum est, nullus, hominem capere vel invadere, sive assultum vel quamlibet offensam facere, praesumat. Monasterium vero ipsum cum capella S. Michaelis, quae infra ipsum coemiterium sita est, in ea libertate manere sancimus, quae a beato Gregorio sibi concessa est, et in qua per sexaginta annos quiete fuisse dignoscitur; in obedientia autem et dispositione Cluniacensis abbatis, et monasterii, tam locus ipse quam fratres perpetuo maneant. Decerninus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua ergo ecclesiastica in futurum saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrue satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterium sub Apostolica protectione suscipit Pontifex;

Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmat;

Libertatem, quam ei a S. Gregorio concessam dicit, ratam habet;

Ipsum vero abbati subiicit Cluniacensi.

Ab omni quacumque molestia immune declarat;

Quod solitis conclusionibus roborat.

Datum Transtyberim per manum Roberti S. R. E. presbyteri cardinalis cancellarii, v id. februarii, indict. IX, incarnationis dominicae anno MCXLV (1), pontificatus domni nostri Eugenii III Papae anno I.

Dat. die 9 februarii anno Domini 1146, pontif. anno I.

XII.

Monasterium Cluniacense soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eique confirmantur bona omnia, iura et immunitates (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Cluniacense privilegiis donatum a Romanis Pontificibus;

(1) Lege MCXLVI. (2) Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier, col. 1387.

— Soliusque Apostolicae Sedis iurisdictioni cum omnibus ad illud pertinentibus subiectum; — Excluso quoque omni episcopali iure, — In locis monasterii propriis secundum terminos, qui hic describuntur. — In his abbatiis non eligi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniacensis; — In prioratibus in quibus abbates nondum fuerint, nunquam eligendi: — Exemptio omnimoda ab omni gravamine decimarum, et dominicatarum, quas vocant. — Episcopi locorum solam facultatem habeant, curam animarum presbyteris a monachis electis concedendi, et ecclesias consecrandi; sed sine pretio. — Bona omnia monast. propria, vel quae in futurum acquirentur, eidem confirmantur. — Decretum, ne in parochiis ad monasterium spectantibus, ecclesiae, vel capellae absque abbatis licentia construantur. — Omnimoda exemptio ab omni molestia, vi, diminutione, cum confirmatione privilegii huius. — Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, charissimo filio in Christo Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnibus sanctae Ecclesiae filiis ex Apostolicae Sedis auctoritate ac benivolentia debitores existamus, venerabilibus tamen personis, atque locis, maxime quae Sedi Apostolicae semper specialius ac devotius adhaeserunt, quaeque ampliori religione eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Praedecessores siquidem nostri sanctae recordationis, Ioannes videlicet XI, item Ioannes XIX, Agapitus, Benedictus VI, item Benedictus VII, Leo VII, Alexander II, Stephanus, Victor III, Urbanus II, Paschalis II, Gelasius II, Calixtus II, Honorius II, Lucius II, Ecclesiae Romanae Pontifices, Cluniacense monasterium singularis dilectionis, ac libertatis praerogativa donarunt, et universa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus muniverunt. Quorum nos vestigiis inhaerentes statuimus, ut ecclesiae omnes, cimiteria, monachi, clerici, et laici universi infra terminos habitantes, qui sunt a rivo de Salnay, et ab Ecclesia Rufiaci, et Cruce de Lornant: a termino quoque molendini de Tornesae, per villam, quae dicitur Wareuna, cum nemore Bruserio: a termino etiam, qui dicitur Perrois ad rivum usque de Salnay, sub Apostolicae tantum Sedis iure ac tuitione permaneant. Neque ipsius Cluniacensis loci presbyteri, aut etiam parochiani, ad cuiuslibet, nisi Rom. Pontificis, et Cluniac. abbatis cogantur ire synodum vel conventum. Sane pro abbatis, monachorum, seu clericorum, infra praedictos terminos habitantium, ordinatione, pro Chrismatis confectione, pro sacri Olei, ecclesiarum, altarium et cimiteriorum consecratione, Cluniacense monasterium, quem maluerit, antistitem convocet. Cluniacenses monachos, ubilibet habitantes, nullus omnino, praeter Romanum Pontificem, et legatum, qui missus ad hoc fuerit, excommunicet aut interdicat. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a praefato antecessore nostro Urbano Papa constituti sunt, praesentis decreti nostri pagina confirmamus; ne videlicet ullus homo cuiuscumque conditionis ac potestatis, invasionem, praedam, aut rapinam facere, sive omicidium perpetrare praesumat infra ipsorum limites terminorum. Itaque termini sacri banni sunt hi: versus Berziacum terminus est ad bivium citra Sarratam, unde una venit ad Cluniacum, altera ad Massilias: in strata versus Bellumiocum terminus est contra Quarruium, quod est desuper molendinum cellararii Cluniacensis, citra Viengias ultra Cluniacum: versus Massilias terminus est ad summitatem Defensi ad bivium, unde una via tendit ad Berzoniacum, altera ad Carellam: versus Sergiacum terminus est intra Quarruicium, citra locum, ubi dicunt ad Turgum: in strata versus Cabilonensem pagum terminus est ad Grossam Cassaniam super Marziacum: versus Brancedunum terminus est in via super boscum Bannedum: versus Trenorchium terminus est super rivulum, quem dicunt Lon-

Monasterium Cluniacense privilegiis donatum a Romanis Pontificibus;

Soliusque Apostolicae Sedis iurisdictioni cum omnibus ad illud pertinentibus subiectum;

Excluso quoque omni episcopali iure;

In locis monasterii propriis secundum terminos, qui hic describuntur.

gamaquam, intra Bannoscum et Donziacum: versus Perronam vel Laysiacum terminus est ad Tres-Fagos, ubi partiuntur vester boscus de Cluniaco, et boscus Comitalis: versus Igiacum terminus est ad Carmos super Montem-Edium. In abbatiis, quae cum suis abbatibus ordinationi Cluniacensis monasterii datae sunt, videlicet S. Martialis Lemovicensis, S. Eparci Engolismensis, monasterii Novi Pictavis, S. Ioannis Angeliacensis, monasterii Lesatensis, Moysiacensis, Figiacensis in Caturcensi pago: in Avernia Mausiacensis, Tiercensis: in Antisidorensi Sancti Germani: in Cameracensi Hunoldi curtis: in Rothomagensi abbatia apud Pontiseram: in Taruvarensi S. Wlmari, sine Cluniacensis abbatis consilio abbas nullatenus eligatur. Ad haec adiicimus, ut in omnibus prioratibus, et cellis, quae, sine proprio abbate, vestro regimini subiectae sunt, nullus futuris unquam temporibus abbatem ordinare praesumat; sed tam prioratus ipsi et cellae, quam et caetera in quibuslibet locis omnia, quibus Cluniacensis Ecclesia, Arvernensis concilii, quod per supradictum Papam Urbanum celebratum est, tempore investita erat, de quibus tunc nulla quaestio mota est, tam tibi quam successoribus tuis in pace semper et quiete serventur. Pro altaribus et Ecclesiis sive decimis vestris, nulli episcoporum facultas sit, gravamen aliquod vobis, aut molestias irrogare; sed sicut eorum permissione quaedam ex parte, quaedam ex integro habuistis, ita et in futurum habeatis. Ecclesiarum vestrarum decimas, quae a laicis obtinentur, si secundum Deum eorum potestati subtrahere vestrae religionis reverentia poterit, ad vestram et pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas laborum vestrorum, pro quibus tam vos quam alios monasticae religionis viros inquietare episcopi consueverunt, illorum videlicet, quos dominicaturas (1) appellant, qui vestro sumptu a monasteriis et cellarum vestrarum clientibus excoluntur, sine omni episcoporum, et episcopalium ministrorum contradictione, deinceps quietius habeatis, qui vestra peregrinis fratribus et pauperibus erogatis. Ecclesiae omnes, quae ubilibet positae sunt, seu capellae vestrae et cimiteria, libera sint, et omnis exactionis immunia, praeter consuetam episcopi paratam et iustitiam in presbyteros, qui adversus tui ordinis dignitatem offenderint. Liceat quoque vobis, seu fratribus vestris, in Ecclesiis vestris presbyteros eligere; ita tamen, ut ab episcopis, vel ipsorum vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant: quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint, tunc presbyteri ex Apostolicae Sedis benignitate offi ia celebrandi licentiam consequantur. Ecclesiarum vero, seu altarium consecrationes, si dioecesani episcopi gratis noluerint exhibere, a quolibet catholico suscipiatis episcopo. Nec cellarum vestrarum, ubilibet positarum, fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam monachi ipsi quam et famuli eorum, et qui se monasticae professioni devoverunt, clausis Ecclesiarum ianuis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in Burgundia, ecclesiam de Villafranca, ecclesiam de Barberiaco, monasterium de Prins: in Francia ecclesiam Montis-Desiderii, ecclesiam de Dompetra: in Provincia monasterium iuxta montem Pessulanum: in Tolosano episcopatu ecclesiam S. Columbae. in Hispania Nazeram, Sanctum Isi-

In his abbatiis non eligendi abbates, nisi habito prius consensu abbatis Cluniacensis.

In prioratibus in quibus abbates nondum fuerint, nunquam eligendi:

Exemptio omnimoda ab omni gravamine decimarum, et dominicaturarum, quas vocant.

Episcopi locum solam facultatem habent, curam animarum presbyteris a monachis electis concedendi,

et ecclesias consecrandi; sed sine pretio.

Bona omnia monasterii propria, vel quae in futurum acquirentur, eidem confirmantur.

(1) Vide superius, pag. 171. (R. T.)

dorum, Sanctum Zoilum de Quarrione, Sanctum Romanum de Pennis, Villam-Viridem, Villam-Francam, Vallam-Viridam, Palumbarum, Bodinum, Vimineriam, Sanctum Martinum de Nehda, Sanctum Vincentium de Salamantica, S. Columbam de Burgis, Corvilanam, quae proprie Cluniacensi monasterio datae sunt: item in Nivernensi episcopatu monasterium de Albiniaco, quod ad caritatem: in Francia monasterium de Causiaco, quod ad S. Martinum de Campis, Canonicalem de Abbevilla pertinet: insulam Grave longe cum pertinentiis. Prohibemus autem, ut infra parochias, ad ius Cluniacensis monasterii pertinentes, absque Cluniacensis abbatis assensu nullus ecclesiam vel capellam aedificare praesumat: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saccularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum, ne in parochiis ad monasterium spectantibus, ecclesiae, vel capellae, absque abbatis licentia construantur.

Omnimoda exemptio ab omni molestia, vi, diminutione, cum confirmatione privilegii huius.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. Eugenii PP.

Ego Conradus Sabinensis episc. ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.
Ego Albericus Ostiensis episc. ss.
Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
Ego Gregorius presb. card. S. Calixti ss.
Ego Guido presb. cardinalis S. Chrysogoni ss.
Ego Ubaldus presb. card. tituli S. Praxedis ss.
Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli.
Ego Gilbertus indignus sacerdos S. Romanae Ecclesiae ss.
Ego Guido presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.
Ego Nicolaus presb. card. tituli S. Cyriaci ss.
Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.
Ego Aribertus presb. card. S. Anastasiae ss.
Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.
Ego Villanus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte ss.
Ego Bernardus presb. card. tituli S. Clementis ss.
Ego Iordanus presb. card. tit. S. Susannae ss.
Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Guido diaconus card. Ss. Cosmae et Damiani ss.
Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.
Ego Gregorius diac. card. S. Angeli ss.

Ego Astaldus diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Ioannes diaconus card. S. Mariae Novae ss.

Ego Bernardus diac. card. S. R. E. ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Cinthius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss..

Datum Transtyberim per manum Roberti S. R. E. presbyteri card. et cancellarii, xv kal. mart., indict. ix, incarn. dom. MCXLVI, pontificatus autem domni Eugenii Papae III anno I.

Dat. die 15 februarii anno Domini 1146, pontif. anno I.

XIII.

Confirmatio privilegiorum omnium, a regibus Francorum Burdigalensi Ecclesiae concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Privilegia a Francorum regibus Ecclesiis provinciae Burdegalensis concessa confirmat Pontifex. — Libertatem in electionibus observari mandat. — Episcoporum et abbatum decedentium bona resque ad successores spectare decernit. — Eisdem bona omnia confirmat. — Clausulae. — Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Gaufrido Burdegalensi archiepiscopo, eiusque suffraganeis episcopis, videlicet Agennensi, Engolismensi, Sanctuanensi, Pictavensi, Petragoricensi, et universis abbatibus per eamdem provinciam constitutis tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium. Privilegia, quae intuitu libertatis sacrosanctis Ecclesiis a Romanis Pontificibus, vel catholicis regibus conferuntur, nulla debent temeritate convelli, nulla temporum varietate turbari. Quemadmodum enim catholica mater Ecclesia in spiritualibus sine macula et ruga multimoda virtutum fragrantia et nitore claresceit; ita in temporalibus nulli servituti, nulli mundanae conditioni eam convenit subiacere. Quae cum ita sint, libertatem ab illustribus viris, Ludovico, patre egregiae recordationis, et filio eius Ludovico Francorum regibus, ecclesiis Burdegalensis provinciae collatam, eorumque privilegiis roboratam, nos, praedecessorum nostrorum bonae memoriae, Innocentii videlicet et Lucii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, nostris favoris assertione firmamus, et ratam et inconvulsam futuris temporibus observari praecipimus: ut videlicet tam in Burdegalensi Sede, quam in aliis episcopalibus ecclesiis vel abbatiis eiusdem provinciae, in episcoporum electionibus vel abbatum, canonicam habeatis libertatem, absque hominii (1), iuramenti, seu etiam fidei per manus datae, obligatione. Porro quod a praedecessoribus nostris in generalibus est constitutum conciliis, res et bona universa Burdegalensis archiepiscopi, et suffragaeorum episcoporum, vel abbatum decedentium, successorum usibus illibata servari pariter et inconvulsa, apostolica auctoritate decernimus. Adiicientes etiam, ut omnes ecclesiae infra supradictam provinciam constitutae, praedia, possessiones, et universa ad ipsas pertinentia, secundum privilegia, iustitias, et bonas consuetudines suas integra et inconvulsa possideant: atque, ut dictum est, in omnibus ecclesiis, eorumque ministris, et possessionibus vestris canonicam habeatis in omnibus libertatem: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Nulli ergo hominum fas sit vos, vel Ecclesias vestras super hac nostra constitutione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem huic nostrae constitutioni ausu temerario contraire tentaverit, si non reatum suum

Privilegia a Francorum regibus Ecclesiis provinciae Burdegalensis concessa confirmat Pontifex.

Libertatem in electionibus observari mandat.

Episcoporum et abbatum decedentium bona resque ad successores spectare decernit.

Eisdem bona omnia confirmat

Solitae clausulae.

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1628.

(1) Erat servitium seu obsequium quod cliens vel servus domino suo praestare tenebantur. (R. T.)

congrue emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, et omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius indignationem incurrat, et excommunicationi subiaceat; conservantes vero, eorumdem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur. Amen.

Eugenii PP. Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Conradus Sabinensis episc. ss.

Ego Albericus Ostiensis episc. ss.

Ego Imarus Tusculanus episc. ss.

Ego Guido presb. cardinalis tituli Sancti Chrysogoni subsc.

Ego Ubaldus presb. card. tituli Sanctae Praxedis subsc.

Ego Guido presb. card. tituli Sancti Laurentii in Damaso ss.

Ego Iordanus presb. card. tit. Sanctae Susannae subsc.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diac. cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subsc.

Ego Octavianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano subsc.

Ego Gregorius diac. cardinalis Sancti Angeli subsc.

Datum Sutrii per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, VIII kalendas maii, indictione IX, incarnat. dominicae anno MCXLVI, pontificatus vero domni Eugenii Papae anno II.

Dat. die 24 aprilis anno Domini 1146, pontif. anno I.

XIV.

Confirmatio Ecclesiae Reicherspergensis ordinis canonicorum S. Augustini (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Regulamque S. Augustini inibi servari iubet. — Bona omnia ac possessiones eidem confirmat: — Eadem bona enumerat: — Iurisdictioni episcopi in iis, quae ad sacramenta pertinent, subiicit: — Eximit vero ab omni molestia, quae ei ab advocato seu sub-advocato inferri posset: — Praepositum a solis canonicis eligi iubet, cui caeteri perfectam exhibere obedientiam debent. — Libertatemque concedit quoscumque inibi sepeliendi, si petierint, censurisque ecclesiasticis non sint innodati. — Omnem omnino molestiam cuiuscumque personae ab eadem repellit Ecclesia. — Poena excommunicationis contra haec decreta inobservantes. — Illud servantibus bona deprecatur. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex Metrop. Salisburgen. Hundii, tom. III.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Gerhoho Reicherspergensi Ecclesiae praeposito, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere: et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quia sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta desiderantibus, nulla est differenda petitio. Huius rei gratia, dilecti in Domino filii, praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Innocentii vestigiis inhaerentes, necnon venerabilis fratris nostri Conradi Salisburgensis Ecclesiae archiepiscopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium vestrum, quod est in episcopatu Pataviensi, in fundo Saltzburgensis Ecclesiae situm, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut tam in vestro, quam in monasterio sanctimonialium vobis subdito ordo canonicus iuxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque posses-

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Regulamque S. Augustini inibi servari iubet.

Bona omnia ac possessiones eidem confirmat.

siones, quaecumque bona, eadem ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet, et plebem Richerspergensem cum decima et iure parochiali, capellam Sancti Martini cum pertinentiis suis, vineas in Ascha, villam Chrouvat et reliqua praedia a Werhero loci ipsius fundatore vobis oblata, decimas Brambergensis Ecclesiae ac novalium Pataviensis sylvae a praedictis parochiis usque ad terminos Ungaricos pertinentis, venerabilis fratris nostri Conradi Saltzburgensis archiepiscopi privilegio vobis firmatas; patellam salis et alia praedia ab eodem episcopo data; Hefstat, et alia praedia, quae Ruodbertus iuste obtulit; praedia, quae Fridericus donavit; praedia, quae fuerunt Egelolfi et Eberhardi cum eorum decimis, ab episcopo Frisingensi rationabiliter vobis concessis; et vineas emptas in Chremesa, et ea quae dux Luipoldus iure suo contulit. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta a dioecesano suscipietis episcopo, vel a Salzburgensi archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quae postulatis, indulgeat. Et quia sic locus videtur esse institutus, ut idem, qui Saltzburgensi Ecclesiae principalis sit advocatus, neque ipsi, neque alicui eumdem locum liceat iniustis gravaminibus infestare. Quod si fecerit, et vobis conquerentibus non emendaverit, consilio praefati archiepiscopi, ipsa advocatia ab inutili auferatur, et alius loco eius substituatur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur vel substituatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam canonice providerint eligendum. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis vestrae facultas sit, alicuius levitatis instinctu, vel arctionis (1) religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis licentia discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium literarum cautione suscipiat; quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino praestante, viguerit. Si vero secundo vel tertio vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito canonicam in eum proferre sententiam. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et eorum extremae voluntati, nisi forte excommunicati et interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Salzburgensis archiepiscopi et Pataviensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum

Eadem bona enumerat:

Iurisdictioni episcopi in iis, quae ad sacramenta pertinent, subiicit:

Eximit vero ab omni molestia, quae ei ab advocato seu subadvocato inferri posset.

Praepositum a solis canonicis eligi iubet, cui caeteri perfectam exhibere obedientiam debent;

Libertatemque concedit quoscumque inibi sepeliendi, si petierint, censurisque ecclesiasticis non sint innodati.

Omnem omnino molestiam cuiuscumq. personae ab eadem repellit Ecclesia.

Poena excommunicationis contra haec decreta inobservantes.

(1) Leg. *arctioris* (R. T.)

suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Illud servantibus bona deprecatur.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Albericus Ostiensis episc. ss.

Ego Imarus Tusculanus episc. ss.

Ego Octavianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae ss.

Ego Ubaldus presb. card. Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Aribertus presb. cardinalis tituli Sanctae Anastasiae ss.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli Sanctae Sabinae ss.

Ego Villanus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte ss.

Ego Bernardus presb. cardinalis tituli S. Clementis ss.

Ego Ubaldus presb. card. tituli Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Petrus diac. card. Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Ego Cinthius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Dat. Sutrii per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri card. et cancellarii, IV nonas maii, indictione IX.

Dat. die 4 maii anno Domini 1146, pontif. anno II.

XV.

Sequitur aliud simile privilegium pro ecclesia Sancti Zenonis Hallen. (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ordo canonicus in Eccl. Hallen. confirmatur. — Bona enumerantur atque ab omni molestia immunia declarantur. — Privilegia et immunitates. — Solitae clausulae (R. T.).

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Henrico praeposito Ecclesiae Sancti Zenonis Hallensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine verae cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati, religiosas personas diligere, et earum quieti, auxiliante Domino, providere. Eapropter, dilecti in Domino filii venerabilis fratris nostri Conr. Salisburgensis episcopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam S. Zenonis ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Quascumque praeterea possessiones, quaecumque bona, tam ex dono praefati archiepiscopi fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem sitam ante portam eiusdem Ecclesiae cum appendiciis suis, et praedium

Ordo canonicus in Ecclesia Hallen. confirmatur.

Bona enumerantur atque ab omni molestia immunia declarantur.

(1) Ex Metrop. Salisburgen. Hundii, tom. III.

quod dicitur Suante, ex dono ipsius archiepiscopi; quicquid iuris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Hallae; ex dono Ebonis, Facconis, et Babonis aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis; praedium situm in loco, qui dicitur Occheim, cum appendiciis suis; ex dono Sighotonis praedium, quod dicitur Unchen; ex dono Heinrici filii Etechonis et fratris eius praedium, quod dicitur Nuterppoiim cum omnibus pertinentiis. Statuimus, ut in ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi degunt, nulli omnino post factam in locis vestris canonicam professionem exinde liceat sine communi congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus audeat retinere. Si vero post secundam vel tertiam commonitionem redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito canonicam in eum proferre sententiam. Sane ipsa plebs Hallensis, sicut a iam dicto archiepiscopo canonice statutum est, a nullo successorum suorum vobis auferatur, sed in dispositione praepositi vestri permaneat. Ad haec adiicientes statuimus, ut capellae, quae infra terminos parochialis Ecclesiae Hallensis fundatae sunt, sicut ab ipso archiepiscopo rationabiliter provisum est, eidem matrici Ecclesiae subiaceant. In futuro autem, absque assensu praepositi vestri, novas in ipsa parochia capellas aedificari prohibemus: salva nimirum Sedis Apost. et proprii episc. auctoritate. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. August. regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularis persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Privilegia et Immunitates.

Solitae clausulae.

Datum Viterbii per manum Baronis S. Romanae Ecclesiae subdiac., x kal. octob., indict. x, incarnationis dominicae anno MCXLVI, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno II.

Dat. die 22 septembris anno Domini 1146, pontif. anno II.

XVI.

Concessio privilegiorum Ecclesiae de Wildberg ordinis Praemonstraten. Bambergen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipiens, — Bona omnia, principumque oblationes eidem confirmat Pontifex. — Statuit, ut maior natu ex filiis comitum de Pogen, si idoneus

(1) Ex Metrop. Salisburgen. Hundii, tom. III.

fuerit, perpetuus sit Ecclesiae eiusdem advocatus. — Decimas monachis indulget. — Eos vero quocumque praetextu sine praepositi licentia de claustro discedere interdicit. — In communi interdicto sacra peragere, exclusis excommunicatis, permittit; — Sacramenta vero, ut a dioecesano episcopo percipiant, statuit. — Liberam inibi sepulturam omnibus concedit. — Solitae conclusiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Gebhardo praeposito Ecclesiae Widberg, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet Saizcoviae cum adiacente allodio et omnibus pertinentiis suis, sylvam quoque adiacentem monti vestro in Mulbacensi via, Virlebach cum omnibus pertinentiis suis, Embra cum pertinentiis suis, Syrinchke cum pertinentiis suis, Waltsperg cum pertinentiis suis, Mainckoven cum pertinentiis suis, Vennebach cum suis pertinentiis. Sancimus etiam iuxta devotionem bonae memoriae Alberti comitis, vestrae Ecclesiae fundatoris, ut ille, qui de progenie sua maior natu fuerit, locum vestrum, et bona, ad eum pertinentia pro salute animae suae a proavorum incursione defendat et nullus in eis exactiones imponat. Quod si inutilis fuerit, liceat vobis, ipsum consilio Babenbergen. episcopi ab ipsa defensione removere, et alium idoneum substituere. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Statuimus quoque, ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam et institutionem fratrum Praemonstrateusium perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Addentes etiam interdicimus, ut nemini vestrae professionis facultas sit, alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine licentia praepositi vel congregationis vestrae de claustro discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, absque communium literarum cautione eum audeat retinere. Si vero secundo tertiove vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis, in communi interdicto ipsius terrae, exclusis excommunicatis et interdictis, summissa voce divina officia celebrare. Porro sacramenta ecclesiastica a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, eaque vobis gratis et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationi-

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipiens,

Bona omnia, principumque oblationes eidem confirmat Pontifex.

Statuit, ut maior natu ex filiis comitum de Pogen, si idoneus fuerit, perpetuus sit Ecclesiae eiusdem advocatus.

Decimas monachis indulget;

Eos vero quocumque praetextu sine praepositi licentia de claustro discedere interdicit.

In communi interdicto sacra peragere, exclusis excommunicatis, permittit;

Sacramenta vero, ut a dioecesano episcopo percipiant, statuit.

Liberam inibi sepulturam omnibus concedit.

bus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Solitae conclusiones.

Datum Viterbii per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et cancellarii, x kalend. ianuarii, indictione x, incarn. dominicae MCXLVI, pontificatus vero domni Eugenii IIi PP. anno II.

Dat. die 23 decembris anno Domini 1146, pontif. anno II.

XVII.

Coenobio S. Margaritae in Osterhoven. ordinis Praemonstraten. Bambergen. dioecesis bona omnia confirmantur, privilegiaque nonnulla ad regularem disciplinam substinendam conceduntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam ipsam sub Sedis Apostolicae protectione recipit Pontifex; — Bonaque omnia coenobio confirmat. — Nonnulla statuit, — Nonnullaque concedit. — Clausulae.

(1) Ex tom. III Metropol. Salisburg. Hundii.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Truthmaro praeposito Osterhoven. Ecclesiae Sanctae Margaritae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium

Quoniam sine verae cultu religionis charitatis unitas non potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi officium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, et eorum loca pia protectione munire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Statuimus quoque, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Praemonstraten. perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis vestrae facultas sit, alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine praepositi vel congregationis vestrae licentia de claustro discedere; quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus omnino hominum, sine communium literarum cautione eum audeat retinere. Si vero secundo tertiove vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito, canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis in communi interdicto ipsius terrae, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce officia celebrare. Porro sacramenta ecclesiastica a dioecesano susci-

Ecclesiam ipsam sub Sedis Apostolicae protectione recipit Pontifex.

Bonaque omnia coenobio confirmat.

Nonnulla statuit,

Nonnullaque concedit.

pietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, eaque vobis gratis et sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Prohibemus insuper, ut nullus advocatus locum vestrum, sive homines, vel bona ad ipsum pertinentia, iniustis aut indebitis audeat exactionibus fatigare. Sepulturam quoque ipsius liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salva institia matricis Ecclesiae. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Immunitas ab omni molestia in res et personas.

Omnia in privilegio contenta solitis clausulis confirmantur.

Datum Viterbii, x kal. ian., indict. x, anno Domini MCXLVI, pontificatus domni Eugenii Papae III anno II.

Dat. die 23 decembris anno Domini 1146, pontif. anno II.

XVIII.

Diploma pro monasterio S. Georgii in Brufenningen. dioecesi.

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipiens, eidem factas faciendasque donationes omnes confirmat Pontifex. — In ecclesiis ad monasterium pertinentibus presbyteros per monachos eligi statuit, qui curam animarum ab episcopo suscipiant. — In communi terrae interdicto monachis, clausis ostiis, sacra peragere indulget. — Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Erboni abbati monasterii S. Georgii Brufenningen., eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim ideo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a pravitate fuerit conservatus. Oportet ergo, omnes christianae fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis, divino officio mancipatos, attentius confovere ut nullis pravorum hominum agitentur molestiis, vel importunis angariis fatigentur. Huius rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum Beati Georgii Brufenningen. monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque loca, quascumque possessiones, ab Ottone bonae memoriae

Exordium.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipiens, eidem factas faciendasque donationes omnes confirmat Pontifex.

Babenbergen. episcopo, et Engilberto successore eius, canonice vestro monasterio sunt oblata, aut imposterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam rationabilibus aliis modis, praestante Domino, eidem loco conferri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Schambach, Hmburch cum appendiciis, Gebenpach cum appendiciis, Oberdorf cum vineis adiacentibus, ecclesiam Neunkirchen, Irenreut, Dietpurgreut cum appendiciis suis, Awe, Achebach, Buche, Bruchedorf. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus et sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Adiicimus etiam, ut in ecclesiis, quae in fundo monasterii vestri sunt, liceat vobis, honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos episcopo praesententur; atque si idonei fuerint, ab eodem episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis et interdictis, clausis ianuis liceat vobis submissa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque eiusdem monasterii liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

In quibus nonnulla enumerat propriis vocabulis.

In ecclesiis ad monasterium pertinentibus presbyteros per monachos eligi statuit, qui curam animarum ab episcopo suscipiant.

In communi terrae interdicto monachis, clausis ostiis, sacra peragere indulget.

Decretum immunitatis ab omni molestia.

Cum solitis clausulis poenalibus.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscr.

Eugenii PP.

Ego Theodewinus S. Ruffinae episc. ss.

Et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius presbyter cardinalis S. Callisti ss.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presb. card. Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Aribertus presbyter cardinalis S. Anastasiae ss.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Otto diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister ss.

Ego Ioan. diac. cardinalis S. Mariae Novae ss.

Ego Guido diac. cardinalis S. Mariae in Portica ss.

Datum Viterbii per manum Guidonis S. Romanae Ecclesiae diac. card. cancellarii, x kal. ian., indict. x, incarnationis dominicae anno MCXLVI, pontificatus vero domni Eugenii III PP. anno II.

Dat. die 23 decembris anno Domini 1146, pontif. anno II.

XIX.

Privilegium pro ecclesia Sancti Pancratii in Ranshoven.

SUMMARIUM

Exordium. — Ranshovensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eique bona omnia confirmat. — Canonicos episcopo ordinario in spiritualibus subiectos declarat: — Praepositum vero a solis canonicis eligendum decernit. — Advocato ipsam Ecclesiam ullo gravamine afficere non licere pronunciat; — Eiusque sepulturam fore liberam statuit. — Solitae conclusiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Manegoldo praeposito Ranshovensis Ecclesiae Beati Pancratii martyris, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impeditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, Enrici illustris Bavarorum ducis precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Beati Pancratii martyris ecclesiam, in qua divino vacatis officio, sub Beati Petri apostolorum principis tutelam protectionemque suscipimus, et Apostolicae Sedis privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, ibidem perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec duximus propriis exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet S. Michaelis cum decima et iure parochiali: capellas Neu-Kirchen, Hantenberge, Geroltesperge cum pertinentiis earum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Porro sacramenta ecclesiastica a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, eaque gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad haec, quoniam locus vester est sic institutus, ut advocatus bonorum praefati ducis in partibus illis, eiusdem quoque loci sit advocatus, prohibemus, ut nec ipsi, nec alicui subministro eius liceat, eumdem locum iniustis gra-

Ranshovensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eique bona omnia confirmat.

Canonicos episcopo ordinario in spiritualibus subiectos declarat;

Praepositum vero a solis canonicis eligendum decernit.

Advocato ipsam Ecclesiam ullo gravamine afficere non licere pronunciat;

vaminibus infestare. Quod si fecerit, et secundo ac tertio commonitus non emendaverit, consilio et auxilio ipsius ducis ipsa advocatia ab inutili auferatur, et alius idoneus loco eius substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco insta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia pacis aeternae inveniant. Amen.

Eiusque sepulturam fore liberam statuit.

Solitae conclusiones.

Data Trecis per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV idus aprilis, indictione X, incarnationis dominicae anno MCXLVII, pontificatus vero domni Eugenii III PP. anno III.

Dat. die 2 aprilis anno Domini 1147, pontif. anno III.

XX.

De monachis in ecclesia Sanctae Genovefae constituendis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — S. Dionysii abbati mandat Pontifex, ut abbatem in hac Ecclesia et monachos constituat; — Substentationi eorum providet.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sugerio abbati Sancti Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, ad religionem tuendam diligenter intendere, stabilitam vero exacta diligentia conservare. Inde est, sicut tua novit dilectio, quod cum charissimo filio nostro Ludovico illustri Francorum regi contulimus, ut in ecclesia Sanctae Genovefae religiosos fratres ad Dei servitium poneremus: quod, brevitate temporis prohibente, secundum ipsius et nostrum propositum nequivimus effectu mancipare. Verum quia vices regias in Galliarum partibus dignosceris exercere, et quia de tua plurimum discretione confidimus, per praesentia tibi scripta mandamus, quatenus priorem abbatis Villae in abbatem liberum et absolutum ibi statuere, et octo fratres ecclesiae Sancti Martini de Campis eius societati studeas deputare: ut exemplo bonae conversationis eorum, qui minus honeste sapiunt, ad divinum officium provocentur. Nos vero priori Sancti Martini de Campis per apostolica scripta mandavimus quatenus praedictum numerum fratrum, cum tibi placuerit, exhibeat et concedat: substentationi quorum beneficium decanatus, et praebendas venerabilis fratris nostri Sylvanectensis episcopi, Gregorii diaconi cardinalis, et Antissiodorensis thesaurarii, filiorum nostrorum, auctoritate apostolica deputamus: ad ipsorum quoque usum omnia beneficia canoni-

Exordium.

S. Dionysii abbati mandat Pontifex, ut abbatem in hac Ecclesia et monachos constituat;

Substentationi eorum providet.

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 1586.

corum decedentium assignari volumus et iubemus.

Datum Lingonis III kalendas maii.

Dat. die 29 aprilis (1).

XXI.

Monasterium Rothonense sub tuitione Sedis Apostolicae suscipitur; confirmatisque bonis omnibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub tuitione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat: — Abbatem per solos monachos eligendum statuit: — In ecclesiis parochialibus presbyteros a monachis praeponi, ab episcopo vero curam animarum suscipere decernit; — Cui ipsi presbyteri et monachi sint subiecti in spiritualibus. — Libertatem sepulturae in iisdem Ecclesiis omnibus tribuit non excommunicatis, et salvo iure matricis Ecclesiae. — Monasterium ipsum ab omni laicali potestate eximit; — Reservatis tribus aureis quolibet anno Lateranensi palatio persolvendis. — Solitae conclusiones pro indemnitate monasterii, bonorumque eius, et confirmatione huiusce diplomatis. — Sigillum Eugenii PP., eiusque subscriptio. — Subscriptiones quoque cardinalium S. R. Ecclesiae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Yvoni abbati Rothonensis monasterii, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Desiderium, quod ad religionis propositum, est (3) animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, est sine dilatione complendum. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum Rothonense monasterium, quod sanctae Romanae Ecclesiae iuris existit, praedecessoris nostri felicis memoriae Gregorii VII Papae vestigiis inhaerentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, de eadem congregatione providerint eligendum. Quod si talis qui huic regimini congruat, inter vos inveniri non poterit, cum consilio Romani Pontificis aliunde sibi patrem et magistrum expetant. Porro in ecclesiis, quas tenetis, statuimus, ut presbyteros eligatis, et episcopis praesentetis. Quod si idonei fuerint, episcopi curam animarum committant, ut huiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura eis respondeant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, et ordinationes monachorum seu clericorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a dioecesanis accipietis episcopis, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerint, et si ea gratis et sine pravitate voluerint exhibere; alioquin, liceat vobis, a quibus malueritis catholicis episcopis eadem sacramenta suscipere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salvo tamen iure matricis Ecclesiae. Hoc quoque praesente capitulo subiungimus, ut ipsum monasterium, et abbates

Monasterium sub tuitione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat:

Abbatem per solos monachos eligendum statuit.

In Ecclesiis parochialibus presbyteros a monachis praeponi, ab episcopo vero curam animarum suscipere decernit.

Cui ipsi presbyteri et monachi sint subiecti in spiritualibus.

Libertatem sepulturae in iisdem ecclesiis omnibus tribuit non excommunicatis, et salvo iure matricis Ecclesiae.

(1) Sunt haec referenda ad annum 1147. (2) Ex mss. S. Michaelis in periculo Maris edidit Martene, Thesaur. Anecdot., tom. I, col. 40. (3) Lege et. (A.T.)

Monasterium ipsum ab omni laicali potestate eximit;

eius, vel monachi, ab omni saecularis servitii sint infestatione securi, omnique gravamine mundanae oppressionis remoti, in sanctae religionis observatione seduli atque quieti, nulli alii, nisi Romanae et Apostolicae Sedi, cuius iuris est, aliqua teneantur occasione subiecti. Ad indicium autem, quod coenobium eorum, iuris sit beati Petri et sanctae Romanae Ecclesiae, singulis annis tres aureos nostro Lateranensi palatio persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Reservatis tribus aureis quolibet anno Lateranensi palatio persolvendis.

Solitae conclusiones pro indemnitate monasterii, bonorumque eius, et confirmatione huiusce diplomatis.

Sigillum Eugenii PP., eiusque subscriptio.

S. Petrus ✝ S. Paulus.
Eugenius PP. III.
FAC MECUM SIGNUM IN BONUM.

Subscriptiones quoque cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego Theodewinus S. Ruffinae episc. ss.
Ego Albericus Ostiensis episc. ss.
Ego Imarus Tusculanus episc. ss.
Ego Guido presb. card. tituli Sancti Chrysogoni ss.
Ego Gislebertus indignus sacerdos tit. S. Marci ss.
Ego Gregorius diac. card. S. Angeli ss.
Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Datum Meldis per manum Guidonis S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, VIII kalendas iulii, indict. X, incarnationis dominicae anno MCXLVII, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno III.

Dat. die 24 iunii anno Domini 1147, pontif. anno III.

XXII.

Monasterium S. Mariae de Alderspach ordinis Cistercien. Salisburgen. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Pontifex monasterium sub apostolica recipit protectione; — Eique bona omnia confirmat. — Privilegia nonnulla elargitur. — Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sigfrido abbati Sanctae Mariae de Alderspach, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum. Eapropter, dilecte in Domino fili Sigfride abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Beatae Mariae monasterium, cui Deo auctore praeesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum videlicet, in quo ipsum monaster. situm est, Gumprechtingen (2).

Pontifex monasterium sub apostolica recipit protectione;

Eique bona omnia confirmat.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg., tom. II.
(2) Deest fortasse bonorum enumeratio. (R. T.)

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas exigere praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et D. N. I. C. aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Privilegia nonnulla elargitur.

Clausulae

Data Altisiodori per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis cancellarii, id. augusti, indict. x, incarnat. domin. anno MCXLVII, pontificatus domni Eugenii III Papae anno III.

Dat. die 13 augusti anno Domini 1147, pontif. anno III.

XXIII.

Confirmatio transactionis super Calderia de Ledone inter Willelmum comitem Matisconensem et Petrum abbatem Cluniacensem (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Villelmi comitis Matisconensis transactio cum Petro abbate Cluniacensi de Calderia de Ledone. — Accedente consensu eorum, ad quos ius aliquod spectare potuisset, ab Eugenio PP. confirmatur. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro abbati Cluniacensi, eiusque fratribus tam praesentibus, quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quae ab Ecclesiae Dei fidelibus pro animarum suarum salute ad religiosorum substentationem rationabili providentia statuuntur, in sua volumus stabilitate persistere; et ne pravorum hominum valeant in posterum refragatione turbari, congrua nos convenit solicitudine providere. Sicut per scriptum nobilis viri Willelmi Matisconensis comitis, quod nostro conspectui obtulisti eiusdem sigillo impressum, agnovimus, idem W. comes partim dono pro animae suae et parentum suorum salute, partim venditione, possessionem quandam cum suis appendiciis in burgo Ledonis, quae vulgo Caerna Monteria vocatur, quae erat Haimonis Ledonensis praepositi, et Burgensem quendam, eiusdem possessionis custodem, data ei concorditer in concambio alia Caerna Monteria, vobis vestrisque successoribus in perpetuum libere habendam concessit. Vos vero pro tanto beneficio sexdecim milia solidorum Cluniacensis monetae et quatuor ei dedistis. Cui nimirum donationi et venditioni Pontia comitissa uxor ipsius comitis, Stephanus et Girardus filii eorum, praefatus Aymo praepositus, mater eius, et fratres, Gualterius vicecomes Erotonaci, et omnes alii, qui in ea possessione aliquid iuris videbantur habere, assensum communiter praebuerunt. Quod ut firmiori stabilitate subnixum consisteret, ipse quoque Willelmus comes, et praefata uxor eius, et filii, et omnes alii supradicti, iuramento firmarunt, eo videlicet tenore, quod huius concessionis in perpetuum bona fide auctores et defensores existerent. Si quis autem calumniam facere, aut damnum inferre tenta-

Villelmi comitis Matisconensis transactio cum Petro abbate Cluniacensi de Calderia de Ledone;

Accedente consensu eorum, ad quos ius aliquod spectare potuisset.

(1) Ex Biblioth. Clun. Martini Marrier, col. 1409.

verit, ipsi pro posse suo concessionem ipsam per omnia tuebuntur. Proceres quoque terrae eiusdem comitis, Hugo videlicet de Berziaco, Henricus Grossus, et Iocerandus frater eius, Guillelmus de Neblens, Paganus de Classiaco, Bernardus Paganus, Maiolus Tabutinus, et Stephanus de Basenens, iuraverunt, quod si praedicta pactio non teneretur, aut aliquo casu infringeretur, commoniti a fratribus Cluniacensibus Matisconam venirent, et ibidem obsides manerent, donec re pacificata, cum licentia abbatis Clun. redirent. Guido insuper de Munet, Guillelmus Ioret, G. de Loiseaco, et plures alii, qui in scripto praedicti comitis continentur, in burgum Ledonis se obsides venturos, quemadmodum alii supradicti, nihilominus iuraverunt. Hanc igitur donationem seu venditionem, dilecti in Domino filii, vobis vestrisque successoribus, et per vos Cluniacensi monasterio, in quo divino mancipati estis obsequio, auctoritate apostolica confirmamus, et futuris perpetuo temporibus ratam manere decernimus; prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat, Cluniacense monasterium super eadem possessione temere perturbare, aut aliquibus molestiis fatigare: sed integra, et ab omni impetitione libera conservetur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa est, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Conservantibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

ab Eugenio PP. confirmatur.

Solitae conclusiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss. Eugenii PP.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Ubaldus presbyter card. tituli Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Hugo presb. cardinalis in Lucina ss.

Ego Aribertus presb. cardinalis tit. S. Anastasiae ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Guido presb. cardinalis tituli Pastoris ss.

Ego Iordanus presb. cardinalis tit. S. Susannae ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ioannes Paparo diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Ioannes diaconus card. S. Mariae Novae ss.

Ego Guido diaconus card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Iacintus diaconus card. S. Mariae in Cosmidin ss.

Datum Altisiodori, per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VIII kal. septembris, indictione X, incarnationis dominicae

anno MCXLVII, pontificatus domni Eugenii III Papae anno III.

Dat. die 25 augusti anno Domini 1147, pontif. anno III.

XXIV.

Confirmatio possessionum abbatiae Ninivensis ordinis Praemonstratensis, eiusque receptio in protectionem Sedis Apostolicae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Abbatiam sub protectione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat: — Horum bonorum nonnulla enumerat: — Decimas ab ea ullo modo exigi vetat: — Debitam obedientiam a fratribus abbati praestari praecipit. — Huiusce privilegii roboratio sub solitis clausulis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Gerardo abbati Ecclesiae S. Cornelii Ninivensis, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, canonicam vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam B. Cornelii Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum eadem Ecclesia iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: totam decimam eiusdem villae cum appendiciis suis, Herlincoven cum tota decima, Lidekerkensem Ecclesiam cum tota decima et appendiciis suis, scilicet Lombeca, Strithem, partem decimae apud Menz, curtem Netherwich, cum prato, piscatione in Tenena ubique, cum advocatia, duo molendina cum mansis iuxta Ecclesiam Ninivensem, curtem Rubroc cum circumiacentibus terris et sylvis, terram Hugonis Gantis, et fratris eius Gisleberti, sylvam Mentogh, a Gerardo advocato emptam, curtem Wendecote cum circumiacentibus terris et pratis, haereditatem Henrici Conversi de Herlincoven, alodium de Rosilar cum nemusculo Stonbecca, alodium quod dedit Herbrandus de Merbeca, terram cum sylva Gualteri de Curia, terram quam dedit Theodericus de Inferno, terram quam dedit castellanus Bruxellensis assensu Guidonis et Gualteri de Hosdem apud Senesiam; terram quam dedit Uffo Pauper assensu fratris sui Gislardi apud Arken, terram quam dedit Albericus cum sylva et prato apud eamdem villam. Sane agrorum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas exigere praesumat. Prohibemus quoque, ut nullus fratrum post factam ibidem professionem, absque abbatis sui permissione ex eodem claustro audeat discedere; discedentem vero, absque literarum communium cautione nullus suscipere vel retinere praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substantatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis pa-

Abbatiam sub protectione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat:

Horum bonorum nonnulla enumerat:

Decimas ab ea ullo modo exigi vetat:

Debitam obedientiam a fratribus abbati praestari praecipit.

Huiusce privilegii roboratio sub solitis clausulis.

(1) Ex Miraeo, Oper. Diplomat., tom. I, pag. 554.

ginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen (1).

XXV.

Simile privilegium pro Affligemiensi monasterio Cameracen. dioecesis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eique bona omnia confirmat. — Immunitates quoque eidem a Cameracensibus episcopis concessas ratas habet. — Quibus monachos in spiritualibus subiectos declarat. — Abbatis vero, et advocati electionem ad solos monachos spectare decernit. — Solitae conclusiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Godescalco, abbati Affligemensis monasterii, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium. Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere dignoscitur, auctore Deo, sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter, dilecte in Domino fili Godescalce abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et B. Petri Affligemensis monasterium, cui Deo auctore praesse dignosceris, ad exemplar praedecessorum nostrorum sanctae memoriae, Paschalis, et Calixti, Romanorum Pontificum, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, aut aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Ascha, a personatu et episcopali obsonio liberam et quietam, et quidquid comes Henricus bonae memoriae, consentiente fratre suo Godefrido, praefato monasterio de sui iuris allodio dignoscitur contulisse: ecclesiam S. Petri in Trasna, cellam et ecclesiam S. Andreæ prope Brugas, cellam et ecclesiam S. Mariae in Wavria, cellam et ecclesiam S. Mariae in Bornhem, cellam Sanctae Mariae in Uliederbecka cum ecclesiis de Lindenaet, et Villebrinca; ecclesiam in Genappa, ex dono comitissae Idae Bononiensis, allodium cum terris et sylvis in ipsa villa Genapha; terram, quam praefatum monasterium habet sub annuo censu ab Ecclesia Nivellensi, et Lenso, et Anselo; monasteria sanctimonialium in Foresto et Bigardis; ecclesias quoque de Eschen, Hekelgem, Morsellae, Wiese, Herdinghem, Erembodenghem, Merchtene, Lenendecke, Meerbecka, Ossensele, Londersele, Lisele, Puersche, Baesrode cum omnibus eorum pertinentiis, liberas a personatu (1): salvis dam-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eique bona omnia confirmat.

(1) Aubertus Miraeus in eruendis ex antiquitatis latebris monumentis, quae historiam ecclesiasticam illustrare quam maxime possunt, nemini posthabendus, quamvis in fine privilegii huius nullam referat chronologicam notam, quae certe desiderari debuit in exemplari, quo usus ille est, in margine tamen annum 1147 notat. Tanto auctori fidem non negaverimus, peritissimo siquidem historiae Ecclesiarum Belgicarum in re tam parvi momenti cur non credamus? (2) Ex Miraeo, Oper. Diplomat., tom. I, pag. 534.

(1) *Liberas a personatu*, idest, ut liceret monasterio vicarios in ipsis Ecclesiis delegare, qui eis deservirent; proventibus ad ipsum monasterium spectantibus (R. T.).

taxat episcopalibus obsoniis: terras in Anglia ex dono Aleidis, relictae Henrici regis Anglorum, in Iderswerda: et Westerneredona, in Uremdick Frondic, et Pakenge, Beckarias..... dono Theoderici comitis Flandrensium, et Clementiae comitissae uxoris Roberti comitis in Zellecka, et Cobbegem, et Getza allodia. Quidquid vero immunitatis et libertatis a Cameracensibus episcopis, Gerardo, Odone, Burchardo, et Nicolao eidem monasterio iuste collatum est, vobis nihilominus confirmamus. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines promoveri a dioecesano..... episcopo, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis voluerit exhibere; alioquin liceat, vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, vel de suo, vel alieno, si oportuerit, collegio elegerint. Illud quoque adiungimus, ut vestri monasterii, aut Ecclesiarum vestrarum advocatis facultas non sit, pro se personam aliquam in advocatia supponere, per quam eiusdem coenobii aut Ecclesiarum bona dissipentur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud Christum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Immunitates quoque eidem a Cameracensibus episcopis concessas ratas habet;

Quibus monachos in spiritualibus subiectos declarat.

Abbatis vero, et advocati electionem ad solos monachos spectare decernit.

Solitae conclusiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus signavi.

Datum Remis per manum Guidonis S. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, et cancellarii, III nonas aprilis, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXLVIII, pontificatus vero domni Eugenii III PP., IV.

Dat. die 3 aprilis anno Domini 1147, pontif. anno IV.

XXVI.

Saviniensi monasterio ordinis Cistercien. bona omnia, ac subiectae abbatiae confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ordo monasticus in Saviniensi monasterio, et abbatiis eidem subiectis servandus. — Numerus abbatiarum a Saviniensi dependentium. — Decretum immunitatis et indemnitatis monast. eiusdem. — Solitae clausulae. — Sigillum Eugenii PP., eiusque subscriptio. — Subscriptiones cardinalium S. R. Ecclesiae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Serloni Saviniensi abbati, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Apostolicae Sedis, cui divina gratia praesidemus, nos auctoritas admonet, beneplacentem Deo religionem statuere, et stabilitam exacta diligentia conservare.

Exordium.

(1) Ex mss. monasterii huius edidit Martene, Thesaur. Anecdot., tom. I, col. 404.

Quocirca, dilecte in Domino fili Serlo abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Saviniense monasterium, cui praesse dignosceris, scriptorum nostrorum patrocinio communimus; statuentes, ut ordo monasticus secundum institutionem Cisterciensium fratrum, tam in praefato monasterio, quam in his, quae sub eius potestate consistunt, futuris temporibus inviolabiliter conservetur et ut abbatiae, quae ad ius tui monasterii pertinere noscuntur, in tua tuorumque successorum obedientia et subiectione permaneant; quarum nomina duximus exprimenda: abbatia de Furum, abbatia de Bufert, abbatia de Biluwas, abbatia de Not, abbatia de Carreia, abbatia de Strafort, abbatia de Cogherhala, abbatia de Basinwer, abbatia de Cumbremare, abbatia de Behelande, abbatia de Suineshenad, abbatia de Caldrei et abbatia Insulae de Man. Has itaque abbatias cum omnibus earum pertinentiis tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum fas sit, super hac nostra constitutione vestrum monasterium perturbare, aut aliquam ei exinde contrarietatem inferre; sed omnia in perpetuum ita intemerata serventur, quemadmodum praesentis scripti sanctione noscitur institutum. Si quis sane hanc nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; conservantes autem eidem loco, quae sua sunt, a Remuneratore omnium bonorum Deo, intervenientibus beatorum Petri et Pauli meritis, aeternae vitae praemia consequantur. Amen, amen, amen.

Ordo monasticus in Saviniensi monasterio et abbatiis eidem subiectis servandus.

Numerus abbatiarum a Saviniensi dependentium.

Decretum immunitatis et indemnitatis monasterii eiusdem.

Solitae clausulae.

FAC MECUM SIGNUM IN BONUM
S. PETRUS ✝ S. PAULUS.
EUGENIUS PP. III.

Sigillum Eugenii PP., eiusque subscriptio

EGO EUGENIUS catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Subscriptiones cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Imarus Tusculanus episc. ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Ioannes Paparo, diac. card. Sanctae Mariae Novae ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anastasiae ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

Ego Bernardus presb. card. tit. S. Clementis ss.

Datum Remis, per manum Guidonis S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, IV idus aprilis, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXLVIII, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno IV.

Dat. die 10 aprilis anno Domini 1148, pontif. anno IV.

XXVII.

Decretum, ut Ecclesiae in urbe et dioecesi Cremonensi existentes, et pars clericorum Ecclesiae S. Mariae, obedientiam, debitamque reverentiam in spiritualibus et temporalibus ipsi episcopo praestare debeant (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Facti series et decretum. — Clausulae confirmatoriae decreti huius. — Eugenii PP. subscriptio.

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de hac Ecclesia.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Oberto Cremonensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc sancti Patres diversos in Ecclesia Dei esse gradus et ordines voluerunt, ut dum inferiores suis superioribus obedientiam et reverentiam exhiberent, una fieret ex diversitate connexio, et recte officiorum gereretur administratio singulorum. Hoc nimirum intuitu, venerabilis frater Oberte episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus; et ne Cremonensis Ecclesia sua defraudetur iustitia, auctoritate nostri officii volumus providere. Dum Cremonae cum fratribus nostris essemus, querelam in nostra praesentia edidisti, quod quaedam Cremonenses Ecclesiae, quae tui episcopatus iuris existunt, nequaquam debitam tibi reverentiam exhiberent. Quia vero singulis Ecclesiis suam volumus iustitiam observare, decernimus, ut Cremonenses Ecclesiae, quae parochiali iure ad te pertinere noscuntur, et pars clericorum Ecclesiae Sanctae Mariae, quae tibi eodem iure debet esse subiecta, tibi tuisque successoribus subiectae de caetero et obedientes existant, et tamquam propriis pastoribus, et animarum suarum episcopis debitam reverentiam et honorem exhibeant; prohibentes, ut nullus clericus per laicos in eisdem recipiatur Ecclesiis: nullus praepositus absque consilio et assensu Cremonensis episcopi, vel Ecclesiae, si episcopus defuerit, statuatur. Adiicimus quoque, ut Cremonensis episcopus tamquam proprius pastor in praefatis Ecclesiis recipiatur, et honoretur; eique a clericis et laicis eiusdem loci debita reverentia et obsequium tam in spiritualibus quam in temporalibus deferatur. Si autem Cremonensis episcopus, vel Ecclesia excommunicationis aut interdicti sententiam canonice in aliquem suorum parochianorum protulerit, tam ab his, qui ad Placentinum, quam ab his, qui ad Cremonensem episcopatum pertinent, observetur. Si quis autem, huius nostri decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, clericus dignitatis et officii sui periculum patiatur, laicus vero ecclesiastica communione privetur.

Facti series et decretum.

Eccles. in Cremonensi dioecesi positus episcopo subiectas iure decernit.

Alia quoque ei tribuit privilegia.

Clausulae confirmatoriae decreti huius.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

Eugenii PP. subscriptio.

Datum Cremae, per manus Guidonis S. R. E. diac. card. et cancellarii, non. iulii, indictione XI, incarnat. dom. anno MCXLVIII, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno IV.

Dat. die 7 iulii anno Domini 1148, pontif. anno IV.

XXVIII.

Confirmatio bonorum abbatiae de Tolla Placentinae dioec., cui nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat. — Abbatis electionem monachis concedit: — Quos Mediolanensi archiepiscopo in spiritualibus subiicit. — Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alberto abbati de Tolla, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine verae cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhibere (2) servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, et religiosa loca, in quibus existunt, Sedis Apostolicae munimine confovere. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium de Tolla, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque bona,

Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat.

(1) Ex archiv. monasterii S. Sixti edidit Campi, Hist. Placentin. (2) Forte legendum *exhiberi*. (R.T.)

quascumque possessiones impraesentiarum iuste et rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu etiam aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum parochia et omnibus pertinentiis suis; quicquid habetis apud castrum Arquatum, et ecclesiam de Mistriano cum parochia et omnibus pertinentiis suis, castellum de Lavernasco cum ecclesia ipsius loci, et parochia et caeteris pertinentiis suis: castellum Novum cum ecclesia eiusdem loci et parochia, et omnibus pertinentiis suis: castellum de Spelunca, et ecclesiam ipsius loci, cum parochia et omnibus pertinentiis suis: castellum de Molfaxi cum ecclesiis eiudem loci, et parochiis, et aliis pertinentiis suis: locum Rugarli cum ecclesia ipsius loci et parochia et omnibus pertinentiis suis: quicquid habetis apud Regianum cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Dalmatii de Placentia cum parochia et caeteris ad ipsam pertinentibus. Obeunte autem te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, de suo, si potuerit idoneus inveniri, collegio secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam praeviderint eligendum. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Mediolanensi archiepiscopo gratis, absque pravitate aliqua vobis praecipimus exhiberi. Sepulturam ipsius monasterii, et omnium eius ecclesiarum, liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia ipsarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nullus omnino hominum de his, quae a nostris praecessoribus, vel Italici regni regibus concessa sunt, nullo modo qualibet occasione, vel alicuius scriptionis titulo, in rebus vel in ipsius loci libertate aliquid possit auferre vel minuere: interdicentes per sanctae Romanae Sedis auctoritatem episcopis Placentinae et Parmensis Ecclesiae, in quarum dioecesi ipsum monasterium, vel res ipsae videntur consistere, aliisque omnibus, tam vicinis quam procul constitutis, ut nullatenus aliquid quasi proprio iure praesumant accipere, neque ius baptizandi parochianos suos, quos apparet in privilegiali instrumento in ipso monasterio olim esse concessum; vel decimas, quas ante possedistis, sibi vindicent. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatis electionem monachis concedit.

Quos Mediolanensi archiepiscopo in spiritualibus subiicit.

Decretum immunitatis ab omni molestia et servitutu.

Clausulae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Praxedis subscripsi.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anastasiae subscripsi.

Ego Hugo presb. cardinalis tituli in Lucina subscripsi.

Ego Iordanus presb. card. tit. S. Susannae subscripsi.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano subscripsi.

Datum Cremonae per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, non. iulii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXLVIII, pontificatus domni Eugenii · III Papae anno IV.

Dat. die 7 iulii anno Domini 1148, pontif. anno IV.

XXIX.

Decretum, ut capellani promittant obedientiam rectoribus titulorum sive Ecclesiarum et de Arnaldo tamquam schismatico devitando (1).

SUMMARIUM

Aliquos capellanos errorem Arnaldi sequi narrat Pontifex. — Arnaldum ab omnibus tamquam schismaticum devitari mandat. — Poenae contra inobedientes.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, universo clero Romano.

Aliquos capellanos errorem Arnaldi sequi narrat Pontifex.

Fallax et invidus humani generis inimicus per Arnaldum schismaticum, quasi per membrum proprium hoc effecit, ut quidam capellani unitatem Ecclesiae, quae sectionem non patitur, quantum in eis est dividentes, ipsius Arnaldi sequantur errorem: et cardinalibus, atque archipresbyteris suis obedientiam et reverentiam promittere, et exhibere debitam contradicant. Ne igitur vires dare praefatis schismaticis pravis actionibus per silentium de caetero videamur, per presentia vobis scripta mandamus, atque praecipimus, quatenus praefatum Arnaldum tamquam schismaticum modis omnibus devitetis. Quod si aliqui clerici, Dei et sanctae Ecclesiae contemptores, eius errorem post praesentium acceptionem sequi praesumpserint, scire vos volumus, quia tam officio quam beneficio ecclesiasticis reddemus eos penitus alienos.

Arnaldum ab omnibus tamquam schismaticum devitari mandat.

Poenae contra inobedientes.

Datum Brixiae idibus iulii.

Dat. die 15 iulii 1148.

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1578.

XXX.

Monasterio Ss. Salvatoris et Iuliae martyris Brixien. dioecesis ordinis Cassinen. bona omnia confirmantur, omnimodaque exemptio, aliaque conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae tutela de more suscipit Pontifex. — Eidem bona omnia a regina Ansa, aliisque concessa, confirmat. — Ab episcoporum iurisdictione eximens, nec missarum solemnia inibi absque abbatissae consensu celebrari permittit. — Abbatissae electionem ad moniales tantummodo spectare decernit: — Eidem abbatissae confirmat ius ecclesias et castella construendi, et mercatum in his indicendi. — A quacumque iurisdictione, iudiciaria potestate, angaria et onere monasterium exemptum declarat. — Decimas bonorum condonat, et facultatem iudicandi in proprios homines et colonos. — Sacra mysteria et ministeria a quocumque episcopo recipiendi tribuit facultatem. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, in Christo filiae Richeldae abbatissae monasterii Salvatoris nostri et Sanctae Iuliae virginis et martyris, quod Novum dicitur, in civitate Brixia situm, eiusque sororibus, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnibus ecclesiasticis personis debitores, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio, existamus; illis tamen nos convenit propensioris charitatis studio imminere, quas in verae religionis cultu

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarin., loc. cit., num. CLXX.

omnipotentis Domino militare cognoscimus, et in Ecclesiis, quae beati Petri iuris sunt, assidue commorantur. Ideoque, dilecta in Domino filia Richeldis abbatissa, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita praebentes assensum, Beate Iuliae virginis ac martyris monasterium, cuius utique cura tibi, largiente Domino, commissa est, quod videlicet infra civitatem Brixiensem a nobilis memoriae Ansa regina constat esse constructum, Apostolicae Sedis privilegio communimus, et sub B. Petri et nostra protectione suscipimus; statuentes, ut quaecumque praedia, quascumque possessiones, quaecumque bona ex munificentia praefatae reginae, seu etiam ex largitione illustris memoriae imperatorum, qui post eam regni gubernacula susceperunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque sororibus, et his, quae vobis in eadem religione successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Sermionem scilicet cum duabus ecclesiis, Domini videlicet nostri Salvatoris et Sancti Viti martyris, Cervanicam cum ecclesia Sanctae Iuliae martyris, Nubulariam cum ecclesia Sancti Laurentii, Berciagum cum duabus ecclesiis Sancti Zenonis et Sancti Stephani, Magonem Vicum cum ecclesia Sancti Alexandri, Thimolinam cum ecclesia Sanctae Iuliae, Barbadam cum ecclesia Sanctae Mariae, Alfianum cum ecclesia Sanctae Iuliae, Montecellum cum ecclesia Sanctae Mariae, Vovum cum ecclesia Sancti Petri et S. Laurentii, Calvatonem cum ecclesiis Sanctae Mariae et Sanctae Iuliae, Genudolariam cum ecclesia Sancti Michaelis, Ciconiariam cum ecclesia Sanctae Mariae, Botenagum cum ecclesia Sancti Martini confessoris, Miliarinam cum ecclesia Sanctae Iuliae, et Sermidam. Praeterea quascumque alias curtes, villas, castella, ecclesias, et omnia ad idem monasterium pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Praesenti quoque decreto sancimus, ut praedictum monasterium Apostolicae Sedis protectione, et regia defensione munieratum, sub nullius unquam alterius potestate vel iurisdictionibus redigatur: adeant quisquam sacerdotum, nisi ab ipsius loci abbatissa fuerit invitatus, nec missarum solemnia ibi celebrare praesumat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praenominatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, ancillarum Christi, pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel aliqua illarum, quae tibi in eodem regimine successerint, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Porro Sancti Petri in Solato ecclesiam vobis similiter confirmamus, et capellam Sanctae Iuliae de Pradellis. Sane ipsius loci abbatissae licentiam indulgemus, ecclesias ad honorem Dei construere, et libertatem ab imperatoribus et regibus monasterio praefato concessam, tam in mercatis constituendis, quam in castellis in terris ipsius monasterii, ubicumque voluerit, pro utilitate eiusdem monasterii aedificandis, pariter roboramus. Nullus etiam episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, seu aliqua magna parvaque persona ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii tenere, vel iudicare, aut aliquod placitum, absque licentia abbatissae habere praesumat, aut res ipsius spirituales, aut saeculares quovis modo alienare, vel molestiam eis inferre, aut fodrum, vel mansiaticum, seu ripaticum, aut

Monasterium sub Sedis Apostolicae tutela ac more suscipit Pontifex;

Eidem bona omnia a regina Ansa, aliisque concessa confirmat.

Ab episcoporum iurisdictione eximens, nec missarum solemnia inibi absque abbatissae consensu celebrari permittit.

Abbatissae electionem ad moniales tantummodo spectare decernit:

Eidem abbatissae confirmat ius eccl. et castella construendi, et mercatum in his indicendi.

A quacumque iurisdictione, indiciaria potestate, angaria et onere monasterium exemptum declarat.

paratas (1), sive aliquas audeant functiones exigere. Decimas novalium praeterea, et fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumptibus, et districtum servorum et liberorum ad vestrum coenobium pertinentium, vobis habenda firmamus. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes abbatissae, vel monacharum seu clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, seu quicquid ad sacrum ministerium pertinet, a quibuscumque malneritis catholicis suscipietis episcopis; qui nimirum absque pravitate, et reprehensione aliqua ea vobis concedant, quaemadmodum a praedecessoribus nostris felicis memoriae Paulo, Calixto, Innocentio Romanis Pontificibus, vestro monasterio pro fragilitate foeminei sexus constat esse concessum. Confirmamus etiam vobis portum Placentinum et ripaticum eius. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decimas bonorum condonat, et facultatem iudicandi in proprios homines et colonos.

Sacra mysteria et ministeria a quocumque episcopo recipiendi tribuit facultatem.

Solitae conclusiones.

Eugenii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Eugenius cath. Eccl. episcopus ss.
Ego Ubaldus pr. card. tit. S. Praxedis ss.
Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.
Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anastasiae ss.
Ego Iulius presb. cardinalis tituli Sancti Marcelli ss.
Ego Bernardus presb. cardinalis tituli S. Clementis ss.
Ego Otto diaconus card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.
Ego Ioannes Paparo diac. card. tituli Sancti Hadriani ss.
Ego Gregorius diac. cardinalis tituli Sancti Angeli ss.
Ego Guido diaconus card. tit. S. Mariae in Porticu ss.
Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Datum Brixiae, per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae diac. card. et cancell., VI idus septembris, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCXLVIII, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno IV.

Dat. die 8 septembris anno Domini 1148, pontif. anno IV.

(1) *Parata*, crebro sumitur pro expensis quae in episcoporum susceptionibus a presbyteris ecclesiarum ruralium fiebant, quae postea in praestationes pecuniarias abierunt; hic *paratae* pro pecuniariis praestationibus sumuntur, quae etiam per voces *mansiaticum*, *ripaticum*, etc. indicantur, tituli tantum specie immutata. (A. T.)

XXXI.

Decretum, ut imposterum Placentini episcopi ab archiepiscopo Ravennate consecrationem accipiant (1).

SUMMARIUM

Abbas de Columba in episcopum Placentinum electus. — Electionis eius confirmatio petitur. — Electionem praedictam firmat Pontifex, salvo iure Ravennatis Ecclesiae. — Placentinum electum a Ravennate archiepiscopo consecrari debere decernit. — Clausulae consuetae. — Eugenii PP. subscriptio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Moysi Ravennati archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Abbas de Columba in episcopum Placentinum electus.

Dilecti filii nostri Placentini canonici, obeunte venerabili fratre nostro Arduino bonae memoriae episcopo, dilectum alium nostrum Ioannem abbatem de Columba in patrem sibi et episcopum elegerunt:

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1614.

Electionis eius confirmatio petitur.

et, ut ipsa electio firmitatem auctoritatis nostrae munimine sortiretur, cum essemus Altissiodori, per nuncios suos humiliter postularunt. Nos vero Ravennati Ecclesiae tamquam speciali filiae nostrae suam iustitiam conservare volentes, eorum petitiones tunc non duximus admittendas. Postmodum vero iidem filii nostri apud Treverim nostro se conspectui repraesentantes idipsum a nobis instantius petierunt, asserentes possessiones episcopatus, et bona, nisi firmaretur electio, devastari nimium et consumi; et nullam esse personam, quae tibi super hoc, et Ravennati Ecclesiae responderet, cum multas rationes dicerent se habere, pro quibus Placentini electi a Ravennate archiepiscopo consecrationem accipere non debebant. Nos itaque necessitatibus Placentinae Ecclesiae paternae charitatis debito prospicere cupientes, electionem ipsam in omnibus, salvo iure Ravennatis Ecclesiae, confirmavimus; et ipsi Placentinae Ecclesiae per apostolica scripta mandavimus, ut proxime praeterita Sancti Lucae festivitate nostro se conspectui praesentaret, tibi respondere, et quae institia dictaret, exequi praeparati. Cum autem apud Papiam pervenimus, praesentibus, dilecto filio nostro electo, et clericis Placentinis, tu, frater archiepiscope, humiliter postulasti, ut instrumenta et rationes Ravennatis Ecclesiae attentius audiremus, et ipsis canonicum finem imponeremus. Nos vero usque ad terminum utrique parti praefixum audire distulimus, et tam tibi quam alteri parti dedimus in mandatis, ut memorato termino, omni oppositione seposita, ad nostram praesentiam veniretis. Cum igitur praefixo termino idem electus per se aut per responsales, qui sufficienter rationem ostenderent, ad nostram venire praesentiam contempsisset, privilegiis praedecessorum nostrorum felicis memoriae Gelasii, Callisti, Honorii et Innocentii Romanorum Pontificum, et scriptis eorum et nostris diligenter inspectis, in quibus continebantur praecepta, ut memoratus frater noster bonae memoriae Arduinus Ravennati archiepiscopo tamquam metropolitano suo humiliter obediret, communicato fratrum nostrorum consilio, indicavimus, ut Placentinus electus, et illi, qui ei succedent, a te, frater archiepiscope, et a successoribus tuis, tamquam a suis metropolitanis, consecrationem sine contradictione suscipiant; et eis de caetero subiectionem, obedientiam et reverentiam tamquam proprio metropolitano absque molestia difficultatis exhibeant: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si quis autem, huius nostrae definitionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, etc.

Electionem praedictam firmat Pontifex, salvo iure Ravennatis Ecclesiae.

Placentinum electum a Ravennate archiepiscopo consecrari debere decernit.

Clausulae consuetae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Eugenii PP. subscriptio.

Datum Pisis per manum Guidonis diac. card. et cancellarii, IV idus novembris, indictione XII, incarnationis dom. anno MCXLVIII, pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno IV.

Dat. die 10 novembris anno Domini 1148, pontif. anno IV.

XXXII.

Privilegium confirmationis bonorum omnium monasterii Altahensis, seu Althae inferioris, *Salisburgen. dioecesis* (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterio bona omnia confirmantur. — Decretum immunitatis. — Clausulae.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg. tom. II.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Conrado abbati monasterii Sancti Mauritii Altahensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum.

Exordium

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut qualescumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias videlicet de Zaia, de Abbatisdorff, de Gric, de Chunezen, de Cassen, de Mynchendorff, de Iserhoven, de Puchoven, Wialtorf, de Erlbac, de Sinichingen, de Munterte, de Ingoltestat, de Otelingen, de Wilbac, de Peringen, de Usterlingen, de Peirbach, de Metmenhusen, de Ibach, de Suarza, de Pfolingen, de Palkingen, de Rorbach, de Urbac, de Loting, de Tundorf, de Aicha, de Winchilgen, de Regen, de monte S. Godheardi, de Naszelbach, de Heidofingen, de Cella, montem Sanctae Mariae de Scolunge, Runichenae, Tagmanpach, Winchingen, Hohenoe, Aespach cum vineis et portu, vineas de Spizze, Scongerinen, Otenesheim, Gerlochesperch, Willensingen, Manendorf, Hofdorf, Rauvenstetten, Ranthingen, Casebalchesteinden, Kadingen, Adelboldingen, Asingen, Iallingen, Teuvelspaerch, quidquid iuris habetis in Halla. Praeterea quaecumque bona tam in decimis quam in familiis iuste et canonice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesanorum episcoporum canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Monasterio bona omnia confirmantur.

Decretum immunitatis.

Clausulae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Datum Remis per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae card. et cancellarii, III kal. aprilis, indict. XII, incarn. dominicae anno MCXLIX, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno V.

Dat. die 30 martii anno Domini 1149, pontif. anno V.

XXXIII.

Omnia bona et iura Lunensis Ecclesiae sub B. Petri et sua protectione suscipit Eugenius PP. III (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio bonorum et iurium Ecclesiae huius. — Decretum omnimodae immunitatis a cuiuscumque personae molestia. — Solitae clausulae. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ven. fr. Gotifredo Lunensi episcopo, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum.

Exordium. In eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto nobis apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam iustitiam conservare. Eapropter, ven. frater noster in Christo Gotifrede episcope, tuis iustis postulationibus debita benignitate gratum impertientes assensum, B. Dei Genetricis semperque Virginis Mariae ecclesiam de Luna, cui Deo authore praeesse dignosceris, sub B. Petri nostraque protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: plebem S. Stephani de Unsilia cum capella de Vallechia, et aliis capellis suis, plebem S. Viti de castello Agnulfii, plebem de Massa, plebem de S. Vitale, plebem S. Laurentii de monte Libero, plebem de Carraria, plebem S. Mariae de Sarzana, plebem S. Andreae de Sarzana, plebem S. Stephani de Cerreto, plebem de S. Venerio, plebem de S. Vectiano, plebem de Marnasco, plebem S. Petri de Portu Veneris, plebem de Ceula, plebem de Rubiano, plebem de Cornia, plebem de Pignone, plebem S. Andreae de Castello, plebem de Bollano, plebem S. Petri de Castello, plebem S. Laurentii, plebem de Offiano, plebem S. Cipriani de Capite Pontis, plebem de Viano, plebem de Soleria, plebem S. Pauli, capellaniam S. Mariae de Pugnano, ecclesiam S. Margaritae de castro Verucula, ecclesiam S. Michaelis de Saxo Albo, plebem de S. Crispiano, plebem de Venelia, plebem de Bagnione, plebem de Vico, plebem de Tarano, plebem S. Cassiani de Verteola, plebem de Vigniola cum omnibus capellis suis, quas iuste et canonice possidetis. Decernimus vero, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur etc. Amen, amen, amen.

Confirmatio bonorum et iurium Ecclesiae huius.

Decretum omnimodae immunitatis a cuiuscumque personae molestia.

Solitae clausulae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

Eugenii PP.

Conradus Sabinus episcopus.

Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ioannes diaconus card. Sanctae Mariae Novae.

Ubaldus presbyter cardinalis tit. Ss. Io. et Pauli.

Guido diaconus card. S. Laurentii in Damaso.

Iulius presb. card. S. Marcelli.

Datum Pisis per manum Guidonis S. R. E. diaconi card. et cancellarii, III idus novem. ind. XII, incarnationis dom. anno

(1) Ex mss. Cod. Pennoti edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de Lunensibus episcopis.

MCXLIX, pontif. vero D. Eugenii Papae III anno V.

Dat. die 11 novembris anno Domini 1149, pontif. anno V.

XXXIV.

Privilegium confirmationis bonorum omnium et iurium ad monasterium SS. Trinitatis, et Michaelis Archangeli de Mileto Militen. dioecesis pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Melitense a Rogerio comite constructum. — Confirmatis Summ. Pontificum diplomatibus, sub protectione Sedis Apost. suscipitur; — Addita confirmatione bonorum omnium ad ipsum pertinentium. — Unicuique sepulturam ibi sibi eligendi conceditur facultas; — Missas autem, stationesque publicas celebrandi praeter abbatis consensum nemini; — Abbati vero quemlibet vocandi episcopum ad sacramenta administranda; — Sed ipse abbas a solis monachis eligendus, et a Summo Pontifice consecrandus; — Ipsum denique monasterium ab omni saeculari potestate liberum declaratur; — Nec non ab omni cuiuscumque personae molestia, vi etc. — Reservato tantummodo annuo censu Rom. Pontificibus persolvendo. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Roberto abbati Militensis monasterii, quod in honore SS. Trinitatis, et B. Michaelis Archangeli aedificatum est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Cum omnibus ecclesiasticis personis debitores ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis, quae specialius ad Apostolicam Sedem spectare, atque ad Romani Pontificis ordinationem pertinere noscuntur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere, et eorum iustis (1) clementer annuere. Eapropter, dilecte in Domino fili, rationabilibus tuis postulationibus benignius impertientes assensum, praefatum monasterium, quod ab illustris memoriae Rogerio comite a fundamentis est instructum, et per manum felicis record. D. Urbani praedecessoris nostri Papae II B. Petro, eiusque S. R. Ecclesiae in ius perpetuum, et tutelam oblatum esse dignoscitur, ad exemplar praedecessorum nostrorum sa. me. Paschalis, et Innocentii Romanorum Pontificum sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in territorio Militensi villam Sancti Gregorii, et ibidem ecclesiam Sancti Nicolai, ecclesiam Sancti Gregorii de Briatico, Sancti Ioannis de Reyachio, Sanctae Mariae de Medina, Sanctae Mariae et Sancti Clementis de Arena, Sanctae Mariae de Stilo, Sancti Ioannis et Sancti Nicolai de Garentia: in civitate Giratio tres ecclesias, monasterium Sancti Nicodemi de Patera, ecclesiam Sancti Nicolai de Falla cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Demontorium cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri iuxta Bibonam, quam tenuit Romeus: apud Castellum Vetus ecclesiam Sancti Nicolai de Caconit, ecclesiam Sancti Ioannis et Sanctae Mariae de Melicano: in civitate Squellacio ecclesiam Sancti Martini, Sancti Nicolai de Prato: in pertinentia Agnelli ecclesiam S. Philippi, Sanctae Mariae de Ponticella, S. Laurentii et S. Ippolyti: in territorio

Monasterium Militense a Rogerio comite constructum.

Confirmatis Summ. Pontificum diplomatibus, sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

Addita confirmatione bonorum omnium ad ipsum pertinentium.

(1) A V. cl. Felice Contelorio transcript. edidit Ughell, Ital. Sac., tom. I, ubi de Militensi Eccl.

(1) Supple *votis*. (R. T.)

Alunantiae, ecclesiam Sancti Angeli de Stricto, S. Barbarae, et S. Pessi: in territorio Fluminis Frigidi ecclesiam S. Nicolai de Turiano, et ecclesiam S. Philippi: apud montem Altum ecclesiam S. Cassiani, S. Nicolai de Mave de Trabea; iuxta Maurum Gurgitem ecclesiam Sancti. Georgii et Nicolai de Regina: in Sicilia ecclesiam S. Ioannis, S. Georgii de Moach, S. Ioannis de Calatiniseth, S. Barbarae de Calatebutor, S. Nicolai de Caca, S. Ioannis de Roccha Maris, Sanctorum Cosmae et Damiani de Chetaludio cum pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Anastasiae de Grateriis, Sanctum Innocentium de Mistreto, et S. Stephani, S. Basilii de Naso, S. Nicolai de Brutana, S. Angeli, S. Georgii, S. Mariae de Murra... et S Pessi de Melasio, et partem oppidi quod Mestianum dicitur, quota a supradicto comite praefato monasterio SS. Trinitatis et S. Angeli oblata cognoscitur: cuius anima Rogerii comitis in pace requiescat.

Unicuique sepulturam ibi sibi eligendi conceditur facultas.

Porro sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic deliberaverint sepeliri, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat.

Missas autem, stationesque publicas celebrandi praeter abbatis consensum nemini.

Missas autem seu stationes publicas in eodem loco praeter abbatis, et fratrum voluntatem fieri prohibemus, ne in servorum Dei recessibus popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimas praesumat exigere.

Abbati vero quemlibet vocandi episcopum ad sacramenta administranda,

Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis catholico recipietis episcopo. Adiicimus etiam ut nulli episcoporum facultas sit, absque licentia Romani Pontificis locum vestrum, vel monachos seu clericos inibi commorantes interdictioni vel excommunicationi subiicere, aut aliquam potestatem vel molestiam exercere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres cum omni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint, ab Apostolicae Sedis Pontifice consecrandum.

Sed ipsum [illegible] a solis monachis eligendum, et a Summo Pontifice consecrandus.

Hoc quoque praesenti capitulo subiungimus, ut idem monasterium, eiusque possessiones, et monachi, ab omni saecularis servitii sint infestatione securi; omnique gravamine mundanae oppressionis remoti, in S. religionis observantia seduli maneant, et quieti; nec ulli alii, nisi Romanae et Apostolicae Sedi, cuius iuris sunt, aliqua teneantur occasione subiecti.

Ipsum denique monasterium ab omni saeculari potestate [illegible] rum declaratur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate.

Nec non ab omni cuiuscumque personae molestia, vi etc.

Ad indicium vero perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis unam auri unciam nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.

Reservato tantummodo annuo censu Romanis Pontificibus persolvendo.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Solitae conclusiones.

Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Eugenii PP.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Nicolaus Albanus episcopus ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxedis ss.

Ego Nicolaus presbyter cardinalis tit. Sancti Ciriaci ss.

Ego Iordanus presbyter cardinalis tit. S. Susannae subscripsi.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subscr.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli subscripsi.

Ego Astaldus diaconus cardinalis S. Eustachii subscripsi.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae subscr.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi subsc.

Datum Ferentini per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, VI kal. martii, indict. XIII, incarnat. dom. anno MCL, pontificatus vero dom. Eugenii Papae anno V.

Dat. die 24 februarii anno Domini 1150, pontif. anno V.

XXXV.

Confirmatio bonorum omnium, donationum et exemptionum monasterii Tegernseensis, quod ordinario episcopo subiectum in spiritualibus declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium ab Adalberto et Occario Boiariae comitibus constructum, et imperialibus privilegiis munitum, sub Sedis Apost. recipitur tutela. — Confirmantur bona omnia ad illud pertinentia. — Exemptiones omnes eidem a regibus, vel episcopis concessae reatae habentur. — Monachis sacerdotes Ecclesiis praeficiendos episcopo praesentare conceditur; — Cui ipsi quoque in spiritualibus subiecti declarantur. — Abbatis electionem per monachos fieri decernitur. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. subscriptio et sigillum. — Subscriptiones quoque cardinalium S. R. Ecclesiae.

(1) Ex Hundii Histor. Salisburg., tom. III.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Conrado abbati monasterii Beati Quirini iuxta lacum Tegernseae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Commissae nobis Apostolicae Sedis nos hortatur auctoritas, ut locis et personis ipsius, auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus; quia sicut iniusta poscentibus nullus tribuendus est effectus, sic legitima et iusta desiderantium nulla est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus benignum impertientes assensum, praefatum monasterium, quod utique a nobilibus viris Adalberto et Occario, germanis fratribus, illustribusque comitibus, in suo fundo constructum est, et antiquis Romanorum imperatorum privilegiis, Pipini videlicet, Caroli et Ludovici, decoratum: in quo denique corpus beati Quirini a pio decessore nostro sanctae recordationis Zacharia Romano Pontifice impetratum, requiescere perhibetur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Praeterea libertates sive immunitates, ab episcopis vel regibus, sive etiam principibus vestro monasterio rationabiliter concessas, et scripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus; et ut nullus eas infringere, seu inbeneficiare audeat, auctoritate apostolica prohibemus. In parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, sacerdotes idoneos eligatis, et episcopo praesentetis: Quibus, si idonei fuerint,

Monasterium ad Adelberto et Occario Boiariae comitibus constructum, et imperialibus privilegiis munitum, sub Sedis Apostolicae recipitur tutela.

Confirmantur bona omnia ad illud pertinentia.

Exemptiones omnes eidem a regibus, vel episcopis concessae reatae habentur.

Monachis sacerdotes Ecclesiis praeficiendos episc. praesentare conceditur;

episcopus cum abbatis consensu curam animarum committat, ut eiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis vero pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo; si quidem catholicus fuerit, et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Cui ipsi quoque in spiritualibus subiecti declarantur.

Abbatis electionem per monachos fieri decernitur.

Solitae conclusiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Eugenii PP. subscriptio et sigillum.



Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxed. ss.

Subscriptiones quoque cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Sabinae ss.

Ego Aribertus presbyter cardinalis tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Iordanus presbyter cardinalis tit. Sanctae Susannae ss.

Ego Otto diac. cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diac. cardinalis S. Nicolai in Carcere Tull. ss.

Ego Guido diac. cardin. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Ioannes diac. cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Rolandus diac. cardinalis Ss. Cosmae et Damiani ss.

Datum Signiae per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, XI kalen. decembr., indict. XIV, incarnationis dominicae anno MCL., pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno VI.

Dat. die 21 novembris anno Domini 1150, pontif. anno VI.

XXXVI.

Privilegium Ecclesiae canonicorum B. Mariae in Raitenbuch Frisingen. dioecesis sub regula S. Augustini regularem vitam profitentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesia haec sub Sedis Apostolicae protectione recipitur: — Confirmatisque bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia, nonnullaque statuuntur ad canonicorum regimen, vel Ecclesiae bonum et quietem pertinentia. — Decretum indemnitatis. — Census annuus Rom. Pontif. persolvendus. — Conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Ottoni praeposito canonicae B. Mariae, quae in loco Raitenbuch sita est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonicam vitam professis, in perpetuum. Amen.

Exordium.

Commissae nobis Apostolicae Sedis hortatur auctoritas, ut locis et personis, ipsius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus; quia sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta postulantium non est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Eapropter, dilecte in Domino fili Otto praeposite, tuis iustis postulationibus debita benignitate gratum impertientes assensum, praefatam B. Mariae ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Urbani vestigiis inhaerentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui in eadem Ecclesia secundum Deum et beati Augustini regulam noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, elegerint. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum, Chrisma, Oleum sanctum, et caetera, ad episcopale officium pertinentia, ab episcopo Frisingensi, in cuius dioecesi estis, accipietis; si tamen catholicus est, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis ac sine pravitate impendere voluerit; alioquin, liceat vobis, catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, vel ad Sedem Apostolicam recurrere; qui fultus apostolica auctoritate sine ambiguitate postulata concedat. Prohibemus quoque, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, absque praepositi sui licentia, fas sit e claustro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Porro decimas Novalium eiusdem canonicae ad eamdem pertinere sanximus: salvo vicinarum iure Ecclesiarum. Advocatum praeterea sive protectorem illustrem vestrum Welfonem vobis concedimus, et eius post eum filios, si eiusmodi Deo praestante fuerint, ut Ecclesiae vestrae utiles, et paternae institutionis existant executores; sin autem, erit vestri arbitrii, quem volueritis eligere vestrae Ecclesiae, idoneum protectorem, qui sine lucri saecularis exactione id divinae servitutis strenue ac reverenter exhibeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam canonicam temere perturbare, aut eius posses-

Ecclesia haec sub Sedis Apostolicae protectione recipitur:

Confirmatisque bonis omnibus,

Nonnulla conceduntur privilegia, nonnullaque statuuntur ad canonicorum regimen, vel Ecclesiae bonum et quietem pertinentia.

Decretum indemnitatis.

(1) Ex Hundii Hist. Salisburg., tom. III.

siones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptae huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos ad nostrum nostrorumque successorum usum quotidianum albam lineam et stolam nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si quis igitur in futurum, archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex, aut quaelibet persona potens aut impotens, nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Census annuus Rom. Pontificibus persolvendus.

Conclusiones.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. S. Praxedis.

Ego Albanus episcopus ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai.

Ego Iulius presbyter cardinalis S. Marcelli subscripsi.

Ego Rolandus diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Ego Iordanus presbyter cardinalis tit. Susannae.

Datum Ferentini, per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, VI kalend. decembris, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCL, pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno VI.

Dat. die 26 novembris anno Domini 1150, pontif. anno VI.

XXXVII.

Privilegium Monopolitanae Ecclesiae (1).

Bona Ecclesiae huius confirmarunt, multis illam donantes privilegiis, Calixtus PP. II anno 1123, Urbanus II 1091, quae suis locis retulimus.

SUMMARIUM

Exordium. — Monopolitanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eiusque bona omnia confirmat. — Eam soli eidem Sedi subiectam declarat. — Episcopum a clero eligi concedit. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ven. fr. Michaeli Monopolitano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Et iustitiae ratio exigit, et rationis ordo deposcit, ut Ecclesiis et personis, quae familiarius Apostolicae Sedi adhaerent, et ad Romani Pontificis ordinationem spectare noscuntur, propensiori studio providere curemus. Dignum namque, et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri atque S. R. Ecclesiae patrocinio muniamus. Eapropter, dilecte in Domino frater Michael episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessorum nostrorum felicis memoriae Urbani, Paschalis, Calixti et Honorii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, Monopolitanam Ecclesiam, cui Deo auctore praesesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes,

Exordium.

Monopolitanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Eiusque bona omnia confirmat.

ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus quoque, ut eadem Ecclesia nulli alii, praeter Apostolicam Sedem, subiectionis reverentiam debeat. Te igitur tuosque successores, huius libertatis gratia perfruentes, sub solius Apostolicae Sedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obeunte vero te, nunc eiusdem civitatis episcopo, vel tuorum quolibet successorum, clero Monopolitano facultas sit, semota omni pravitate, antistitem canonice eligendi; electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Eam soli eidem Sedi subiectam declarat:

Episcopum a clero eligi concedit.

Solitae conclusiones.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Imarus Tusculanus episc.
Ego G. G. presb. card. S. Calixti.
Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Iulius presb. card. tit. S. Marcelli.
Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Datum Ferentini per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, XIV kal. ianuarii, ind. IV, incarn. dom. anno MCL, pontificatus vero Eugenii Papae III anno VI.

Dat. die 19 decembris anno Domini 1150, pontif. anno VI.

XXXVIII.

Confirmatio iurium omnium, ac privilegiorum metropolitanae Ecclesiae Coloniensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Hanc Ecclesiam sub Sedis Apostolicae protectione suscipit Pontifex; — Eidem bona confirmat. — Archiepiscopo usum pallii etc. confirmat; eumque ab omni subiectione eximit. — Regis ordinationem in ipsius provincia concedit. — Alia praerogativa. — Septem eiusdem ecclesiae presbyteris usum mitrae, dalmaticae etc. in missarum solemniis concedit. — Praemissa omnia confirmat. — Consuetae conclusiones et clausulae. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Arnoldo Coloniensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis.

Exordium.

In eminenti Apostolicae Sedis specula, divina disponente gratia, constituti, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio, fratres nostros episcopos sincera charitate diligere, et Ecclesiis eorum regimini et gubernationi commissis suam debemus institiam conservare. Sicut enim in humani compage corporis naturalis ratio singulis quibusque membris, ad salutem providens, speciales et providos actus edocet, nobilioribus vero suam dignitatem con-

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1583.

servat: ita in corpore Ecclesiae apostolica providentia secundum sacrorum canonum institutiones universas regit Ecclesias; digniores autem in sui statu praerogativa custodit. Æquum itaque et rationabile est, ut suus unicuique honor Ecclesiae, et propria iura munimine Sedis Apostolicae confirmentur. Quocirca, dilecte in Christo frater Arnolde archiepiscope, tuis iustis postulationibus benignum impertientes assensum, ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Leonis IX Papae, beati Petri Coloniensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, (1) ipsius apostolorum principis, cuius in loco licet immeriti residere conspicimur, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci; firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Pallii quoque usum, et vivificae Crucis vexillum, atque naccum, insigne videlicet festivi equi, quae praedecessoribus tuis a nobis concessa sunt, suo tempore et suo loco ferenda, nos tam tibi quam tuis successoribus confirmamus; adiicientes, ut nulli primati, nisi tantum Romano Pontifici, debeas esse subiectus, pro amplioris etiam et specialioris gratiae praerogativa, ordinationem regis infra tuam provinciam tibi duximus concedendam. Etsi Romanus Pontifex, vel Apostolicae Sedis legatus in eadem provincia concilium celebraverit, tu post eum primum inter alios locum obtineas. Statuimus praeterea, ut septem idonei presbyteri cardinales (2) in praedicta ecclesia ordinentur, qui induti dalmaticis et mitris ornati, ad principalia duo altaria eiusdem ecclesiae, cum totidem diaconis et subdiaconis, quibus sandaliorum usum concedimus, missarum solemnia in festivis diebus tantummodo administrent. Ut ergo haec omnia, quae supradiximus, plenum imposterum robur obtineant, sicut in privilegiis praedecessorum nostrorum continentur, tam tibi quam successoribus tuis ea favoris nostri auctoritate firmamus. Decerninus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino indicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Hanc Ecclesiam sub Sedis Apostolicae ac protectione suscipit Pontifex;

Eidem bona confirmat.

Archiepiscopo usum pallii etc. confirmat; nec non ab omni subiectione eximit.

Regis ordinationem in ipsius provincia concedit.

Alia praerogativa.

Septem eiusdem ecclesiae presbyteris, usum mitrae, dalmaticae etc. in missarum solemniis concedit.

Praemissa omnia confirmat.

Consuetae conclusiones et clausulae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Nicolaus Albanen. episc.

Ego Ugo Ostien. episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardin. tituli Sancti Calixti.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis.

Ego Manfredus presbyter cardin. tit. Sanctae Sabinae.

Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Deest fortasse *sub* (R. T.) (2) *Presbyteri cardinales*, dicti parochiales, curiones, sacerdotes proprii, quasi *in cardine constituti*. Hic tamen ii presbyteri indicantur qui, privilegio, ad praecipua altaria, quae *cardinalia* dicebantur, solemnem missam poterant celebrare. (R. T.)

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sancti Pastoris.

Ego Bernardus presbyter cardinalis tit. Sancti Clementis.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sancti Stephani in Monte Coelio.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Rodulfus diac. card. Sanctae Luciae in Septa Solis.

Ego Gregorius diac. cardinalis Sancti Angeli.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Sanctae Mariae Novae.

Ego Guido diac. cardinalis Sanctae Mariae in Portico.

Ego Iacintus diaconus card. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Cencius diac. cardinalis S. Mariae in Aquiro.

Datum Signiae per manus Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, VI idus ianuarii, indictione XV, incarnationis dominicae anno millesimo centesimo quinquagesimo primo, pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno VI.

Dat. die 8 ianuarii anno Domini 1151, pontif. anno VI.

XXXIX.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum Fulden. monasterii, Sedi Apostolicae immediate subiecti, cuius abbati mitrae, annulique usus conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium iuxta praedecessorum Pontificum morem sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Eidem bona omnia confirmat. — In eo vero iurisdictionem ullam episcopum, caeterosque omnes habere prohibet: — Vel datium ullum exigere. — Abbatem per monachos eligi statuit; — Qui statutis temporibus de monastica disciplina monachorumque moribus ad Sedem Apostolicam referre teneatur. — Primatum super caeteros Germaniae, Galliarumque abbates, et usum dalmaticae ac sandaliorum confirmat; — Mitram quoque, annulumque concedit. — Pontificia regiaque privilegia rata habet. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex authographo edidit Fridericus Schannat in Probationibus diœcesis et hierarch. Folden., num. XXX.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Marchuardo abbati monasterii Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, Sancti Bonifatii, quod situm est iuxta ripam fluminis quod Fulda vocatur, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnibus ecclesiasticis personis debitores ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illis tamen propensiori cura nos convenit imminere, qui in religionis habitu omnipotenti Deo militant, et Apostolicam Sedem speciali praerogativa pertinere noscuntur; dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicae Sedis munimine roboremus. Eapropter, dilecte in Domino fili Marchuarde abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Salvatoris Domini nostri Iesu Christi monasterium, cui Deo auctore praesse dinosceris, ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Innocentii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis nominibus duximus annotanda: monasterium videlicet Sancti Andreae apostoli, quod vocatur Exavilum, situm Romae iuxta ecclesiam Sanctae Dei

Monasterium iuxta praedecessorum Pontificum morem sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eidem bona omnia confirmat:

Genitricis Mariae semper Virginis, quae vocatur ad Praesepe, a praedecessore nostro felicis memoriae Papa Leone praedecessori tuo Hecberto religioso abbati respectu dilectionis donatum, cum omnibus caminatis, mansionibus, cellis, vinariis et coquina, cum vineis, ortis, diversisque pomorum generibus, cum curte, et puteo, et introitu per portam maiorem a via Publica, et cum omnibus ad idem monasterium pertinentibus generaliter tam intra quam extra urbem sitis, quae ei iuste ac recte pertinere noscuntur: prohibemus autem omnem cuiuslibet Ecclesiae sacerdotem in iam dicto vestro Fuldensi monasterio aliquam ditionem habere vel auctoritatem, praeter nostram Apostolicam Sedem, ita ut nisi ab abbate ipsius monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnia celebrare praesumat. Porro dona, oblationes, ac decimas fidelium, quas usque modo posseditis, absque ullius personae contrarietate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus: interdicimus etiam ne faemina unquam illuc ingredi praesumat, et ne quis unquam placitum ibi habeat, vel in caeteris eius locis; nec servos, nec colonos, ad aliquod servitium constringat, nisi cui abbas ad utilitatem suae necessitatis assensum praebuerit. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem, ut congruis temporibus nostrae solicitudini ecclesiasticae intimetur, qualiter religio monastica inter fratres tuo regimini commissos regulari habitu dirigatur, concordiaque convenienti ecclesiastico studio mancipetur; ne forte, quod absit, sub huius privilegii obtentu animus, gressusque rectitudinis vestrae a norma iustitiae aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, fili carissime, praedicare verbo Dei auctoritate nostra apostolica; et ut tam tu quam successores tui ante alios abbates Galliae seu Germaniae primatum, quem hactenus habuistis, in omni loco conventuque obtineatis. Usum quoque dalmaticae et sandaliorum in missarum solemniis ex Apostolicae Sedis benignitate, secundum quod in antecessorum nostrorum privilegiis continetur, dilectioni tuae concedimus; et ob maiorem familiaritatis praerogativam, quam in Romana Ecclesia nostro tempore consequi meruisti, licentiam uti mitra et annulo tibi tuisque successoribus nihilominus impertimur. Abbas vero, non nisi a nostra Sede benedicatur, a qua benedici debet; et si in aliquo crimine accusatus fuerit, eiusdem tantummodo Romanae Sedis iudicium exequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus, ut quicquid auctoritate praedecessorum nostrorum regum vel imperatorum ipsi Fuldensi coenobio certum est fuisse concessum, sit etiam auctoritate apostolica per huius scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

In eo vero iurisdictionem ullam episcopum, caeterosq. omnes habere prohibet:

Vel datium ullum exigere.

Abbatem per monachos eligi statuit;

Qui statutis temporibus de monastica disciplina monachorumque moribus ad Sedem Apostolicam referre teneatur.

Primatum super caeteros Germaniae, Galliarumque abbates, et usum dalmaticae, ac sandaliorum confirmat;

Mitram quoque annulumque concedit.

Pontificia, regiaque privilegia rata habet.

Solitae conclusiones.

Eugenii PP. Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Imarus Tusculanensis episcopus subscripsi.

Ego Nicolaus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Gregorius presbyter tituli S. Calixti subscripsi.

Ego Ubaldus presbyter tit. S. Praxedis subscripsi.

Ego Nicolaus presbyter cardinalis tit. S. Cyriaci subscripsi.

Ego Manfredus presbyter cardin. tit. S. Sabinae subscripsi.

Ego Aribertus presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae subscripsi.

Ego Iulius presbyter card. tit. Sancti Marcelli subscripsi.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Bernardus presb. cardinalis tituli S. Clementis ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Ioannes Paparo diac. cardinalis S. Adriani subsc.

Ego Gregorius diac. cardinalis Sancti Angeli subsc.

Ego Astaldus diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae subsc.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu subsc.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmydin subsc.

Dat. Ferentini per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, id. ianuarii, indictione XIV, incarnationis dominicae anno MCLI, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno VI.

Dat. die 13 ianuarii anno Domini 1151, pontif. anno VI.

XL.

Confirmatio privilegiorum, ab Innocentio PP. II Rotensi monasterio ord. S. Benedicti concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex, eidem bona omnia confirmat. — Decimas laborum a monachis nemini persolvendas; — Sepulturam in eorum ecclesiis cuiquam liberam fore; — Advocati electionem per abbatem; — Abbatis vero per monachos faciendam declarat. — Decretum immunitatis bonorum monasterii eiusdem, cum solitis conclusionibus. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Lotario Rotensis monasterii abbati, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et felicis memoriae PP. Innocentii praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, Rotense monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam in eodem loco, auctore Domino, institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipiens Pontifex;

Eidem bona omnia confirmat.

(1) Ex Metropol. Salisburg. Hundii, tom. III.

Quorum nonnulla enumerat propriis vocabulis.

haec propriis duximus vocabulis adnotanda: locum, qui dicitur Rota, in quo ipsa abbatia sita est, cum ecclesiis, decimis, terminis, et caeteris pertinentiis suis: in parochia Chemeringen triginta mansos cum parte ecclesiae S. Panchratii, decimis et appendiciis suis, Beusteten, Putingen, Aske, Miuvarn, cum ecclesia eiusdem loci, decimis et appendiciis suis: Volchmaristorff cum vineis et agris vinitorum: Erigelteshusen cum ecclesia eiusdem loci, decimis et appendiciis suis: praedium, quod appellatur Rota, adiacens Glane flumini cum ecclesia Sancti Georgii, decimis et appendiciis suis, Harde, Brunniuntal; mansum apud Truhtheringen, Helpfendorf, Tuntinhuscen, Warte, Veristeten, Wachreine, Durcholz, Walse, Cholental, totum Bileresse cum ecclesia eiusdem loci, decimis, et appendiciis suis: in Luichental Stegen, Wisinchswanch, Criessennowe, Gransowe, Barne, et quicquid illustris memoriae Cono Palatinus comes, Ecclesiae vestrae fundator, a Strichen usque Iogperch iuste habuerat, pia vobis ab eo devotione concessum, praeter unam mansionem apud Wisinchswanch: apud Halle patellam salis et locum patellae: in monte, qui dicitur Ritino unum mansum: in Bozen curiam et vineas: in Hartperch sex vineas et agros: Choftingen et Ratisponae, curiam iuxta S. Cassianum cum atrio per circuitum et aedificiis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas praesumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi excommunicati sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Porro loci vestri advocatiam nullus invadere vel usurpare praesumat, nisi quem abbas et fratres secundum Domini et ipsius monasterii utilitatem elegerint. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, aut tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva dioecesanorum episcoporum canonica iustitia et reverentia. Ad indicium vero perceptae huius a Sede Apostolica protectionis bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decimas laborum a monachis nemini persolvendas;

Sepulturam in eorum Ecclesiis cuiquam liberam fore;

Advocati electionem per abbatem;

Abbatis vero per monachos faciendam declarat.

Decretum immunitatis bonorum monasterii eiusdem, cum solitis conclusionibus.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Gregorius presb. cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Imarus Tusculanensis episcopus subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Nicolaus Albanus episcopus ss.

Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

Ego Bernardus presb. card. tituli S. Clementis ss.

Ego Iordanus presb. tit. S. Susannae ss.

Ego Octavianus presb. card. tituli S. Caeciliae ss.

Ego Cencius diac. card. S. Romanae Ecclesiae ss.

Dat. Ferentini per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, III kal. aprilis, indict. XIV, incarnationis dominicae anno MCLI, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno VII.

Dat. die 30 martii anno Domini 1151, pontif. anno VII.

XLI.

Confirmatio privilegii, a Paschale PP. II Acheruntinae Ecclesiae concessi (1).

Laudatum hic Paschalis privilegium, cui initium: Cum universis etc., *dat. anno 1103, pontif.* V, *lege inter Pontif. huius constitut., num.* XX *(2).*

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio privilegii Paschalis PP. II; — Ecclesiarum ipsi Acheruntinae subiectarum, bonorumque omnium ad eam pertinentium. — Pallii concessio archiepiscopo; — Ad ipsumque adhortatio. — Decretum immunitatis pro eadem Ecclesia; — Additis poenis contra violatores privilegii huius.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Roberto Acheruntino archiepiscopo, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum.

Exordium. In eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, debemus diligere, et Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam observare. Eapropter, venerab. fr. in Christo Roberte archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri fel. mem. Paschalis vestigiis inhaerentes, sanctam Acheruntinam Ecclesiam praesentis decreti auctoritate munimus. Tibi tuisque successoribus confirmamus quaecumque ad ipsam metropolitano iure praeteritis temporibus pertinuisse noscuntur, videlicet Venusium, Gravenam, Tricaricum, Tursum, Potentiam, ut tu tuique legitimi successores potestatem habeatis, canonice ac decretaliter in eis episcopos ordinandi, ac consecrandi: salva in omnibus S. R. E. auctoritate. Ad haec statuentes, decrevimus, ut quaecumque oppida, villae, vel Ecclesiae parochiales iure ab eadem Acheruntina Ecclesia possidentur, quaecumque bona impraesentiarum iuste possidet, sive in futurum iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: iis nimirum exceptis, quae Sedis Apostolicae specialibus privilegiis muniuntur. Pallium praeterea fraternitati tuae, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate concedimus, quod te intus Ecclesiam tantum ad missarum solemnia subscriptis diebus noveris induendum, idest Nativitatis Domini, Epiphaniae, Hypapantes, tribus solemnitatibus beatae Mariae, Coenae Domini, Sabbato Sancto, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, festivitatis apostolorum omnium, Michaelis Archangeli, commemoratione omnium Sanctorum, etiam eorum Martyrum vel Confessorum, qui in Acheruntina Ecclesia requiescunt, in consecratione ecclesiarum, episcoporum, presbyterorum, et diaconorum: cuius nimirum pallii volumus te per omnia genium vendicare; huius siquidem indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas

Confirmatio privilegii Paschalis PP. II;

Ecclesiarum ipsi Acheruntinae subiectarum, bonorumque omnium ad eam pertinentia;

Pallii concessio archiepiscopo.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. VII. (2) *Corrige*: Laudatum hic Paschalis privilegium, cui initium *Potestatem ligandi*, etc., dat. anno 1106, pontif. VII, lege inter Pontif. huius constitut., num. XXVI (Ex Cocq. *Add. et Corrig.*).

Ad ipsumque adhortatio.

tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis (si quando eveniunt) cum iustitia erectum: amicum bonis, perversis contrarium: nullius unquam faciem contra charitatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentis premens: misericordiae operibus, iuxta virtutem substantiae insistens, et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens: infirmis compatiens: benevalentibus congaudens: aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans: in corrigendis vitiis pie saeviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens: in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis iustae censuram non deserens. Haec est, frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si solicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Decretum immunitatis pro eadem Ecclesia.

Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnino profutura; salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Additis poenis contra violatores privilegii huius.

Datum Ferentini, per manum Martiani sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, kalend. aprilis, ind. XIV, incarnationis dominicae MCLI, pontif. vero domni Eugenii Papae III anno VII.

Dat. die 1 aprilis anno Domini 1151, pontif. anno VII.

XLII.

Privilegium confirmationis bonorum, ad sanctam Imolen. Ecclesiam pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Imolensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Eugenius PP.; — Confirmat bona omnia ad eamdem pertinentia; — Horum nonnulla hic enumerat; — Ea perpetua frui immunitate decernit. — Solitae clausulae. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerab. fratri Rodulpho episcopo Imolen., eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

In eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et loca eorum gubernationi commissa pia protectione munire. Ea propter, venerabilis in Christo frater Rodulphe, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Imolensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri et nostra tutela suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:

Imolensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostol. recipit Eugenius PP.

Confirmat bona omnia ad eamdem pertinentia.

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de Imolen. Ecclesia.

Horum nonnulla hic enumerat:

abbatias S. Mariae in Regula, S. Donati, S. Mariae in Diaconia, S. Apostoli in castro Imolae, S. Petri in Sala, et S. Ioannis in Senno, xenodochium S. Vitalis in ipsa civitate, plebem Sancti Laurentii, et in ea tibi et canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de tota parochia ipsius, provenientium in decimis, primitiis, oblationibus, et testamentis, in castro Imolae plebem S. Mariae cum cap. S. Theodori et caeteris capellis ad eamdem plebem pertinentibus, plebem Sancti Geminiani cum capellis suis, plebem S. Sabini cum capellis suis, plebem S. Andreæ, et capellam S. Pauli in castro Albori, hospitale S. Iacobi in Silero, plebem Sanctae Mariae in Gypso cum suis capellis, capellam Saxilionis, decimationem novalium in silva de Pacto infra fines tui episcopatus, plebes Sanctae Mariae in Tussiniano, Sanctae Mariae in Tyberiaco, Sancti Martini in Colina, S. Angeli in Campiano cum capellis ad easdem plebes pertinentibus, plebem Sancti Stephani in Barbiano cum capella de castro Cunii, et caeteris capellis suis, plebes Sanctae Mariae in Centum Licinia, Sancti Patritii et Sancti Apollinaris cum capellis ad eas pertinentibus, ecclesiam Sancti Anastasii in Noredano, plebes S. Prosp. et S. Mariae in Salustra, cum capellis earum, totum territorium et curtem S. Cassiani, castrum et curtem Taulariae, castrum et curtem Aquaevivae, castrum et massam Boloniani, massam Prata, massam Campum, castrum et curtem caput Silicum, et portum cum padulibus, aquarum decursibus, et piscariis suis, portum Petredulo, Bacharetam Runci, Libbam Fenariam, villam Zacharam, castrum novum Fabriaci cum sedecim mansis, castrum Bagnaria cum tota curte et omnibus appendiciis suis, massam Adesso, massam Sugaranam, massam Medecanam, massam Auretam, fundum Peculini, castrum Imolae, massam Plasignani, massam Valeriani, massam Cornarani, castrum Galisternae, castrum Toranelli, curtem S. Martini in Sasso, fundum Sasbiliani, fundum Nunculiam, quae dicitur Casula, curtem Vallis Salvae, castrum et curtem Montis Alti, massam Sancti Ambrosii, castrum Ronchum cum tota curte, curtem Maceratam, et castrum Rochae, villam Sorbedulum, castrum et curtem Corbariam, castrum et curtem fontis Ulicis, castrum et curtem Tausinianum, castrum Casale, curtem Publicum, castrum et curtem Linarii, castrum et curtem Padioli, montem S. Andreæ cum appendiciis suis, castrum Duciae cum appendiciis, castrum et curtem Lavatoriam, massam Libanii, massam Arsizi, massam Galizani in curte Vitriani, fundum qui dicitur Capraria, et quatuor alios fundos, et in ipsa civitate teloneum, et publicas functiones. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam etc., salva nimirum Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum etc. aliena fiat. Cunctis autem etc. praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ea perpetua frui immunitate decernit.

Solitae clausulae

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Eugenii PP.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Praxedis ss.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.

Ego Aribertus presb. card. tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

Ego Rollandus presb. card. tit. Sancti Marci ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. Sancti Stephani in Coelio monte ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Gregorius diac. card. S. Angeli ss.

Ego Ioannes diac. card. Sanctae Mariae Novae ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ioannes diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Cencius diac. card. S. Mariae in Acquiro.

Datum Ferentini per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, xv kal. iunii, inc. dom. anno MCLI, pontificatus vero dom. Eugenii III Papae anno VII.

Dat. die 18 maii anno Domini 1151, pontif. anno VII.

XLIII.

Confirmatio transactionis initae inter magistrum Hospitalis Hierosolymitani, et comitem Forcalquerii super castro de Manuasca (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatur transactio. — Series facti exponitur; transactionis tenor hic inscribitur. — Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Raimundo venerabilis Hierosolymitani Hospitalis magistro, eiusque fratribus in servitio pauperum militantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Sicut nostri administratione officii admonemur, ecclesiarum et piorum locorum negotia salubri fine distinguere etc. Quocirca, dilecti in Domino filii, paci et tranquillitati vestrae imposterum debita charitate providere volentes, transactionem, quae inter vos et nobilem virum Guillelmum Forcalqueri comitem, per venerabilem fratrem nostrum G. Ebrudunensem archiepiscopum Apostolicae Sedis legatum super castrum Manuascae et eius pertinentiis facta est, et per scripti sui paginam confirmata etc. Auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus, et ratam atque inconcussam perpetuis temporibus manere decernimus. Cuius distinctionis tenorem nos in eadem pagina ita conscriptam perlegimus: conquerebantur siquidem comes, et fratres, et avia sua, de hospitalariis; quia iniuste detinebant quoddam suum castrum, quod dicitur Manuasca, cum omnibus pertinentiis suis. Hospitalarii vero allegabant, se iuste et ex testamento Guigonis comitis illud possidere, qui multo plura comiti reliquerat, ut haec donatio de iure posset valere. Assistentibus itaque nobis multis prudentibus et religiosis viris, cum allegationes eorum sufficienter in praesentiam nostram fuissent expositae, et diligenter examinatae, talem inter eos transactionem utriusque partis consensu dictavimus, ut hospitalarii iure perpetuo haberent et quiete possiderent quidquid ibi habebant pridie, antequam Guigo comes hanc donationem eis fecisset, caetera vero, videlicet castrum, cum aliis possessionibus ad illud pertinentibus, et castrum, quod dicitur Totas Auras cum territorio suo, aequaliter se dividerent, ut medietatem hospitalarii pleno iure haberent et libere possiderent, et aliam medietatem haberet et possideret comes eodem modo: ita quod nec comes cum fratribus et avia quidquam penitus ab hospitalariis ibi haberent: nec hospitalarii a comite vel eius fratribus. Praeterea in transactione expresse fuit comprehensum, ut non liceret comiti nec alicui de parte eius, nec hospitalariis nec alicui de parte eorum, in castro, quod dicitur Manoasca, turrem vel aliquam munitionem ad instar turris aedificare. Si vero comes et fratres eius et soror decederent sine legitimis liberis, pars illorum, quae ex transactione ita eis obvenerat, hospitalariis libera, et pleno iure cederet. Unde in signum et in argumentum huius rei comes et fratres eius singulis annis censualem libram incensi in festivitate Pentecostes hospitalariis solverent. Ad haec si Tolosensis comes litem moveret hospitalariis super praedictis possessionibus, comes et fratres eius omnibus modis et causis, et in guerra, si opus esset, fideliter eos defenderent. Quod si de iure aliquid ab eis inde evinceretur, tantundem de proprio comes et fratres sui eis restituerent. Ad perpetuam vero

Confirmatur transactio.

Series facti exponitur; transactionis tenor hic inscribitur.

(1) Ex Cod. Diplomat. Ordinis Hierosolym.

Addito ad transactionis firmitatem iuramento, et clausula poenali pro utraque parte.

huius transactionis firmitatem comes et comitissa iuraverunt, quod neque per se neque per interpositam personam partem hospitalariis auferrent. Quod si forte ausu temerario degenerantes id efficerent, in poenam huius facinoris totam portionem suam libere et absolute donaverunt, et concesserunt hospitalariis; hospitalarii vero iuraverunt eidem comiti et fratribus eius sub eiusdem poenae conditione. Praeterea in eodem iuramento expressum fuit, quod si quilibet alius alterutri illorum suam portionem auferret, sibi invicem omnibus modis fideles coadiutores in perpetuum existerent: excepto quod hospitalarii, quia contra propositum eorum est, guerram inde non facerent. Maxima vero pars baronum comitis iuravit, quod neque comes, neque aliquis de hominibus eius defraudaret hospitalarios sua portione. Quod si forte in contrarium cederet, infra octo dies, ex quo denunciatum esset, vel ipsi scirent, venirent Sistaricum in captionem hospitalariorum, et inde non exirent sine voluntate eorum. Insuper etiam totus fere populus praedictorum castrorum iuravit, quod neque etc. hospitalariis etc. defraudarent portionibus. Quod si hoc fieri contigisset, omnibus modis, etiam armata manu, ad defendendam, vel ad recuperandam portionem suam, contra fundatores defraudatis opem et consilium in perpetuum ferrent. Nulli ergo omnino hominum fas sit, huius nostrae confirmationis paginam temerario ausu infringere, seu quibuslibet molestiis perturbare. Si quis autem attentare praesumat, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat; atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Clausulae.

Datum Albae kal. novemb. anno MCLI.

Dat. die 1 novembris anno Domini 1151, pontif. anno VII.

XLIV.

Privilegium confirmationis bonorum monasterii Valciodorensis supra Mosam flavium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eidem bona omnia confirmat. — Abbatem a monach. nullius interventu personae eligi statuit. — Solitae conclusiones. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Theoderico abbati monasterii Beatae Mariae in Wualciodoro supra fluvium Mosa siti, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolici moderaminis clementiae convenit, religiosos fratres sincera in Domino caritate diligere, et eorum loca pio apostolicae fidei patrocinio defensare. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis supplicationibus clementer annuimus, et ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Benedicti Papae VII praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam praeviderint eligendum. Praeterea villam, quae vocatur

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eidem bona omnia confirmat.

Abbatem a monach. nullius interventu personae eligi statuit.

(1) Ex tom. I, col. 819, Collectionis Veter. Script. et Monument., per Martene et Durand.

Asteria, cum omnibus appendiciis suis vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva dioecesani episcopi canonica iustitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax D. N. Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Solitae conclusiones.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Imarus Tusculanensis episcopus subscripsi.

Ego Gregorius presb. cardinalis tituli Calixti subscripsi.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tituli S. Praxedis subscripsi.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli S. Sabinae subsc.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli S. Marcelli subsc.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli subsc.

Ego Ioannes diaconus card. S. Mariae Novae subsc.

Ego G. diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu subsc.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Chosmedin subsc.

Ego Ioannes diaconus card. Ss. Sergii et Bacchi.

Data Signiae per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, II idus ianuarii, ind. XV, incarnationis dominicae anno MCLII, pontificatus vero domni Eugenii Papae III anno VII.

Dat. die 12 ianuarii anno Domini 1152, pontif. anno VII.

XLV.

Confirmatio bonorum omnium et libertatum monasterii Rorensis canonicorum regularium S. Augustini Ratisbonen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia confirmat, ipsamque Henrici Ratisbon. episc. concessionem. — Ordo canonicorum ibi perpetuo manere decernit. — Clausulae. — Eugenii PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Eberhardo praeposito Rorensis Ecclesiae, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Praedia quoque, vineas, domos, areas, et alia quae Henricus

Bona omnia confirmat, ipsamque Henrici Ratisbon. episc. concessionem.

(1) Ex Metropol. Salisburg. Hundii, tom. III

Ratisbonensis episcopus Ecclesiae vestrae intuitu devotionis iuste concessit, vobis et per vos ipsi Ecclesiae nihilominus confirmamus. Statuimus, praeterea, ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur constitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. In parochialibus vero ecclesiis, quas tenetis, presbyteros eligatis, et episcopo praesentetis, quibus si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis vero pro temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva dioecesani episcopi canonica institia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ordo canonicorum ibi perpetuo manere decernit.

Clausulae.

Eugenii PP. Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Gregorius presb. cardinalis tit. S. Calixti subsc.

Ego Iulius presb. card. tituli Sancti Marcelli ss.

Octavianus presb. cardinalis tit. S. Caeciliae subsc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, id. febr., indict. xv, incarn. domin. anno MCLII, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno VII.

Dat. die 13 februarii anno Domini 1152, pontif. anno VII.

XLVI.

Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae super caeteras Ecclesias Hispaniarum (1).

SUMMARIUM

Potestas ligandi atque solvendi beato Petro et successoribus principaliter tradita. — Praedecessorum more archiepiscopo Toletano super omnia Hispaniarum regna primatum, nec non pallii usum confirmat Pontifex. — Eidem bona, iura et iurisdictiones confirmat. — De metropolibus a Saracenis occupatis. — Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ioanni Toletano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Potestas ligandi atque solvendi beato Petro, et successoribus principaliter tradita

Potestatem ligandi atque solvendi in caelo et in terra beato Petro, eiusque successoribus, auctore Domino, principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est idem Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis (2). Ipsi quoque et propriae firmitatis, et alienae fidei confirmatio ab eodem Deo paratur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (3). Oportet ergo nos, qui licet indigni, beati Petri residemus in loco, prout divina nobis clementia scire et posse donaverit, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia sic ad aeterni arbitrium Iudicis disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Tuis itaque, dilecte in Christo fr. Ioannes

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1619. (2) Matth. XVI, 19. (R. T.) (3) Luc. XXII, 32. (R. T.)

Praedecessorum more archiepiscopo Toletano super omnia Hispaniarum regna primatum, nec non pallii usum confirmat;

archiep., justis postulationibus gratum impertimur assensum, et praedecessorum nostrorum Honorii, Lucii, Romanorum Pontificum fel. mem., vestigiis inhaerentes, per praesentis privilegii paginam Sedis Apostolicae auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum regna primatus obtineas dignitatem. Pallio itaque a Sede Apostol. tuae charitati concesso in missarum celebrationibus uti debetis tantum in praecipuis festivitatibus: tribus videlicet diebus in Natali Domini, in Epiphania, Hypapanton, Coena Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus Beatae Mariae, Sancti quoque Michaelis, et Sancti Ioannis Baptistae, in omnibus natalitiis apostolorum, et eorum martyrum, quorum pignora in vestra ecclesia requiescunt, Sancti quoque Martini, et Idelphonsi confessorum, et omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum et clericorum, in annuo consecrationis tuae die, et in natali etiam Sanctorum Isidori et Leandri. Primatem te universi praesules Hispaniarum respicient, et ad te, si quid inter eos quaestione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Sane Toletanam Ecclesiam praesentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei parochiam cum terminis suis, nec non omnes Ecclesias, quas iure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes; episcopales praeterea sedes, Oxomam, Legoviam (1), Saguntum, Palentiam, eidem Toletanae Ecclesiae, tamquam metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas vero, quae antiquis temporibus ei subiacebant, cum Dominus omnipotenti christianorum restituerit potestati, suae dignatione misericordiae, ad caput proprium referendas decreti huius auctoritate sancimus. Porro illarum dioeceses civitatum, quae, Saracenis invadentibus, metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestrae subiicimus ditioni, ut quoad sine propriis estiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere. Si quae autem metropoles in statum fuerint proprium restitutae, sua quaeque dioecesis metropolitano restituatur, ut sub proprii regimine pastoris super divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura sua servantibus sit pax D. N. I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eidem bona, iura et iurisdictiones confirmat.

De metropolibus a Saracenis occupatis restituendis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum per manus Bosonis S. R. E. scriptoris, id. februarii, indict. I, incarnationis dominicae MCLII, pontificatus vero domni Eugenii Papae anno VII.

Dat. die 13 februarii anno Domini 1152, pontif. anno VII.

(1) Lege *Segoviam*. (R. T.)

XLVII.

Sequitur ad Hispaniarum episcopos in idem argumentum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Iuxta praedecessorum privilegia Toletano archiep. primatum confirmat Pontifex. — Archiepiscopis et episcopis Hispaniarum, ut eumdem tamquam primatem recognoscant, mandat.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus episcopis et archiepiscopis, per Hispaniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolicae Sedis clementia singulis Ecclesiis et ecclesiasticis personis suam

Exordium.

(1) Ex Concil., tom XII, col. 1619.

Iuxta praedecessorum privilegia Toletano archiep. primatum confirmat Pontifex.

servare dignitatem et iustitiam consuevit. Unde nos, quorum praecipue interest Ecclesiarum omnium curam gerere, venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Ildefonsum (1) Toletanum archiepiscopum benigne recepimus; et inspectis praedecessorum nostrorum privilegiis, primatus dignitatem per universa Hispaniarum regna iuxta eorumdem privilegiorum tenorem ei confirmavimus. Ipsum itaque cum gratia Sedis Apostolicae, et literarum nostrarum prosecutione ad sedem propriam remittentes, universitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus eidem tamquam primati vestro absque ulla contradictione canonicam obedientiam et debitam reverentiam exhibere curetis. Dignum namque est, ut qui multis laetatur praesesse subditis, nullatenus suis erubescat subesse praelatis.

Archiepiscopis et episcop. Hispaniarum, ut eumdem tamquam primatum recognoscant, mandat.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, idibus februarii.

Dat. die 13 februarii.

XLVIII.

Privilegium confirmationis bonorum, spectantium ad Ecclesiam Tarvisinam, quae sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Tarvisinam sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex. — Bona omnia eidem confirmat. — Horum bonorum nonnulla enumerat. — Decretum sancit, ne quis Ecclesiae huic, vel eius bonis molestiam ullam inferat. — Poena privationis dignitatis, si qua fruatur, qui huic constitutioni non obtemperaverit, atque etiam excommunicationis. — Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Bonifacio Tarvisino episcopo, suisque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis fratrum nostrorum desideriis consentire, ac rationabilibus eorum petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitiae cultores atque praecones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula residere, Domino disponente, conspicimur. Eapropter, dilecte in Christo frater Bonifaci episcope, iustis postulationibus tuis clementer annuimus, et Ecclesiam B. Petri Tarvisien. cui Deo auctore praes, sub ipsius apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec duximus propriis exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Mariae de Asilo cum castro, curte et omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Mariae de Mulianae cum omnibus pertinentiis suis, consecrationem monasterii Sancti Petri de Campreto, plebem Sanctae Mariae de monte Belluna cum castro et pertinentiis suis, plebem S. Martini de Cornuta cum arce et curte et pertinentiis suis, plebem S. Zenonis de Ruvico cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Ciliano cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Balpago cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Cusignana cum pertinentiis suis, plebem S. Mauritii de Stablucio cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Pauliano cum pertinentiis suis, plebem S. Romani de Nigrisia cum castro, portu, curte et pertinentiis suis, plebem S. Mauri de Noenta cum pertinentiis suis, plebem S. Petri de Piro cum pertinentiis suis, plebem S. Blasii de Caurillis cum pertinentiis suis, plebem S. Nicolai de Valio cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Lanzanigo cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Casale cum pertinentiis suis, curtem de Quarto cum pertinentiis suis, plebem S. Cassiani de

Ecclesiam Tarvisinam sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex.

Bona omnia eidem confirmat.

Horum bonorum nonnulla enumerat.

(1) Iohannem. (2) Edidit Coletus in Ital. Sac. Ughell., tom. v, col. 521.

Paviliano cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Deso cum pertinentiis suis, plebem S. Martini de Tessaria cum pertinentiis suis, plebem S. Gervasii de Carpeneto cum pertinentiis suis, plebem S. Laurentii de Mestre cum castro, portu et curte et pertinentiis suis, plebem S. Theonisti de Burbiliago cum castro, portu, curte et pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Zulianigo cum pertinentiis suis, plebem de Zumiliana cum pertinentiis suis, plebem de Midranis cum pertinentiis suis, plebem de Campo S. Petri cum pertinentiis suis, plebem de Rustica cum castro et villa et pertinentiis suis, plebem de Aurelia cum villa et suis pertinentiis, castrum de Stiliano cum villa et pertinentiis suis, plebem de Martiliago cum pertinentiis suis, plebem de Zero cum pertinentiis suis, plebem de Tribus Basilicis cum castro et villa et pertinentiis suis, castrum S. Ambrosii cum ecclesia et pertinentiis suis, castrum de Scorzadis cum villa et pertinentiis suis, plebem de Quinto cum castro et villa et pertinentiis suis, castrum de Septimo cum pertinentiis suis, plebem de Postoima cum pertinentiis suis, plebem S. Ioannis de Istruna cum castro et villa et pertinentiis suis, plebem de Albareto cum pertinentiis suis, plebem de Silva-Rotunda cum castro et pertinentiis suis, castrum de Resana cum villa et foresto et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Plebe Nova cum pertinentiis suis, plebem S. Martini de Lavoro cum pertinentiis suis, plebem de Godigo cum pertinentiis suis, plebem de Bessica cum pertinentiis suis, castrum de Rosio cum plebe et pertinentiis suis, plebem S. Thomae de Costis cum pertinentiis suis, plebem S. Zenonis cum medietate castri et pertinentiis suis, arcem de Sumozio cum villa et omnibus pertinentiis suis, plebem de Fonte cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Cavasino cum pertinentiis suis, plebem de Petra Rubea cum pertinentiis suis, teloneum quoque Civitatis et ripam, nec non et portum Tarvis, cum omni legitima districtione aquarum ab eo loco, ubi flumen Sileris oritur, usque ad Aquas Salsas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia pacis aeternae inveniant. Amen.

Decretum sancit, ne quis Ecclesiae huic, vel eius bonis molestiam ullam inferat.

Poena privationis dignitatis, si qua fruatur, qui huic constitutioni non obtemperaverit, atque etiam excommunicationis.

Eugenii PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Gregorius presb. cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ss.

Ego Manfredus presb. card. tituli S. Sabinae ss.

Ego Aribertus presb. card. tituli S. Anastasiae ss.

Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

Ego Octavianus presb. cardin. tituli S. Caeciliae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. Sancti Stephani in Coelio Monte ss.

Ego Otto diac. cardin. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Rodulphus diac. card. Sanctae Luciae in Septa Solis ss.

Ego Guido diac. cardin. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Ioannes diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Datum Signiae per manum Bosonis S. Romanae Ecclesiae scriptoris, v non. maii, indictione xv, incarnationis dom. anno MCLII, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno VIII.

Dat. die 11 maii anno Domini 1152, pontif. anno VIII.

XLIX.

Invalidatio sententiae ab episcopo Reginensi latae in controversia inter monasterium Ss. Salvatoris et Iuliae super dependentia quatuor villarum ad hoc monasterium pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Controversia episcopo Reginensi delegata; — Eiusdem sententia; quod incolae harum villarum in eadem Ecclesia sacra percipiant: — Abbatissa autem sacerdotem in ea eligat, qui curam animarum ab episc. Cremonensi accipiat: — Ad ipsam vero abbatissam temporalis spectet administratio. — Huiusmodi controversia ad Eugenium PP. devoluta per appellationem; — Eugenius sententiam invalidat, quia contrariam exemptionibus monasterio, per praedecessores Pontifices concessis, agnoscit; — Confirmatisque antiquis privilegiis, ordinem per incolas villarum servandum statuit: — Abbatissam, ecclesias ad eius monasterium spectantes caeteraque omnia exempta omnimodo ab episcopi Cremonen. subiectione declarans. — Confirmatio sententiae huius sub solitis clausulis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectae in Christo Filiae Richeldae abbatissae monasterii Sanctae Iuliae, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Ad hoc in Sede iustitiae, disponente Domino, aliis praesidemus, ut singulis Ecclesiis et personis ecclesiasticis sua iura servantes, si qua inter ipsas fuerit orta dissensio, fine debito terminemus. Controversiam igitur, quae inter te et venerabilem fratrem nostrum Obertum Cremonensem episcopum super ecclesia de Cicognaria versabatur, ad petitionem eiusdem episcopi, venerabili fratri nostro A. Regino episcopo commisimus terminandam. Qui utraque parte in sua praesentia constituta, et allegationibus ac rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, multorum sapientum consilio requisito, talem super eadem controversia sententiam promulgavit: ut videlicet homines de quatuor villis, scilicet Casali, villa Ravennensium, Gurgo et Scurulo, qui antiquitus consueverunt venire ad ecclesiam de Cicognaria, sicut ex prolatione testium utriusque partis percepimus, de caetero veniant, et spiritualia ab ea accipiant. De ecclesia vero de Cicognaria ita dicimus, quatenus abbatissa sacerdotem eligat, et ibi ponat; ita tamen, quod episcopo repraesentet, et ab eo curam animarum accipiat. Quartam vero partem decimarum, sicut hactenus ecclesia de Cicognaria tenuit, ita de caetero teneat. Chrisma, Oleum sanctum a plebe Casalis maioris recipiat; ad capitulum, et lectorinas eat: publicos poenitentiales illuc ad poenitentiam recipiendam deducat; temporalem administrationem abbatissae adiudicamus; ecclesiam vero, quae ad laesionem veteris ecclesiae, contra authoritatem noviter constructam cognoscimus; ad evitandum etiam futurum scandalum, eam removendam esse censemus. Sententiam domini Ariberti de ecclesiis de Calvatone atque Alfiano minime mutamus. A qua sentencia praedictus frater noster O. Cremonens. episcopus ad nostram audientiam appellavit. Utraque igitur parte in nostra praesentia constituta, et allegationibus ac rationibus viva voce nobis coram propositis, et actis, allegationes et attestationes utriusque partis continentibus, nobis a memorato fratre nostro Re-

Controversia episcopo Reginensi delegata;

Eiusdem sententia; quod incolae harum villarum in eadem Ecclesia sacra percipiant:

Abbatissa autem sacerdotem in ea eligat, qui curam animarum ab episc. Cremonensi accipiat:

Ad ipsam vero abbatissam temporalis spectet administratio.

Huiusmodi controversia ad Eugenium PP. devoluta per appellationem;

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar Cassinen., par. II, num. CLXXV.

gino episcopo sub suo sigillo transmissis, diligenter inspectis, et saepius a nobis relectis; cognoscimus sententiam ipsam in maxima sui parte contra privilegia Sedis Apostolicae, monasterio Sanctae Iuliae indulta, fuisse prolatam. In privilegio namque Pauli PP. ita inter caetera scriptum legimus: « Igitur, quia postulatur a nobis, quatenus venerabile monasterium Domini Salvatoris nostri Iesu Christi, situm infra civitatem Brixiam, quod noviter fundare visa est Ansa excellentissima regina, privilegii Sedis Apostolicae infulis decoretur, concordantibus nobis reverendissimis episcopis nostris, ex communi assensu statuere decrevimus, ut praefatum monasterium Domini Salvatoris, cunctaque monasteria cum universis basilicis ad se pertinentibus, quae a piissimae Ansae iure constructa esse noscuntur, Apostolicae Sedis privilegii, cui Deo auctore deservimus, infulis decoretur ». Et infra: « De cuius insuper monasterii uniuscuiusque abbatissae consecratione sanciri communiter decrevimus, ut sibi liceat a quocumque, et de quacumque civitate voluerit, episcopo consecrari; cuiuscumque vero ordinis Ecclesiae eiusdem abbatissae rogatu, similiter a quocumque, et de quacumque civitate voluerit, episcopo expetantur, vel consecrentur. Quibus etiam licentiam concordi institutione concessimus, Chrisma tempore Baptismatis, et Oleum, ad exercenda divina mysteria, seu cuiuscumque specialis negotii subsidium a quocumque episcopo, cum exigit, apostolica largitione percipere ». Et in privilegii PP. Innocentii serie sic invenimus: « Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes abbatissae, vel monacharum, seu clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, seu quicquid ad sacrum ministerium pertinet, a quibuscumque malueritis catholicis, suscipiatis episcopis. Quod igitur in praedicta sententia contra Sedis Apostolicae privilegia continetur, ad normam rectitudinis revocare volentes, sicut superius diximus, privilegiis diligenter inspectis, et allegationibus utriusque partis saepe ac plene auditis et cognitis, et attestationibus crebro perlectis, communicato fratrum nostrorum consilio, indicamus, ut in Ecclesia de Cicognaria iuxta privilegiorum tenorem per te presbyter eligatur, et ibidem ponatur; Chrisma quoque, Oleum sanctum, et caetera spiritualia, idem presbyter, tam in se, quam in sibi subditis, a quocumque voluerit episcopo catholico, et gratiam Apostolicae Sedis habente, suscipiat. Plebi vero de Casali-Maiore, in nullo subiacebit: omnes homines de quatuor villis, Casali videlicet, villa Ravennensium, Gurgo, et villa de Scurolis, excepto Banno, et Lombardello, et familia Camparelli, Lupuli, atque Alberti Ferrari, ad praedictam ecclesiam de Cicognaria tam vivi quam etiam mortui pro participandis cunctis spiritualibus vadant. De villa autem de Barcell. Stephanus de Aggere, Modelena, et Osberti, et Doctori, et Barbalongi, et quatuor casae de Barcell. et Petrus Albertus, et cognata sua, in eadem ecclesia de Cicognaria sepeliantur. Pro caeteris eiusdem villae homines ad ecclesiam de Fossa Capraria percipiendis ibunt. Ecclesia de Cicognaria decimarum quartam partem, sicut hactenus tenuit, semper possideat. Aedificium etiam sub Ecclesiae nomine, contra sacros canones et novi operis denunciationem, infra parochiam de Cicognaria in evidentem Ecclesiae damnum constructum, destruendum penitus iudicavimus. Si vero necessitas hominum villae de Barcell. exegerit, intra eamdem villam et fossam Caprariam, extra parochiam de Cicognaria, Cremonensem episcopum ecclesiam aedificare permittimus. Ne igitur parochiarum fiat confusio, praesenti decreto Apostolicae Sedis auctoritate statuimus, ut quicumque de supradictis parochiis de una ad aliam domicilium suum transtulerit, ab illa Ecclesia omnia divina percipiat, ad cuius parochiam domicilium

Eugenius sententiam invalidat, quia contrariam exempticnibus monasterio, per praedecessores Pontifices concessis, agnoscit

Confirmatisque antiquis privilegiis, ordinem

per incolas villarum servandum statuit:

Abbatissam, ecclesias ad eius monaster. spectantes, ceteraque omnia exempta omnimodo ab episcopi Cremon. subiectione declaraus.

Confirmatio sententiae huius sub solitis clausulis.

transtulisse constiterit. Nulli ergo omnino hominum liceat, huius nostrae diffinitionis paginam temerario ausu infingere, seu quibuslibet molestiis perturbare. Si quis igitur in futurum adversus ista praesumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Dat. Signiae v idus iunii, indictione xv.

Dat. die 9 iunii, anno Domini 1152, pont. anno VIII.

L.

Confirmatio constitutionum (quae Charta Caritatis *appellantur) ab ordine Cisterciensi monachorum S. Benedicti pro suo bono regimine editarum.*

SUMMARIUM

Exordium. — Confirmatio statutorum ordinis Cistercien., inter quae continetur: — Quod abbatia non erigatur absque episcopi confirmatione; — Regula S. Benedicti in omnibus monasteriis uniformiter observetur, et etiam cantus, et alia ordinis instituta; — Nullumque contrarium privilegium postuletur; — Capitulum generale Cistercii singulis annis celebretur, et in eo conveniant abbates hic non excepti; — Abbatum culpa vel controversia in capitulo diffiniatur; — Abbas non eligatur de alio ordine; — Omnia alia statuta ordinis, et signanter contenta in Charta Caritatis, confirmantur. — Immunitas locorum ad ordinem pertinentium; — Concessio nonnullorum privilegiorum; — Sanctio poenalis in contravenientes; — Benedictio pro observatoribus. — Papae et card. subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Gothonio Cistercien., ac caeteris fratribus ac monachis, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam et Cistercien. Ordinis statuta professis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Sacrosancta Romana Ecclesia sic in beato Petro apostolorum principe a Domino promissionem obtinuit, quod universalis Ecclesiae fundamentum existeret, et praeceptum accepit, ut christianae fidei professores in fide, religione, omnique sanctimonia confirmaret. Itaque universarum Ecclesiarum profectibus solicitam se semper exhibuit, ed de instituendo, conservando et provehendo in omnibus Ecclesiis cultu sacrae religionis, fuit omni tempore studiosa; ut et ab ea sicut a fonte, ad universos Ecclesiae filios sit religio derivata; et quod ab aliis, qui spiritus primitias acceperunt, religiose ac salubriter institutum est, per eamdem immutabilem acceperit firmitatem. Inde est, dilecti in Domino filii, quod sacrae religionis vestrae opinione, tamquam odore agri pleni, cui benedixit Dominus, provocati, religiosis postulationibus vestris benignum impertimur assensum, et regulares institutiones vestras auctoritate apostolica confirmamus: in quibus sub certis capitulis, quae inferius annexa sunt, decrevimus exprimenda. Statuistis equidem inter vos, ne in alicuius antistitis dioecesi ordinis vestri abbatia fundetur, donec ipse antistes, decretum, quod inter ecclesias ordinis vestri ad custodiam disciplinae firmatum est, ratum se habere promittat: et ut in omnibus monasteriis de ordine vestro, sicut in Cistercien. Ecclesia, B. Benedicti regula perpetuis temporibus observetur: ut in lectionem ipsius nullus ordinis vestri professor, praeter simplicem et communem intelligentiam, quemlibet alium sensum inducat; sed uniformiter, et sicut quaeque diffinita noscuntur, intelligatur ab omnibus, et inviolabiliter observetur. Easdemque penitus observantias, eumdem cantum, et eosdem libros, qui ad officium ecclesiasticum pertinent, per universas ecclesias vestri ordinis teneatis. Nec aliqua omnino ecclesia vel persona ordinis vestri adversus communia ipsius ordinis instituta privilegium a quolibet postulare audeat, vel obtentum quomodolibet retinere. Ordinatum est etiam inter vos, ut omnes abbates

Confirmatio statutorum ordinis Cistercienses, inter quae continetur:

Quod abbatia non erigatur absque episcopi confirmatione;

Regula S. Benedicti in omnibus monasteriis uniformiter observetur, et etiam cantus, et alia ordinis instituta;

Nullumque contrarium privilegium postuletur;

Capitulum generale Cisterciensis singulis annis celebretur, et in eo conveniant abbates hic non exceptis;

de ordine vestro singulis annis ad generale capitulum Cisterciense, omni postposita occasione, conveniant, illis solis exceptis, quos a labore viae infirmitas corporis retardaverit; qui tamen idoneum nuncium delegare debebunt, per quem necessitas remorationis illorum valeat capitulo nunciari: et illis item exceptis, qui in remotioribus partibus habitantes, sine grandi et evidenti difficultate se nequiverint capitulo praesentare. Qui nimirum eo termino venient, qui eis in ipso fuerit capitulo constitutus. Praeterea si aliqua controversia inter quoslibet abbates de ordine vestro emerserit, vel de aliquo illorum tam gravis culpa fuerit propalata, ut suspensionem aut depositionem etiam mereatur quicquid inde a capitulo fuerit canonice definitum, sine retractatione aliqua observetur. Personam autem de aliquo ordine nulla Ecclesiarum vestrarum sibi eligat in pastorem, prout nec vestri ordinis aliquam monasteriis aliis statuistis ordinari posse abbatem. Haec nimirum, dilectissimi filii, de multis institutionibus ordinis vestri excerpsimus, et propriis curavimus capitulis designare. Quia vero singula, quae ad religionis profectum, et animarum salutem regulariter ordinastis, praesenti abbreviationi nequiverunt annecti, nos cum his, quae praescripta sunt, omnia, quae continentur in Charta vestra, quae appellatur Caritatis, et quaecumque inter vos religionis intuitu regulariter statuistis, auctoritate apostolica roboramus; et vobis, vestrisque successoribus, et omnibus, qui ordinem vestrum professi fuerint, inviolabiliter perpetuis temporibus decernimus observanda. De caetero, quia propositum firmum habetis, habitationis vestrae loca extra conversationem saecularium eligendi, grangias vestras, sicut et atria ecclesiarum, a pravorum incursu ac violentia liberas et quietas fore statuimus; et ut nullus ibi hominem capere, spoliare, verberare aut rapinam exercere praesumat, in virtute Sancti Spiritus inhibemus.

Abbatum culpa vel controversia in capitulo diffiniatur;

Abbas non eligatur de alio ordine;

Omnia alia statuta ordinis, et signanter contenta in Charta Caritatis, confirmantur.

Immunitas locorum ad ordinem pertinentium;

Sancientes etiam, ut propter communia interdicta terrarum nulla Ecclesiarum vestrarum a divinis compellatur officiis abstinere. Sed liceat omnibus de ordine vestro, excommunicatis et interdictis eiectis, clausis iannis, summissa voce fratribus suis divina celebrare solemnia. Interdicimus item, ne aliqua omnino persona fratres ordinis vestri audeat ad saecularia iudicia provocare; sed si quisquam sibi adversus eos aliquid crediderit de iure competere, sub ecclesiastici iudicis examine experiendi habeat facultatem. Decernimus ergo, ut nulli aliquando liceat, his quae in hac pagina ex auctoritate apostolorum principis a nobis confirmata et constituta sunt, ausu temerario contraire, ac nostrae huius sanctionis vigorem aliqua praesumptione infringere. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, et culpam suam satisfactione congrua contempserit emendare, divino animadversionis iudicio se noverit subiacere. Cunctis autem ista servantibus sit gratia et pax a Deo ac Domino nostro Iesu Christo, quatenus, et hic fructum piae devotionis, et actionis bonae percipiant, et apud supremum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Concessio nonnullorum privilegiorum;

Sanctio poenalis in contravenientes;

Benedictio pro observatoribus;

Papae et card. subscriptiones.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

Ego Imarus Tusculanus episc. ss.

Ego Ugo Ostien. episc. subsc.

Ego Ubaldus presbyter card. tit. Sanctae Praxedis subsc.

Ego Aribertus presb. cardinalis tituli Sanctae Anastasiae subsc.

Ego Rolandus presbyter cardinalis tit. Sancti Marci subsc.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Caelio monte subsc.

Ego Ioannes diaconus card. Ss. Ioannis et Pauli subsc.

Ego Henricus presb. cardinalis tit. Ss. Nerei et Achillei subsc.

Ego Io. presb. card. tituli S. Equitii subscripsi.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

Ego Ioannes diac. card. Ss. Sergii et Bacchi subc.

Ego Ildebrandus S. R. E. diaconus cardinalis subsc.

Ego Gerardus S. R. E. diaconus cardinalis subsc.

Ego Otto diaconus cardinalis S. R. E. subscripsi.

Ego Bernardus S. R. E. diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Signiae, per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, kalend. augusti, indictione XV, incarnationis dominicae anno MCLII, pontificatus D. Eugenii Papae III anno VIII.

Dat. die 1 augusti, anno Domini 1152, pont. anno VIII.

Subsequitur Charta Caritatis, superius confirmata.

SUMMARIUM

Exactio nulla abbatibus imponatur per abbatem Cistercii. — Si illi ab observantia regulae declinant, per eumdem ad eam reducantur. — Regula S. Benedicti ab omnibus observetur. — Iidem cantus, mores et instituta ubique teneantur. — Nullum privilegium contrarium postuletur. — Abbas Cistercii visitet omnia ordinis monasteria. — Personas corrigat; sed de bonis nihil adimat absque consensu fratrum et abbatis locorum; — Visitetque singulis annis. — Monasterium Cistercii visitetur a quatuor primis abbatibus. — Abbates venientes ad monasterium Cistercii, quid debeant agere. — Abbates alibi convenientes, quid inter se debeant servare. — Si coenobium de novo construxerit, quid faciendum. — Capitulum Cistercien. quotannis celebretur. — In eo de salute animarum, observantiaque reg. etc. tractandum; — Ac de abbatum vitiosorum correctione; — Omniumque culpae corrigendae. — Monasteriorum paupertati subveniendum — Electio abbatis cuiusque monasterii quomodo agenda. — Electio abbatis Cistercii quo pacto peragenda. — Persona abbatis non eligatur de alio ordine, nec alteri ordini detur. — Quando abbas sit ad sui instantiam ab onere abbatiae relaxandus. — Veluti praevaricator ordinis removendus et deponendus. — Si depositus, vel eius monachi sint rebelles, coerceantur. — Abbas Cistercii quomodo sit corrigendus, et quid agendum sit, si ipse et monachi Cistercii recalcitraverint.

Exactio nulla abbatibus imponatur per abbatem Cistercii.

Quia unius veri Regis et Domini et Magistri nos omnes servos, licet inutiles esse cognoscimur, idcirco abbatibus et confratribus nostris monachis, quos per diversa loca Dei pietas per nos miserrimos hominum sub regulari disciplina ordinaverit, nullam terrenae commoditatis seu rerum temporalium exactionem imponimus. Prodesse enim illis omnibusque S. E. filiis cupientes, nihil, quod eos gravet, nihil, quod eorum substantiam minuat, erga eos agere disponimus. Ne dum nos abundantes de eorum paupertate esse cupimus, avaritiae malum, quod secundum Apostolum idolorum servitus (*a*) comprobatur, evitare non possimus. Curam tamen animarum illorum, gratia caritatis retinere volumus, ut si quando a sancto proposito et observantia sanctae regulae declinare, quod absit, tentaverint, per nostram solicitudinem ad rectitudinem vitae redire possint. Nunc ergo volumus, et illis quoque praecipimus, ut regulam Sancti Benedicti per omnia observent, sicut in novo monasterio observatur. Non alium inducant sensum in lectione sanctae regulae, sed sicut antecessores nostri sancti Patres, monachi videlicet monasterii, intellexerunt et tenuerunt, et nos hodie intelligimus et tenemus, ita et intelligant et teneant. Et quia omnes monachos ipsorum ad nos venientes in claustro nostro recipimus, et ipsi similiter nostros in claustris, idcirco opportunum nobis videtur, et hoc volumus etiam, ut mores et can-

Si illi ab observantia regulae declinant, per eumdem ad eam reducantur.

Regula S. Benedicti ab omnibus observetur.

Iidem cantus, mores et instituta ubique teneantur.

(*a*) Ephes v, 5. (n. T.)

tum et omnes libros, ad horas diurnas et nocturnas, et ad missam necessarios, secundum formam morum et librorum novi monasterii possideant: quatenus in actibus nostris nulla sit discordia, sed una caritate, una regula, similibusque vivamus moribus. Nec aliqua Ecclesia vel persona ordinis nostri adversus communia ipsius ordinis instituta privilegium a quolibet postulare audeat, vel obtentum quolibet modo retinere. Cum vero abbas novi monasterii ad aliquod horum coenobium visitandi venerit gratia, illius loci abbas ecclesiam novi monasterii suae esse Ecclesiae matrem recognoscat, et cedat ei in omnibus locis monasterii. Et ipse abbas adveniens locum illius loci abbatis, quandiu ibi manserit, teneat, excepto quod non in hospitio, sed in refectorio cum fratribus propter disciplinam servandam comedet, nisi abbas loci illius defuerit. Similiter et omnes supervenientes nostri ordinis abbates faciant. Quod si plures supervenerint, et abbas loci defuerit, prior illorum in hospitio comedat. Ex hoc excipitur, quod abbas loci illius, et in praesentia maioris abbatis, novitios suos post regularem probationem benedicit. Abbas quoque novi monasterii caveat, ne quidquam praesumat tractare aut ordinare aut contingere de rebus illius loci, ad quem venerit, contra abbatis vel fratrum voluntatem. Si autem praecepta regulae vel ordinis nostri intellexerit in eodem loco praevaricari, cum consilio praesentis abbatis caritative studeat fratres corrigere. Si vero abbas loci illius non affuerit, nihilominus quod sinistrum invenerit corrigat. Quemlibet per annum visitet abbas maioris ecclesiae, vel per se vel per aliquos de coabbatibus suis, omnia monasteria, quae ipse fundaverit. Et si fratres amplius visitaverit, inde gaudeant magis. Domum autem Cisterciensem simul per se ipsos visitent quatuor primi abbates, de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, ed de Morimundo, die, qua inter se constituerint, praeter annuum capitulum, nisi forte aliquem eorum gravis aegritudo detineat. Cum autem aliquis nostri ordinis abbas ad novum monasterium venerit, reverentia abbati exhibeatur congrua, stallum abbatis illius teneat, in hospitio comedat, si tamen abbas defuerit; si vero praesens fuerit, nihil horum agat, sed in refectorio comedat. Prior autem loci negotia coenobii disponat. Inter abbatias illas, quae se non genuerunt alterutras, ista erit lex. Omnis abbas in omnibus locis sui monasterii coabbati suo cedet advenienti, ut impleatur: Honore invicem praevenientes (1). Si duo, aut eo amplius, convenerint, qui prior de advenientibus erit, locum superiorem tenebit. Omnes tamen, praeter abbatem praesentis loci, in refectorio comedent, ut supra diximus: abbates autem ubicumque convenerint, secundum tempus abbatiarum ordinem suum tenebunt, ut cuius ecclesia fuerint antiquior, ille sit prior. Ubicumque vero consederint, humilient sibi mutuo. Cum vero aliqua Ecclesiarum nostrarum Dei gratia adeo creverit, ut aliud coenobium construere possit, illam diffinitionem, quam nos inter nostros confratres tenemus, et ipsi inter se teneant, excepto quod annuum inter se capitulum non habebunt; sed omnes abbates de ordine nostro singulis annis ad generale capitulum Cisterciense, omni postposita occasione, conveniant; illis solis exceptis quos corporis infirmitas retinuerit; qui tamen idoneum nuncium delegare debebunt, per quem necessitas remorationis eorum valeat capitulo nunciari; et illis item exceptis, qui in remotioribus partibus habitantes eo termino venient, qui eis fuerit in capitulo constitutus. Quod si quis alia quacumque occasione quandoque remanere a nostro generali capitulo praesumpserit, sequentis anni capitulo pro culpa veniam petat, nec sine gravi animadversione transeat: in quo capitulo de salute suarum anima-

Nullum privilegium contrarium postulatur

Abbas Cistercii visitet omnia ordinis monasteria;

Personas corrigat; sed de bonis nihil adimat absque consensu fratrum et abbatis locorum

Visitetque singulis annis;

Monasterium Cistercii visitetur a quatuor primis abbatibus

Abbates venientes ad monasterium Cistercii, quid debeant agere.

Abbates alibi convenientes, quid inter se debeant servare

Si coenobium de novo construerit, quid faciendum.

Capitulum Cisterciense quotannis celebretur,

(1) Rom. XII, 10. (A. T.)

In eo de salute animarum, observantiaque reg. etc. tractandum;

rum tractent. In observatione sanctae regulae vel ordinis, si quid est emendandum vel corrigendum, ordinent. Bonum pacis et caritatis inter se confirment.

Ac de abbatum vitiosorum correctione;

Si quis vero abbas minus in regula studiosus, vel saecularibus nimis intentus, vel in aliquibus vitiosus repertus fuerit, ibi caritative clametur, veniam petat, poenitentiam pro culpa sibi indictam adimpleat; hanc vero clamationem nonnisi abbates faciant.

Omniumque culpae corrigendae.

Si forte aliqua controversia inter quoslibet abbates emerserit, vel aliquorum illorum tam gravis culpa propalata fuerit, ut suspensionem, aut etiam depositionem mereatur, quicquid inde a capitulo fuerit diffinitum, sine retractatione observetur. Si vero pro diversitate sententiarum in discordiam causa devenerit, illud inde irrefragabiliter teneatur, quod abbas Cisterciensis, et hi qui sanioris consilii, et magis idonei apparuerint, indicabunt. Hoc observato, ut nemo eorum, ad quos specialiter causa respexerit, diffinitioni debeat interesse.

Monasteriorum paupertati subveniendum.

Quod si aliqua Ecclesia pauperiem intolerabilem incurrerit, abbas illius coenobii coram omni capitulo causam nunciare studeat. Tunc singuli abbates maximo caritatis igne incensi, illius Ecclesiae penuriam rebus a Deo sibi collatis, prout abundaverint, substentare festinent.

Electio abbatis cuiusque monasterii quomodo agenda.

Si qua domus ordinis nostri abbate proprio fuerit destituta, maior abbas de cuius domo domus illa exivit, omnem curam habeat ordinationis illius, donec in ea abbas alius eligatur; et praefixa die electionis, etiam ex abbatibus, si quos domus illa genuit, advocentur, et consilio ac voluntate patris abbatis, abbates et monachi domus illius abbatem eligant.

Electio abbatis Cisterc. quo pacto peragenda.

Domui autem Cisterciensi, quae mater est omnium nostrum, dum proprio caruerit abbate, quatuor primi abbates, scilicet de Firmitate, et de Pontiniaco, de Claravalle, et de Morimundo provideant; et super eos sit cura domus illius, donec abbas in ea electus fuerit et statutus. Ad electionem autem Cisterciensis abbatis, praefixa et praenominata die ad minus per quindecim dies, convocentur ex abbatibus, qui ex domo de Cistercio exierunt, et ex aliis, quos praedicti abbates et fratres Cistercienses idoneos noverunt, et congregati in nomine Domini, abbates et monachi Cistercienses eligant abbatem. Liceat autem cuique matri Ecclesiae nostri ordinis, non solum in monachis filiarum suarum ecclesiarum, sed de ipsis quoque abbatibus earum, libere sibi, si necesse fuerit, assumere abbatem.

Persona [illegible] tis non eli[illegible] de alio or[illegible] nec alteri ordini d[illegible].

Personam vero de alio ordine nulla de Ecclesiis nostris sibi eligat in abbatem, sicut nec nostrum aliquem liceat aliis monasteriis, quae non sunt de ordine nostro, dari.

Quando abbas sit ad sui [illegible] stantiam ab [illegible] re abbatiae relaxandus;

Si quis abbas pro inutilitate, seu pusillanimitate sua, a Patre suo abbate domus illius, unde sua exivit, postulaverit, ut ab onere abbatiae suae relaxetur, caveat ille, ne facile et sine rationabili causa, et multum necessaria acquiescat. Sed et si qua tanta fuerit necessitas, nihil per se inde faciat, sed convocatis aliquibus abbatibus aliis nostri ordinis, eorum consilio agat, quod pariter noverint oportere.

Veluti praevaricator ordinis removendus et deponendus.

Si quis vero abbatum, contemptor sanctae regulae, aut ordinis esse praevaricator, vel commissorum sibi fratrum vitiis consentiens innotuerit, abbas matris Ecclesiae per se ipsum vel priorem suum, aut quomodo opportunius potuerit, de emendatione eum admoneat usque quater. Quod si nec ita correctus fuerit, nec sponte cedere voluerit, congregato aliquanto numero abbatum nostrae congregationis, transgressorem sanctae regulae ab officio suo amoveant; ac deinceps alter, qui dignus sit, consilio et voluntate maioris abbatis a monachis illius Ecclesiae simul et abbatibus, si qui ad eam impertineant, sicut supradictum est, eligatur.

Si depositus, vel eius monachi sint rebelles, coerceantur.

Si autem ille, qui deponitur, aut monachi eius (quod Deus avertat) contumaces et rebelles esse voluerint, vel sententiis minime acquiescant, ab ipso abbate matris Ecclesiae, et a caeteris coabbatibus eius, excommunicationi subdantur, ac deinceps ab ea coerceantur,

prout fieri potuerit, et cognoverint expedire. Ex hoc sane si quis illorum ad se reversus de morte animae suae resurgere, et ad matrem suam redire voluerit, tamquam filius poenitens recipiatur. Nam sine hac causa, multo semper studio devitanda, nullus abbas monachum alterius cuiusquam abbatiae ordinis nostri sine eius voluntate inter suos ad habitandum monachos introducat. Eodem etiam modo, si forte (quod absit) abbates nostri ordinis matrem nostram Cisterciensem Ecclesiam in sancto proposito languescere, et ab observatione regulae vel ordinis nostri exorbitare cognoverint, abbatem eiusdem loci per quatuor primos abbates, scilicet de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, et de Morimundo, sub caeterorum abbatum nomine, usque quater, ut corrigatur ipse, et alios curet corrigere, admoneant, et caetera quae de aliis dicta sunt abbatibus, si incorrigibiles apparuerint, circa eum studiose adimpleant: excepto quod si sponte cedere noluerint, nec deponere, nec contumaci dicere anathema poterunt, donec autem in generali capitulo, aut si illud forte iam visum fuerit expectari non posse, in conventu, aliis convocatis abbatibus, qui de Cistercio exierunt, et aliquibus aliorum, virum inutilem ab officio suo deponant; et tam ipsi quam monachi Cistercienses idoneum abbatem eligere studeant. Quod si abbas ille et monachi Cistercienses, contumaciter recalcitrare voluerint, gladio excommunicationis eos ferire minime vetantur. Postea vero, si quis horum praevaricatorum tandem resipiscere, et animam suam salvare cupiens, ad quamlibet quatuor nostrarum Ecclesiarum, sive ad Firmitatem, sive ad Pontiniacum, sive ad Claravallem, sive ad Morimundum confugerit, sicut domesticus et cohaeres Ecclesiae cum regulari satisfactione recipiatur, quoad usque propriae Ecclesiae, sicut iustum fuerit, reconciliatae, quandoque reddatur. Interim autem, annuum abbatum capitulum, non apud Cistercium, sed ubi a quatuor supra notatis abbatibus provisum fuerit, celebrabitur.

Abbas Cistercii quomodo sit corrigendus, et quid agendum sit, si ipse et monachi Cistercii recalcitraverint.

LI.

Canonicis basilicae S. Petri in Vaticano conceditur quarta pars oblationum omnium, quae in eadem Ecclesia fiunt (1).

SUMMARIUM

Proœmium, in quo merita Ss. ap. Petri et Pauli summatim recitat. — Familiam B. Petri peculiari affectu prosequi decet. — Quartam oblationum partem, quae de altari, de arca, omnibusque ministeriis proveniunt, canonicis concedit et confirmat. — Adhortatio pastoralis. — Poena contra inobservantes. — Pax servantibus. — Eugenii PP. et Sabinen. ac Tusculanen. episcoporum subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bernardo presbytero cardinali Sancti Clementis, et Ecclesiae Beati Petri archipresb., atque caeteris eiusdem Ecclesiae canonicis, tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium, in quo merita Ss. apost. Petri et Pauli summatim recitat.

Beatorum Petri et Pauli tam eminens et tam gloriosa societas, ut et ambo sint doctores gentium, auctores martyrum, principes sacerdotum: et cum inter universos apostolos peculiari quadam praerogativa praecellant, aequalitatis in Coelo meritis disparitatem non sentiunt. Petro ab ipso Salvatore nostro Domino Iesu Christo claves regni Coelorum sunt commissae: Paulus a Deo electus est, ut de multitudine gentium regnum Coelorum impleat sua praedicatione; Petrus petra est, et fundamentum fidei, et ne metnamus, in soliditate nos firma sustentat: Paulus, ne pravo haereticorum dogmate vulneremur, mortalitatis honestate, et invincibili ratione fidei nos armat. Petrus principatum tenens, ex potestate ligat et solvit: Paulus diligens praedicator, ne quid reprehensibile vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhorta-

(1) Ex Baronio ad ann. 1151.

tione praemunit. Petrus firmamentum nostrum est, ac domus fortitudinis, et in fide eius plantati et radicati sumus: Paulus vas electionis praedestinatos a Deo, et electos coelestis tubae sonoritate vocavit; et pro nobis sine intermissione orans, ne a fide et veritate devicemus, apud Deum interveniendo nos protegit. Familiam beati Petri peculiari affectu prosequi decet. Cum igitur ii duo, maxima luminaria Dei Ecclesiam illustrantia, pari et amicabili splendore et fraterno amore praefulgeant, aequitatis et iustitiae persuadet ratio, ut nos, qui licet indigni Christi vices in terris agimus, et in eiusdem apostolorum principis cathedra residere conspicimur, domesticam beati Petri familiam paterno diligamus affectu, et pia eam provisione in suis necessitatibus adiuvemus. Huius itaque rationis debito provocati, dilecti in Domino filii, quartam partem omnium oblationum, quae de altari eiusdem beati Petri apostoli, et tam de arca, quam de omnibus ministeriis ipsius Ecclesiae, praeterquam de ministerio beati Leonis proveniunt, vobis ex consensu fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, Sedis Apostolicae auctoritate concedimus, et praesentis scripti pagina confirmamus; ita videlicet, ut semper, cum volueritis, facultatem liberam habeatis eamdem oblationem in vestris manibus retinendi atque custodiendi, seu aliis, quibus volueritis, cum nostrorum successorum consensu vendendi: salva in omnibus aliis, et retenta in nostris et nostrorum manibus ipsius Ecclesiae libera dispositione atque custodia. Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die ac nocte studiose in Dei laudibus desudantes, tam in missarum celebratione quam in matutinis et aliis horis, pro vivorum ac defunctorum salute, attenta diligentia et honeste decantantibus, praedictam Beati Petri ecclesiam obsequio debito veneremini, et Dei fideles, apostolorum limina devotione debita visitantes, locum ipsum in maiore devotione ac veneratione semper habeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, huius nostrae concessionis paginam temerario ausu infringere, seu quibuslibet modis perturbare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona id attentare praesumpserit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem hanc nostram constitutionem eidem loco servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Quartam oblationum partem, quae de altari, de arca, omnibusque ministeriis provenunt, canonicis concedit et confirmat.

Auctoritas pastoralis.

Poena contra inobservantes.

Pax servantibus.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

Eugenii PP.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

et Sabinensis ac Tusculanensis episcoporum subscriptiones.

Datum Romae apud S. Petrum per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, IV idus aprilis, indict. I, incarnationis dominicae anno MCLIII, pontificatus vero domni Eugenii III Papae anno IX.

Locus plumbi.

Dat. die 10 aprilis, anno Domini 1153, pontif. anno IX.

LII.

Monasterium Sarlatense (nunc Ecclesia Sarlatensis), a Pipino et Carolo principibus fundatum, sub sancti Petri tutelae recipitur (1).

SUMMARIUM

Monasterium hocce sub tuitione Sedis Apost. recipit Pontifex. — Eidem bona omnia confirmat. — In parochiis monachis con-

(1) Ex tom. II Gall. Christ., inter instrumenta Eccl. Sarlaten., num. II.

cedit ius eligendi presb., qui curam animarum ab episcopo recipiant, ab eodem in spiritualibus, in temporalibus vero ab ipsis monachis dependentes. — Ab eisdem quoque monachis abbatem eligi decernit; — Nonnullaque concedit privilegia. — Decretum immunitatis. — Annuus census duorum aureorum persolvendus. — Solitae clausulae. — Eugenii PP. et S. R.E. card. subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Raymundo abbati Sarlatensis monasterii S. Salvatoris, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

(*Deest initium*).

Monasterium hoc sub tuitione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eapropter, dilecte in Domino fili Raymunde abbas, tuis iustis postulationibus gratum imperientes assensum, Sarlatense monasterium, cui Deo auctore praesides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut idem locus, sicut ab eius fundatoribus nobilis memoriae Pipino et Carolo principibus institutus est, quietus et ab omni exactione seu gravamine liber in perpetuum perseveret.

Eidem bona omnia confirmat.

Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium in praesenti iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet Sanctae Mariae de Mercato cum decimis et appendiciis suis, S. Martini de Campaignaco, Sancti Leontii cum appendiciis earum, S. Mariae de Montignaco cum capella intra muros ipsius castri posita, S. Riberii cum appenditiis suis, S. Petri de Corn, S. Mundanae cum curiis de Marciliaco de Calabro, S. Simeonis de Gordonio, S. Petri de Cador, capellam S. Mariae de Carlux, ecclesiam Sancti Amandi de Symeyrols, medietatem redituum ecclesiae S. Mariae de Pratis, S. Iacobi de Trapa cum appendiciis suis, curtes de Syourac, ecclesiam S. Mariae de Moncuq, S. Mariae de capella cum plurimis ecclesiis et terris in Vicaria de Cauves positis, ecclesias S. Hilarii de Doissac, S. Mariae de Sales, ecclesiam S. Sacerdotis de Aurenca cum appenditiis suis in ecclesiis S. Vincentii, S. Aviti, S. Martini de Drot, S. Petri de Auvert, ecclesiam S. Mariae de Valle, Sancti Martini de Calviaco, cum appendiciis earum, ecclesiam Sancti Desiderii, Sancti Saturnini, Sancti Martini de Causac, ecclesiam Sancti Martini de Petrus, Sancti Martini di Lanvilla, Sancti Iohannis de Podio Girolmi cum capella Sanctae Mariae Magdalenae, ecclesias Sancti Martini de Saussignac, Sancti Saturnini de Annac, Sancti Stephani de Borchet, Sancti Aviti de Balares, ecclesiam de Somensac, Sancti Iuliani, Sancti Petri de Roqueta, ecclesiam Sancti Sulpitii de Pico, ecclesiam Sancti Michaelis de Lautes, ecclesiam Sancti Germani de Rastanella cum appendiciis suis, S. Petri de Nessa cum appenditiis suis, medietatem redituum ecclesiae Sancti Amandi, ecclesiam Sancti Christophori cum appenditiis suis, monasterium Sigiacense cum appenditiis suis, ecclesias Sanctae Mariae de Aurevilla, S. Severini, S. Frontonis, Sancti Petri de monasterio Sanctae Crucis, Sancti Perdulphi, Sanctae Eulaliae, capellam Sanctae Mariae de Monte, Sancti Ioannis de Agen, Sancti Martini de Gardelus, duas partes redituum eccl. Sanctae Mariae de Monsaguel, monasterium quoque de Fita cum ecclesiis Sancti Fidis, Sanctae Mariae de la Esterna, Sancti Mauritii, Sancti Damiani, Sanctae Mariae de Morbel, Sanctae Mariae de Rocella, Sanctae Mariae de Berrat, cum decimis et earum appenditiis et cum medietate redituum ecclesiae Sancti Petri de Toules, vobis et per vos Sarlatensi coenobio confirmamus: ecclesias Sancti Petri de Caviac, Sancti Martini de Genebredo, Sanctae Mariae de Sergiaco cum pertinentiis earum: in parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis,

In parochiis monachis concedit ius eligendi presbyteros qui curam animarum ab episcopo recipiant, ab eodem in spiritualibus, in temporalibus vero ab ipsis monachis dependentes;

presbyteros eligatis, et episcopo praesentetis, quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura episcopo respondeant, vobis vero pro temporalibus ad ipsum monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant. Obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur,

Ab eisdem quoque monachis abbatem eligi decernit;

nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque vestri monasterii, et locorum ad ipsum pertinentium, sicut hactenus habuistis, secundum antiquam consuetudinem, liberam et quietam permanere censemus;

Nonnullaque concedit privilegia.

nec archiepiscopus vel episcopus aliquis tam ipsum Sarlatense coenobium quam Fitense et Issigiacense monasteria, seu ablatis personam interdicere vel excommunicare praesumat; nemo inobedientes monachos contra abbatem manu teneat; nullus circa ecclesias vicinius solito fundare praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibusdam vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae libertatis de supradicto Sarlatensi monasterio aureum unum, de Fitensi vero alterum, de Issigiacensi alium, quotannis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia eternae pacis inveniant. Amen.

Decretum immunitatis.

Annuus census duorum aureorum persolvendus.

Solitae clausulae.

Eugenii PP.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Otto diacordus (1) Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Iacinthus diaconus card. Sanctae Mariae in Cosm.

Ego GG. presb. card. S. Callisti.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Ugo Ostiensis episcopus.

Datum Romae apud S. Petrum per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, v non. maii, indictione I, an. incarn. dom. MCLIII, pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno IX.

Dat. die 3 maii, anno Domini 1153, pontif. anno IX.

LIII.

Confirmatio bonorum omnium, et iurium sanctae Astensis Ecclesiae, quorum directum dominium soli episcopo conceditur (2).

Ecclesiae huius canonicis bona pariter omnia confirmavit Sergius PP. II, Const. Cum divina, *dat. anno* IV *pontif.*

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia Pontificum, regumque donationes confirmat Pontifex; — Aliqua numerat; — Decimationes ipsas episcopatus ab ep. sine alicuius personae laicalis interventu administrari statuit; — Lites, quae subinde oriri poterunt, ecclesiastico tantum iudicio definiri iubet; —

(1) Lege *diaconus*. (R. T.) (2) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de Astensibus episcopis.

Ecclesiarum vero parochialium curam presbyteris a regularibus eligendis per solum episcopum concedit; — Nisi monachi speciali fruantur Sedis Apostolicae privilegio. — Roboratio decreti huius. — Solitae clausulae. — Eugenii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Anselmo Astensi episcopo, suisque successoribus, regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

In eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros episcopos fraterna charitate debemus diligere, et Ecclesiis, quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare. Eapropter, venerab. in Christo frater Anselme episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam Beatae Mariae, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiae illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam S. Dalmatii de Pedona cum castro, curte et valle Gessii usque ad Fenestras, et plebem eiusdem loci cum omnibus ecclesiis ad se pertinentibus, abbatiam Ss. Apostolorum cum omnibus pertinentiis, abbatiam S. Anastasii cum omnibus pertinentiis, abbatiam de Azano cum castello et capellis et omnibus pertinentiis suis, abbatiam S. Christofori, plebem Quadrigentinam cum castro, curte et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem Onvilliensem cum omnibus ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Montalto cum omnibus ecclesiis ad se pertinentibus, plebem S. Mariae in Grana cum castro, curte et ecclesiis ad se pertin., plebem de Bagnasco, plebem de Duodecimo, plebem de Musantia cum omnibus ecclesiis ad ipsam pertinentibus, plebem S. Iulii de Lavegia cum curte, castello et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem S. Vincentii de Marcelengo, plebem de Predocha, plebem de Canalibus cum omnibus possessionibus et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Novello cum ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Vitia cum ecclesiis, castro, curte, silvis et omnibus pertinentiis suis, plebem de Garena cum xenodochiis et ecclesiis et pertinentiis suis atque boscho, qui dicitur Insula S. Ioannis, plebem Sancti Petri de Publico cum curte et omnibus Ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Munchiano cum ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Lavaldesio cum curte et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Bagennis cum castro, curte, silva bannale et cunctis ecclesiis ad se pertinentibus, plebem S. Petri in Grado cum curte, castro Eearcuo, capellis, silvis et omnibus pertinentiis suis, plebem de Carazone cum castro, curte et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem S. Petri de Vico cum curte et capellis et eremitorio S. Ambrosii, quod dicitur Mons Altus, cum ferraria valle Causalia et castro Rivoburente usque ad cacumina Alpium, plebem Praedolensem cum curte, castro et ecclesiis ad se pertinentibus, plebem de Bagennis superioribus cum curte, castro, capellis, silvis et castro Fortice usque in Bisimalta, et cum ecclesia S. Stephani iuxta fontem Brobii cum pertinentiis suis, plebem Mœoxinam cum omnibus ecclesiis ad se pertinentibus, plebem S. Albani cum castro, curte, ecclesiis, molendinis et silvis, castrum, quod vocatur Altavilla, cum curte et pertinentiis suis: quidquid habetis in Monte Magno, castrum Contansteris cum pertinentiis suis, Coprile cum Comitile, comitatum, qui dicitur Serralunga, silvam, quae dicitur Populare, cum castris et villis infra contentis, Cerasolas cum castris et pertinentiis suis, castrum Summae-Ripae de Boscho cum suis pertinen-

Bona omnia Pontificum, regumque donationes confirmat Pontifex.

Aliqua numerat;

tiis, castrum Summae-Ripae cum suis pertinentiis, Caiarascum cum omnibus suis pertinentiis, castrum, quod dicitur Montaldus, comitatum et receptum Pollensi, comitatum civitatis et totius episcopatus cum publicis functionibus, et quae largitione imperatorum Astensi Ecclesiae rationabiliter collata esse noscuntur. Sancimus praeterea, ut omnes decimationes vestri episcopatus, exceptis iis, quae de laboribus suis, quos propriis manibus vel sumptibus excolunt, monachis a Sede Apostolica indultae sunt, secundum sacrorum canonum instituta sine alicuius contradictione in vestra dispositione consistant. Quod si feudali consuetudine de decimis lites emerserint, ecclesiastico tantum iudicio terminentur. Liceat quoque vobis, exactiones, quae sub praetextu feudi vel alia occasione in ecclesiis fiunt a laicis removere. In parochialibus vero ecclesiis, quas in vestro episcopatu monachi seu regulares canonici tenent, iuxta decretum praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Urbani presbyteros eligant, et vobis praesentent, quibus, si idonei fuerint, animarum curam vos debetis committere; ut de plebis quidem cura vobis respondeant, eis vero pro rebus temporalibus ad eorum loca pertinentibus dignam subiectionem exhibeant: salvo nimirum Apostolicae Sedis privilegio. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnino profutura: si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decimationes iusas episcopatus ab ep. sine alicuius persona laicalis interventu administrari statuit.

Lites, quae subinde oriri poterunt, ecclesiastico tantum iudicio definiri iubet.

Ecclesiarum vero paroch. curam presbyteris a regularibus eligendis per solum episcopum concedit, nisi monachi speciali fruantur Sedis Apostolicae privilegio.

Roboratio decreti huius;

Solitae clausulae.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus. Eugenii PP

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ioannes Tusculanus episc. subsc.

Ego Guido diaconus card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Hugo Ostiensis episcopus ss.

Ego GG. presb. card. tit. S. Callisti ss.

Ego Guido presb. cardinalis tituli B. Chrys. ss.

Ego Ubaldus presbyter card. S. Praxedis subsc.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli S. Sabinae ss.

Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anastasiae subsc.

Ego..... presb. cardinalis tit. S. Pastoris ss.

Datum Romae apud S. Petrum per manum Rolandi presbyteri cardinalis ac cancellarii, XVII kal. iunii, indict. I, incarn. Dom. anno MCLIII, D. Eugenii Papae anno IX.

Dat. die 16 maii, anno Domini 1153, pont. anno IX.

LIV.

Monasterium S. Benedicti de Saxo Laterone Clusinae diocesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum confirmationis bonorum ad hoc monasterium spectantium; — Et exemptionis a quacumque molestia, vi etc. sub solitis clausulis. — Eugenii PP. subscriptio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Actoni abbati monasterii Sancti Benedicti de Saxo Laterone, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias Sancti Blasii Belicionis, Sancti Salvatoris Stratensis, Sancti Leonardi, in qua est hospitale de Trabe Donati, ecclesiam Sancti Christofori in Serrasicca, ecclesiam Sancti Salvatoris Schiliae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione atque substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostram concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendare curaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum confirmationis bonorum ad hoc monasterium spectantium;

Et exemptionis a quacumque molestia, vi etc.

Subsolitis clausulis.

Ego Eugenius catholicae Ecclesiae episcopus.

Eugenii PP. subscriptio.

Datum Romae, apud S. Petrum, per manum Rolandi presb. card. et cancellarii, idib. iunii, indict. I, incarn. domin. anno MCLIII, pontificatus vero D. Eugenii III Papae anno IX.

Dat. die 13 iunii, anno Domini 1153, pontif. anno IX.

(1) Ex origin. in abbatia Amiatina edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de Clusinis episcopis.

LV.

Monasterio Beccensi confirmatur possessio ecclesiae Sanctae Trinitatis de Bello-Monte (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Sanctae Trinitatis de Bellomon. monasterio huic adiudicatam confirmat; — Salvis canonicorum superstitum praebendis. — Cum clausulis solitis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Letardo abbati Beccensi, eiusque successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, ut quos erga sanctam Romanam Eccle-

Exordium.

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1651.

siam, et nos ipsos, devotiores esse cognoscimus propensius diligamus, et suam eis iustitiam Sedis Apostolicae munimine confirmemus. Huius rei gratia, dilecti Domino filii, venerabilis fratris nostri Rotrodi Ebroicensis episcopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus gratum impertimur assensum, et possessionem ecclesiae Sanctae Trinitatis de Bellomonte cum omnibus pertinentiis suis, a venerabili fratre nostro N. Rothomagense archiepiscopo canonice vobis adiudicatam, apostolica vobis auctoritate confirmamus, et praesentis scripti munimine roboramus: salvis nimirum praebendis canonicorum superstitum. Si quis autem, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, atque indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat.

Ecclesiam Sanctae Trinitatis de Bellomonte monasterio huic adiudicatam confirmat;

Salvis canonicorum superstitum praebendis;

Datum Viterbii, IV idus decembris.

Cum clausulis solitis.

Dat. die 10 decembris.

LVI.

Sequitur in idem argumentum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Transactionis inter abbatem Beccen., et priorem Sanctae Frisdewidae tenor. — Eamdem confirmat compositionem, et ab utraque parte observari praecipit.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Letardo abbati, et monachis Beccensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium

Quando inter religiosas personas de terrenis rebus controversia nascitur, ita sacerdotali est solicitudine finienda, ut crescere non possit ex mora contentio. Quod nos intelligentes, controversiam, quae inter vos, et Robertum priorem, et canonicos Sanctae Fridewidae de Oxenefordia super ecclesia de Bellomonte, et omnibus eius pertinentiis, diu agitata est, hoc modo terminavimus, et hac transactione penitus litem decisimus; praedictus siquidem Robertus et canonici toti prorsus querelae et iuri, quod se in eadem ecclesia de Bellomonte, et pertinentiis suis habere contendebant, vobis in perpetuum renunciarunt, et ea in manu nostra libere refutarunt. Unde a vobis per manum nostram similiter villam, quae dicitur Divotana, cum omni decimo dominii eiusdem villae rusticorum de ipso tantum feudo percipiendis, in suum perpetuum dominium recesserunt cum omnibus pertinentiis suis, in pascuis et pratis, bosco et plano, et molendinis; salvo vobis universo iure reliquo parochiali, et tertia garba decimae rusticorum eiusdem villae, quae ad ecclesiam de Hundrefort, in cuius parochia ipsa villa est, proprie spectat; ita videlicet, ut in ipsa villa ecclesiam vel capellam numquam imposterum canonici construere valeant. Quia igitur nostri officii est, ea, quae pro religiosorum quiete praecipue per nos ipsos statuta sunt, in sua stabilitate firmare, eamdem decisionem sive compositionem, Sedis Apostolicae auctoritate firmamus, et ab utraque parte firmiter observari praecipimus.

Transactionis inter abbatem Beccenensem, et priorem Sanctae Frisdewidae tenor.

Eamdem confirmat compositionem, et ab utraque parte observari praecipit.

Datum Parisiis VI kalendas iunii.

Dat. die 27 maii.

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1632.

LVII.

Bituricensi Ecclesiae primatus in Bituricensem et Burdigalensem provincias confirmatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub Sedis Ap. protectione suscipit Pontifex; — Eidemque confirmat primatum super duas provincias. — Bituricen. archiep. pallii et crucis vexilli usum per dictas provincias concedit. — Bona omnia archiep. praedicto confirmat.

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 1617

— Electionem archiep. ad canonicos pertinere decernit. — Consuetae conclusiones, et clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ven. fratri P. Bituricensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuam memoriam.

Exordium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu paternam solicitudinem quaerere; et earum quieti ac paci, auxiliante Domino, salubriter providere. Iustum namque est, ut dignitatem, Ecclesiae vel personis, Apostolicae Sedis liberalitate concessam, nos quoque auctore Deo firmam et inviolabilem conservemus. Tuam ergo, frater in Christo carissime Petre archiepiscope, devotionem circa nos et circa sanctam Romanam Ecclesiam, cuius filius specialis es, et in quas sacros ordines suscepisse dignosceris, attendentes, nobilem Bituricensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesides, sub S. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Praesentis itaque privilegii pagina confirmamus, ut super duas provincias, videlicet super ipsam Bituricensem et super Burdegalensem primatum obtineas, sicut hactenus obtinuisse dignosceris. Dioeceses vero illae, quae intra eamdem provinciam Bituricensem sitae sunt, in tua tuorumque successorum potestate ac subiectione persistere constituimus, videlicet Claromontensem, Lemovicensem, Rutensem, Albigensem, Cadurcensem et Mimatensem; et ipsarum civitatum episcopi ipsam Bituricensem Ecclesiam matrem et magistram recognoscant, atque tibi tuisque successoribus tamquam proprio metropolitano obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeant. Porro tibi tuisque successoribus usum pallii confirmamus; atque ad maiorem reverentiam per supradictas provincias vexillum dominicae crucis ante vos deferri concedimus, sicut etiam antiqua praedecessorum vestrorum consuetudo obtinuit. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et canonice possides, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Domino propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem Ecclesiae archiepiscopo vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem praefatae Ecclesiae canonici secundum Deum et statuta Sedis Apostolicae canonice providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc Ecclesiam vel personam tuam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iura sua servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ecclesiam hanc sub Sedis Apostol. protectione suscipit Pontifex;

Eidemque confirmat primatum super duas rovincias.

Bituricen. archiep. pallii et crucis vexilli usum per dictas provincias concedit.

Bona omnia archiep. praedicto confirmat.

Electionem archiep. ad canonicos pertinere decernit.

Consuetae conclusiones, et clausulae.

LVIII.

Canonizatio S. Henrici primi Romanorum imperatoris.

SUMMARIUM

Iussio Pontificis de inquirenda vita Henrici per legatos apostolicos. — Legatorum re-

latio. et aliorum attestatio de meritis ipsius Henrici. — Canonizatio eiusdem Sancti ab ipso Pontifice pronunciatur.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Egelberto episcopo, et dilectis filiis canonicis Bambergensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Iussio Pontificis de inquirenda vita Henrici per legatos apostolicos.

Sicut per literas et nuncios vestros vobis mandasse meminimus, venerabiles fratres nostros N. Sanctae Rufinae episcopum, et N. presbyterum cardinalem, pro diversis negotiis ad partes illas de nostro latere delegavimus, eisque viva voce iniunximus, ut ad Ecclesiam vestram accederent, atque de vita et miraculis Henrici regis rei veritatem diligenter inquirerent, et literis suis nobis significarent. Nunc autem eorumdem fratrum nostrorum, et multorum religiosorum et discretorum attestatione: de castitate ipsius: de fundatione Bambergensis Ecclesiae, et multarum aliarum: quarumdam quoque episcopalium sedium recuperatione: et multiplici eleemosynarum largitione: de conversione regis Stephani, et totius Hungariae, Domino cooperante, per eum facta: de glorioso etiam ipsius obitu pluribusque miraculis post eius obitum ad ipsius corporis praesentiam divinitus ostensis, multa cognovimus; inter quae illud praecipuum et memorabile plurimum attendentes, quod cum diadema sceptrumque imperii suscepisset, non imperialiter, sed spiritualiter vixit. In thoro etiam legitimo positus (quod paucorum fuisse legitur) integritatem castimoniae usque in finem vitae conservavit. Quae quidem nos omnia simul perpendentes, atque devotionem vestram, et Ecclesiae Bambergensis, quae S. Romanae Ecclesiae subesse dignoscitur, diligenter considerantes, tametsi huiusmodi petitio, nisi in generalibus conciliis admitti non soleat, auctoritate tamen S. R. E., quae omnium conciliorum firmamentum est, petitionibus vestris acquiescimus, atque eiusdem memorabilis viri, cuius exaltationem exquiritis, ex fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum, qui praesentes aderant, communicato consilio, memoriam inter sanctos de caetero fieri censemus, et anniversarium diem solemniter celebrari constituimus. Vestra itaque interest, sic in sanctae Romanae Ecclesiae obedientia et fidelitate persistere, et dignae devotionis obsequiis respondere, ut ampliori beati Petri et nostra gratia digni inveniamini.

Legatorum relatio, et aliorum attestatio de meritis ipsius Henrici.

Canonizatio eiusdem Sancti ab ipso Pontifice pronunciatur;

Datum Transtyberim II idus martii.

Datum die 14 martii (1).

ANASTASIUS IV

PAPA CLXVIII

Anno aerae Christi comm. MCLIII.

Conradus, patria Romanus, de regione Suburrae, ex patre Benedicto, Sabinensis episcopus, electus est Romanus Pontifex, et Anastasius IV appellatus, die IX iulii 1153. Sedit in pontificatu ann. I, mens. IV, dies XXIV, imperantibus in Oriente Manuele Comneno, in Occidente Friderico Ænobarbo, imperatoribus; obiit siquidem die II mensis decembris anno sequenti, et sepultus est in Lateranensi Ecclesia in porphyretico sepulchro. Vacavit Sedes diem unum.

I.

Confirmatio praerogativarum omnium a Summis Romanis Pontificibus canonicis Pisanis concessarum, ac praecipue donationum eisdem ab Eugenio PP. III factarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Secundum Rom. Pontificum privilegia Ecclesiam B. Mariae Pisis sub

(1) Henricus I imperator, secundus Germaniae rex, obiit anno 1024, et ab Eugenio Papa III inter sanctos relatus anno 1152, quo data est bulla canonizationis. (R. T.) (2) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. III, ubi de archiepp. Pisanis.

protectione Sedis Ap. recipit Pontifex. — Bona omnia eidem confirmat; — Quorum partem enumerat; — Canonicis quoque antiquas consuetudines omnes confirmat; — Ut nullus inibi canonicus ordinetur absque communi caeterorum consensu iubet. — Olivarum et cereorum benedictionem in ea tantum ecclesia fieri praecipit. — Bona defunctorum canonicorum in utilitatem fratrum cedere; pro sepultura vero quartam partem huic Ecclesiae solvi; aliaque id genus iubet. — Villani archiep. donationem, et PP. Eugenii super id confirmationem ratas habet. — Decretum immunitatis — Cum solitis clausulis. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Leoni archipresbytero, caeterisque Pisanae Ecclesiae B. Mariae canonicis, tam praesentibus quam futuris canonice intrantibus, in perpetuum.

Exordium.

Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus libenter annuimus, et praedecessorum nostrorum fel. mem. Calixti et Eugenii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, ecclesiam B. Genitricis Dei Mariae, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum ad fraternitatis vestrae substentationem iuste ac legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiae illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; ecclesiam S. Vivianae in Soarza cum omni proprietate canonicae S. Mariae cum adiacentibus, ecclesiam S. Christinae in Chinsica, ecclesiam S. Martini in Guasolongo, ecclesiam S. Mariae in Mezzana, ecclesiam S. Mariae in Villarda, ecclesiam baptismalem S. Mariae in Arena cum suppositis capellis et decimationibus, ecclesiam de Vaticaria, ecclesiam de Pussignano, ecclesiam de Fasiano, ecclesiam S. Bartholomaei de Zumolo, Roccam de Comitello cum pertinentiis suis; quicquid et habetis in castello Iupellia et eius pertinentiis castellum de Scannello cum pertinentiis suis, et aliis castellis cum suis pertinentiis, quemadmodum a recolendae memoriae Beatrice et Mathilda comitissis, Ecclesiae Pisanae collata esse noscuntur; quicquid habetis in curte, quae dicitur Poppiana, et quicquid habetis in curte de Populogna, rubum Pisanae civitatis, centum solidos de Ripa, qui dari propter cereum consueverunt; quicquid habetis in castello et curte Castelli Novi, et Castelli Veteris Camaiano; terram apud Carraiam Gunduli, quam vobis bonae memoriae Caietanus devotionis intuitu contulit, in qua ecclesiam in honorem beati Ioannis Evangelistae assensu vestro aedificavit; terram quam habetis in Petriano cum ecclesia S. Margaritae et eius pertinentiis, censum, qui vobis persolvitur a sontiariis, qui in stagno piscant: in Sardinia monasterium S. Michaelis de Plaiano cum ecclesiis, curtibus et aliis pertinentiis suis: officium ecclesiasticum, et beneficium populi Pisani in portu de Turribus. Praeterea vestram matricem Ecclesiam plenae dilectionis brachiis amplectentes, antiquas eius et rationabiles consuetudines confirmamus, unctiones scilicet infirmorum, et decimas Pis. parochiae, bladae, et iussionis, pecuniarum vero omnium tres ex integro persolutiones tam de civitate ipsa, quam de villis, burgis et territoriis, quae a maiori ecclesia baptisma suscipiunt; et oblationis vivorum et mortuorum, quae ad maiorem Ecclesiam conferuntur, ut nullius unquam vobis vestrisque successoribus calliditate aut violentia subtrahantur, sed in communem usumfructum in-

Secundum Romanorum Pontificum privilegia ecclesiam B. Mariae Pisis sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Bona omnia eidem confirmat;

Quorum partem enumerat;

Cum iure decimarum sicuti antiquitus consuevero.

Centum insuper solidos de Ripa propter cereum.

Canonicis quoque antiquas consuetudines omnes confirmat;

tegrae stabilesque permanent; idipsum, et de oblationibus missae episcopalis quae praesentibus canonicis celebratur, statuimus, excepto auro vel precio pro auro. Nec in maiori Ecclesia ullus introducatur vel ordinetur canonicus, nisi communi canonicorum, vel maioris partis consensu; ordinatum vero nulli omnino episcopo liceat officio seu beneficio sine canonico privare iudicio. Nullus etiam ecclesias, quae in proprietate canonicae maioris ecclesiae sunt, et earum clericos, praeter communem canonicorum, vel maioris partis voluntates ordinare vel inquietare praesumat. Olivas autem et cereos nulla civitatis et burgorum ecclesia praeter matricem Ecclesiam et praeter monasteria, et in his praeter monachorum et familiarium usum, benedicere praesumat, et praeter ubi antiquissime concessum esse dignoscitur. Baptisma in maiori tamen celebretur ecclesia, sicut antiquitus observatum est, excepto timore mortis. In Sabbato Sancto nullus missam cantare, et campanas sonare praesumat, donec apud maiorem pulsentur ecclesiam. Populares quoque processiones nisi in maiori fiant eccl. Praeterea praesentis privilegii auctoritate sancimus, ut defunctorum canonicorum bona nunc et in futurum a nemine auferantur, sed in utilitatem fratrum communiter viventium quiete et integre dimittantur. Porro, qui ad maiorem soliti sunt eccl. sepeliri, sepulturas solitas non relinquant. Sed qui ad aliarum ecclesiarum transeunt sepulturas, sive in civitate sive in burgis, iudiciorum suorum partem quartam Ecclesiae matrici derelinquant. In omnibus autem ecclesiis, in quibus mortuorum exequiis interessetis, missarum vobis celebrationes cum omnibus suis concedimus. Sane piorum canonicorum electiones, et collationes monasterialium et capellanorum, qui videlicet populo divina officia administrant, episcopi et canonicorum consensu fiant. Praeterea Sedis Apostolicae auctoritate statuimus, ut divisio silvae de Tumulo,

Ut nullus inibi canonicus ordinetur absque communi caeterorum consensu iubet.

Olivarum, et cereorum benedictionem in ea tantum ecclesia fieri praecipit.

Bona defunctorum canonicorum in utilitatem fratrum cedere; pro sepultura vero quartam partem huic Ecclesiae solvi; abaque id genus iubet.

sicut a venerab. fratre nostro Villano Pisano archiepiscopo ex mandato iam d. praedecessoris nostri Papae Eugenii facta, et vobis assignata esse dignoscitur, futuris temporibus rata et inconcussa permaneat; nec quisquam vobis vel successoribus vestris invitis divisionem ipsam unquam praesumat infringere, sive ratione qualibet perturbare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, huius nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secunda animad. commonita, si congrua satisfactione se non emendaverit, potestatis suae prioris dignitate careat, et praeterea ream se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, ac in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem in eodem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, ut hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Villani archiepiscopi donationem, et PP. Eugenii super id confirmationem ratas habet.

Decretum Immunitatis,

Cum solitis clausulis.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Anastasii PP.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Ugo Ostiensis episc. ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius presb. cardinalis tituli Sancti Calixti ss.

Ego Guido presb. cardinalis tit. Sancti Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. S. Praxedis subscripsi.

Ego Iordanus presb. card. tituli S. Susannae ss.

Ego Octavianus presb. card. tit. S. Priscae ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Equitii ss.

Ego Otto diaconus card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Iacintus diac. card. tit. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, VI id. septembris, indict. I, dominicae incarn. anno MCLIII, pontif. vero Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 8 septembris, anno Domini 1153, pontif. anno I.

II.

Privilegium Beneventanae Ecclesiae, eiusque archiepiscopis concessum ab Anastasio PP. IV (1).

Huic Ecclesiae concessa privilegia vide in Calixto II, Leone IX, Gregorio V, Ioanne XII, XIII et XIV, Agapito II, Marino II, et Vitaliano.

SUMMARIUM

Exordium. — Beneventanam Ecclesiam sub B. Petri tuitione suscipit Pontifex; — Eidem bona omnia, ecclesiasque subiectas confirmat; — Pallii quoque usum iuxta antiquum morem concedit; — Ipsamque Ecclesiam in bonis, iuribus, caeterisque omnibus debita frui tranquillitate decernit. — Statuit poenas contra diplomatis huius violatores. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Beneventano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. In eminenti universalis Ecclesiae specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et Ecclesias eorum gubernationi commissas protectione Sedis Apostolicae communire. Eapropter, venerab. in Christo frater Petre Beneventane archiepiscope, vestris postulationibus benignum impertientes assensum, et Beneventanam Ecclesiam, cui auctore Domino praeesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: episcopatus videlicet Avellinum, Montem Marranum, Frequentinum, Arianum, Montem de Vico, Bivinum, Asculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem Corvinum, Vulturariam, Civitatem, Draconariam, Larinum, Termulam, Guardiam, Triventum, Boianum, Alifiam, Thelesiam et Sanctam Agatham: intra civitatem Beneventanam ecclesiam S. Petri Peccadosso, ecclesiam S. Theclae, ecclesiam S. Martini, ecclesiam S. Mariae Antheoram, ecclesiam S. Petri sitam iuxta ecclesiam S. Petri de Medicibus, ecclesiam S. Mariae de Ancona, eccl. S. Archelai, ecclesiam S. Ianuarii de Graecis, ecclesiam S. Mauri, ecclesiam S. Paschasii, ecclesiam S. Angeli, quae est iuxta ecclesiam S. Mariae Rotundae: extra vero, ecclesiam Sancti Ioannis de Plano, ecclesiam Sanctae Mariae de Rocca, ecclesiam S. Mariae de Venticano, ecclesiam Sancti Petri de Cardito, ecclesiam S. Petri in Planisio, ecclesiam Sancti Theodori, ecclesiam Sanctae Mariae in Gildone: abbatiam Sanctae Mariae in Strata, abbatiam Sanctae Mariae de Coratae, ecclesiam Sanctae Mariae in Gradellibus, et quidquid iuris habet in castro Montis Sarculi, et in Valle Candina. Praeterea concedimus tibi pallii usum ex more ad sacra missarum solemnia peragenda, ut

Beneventanam Ecclesiam sub B. Petri tuitione suscipit Pontifex;

Eidem bona omnia, ecclesiasque subiectas confirmat.

Quoram nonnulla hic enumerat proprius nomioibus cum omnibus pertinentiis, iuribus et iurisdictionibus.

Pallii qoeque usum iuxta antiquum morem concedit;

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. VIII.

Quo uti possit in Ecclesia statutis diebus.

videlicet eo infrascriptis diebus infra ecclesiam tantummodo utaris: in Natali Domini, Epiphania, Purificatione Sanctae et semper Virginis Mariae, et in Annunciatione eiusdem, Coena Domini, et Paschalibus festivitatibus, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate S. Ioannis Baptistae, in natalitiis apostolorum Petri et Pauli, et Assumptione, et Nativitate B. semperque Virginis Matris Mariae, in dedicatione tui archiepiscopatus, et in anniversario tuae consecrationis die, in congregationibus episcoporum, ordinationibus clericorum, et consecrationibus ecclesiarum; praeterea in translatione corporis beati Bartholomaei; quod tua fraternitas in secretario debeat induere, et sic ad missarum solemnia proficisci. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat existere, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ipsamque Ecclesiam in bonis iuribus, caeterisque omnibus debita frui tranquillitate decernit.

Statuit poenas contra diplomatis huius violatores.

Anastasii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Anastasius cat. Eccl. episc.
Ego Ugo Ostien. episc.
Ego Guarinus Praenestin. Eccl. episc.
. . . . . .
Ego Iacobus card. S. Calixti.
Ego . . . . presb. card. . . . . .
Ego Ubaldus presb. card. S. Praxedis.
Ego Iulius presb. card. tit. S. Marcelli.
Ego Octavianus presb. card. S. Caeciliae.
Ego Astaldus presb. cardinalis tituli S. Priscae.
Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli.
Ego Cencius presb. card. Ss. Nerei et Achillei.
Ego . . . . diac. card. S. Georgii.
Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin.
Ego Ioannes diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.
. . . . . .

Datum Laterani per manus Rolandi S. R. E. presbyt. card. et cancellarii, x kal. octob., indict. I, incarnationis dominicae anno MCLIII, pontificatus vero domni Anastasii IV anno I.

Dat. die 22 septembris, anno Domini 1153, pontif. anno I.

III.

Privilegium immunitatis, omnimodaeque exemptionis monasterii S. Anthimi montis Ilcini, rerumque omnium ad illud pertinentium confirmatio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Pontifex confirmat iura omnia, ac bona monasterii huius. — Illud liberum ab omni episcopali iurisdictione, solique Rom. Pontifici subiectum declarat; — Exemptumque ab omni saeculari potestate: — Decimas omnes, aliaque onera indulget. — Abbatis electionem ad monachos dumtaxat; consecrationem vero ad Rom. Pontificem spectare decernit. — Altarium quoque consecrationes, sacros ordines, aliaque huiusmodi a quo libuerit recipiendi episcopo tribuit facultatem. — Nonnullis

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. VIII.

monasterio subiectis ecclesiis baptismalem fontem indulget. — Solitae clausulae comminatoriae.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Guidoni abbati monasterii S. Anthimi, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium

Cum omnibus Ecclesiis, et ecclesiasticis personis debitores ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus; illis tamen propensiori studio nos convenit imminere, quae ex antiqua institutione ad ius et proprietatem B. Petri spectare noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Innocentii vestigiis inhaerentes, monasterium B. Anthimi, cui Deo authore praesse dignosceris, Apostolicae Sedis privilegio praesentis scripti pagina communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quascumque possessiones impraesentiarum idem monasterium iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. Ut autem iuxta normam vestrae professionis divinis obsequiis liberius vacare possitis, simili modo sancimus, ut cuiuslibet Ecclesiae sacerdoti nullam iurisdictionem, nullam potestatem, aut authoritatem, excepto dumtaxat Romano Pontifice, in vestro monasterio liceat vindicare; adeo quidem, ut nisi ab abbate eiusdem monasterii fuerit invitatus, nec etiam missarum solemnia ibidem audeat celebrare. Interdicimus etiam, ut nulli episcopo licentia pateat, sacerdotes eiusdem coenobii monachos sive canonicos distringere, vel excommunicare, aut divinum eis officium prohibere: quos etiam ab omni pontificali synodo liberos et absolutos manere decernimus. Porro locum ipsum ab omni iugo quarumlibet potestatum, tam episcoporum, quam marchionum, comitum quoque, et vicecomitum, castaldionum, caeterorumque Longobardorum omnium volumus esse quietum; nullusque eorum in possessionibus, praefato coenobio pertinentibus, iudicium aliquod, placitumve tenere, aut districtionem facere, qualibet occasione praesumat; sed potius tam haec quam alia, quae ad ius eiusdem monasterii spectare noscuntur, in tua et successorum tuorum libera potestate et dispositione consistant. Concedimus insuper eidem venerabili loco decimationes, atque primitias de suis omnibus, sive de praeceptalibus, sive de aliis, quae iam sunt ipsi monasterio acquisita, seu in antea, Deo propitio, acquirenda. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem a Romano Pontifice consecretur. Chrisma sane, Oleum sanctum, consecrationes altarium vel basilicarum, ordinationes etiam presbyterorum, diaconorum, aut aliorum, tam de monachis, quam de canonicis, qui ad sacros gradus fuerint promovendi, sive a Sede Apostolica, sive ab aliquo catholico suscipietis episcopo, qui nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat. Et si aliquando quempiam de nostris episcopis, sive de aliis, prout nobis congruentius visum fuerit, ad sacrum ministerium celebrandum, vel consecrationem aliquam exhibendam invitare ad vestrum monasterium volueritis, absque alicuius contradictione id ipsum faciendi habeatis omnimodam facultatem. Ad haec adiicientes statuimus, ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Ioannis, seu etiam in aliis ecclesiis vestro monasterio pertinentibus, si id necessitas exegerit, baptismus debeat celebrari, quemadmodum praedecessorum nostrorum Ioannis XV, Ioannis XIII, Be-

Pontifex confirmat iura omnia, ac bona monasterii huius

Illud liberum ab omni episcopali iurisdictione, solique Romano Pont. subiectum declarat;

Exceptumque ab omni saeculari potestate;

Decimas omnes, aliaque munera indulget

Abbatis electionem ad monachos dumtaxat: consecrationem vero ad Romanum Pontificem spectare decernit.

Altarium quoque consecrationes, sacros ordines, aliaque huiusmodi a quolibuerit recipiendi episcopo tribuit facultatem.

Nonnullis monasterio subiectis ecclesiis baptismalem fonteni indulget:

nedicti, Stephani VII, Sergii, Hadriani et aliorum Romanorum Pontificum sanctionibus noscitur institutum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, vestrum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et D. Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

Quod roborat sub excommunicationis poena.

Observantibus benedictionem et pacem elargitur.

Dat. Romae apud S. Mariam Rotundam per manus Rolandi S. R. E. presb. card. et cancell., II kal. novemb., incarnationis dom. anno MCLIII, pontif. vero domni Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 31 octobris anno Domini 1153, pontif. anno I.

IV.

Confirmatio bonorum omnium, ad Arelatensem Ecclesiam spectantium, ac transactionis initae inter Raimundum archiepiscopum et Anfosum comitem Tolosanum (1).

SUMMARIUM

Arelatensis Ecclesia primaeva dignitate illustris; — Bellorum calamitatibus tam in honore, quam in temporalibus rebus imminuta; — Ab Anastasio PP. sub protectione Sedis Apost. suscipitur. — Bona omnia ubique posita ei confirmantur; — Quorum nonnulla enumerantur; — Confirmatur quoque transactio inita inter archiep. et comitem Tolosanum; — Ecclesiaque Arelat. solis Pontificis de latere legatis subiecta declaratur. — Privilegii huius roboratio sub solitis clausulis. — Anastasii PP. et sex S. R. E. card. subscriptiones.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Raimundo Arelatensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Arelatensis Ecclesia primaeva dignitate illustris.

Arelatensem metropolim famosam et insignem quondam fuisse, atque in Galliarum partibus, multis et dignitatis et gloriae titulis claruisse, tam vetusta ipsius civitatis indicia, quam authentica veterum scripturarum testimonia manifestant. Sed quia consistentis in ea populi peccata corrigere divinae dispositioni complacuit, guerris undique irruentibus, tam in dignitate quam in rebus temporalibus ipsa metropolis est plurimum diminuta, cuius contritioni nos, qui, licet indigni, iustitiae cultores atque custodes, in Ecclesia principis apostolorum Petri et Pauli specula, disponente Domino, residemus, benigno affectu compatimur, et eius paci et dignitati salubriter, in quantum cum Deo possumus, providere optamus. Æquum enim ac rationabile est, ut qui beato Petro et eius vicariis devotiores esse noscuntur, et sacrosanctae Romanae Ecclesiae patrocinio cupiunt confoveri, eiusdem piae matris uberibus nutriantur, et in rationabilibus suis petitionibus exaudiantur. Quocirca, dilecte in Christo frater et coepiscope Raimunde, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praedictam Arelatensem Ecclesiam, ad quam nimirum, sicut ex dictis beati Zozimi Papae et martyris evidenter ostenditur, ex hac sancta Romana et Apostolica Sede Trophimus sanctus antistes, de cuius utique fidei fonte rivulos totae (1)

Bellorum calamitatibus tam in honore, quam in temporalibus rebus imminuta.

Ab Anastasio PP. sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

(1) Ex authographo edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. I, inter Instrumenta Ecclesiae Arelaten., num. XVI.

(1) Forte *totius*. (R. T.)

Galliae exceperunt, a beato Petro delegatus fuit, sub ipsius apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiae permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; monasterium Sancti Caesarii cum omnibus pertinentiis suis, quod idem beatus Caesarius Arelatensis antistes in alodio ipsius Ecclesiae fundasse dicitur, et de bonis eius ditasse, ordinationem quoque atque correctionem ipsius loci; ecclesiam Beatae Mariae de Fosso cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Beatae Mariae de Castelloveteri cum decimis et aliis pertinentiis suis, castrum de Cellone, castrum de Sancto Amantio, castrum de Alvernico et de Avalone, castrum de Mornatio et de Monte-Dragone, redditus de ponte Sancti Genesii, Iudaeos, et ius quod habetis in moneta ipsius civitatis, quicquid habetis in partibus et teloneis Arelatensibus. Praeterea transactionem, quae inter te et Aufosum Tolosanum comitem rationabili providentia facta et in scripto redacta est, si rationabilem esse constiterit, authoritate Sedis Apostolicae roboramus. Insulam etiam, quae Boscus Comitalis vocatur, quam praedictus comes Ecclesiae tuae restituit, tibi tuisque successoribus nihilominus confirmamus. Ad haec per amplioris et specialioris generis praerogativam praesenti decreto statuimus, ut nulli prorsus legato, nisi ei tantum, qui a Romani Pontificis latere fuerit delegatus, Arelatensis provincia sit subiecta. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, etc. Amen.

Bona omnia ubique posita ei confirmantur;

Quorum nonnulla enumerantur;

Confirmatur quoque transactio inita inter archiep. et comitem Tolosanum;

Ecclesiaque Arelatensis solis Pontificis de latere legatis subiecta declaratur.

Privilegii huius roboratio.

Solitae clausulae.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus.

Anastasii PP.

Ego Imarus Tusculanensis episcopus subscripsi.

Ego Ugo Ostien. episc.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Sancti Calixti.

Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Sabinae.

Guido cardinalis tituli Sancti Pastoris.

Iordanus cardinalis Sanctae Susannae.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, VII kalendas ianuarii, indictione II, incarnationis anno MCLIII, pontificatus Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 26 decembris anno Domini 1153, pont. anno I.

V.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, et iurium S. Massiliensis Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Massiliensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apost. recipit. — Confirmat bona omnia ad eamdem pertinentia; — Quorum nonnulla enumerat; — Addita prohibitione aedificandi sine licentia Mass. ep. in eius possess. — Ratam habet concordiam initam inter Petrum episcop. et Gaufridum de Massilia; — Eique indulget ecclesias omnes antecess. episcopis subiectas. — Interdictio ne excommunicati recipiantur. — Solitae clausulae. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) Ex archiv. Ecclesiae huius edidit Sammarth., Gall. Christ., tom. I, inter instrumenta Ecclesiae eiusdem, num. XX

Anastasius episcopus servus servorum Dei, venerabili Petro fratri Massiliensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium

In eminenti Apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, fraterna charitate debemus diligere, et Ecclesiis quibus Domino militare noscuntur, suam institiam conservare. Eapropter, dilecte in Christo frater Petre episcope, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et praedecessorum nostrorum felicis memoriae Innocentii et Eugenii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, beatae Dei Genetricis Mariae Massiliensem Ecclesiam, cui Deo authore praeesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, tam in ecclesiis, quam in decimis, castellis, villis, et aliis eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium Sancti Salvatoris de la Sachoas, quod infra muros civitatis Massiliae situm est; civitatem Episcopalem cum toto territorio suo, Rocambarbaram cum vallo circumeunte Rocam ipsam, et vallis a muris eamdem civitatem circumeuntibus: portum de Porta Gallica, et quidquid habes in portu antiquo, qui est inter monasterium et civitatem, terras de Fontecooperto, pedaticum de territorio Alaugii et Nertii; quidquid habes in portu de Banneriis; quidquid habes in Leonino, castrum S. Canati, castrum Nertii, castrum Alangii, villam Sancti Iuliani, partem quam habes in castro de Pennis, castrum de Mairanegas, castrum de Melna, castrum de Aurovenes, castrum de Balcet cum territorio et appenditiis suis, castrum Albaniae, et duos rocetos pro eo in Natale Domini et in Pascha, quicquid praeterea Pontius de Podionigro pro filio suo Aichardo in supradicto castro Alaugii Ecclesiae tuae concessit, partem tuam de castro Evenae, podium qui castellum Guimberti vocatur. Addentes siquidem auctoritate apostolica prohibemus, ne quis in eodem podio, vel in aliis eiusdem Massiliensis Ecclesiae possessionibus, absque assensu et voluntate Massiliensis episcopi castrum, turrem vel munitionem aliquam aedificare praesumat. Porro translationem de causa, de qua inter te ac Gaufridum de Massilia et fratres ipsius controversia versabatur, in praesentia venerabilis fratris nostri Raimundi Arelatensis archiepiscopi et aliorum episcoporum, utraque parte consentiente, facta est, quemadmodum in eorum scripto continetur, munimine praesentis paginae roboramus, et rata futuris temporibus decernimus permanere: ecclesiam Sancti Canati, ecclesiam de Mairanicis, et ecclesias de Melna, cum decimis et pertinentiis earum: ecclesias de Pennis, de Nertio, de Alaugio, Sancti Iuliani, Sanctae Mariae in villa episcopali, Sancti Martini in villa Vicecomitali, cum decimis et earum pertinentiis: Sanctae Mariae de la Sachoas, Sancti Martini de Arogno, S. Laurentii, Sancti Andreæ: in territorio Massiliensi ecclesias de Septimo, Sancti Tirsi de Cula, Sancti Mitrii ad castrum Gumberti et de Solobiis cum decimis et earum pertinentiis, ecclesiam S. Michaelis in territorio Massiliensi, ecclesias Sancti Marcelli cum decimis, ecclesias de Albania, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Ioannis de Gargerio, Sancti Clari, Sancti Pontii, Sanctae Mariae de Gemenas, S. Mariae de Ros, Sancti Ioannis de Podio: in valle Tritis ecclesiam Sancti Martini de Insol. et cum decimis: in ecclesiis de Auriol tertiam partem decimarum, in

Massiliensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Confirmat bona omnia ad eamdem pertinentia;

Quorum nonnulla enumerat:

Addita prohibitione aedificandi sine licentia Massiliensis episcopi in eius possessionibus.

Ratam habet concordiam initam inter Petrum episcop. et Gaufridum de Massilia;

Eique indulget ecclesias omnes antecess. episcopis subiectas.

Cum decimis et pertinentiis earum.

ecclesiis Sancti Zachariae VII, sol. et duos medolalios (1) de melle, ecclesias de villariis, et Rochaforti de Chuia cum decimis, ecclesiam S. Petri et S. Ioannis de Signa de Castro Veteri cum decimis, ecclesias de Auro-Venes, de Banceto, de Castelleto, Sancti Victoris in territorio de Madalgas cum decimis, ecclesiam de Laza cum pertinentiis. Interdicimus etiam, ut nullus abbas, nullus monachus, vel quaelibet alia persona, excommunicatos vel interdictos, qui ad Massiliensem Ecclesiam iure parochiali pertinere noscuntur, recipiat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, etc. Amen.

Interdictis ne excommunicati recipiantur.

Solitae clausulae.

Anastasii PP.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Imarus Tusculan. episcopus.

Ego Ostiensis episcopus.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum, etc.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, III kal. ianuarii, indictione II, incarnationis dominicae anno MCLIII, pontificatus domni Anastasii anno I.

Dat. die 30 decembris anno Domini 1153. pont. anno I.

VI.

Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Fesulanae Ecclesiae, ac privilegiorum, eidem a Summis Romanis Pontificibus concessorum (2).

SUMMARIUM

Proœminum. — Fesulanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apost. recipit Pontifex. — Eiusdem bona omnia, iuraque confirmat; — Horum nonnulla enumerat: — Aliaque ab Innocentio PP. nominatim confirmata. — Privilegia a Paschali PP. concessa. — Solitae clausulae. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) Idem quod *Medella*, liquidorum mensurae species. (R. T.) (2) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. III.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, venerabili Rodulpho Fesulano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, fratres nostros episcopos debita charitate diligere, et Ecclesiis regimini eorum a Deo commissis suam institiam conservare. Quocirca, dilecte in Christo frater et coepiscope Rodulphe, rationabilibus tuis postulationibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri san. mem. Papae Eugenii vestigiis inhaerentes, Fesulanam Ecclesiam, cui Deo auctore praeesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia in praesenti anno iuste et canonice possidet, aut in futurum largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium Sancti Bartholomaei, quod Fesulis positum est, monasterium Sancti Martini in Maiano, monasterium Sancti Gaudentii in Pede Alpis, monasterium Sanctae Mariae de Rosano, plebem Sancti Petri de Romena cum decimis et possessionibus ad ius Fesulani episcopatus pertinentibus, plebem Sancti Petri de Cassia, plebem Sancti Ioannis de Capolia, plebem Sancti Leonini in Collina, plebem Sancti Martini de Vado, plebem Sanctae Mariae de Seo, plebem Sanctae Mariae de Spaltinna; caeteras vero tam plebes quam Ecclesias, quae Fesulanae Ecclesiae iuris esse noscuntur, civitatem et arcem Fesulanam, castellum montis Lauri cum curte sua, castellum de Cisalo cum curte sua, castellum montis Bonelli cum curte sua, cast. Gregnanellum cum curte sua, quicquid etiam habetis in curte de Acone, et curte de Lancisa, et infra plebem de

Fesulanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eiusdem bona omnia, iuraque confirmat;

Horum nonnulla enumerat;

Panzano, et Sanctae Mariae Novolae, et Sancti Iusti in Salice, curtem de Agna, ecclesiam Sancti Alexandri cum curte sua iuxta castrum montis Carboli: alia quoque castella, villas, et alias possessiones, sicut in privilegio praedecessoris nostri bonae memoriae Papae Innocentii nominatim vobis confirmata sunt. Ordinationes etiam praedictorum monasteriorum, et baptismalium Ecclesiarum, quae Fesulanae Ecclesiae subdita sunt, nullus absque vestro assensu sibi usurpare praesumat; in capellis autem vestrarum plebium liberam ordinationem et debitam obedientiam absque alicuius contradictione plebani habeant, sicut per privilegium fel. mem. Paschalis Papae eis concessum est: salva proprii episcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, testamentorum, et caeterorum redditiuum ecclesiasticorum per vestrum episcopatum secundum statuta canonum vobis confirmamus, et ut nulla ecclesia in eodem episcopatu construatur, et constructa absque vestra licentia cuilibet subiiciatur, interdicimus: salva nimirum in omnibus Apostolicae Sedis iustitia et auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino, etc. Si qua igitur, etc. Cunctis autem, etc. Amen.

Aliaque ab Innocentio PP. nominatim confirmata

Privilegia a Paschali PP. concessa.

Solitae clausulae.

Anastasii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Ugo Ostiensis episcopus ss.

Ego G. G. presb. card. S. Callisti.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni subsc.

Ego Manfredus presbyter card. Sanctae Sabinae subsc.

Ego Aribertus presbyter card. Sanctae Anastasiae subsc.

Ego Iulius presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem subsc.

Ego Astaldus presb. card. tit. Sanctae Priscae subsc.

Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sanct. Silvestri et Martini subsc.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Martinus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin subsc.

Ego Ioannes diac. cardinalis Ss. Sergii et Bacchi subsc.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et cancellarii, II kal. ian., indict. II, incarnationis dominicae anno MCLIII, pont. D. Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 31 decembris anno Domini 1153, pontif. anno I.

VII.

Decretum, ut monasterium Glannafoliense Sancti Mauri Antisiodoren. dioecesis Apostolicae Sedi immediate subiectum sit cum bonis suis omnibus, sub obedientia tamen monasterii Cassinensis.

Monasterium hocce, Fossatensibus antea subiectum, Cassinatibus subdit Urbanus II, const. Pater et princeps *etc., dat. anno 1097.*

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eidem bona omnia confirmat: — Nonnullaque enumerat propriis vocabulis; — Sepulturam ibidem liberam fore declarat; — Abbatis electionem ad monachos spectare; — Qui tamen a Cassinensi abbate debeat confirmari; — Eique obedientiam praestare. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — Anastasii PP. signum et subscriptio. — Subscriptiones quoque card. S. R. E.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Guilelmo abbati Glannafoliensis monasterii, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, Exordium.

(1) Ex originali in archiv. edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. VI.

animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Urbani vestigiis inhaerentes, praefatum monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet Sancti Martini de Sancto Mauro, ecclesiam Sancti Gervasii et Prothasii in Bateaco cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Molo cum pertinentiis suis, insulam S. Mauri cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae in Dane, ecclesiam Sancti Simplicii super Ligerim, ecclesias Sancti Petri in Vodda, Sancti Petri cum Villa Fabrensi, Sancti Lamberti de Curalo, Sancti Hilarii de Concorzo cum pertinentiis suis, et Sancti Martini de Sorech, terram Aymerici de Averoim, ecclesias Sanctae Iustae de Verce cum pertinentiis suis, et Sanctae Mariae de Doado, villam de Solouge cum pertinentiis suis, villam quae vocatur Gru, cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Vetorini de Gena cum molendino et aliis pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Cirici in Salmossa cum decimis suis, ecclesiam Sancti Mauri in Lauduna, et ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae de Vareno, villam Sindremont cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini in Burno, villam ad Panes cum pertinentiis suis, et villam Lambri cum pertinentiis, insulam Blazon in Normannia, ecclesiam Sanctae Mariae de Cingla, ecclesiam Sancti Mauri, sitam in Castro Lauden., ecclesiam Sancti Aniani, et villam Sindremont, ecclesiam Sancti Petri in Culturis. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem Cassinensi abbati repraesentetur confirmandus, a catholico episcopo, quem ipse per suas literas exoraverit, consecrandus. Qui nimirum, et eius successores obedientiam abbati Cassinensi promittent, et singulis quinquenniis ipsum Cassinense monasterium, tanquam suum caput humilitate debita visitabunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate, et dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex

Eidem bona omnia confirmat;

Nonnullaque enumerat propriis vocabulis.

Cum iure decimarum

Sepulturam ibidem liberam fore declarat:

Abbatis electionem ad monachos spectare declarat;

Qui tamen Cassinensi abbate debeat confirmari;

Eique obedientiam praestare.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Anastasii PP. signum et subscriptio.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.



Subscriptiones quoque cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Calixti ss.

Ego Otto diaconus cardin. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tit. Sancti Marcelli ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Octavianus presb. card. tit. Sanctae Caeciliae subsc.

Ego Cencius presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina subsc.

Ego Enricus presb. card. tit. Ss. Nerei et Achillei ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sanctorum Silvestri et Martini ss.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et canc., id. ian., indictione II, incarnationis dominicae anno MCLIV, pontificatus vero domni Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 13 ianuarii anno Domini 1154, pont. anno I

VIII.

Mitrae usus abbati monasterii S. Sixti Placentinae dioecesis in solemnioribus festivitatibus conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Usum mitrae tam in processionibus, quam in missarum solemniis concedit.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Beraldo abbati Sancti Sixti, salutem et apostolicam benedictionem.

Et charitatis debito provocamur, et Apostolicae Sedis benignitate ac benevolentia incitamur, honorem fratribus exhibere, et specialibus S. R. E. filiis specialioris praerogativae gratiam elargiri, ut hominibus spectabiliores appareant, et commissas sibi Ecclesias apostolicae dilectionis familiaritate suffulti tutius regant; atque ipsorum subditi maiorem eius reverentiam et honorem exhibeant. Sic itaque, dilecte in Domino fili Beralde abbas, de beati Patri et nostrae dilectionis gratia te disposuimus honorare. In praecipuis ergo Ecclesiae tuae festivitatibus tam in processione, quam infra sacra missarum solemnia ex Apostolicae Sedis liberalitate usum mitrae Ecclesiae tuae concedimus.

Exordium.

Usum mitrae tam in processionibus, quam in missarum solemnibus concedit.

Dat. Laterani X kalend. februarii.

Dat. die 23 ianuarii anno Domini 1154, pont. anno I.

IX.

Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Reatinae Ecclesiae (2).

SUMMARIUM

Procemium. — Ecclesiam hanc sub tutela Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eidem bona omnia confirmat; — Horum maiorem partem enumerat: — Et monasteria quae in ipsis possessionibus sunt. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) Ex Campi, Hist. Placent. (2) Ex Tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, venerabili fr. Dodoni Reatinae Ecclesiae episcopo, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuam memoriam.

Proemium.

In eminenti Sedis Apostolicae specula, Domino disponente, constituti, fratres nostros episcopos fraterna debemus charitate diligere, et Ecclesiis a sibi Deo commissis paterna solicitudine providere. Quo circa, ven. in Christo fr. Dodo Ecclesiae Reatin. episcope, tuis iustis postulationibus debita benignitate gratum impertientes assensum, praedictam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem Sancti Thomae in Giumulo, plebem Sanctae Susannae, plebem S. Viti, plebem Sanctae Mariae Gisoni, plebem Sanctae Mariae in Testoni, plebem Sancti Rustici, plebem Sanctae Mariae in Valliocrina, plebem Sanctae Mariae in Cornu, plebem Sanctae Mariae in Sigilli, plebem Sanctae Ruffinae, plebem Sanctae Mariae in Baccigno, plebem Sanctae Crucis in Burbone, plebem Sancti Petri in Laculo, plebem S. Mariae et Petri in Pantano, plebem Sancti Petri in Dura, plebem Sancti Ioannis in Clarino, plebem Sancti Sixti in Amiterno, plebem Sancti Petri in Popleta, plebem Sancti Victorini, plebem Sancti Petri in Precoro, plebem Sancti Valentini in Collectario, plebem Sancti Marci et Sancti Donati in Teria, plebem Sancti Iuliani in Foce, plebem S. Pauli in Capite Amiterni, plebem Sancti Cosmae in Cagnano, plebem Sancti Antimi in Cassina, plebem Sancti Thomae in Villano, plebem Sancti Petri in Cornu, plebem Sancti Eutitii in Marana, plebem Sancti Stephani in Cluvano, plebem Sancti Laurentii et Sancti Leopardi in Cartoro, plebem Sanctae Mariae in Mareri, et Sancti Pastoris, plebem Sancti Petri in Canapinula, plebem Sancti Elpidii, plebem Sancti Andreae et Sancti Pauli, plebem Sanctae Mariae in Rivogatti, plebem Sancti Andreae in Laceto, plebem Sanctae Luciae in Colle Alto, plebem Sancti Andreae in Capradosso, plebem Sanctae Mariae in Valle, plebem Sanctae Agathae in Plaia, plebem Sancti Iustini in Rocca Sinibaldi, plebem Sanctae Anatoliae in Tore, plebem Sancti Angeli in Cervia, plebem Sanctae Victoriae in Tripula, plebem Sancti Felicis in Octavo, plebem Sancti Nicolai et Sanctae Helenae in Lubriculo, plebem Sancti Ioannis in Valle Reatina, plebem Sancti Savini in Monte Gurzo, plebem Sanctae Mariae in Casa Roperti, plebem Sancti Laurentii in Quintiliano, plebem Sanctae Mariae in Anglise, plebem Sancti Donati de Turre de Carpasso, plebem Sanctae Mariae della Sala, et in eis plebibus oratoria, quae monasteria dicuntur, videlicet Sancti Petri in Anglise, Sanctae Crucis in Aqua de Solangio; Sancti Iuvenalis in Lacu, Sanctae Mariae in Consonano, Sancti Liberatoris, Sanctae Trinitatis, Sancti Gregorii de Cacalici, Sancti Valentini della Pureia, Sanctae Crucis in Lagnano, Sancti Eleuterii in Campo Reatino, Sancti Pastoris in Alatro, Sancti Angelici in Vetica, Sanctae Mariae in Lupicino, Sancti Petri in Matito, S. Silvestri in Petra Battuta, et S. Silvestri in Perulo, Sancti Severini et Sancti Avitae in Amiterno, Sancti Io. Baptistae de Sancto Victorino, Sancti Leonitii in Classina, Sancti Laur. in Fosso, S..... in Nura, Sancti Mauri, Sancti Castilioni de Valle de Petra, Sancti Leopardi de Colle Fecati, Sancti Pauli de Cocotha. Item infra urbem vel in suburbio Reatinae civitatis, ecclesiam Sancti

Ecclesiam hanc sub tutela Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eidem bona omnia confirmat,

Horum maiorem partem enumerat suis propriis vocabulis, incipiens a plebibus;

Quibus enumeratis, monasteria quae in ipsis possessionibus existunt, confirmat.

Deinde ecclesias nominat;

A quibus omnibus episcopalia iura solvenda decernit.

Ioannis et S. Eleuterii, Sancti Ruphi, Sancti Iuvenalis, Sanctae Marinae, Sancti Petri in Porta Romana, S. Salvatoris et S. Nicolai in Acupentu, S. Leopardi, S. Bartholomaei et Euticii, S. Maronis et S Severi, S. Fortunati, Sancti Petri et Andreae in Campo Reatino, Sanctorum Apostolorum et Sancti Donati, S. Sebastiani in Scaie, Sancti Savini in Berrico, Sancti Clementis, Sancti Nicolai in Forfone, Sanctae Mariae in Capite Aquae, Sanctae Mariae in Pugillo, Sancti Flaviani in Novera, Sanctae Mariae in Burbone valle Lumbricola, Sancti Hilarii in Racciolo, S. Mariae in civitate in Amiterno, et S. Raroti: ut ex his omnibus episcopalia vobis iura solvantur. Praeterea castrum collis Vacarii, castrum Venerubae, castrum Montis Guizzi, castrum de Catrico, castrum Casalis Liae, castrum Rocca in Prece, castrum Verani, castrum Butri, castrum montis Sicci cum pertinentiis suis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem..... temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua autem ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonarum actionum percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decretum immunitatis.

Solitae clausulae.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. Anastasii PP.

Ego G. presbyter cardinalis tit. Calixti subsc. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presbyter card. tit. Sanctae Praxed. ss.

Ego Manfredus presbyter card. tituli Sanctae Sabinae ss.

Ego Astaldus presb. card. tit. Sanctae Priscae subsc.

Ego Io. Paparo Sancti Laur. in Dam. presb. card. subsc.

Ego Cencius presb. card. tituli Sancti Laur. in Lucina subsc.

Datum Later. per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et canc., IX kal. febr., ind. II, incarn. Domini MCLIV, pontificatus vero domni Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 24 ianuarii anno Domini 1154, pont. anno I.

X.

Confirmatio iurium omnium Aprutinae Ecclesiae, cuius fines designantur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Assignatio finium Aprutinae Ecclesiae: — Inter quos bona omnia et iura ad eamdem pertinentia ei confirmantur. — Decretum ne monachi publica ministeria exerceant absque episcopi licentia; — Item, ut Ecclesia B. Mariae semper sit sedes episcopi Aprutini; — Cui bona omnia hic expressa concedit Pontifex. — Solitae clausulae. — Anastasii PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, ven. fratri Guidoni Aprutinae Ecclesiae episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis Exordium

(1) Ex Tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

itaque, dilecte in Christo frater episcope, precibus annuentes, ad perpetuam sanctae Aprutinae Ecclesiae pacem et nobilitatem, praesentis decreti stabilitate sancimus, ut universae parochiae fines, sicut a tuis praedecessoribus usque hodie possessi sunt, ita omnino tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur: qui videlicet fines a capite Vomanis per ipsam summitatem montis usque in rivum, qui decurrit inter Asculanum comitatum et Aprutinum, et per Carrusum usque trans fluvium Tronti ad confinium, quod ibi decernitur, usque in mare, et per mare usque in fluvium Vomani esse cernuntur; inter fines quaecumque oppida, quaecumque villae, quaecumque plebes, quaecumque ecclesiae sitae sunt, aut imposterum fuerint, sub tua et tuorum catholicorum successorum episcopali providentia et dispositione permaneant; et ex eis omnibus episcopalia vobis iura solvantur tam in clericorum ordinationibus, et ecclesiarum consecrationibus, quam in redditu decimarum et oblationum, sive in correctionibus delinquentium. Sane illam monachorum pravam praesumptionem, quae (partim episcoporum absentia, partim eorum pervicacia) in Aprutinorum finibus inolevit, modo inhibemus, ut nec baptismum ulterius in monasteriis faciant, nec ad infirmorum unctiones de claustris suis progredi audeant, nec ad poenitentiam iniungendam populares personas admittant, nec ab episcopo excommunicatos ad communionem, nec interdictos ad officia sacra suscipiant. Porro ecclesiam B. Mariae matricem semper haberi, sicut hactenus habita est, et illic episcopalem decernimus sedem permanere, et tibi tuisque successoribus confirmamus. Quaecumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam Sancti Benedicti in Catrula, abbatiam Sanctae Mariae in Cataneto, abbatiam Sancti Ioannis in Pesula, abbatiam S. Ioannis in Scorcione, ecclesiam Sancti Flaviani cum castro portus, et omnibus pertinentiis suis, canonicam S. Silvestri in Salino, plebes Sanctae Mariae in Vico, S. Mariae in Vellete, Sancti Petri in Romano, S. Petri in Abrelio, Sancti Victorini in Canali, S. Mariae in Brazzano, S. Salvatoris in Pagliarolo, Sancti Laurentii in Festiniano, Sancti Martini in Iunibero, Sanctae Mariae Predi, Sancti Pauli in Ablata, S. Laurentii in Civitella, monasterium Sancti Sebastiani in Gomano, civitatem Interamnem cum Vitica Cartieula, suburbium Sancti Flaviani cum Iusula, Montonem, Ripam de Tortoreto et Lauro, medietatem Pretuli Lavaroni, Neretum, Turanum, partem Gusberti in Oforiano, terram filiorum Montacelli, Gualterii et Raynerii, Lucum, Collem Vetulum, Rapinum, Mianum, Terrarum filiorum Albertionis, Forcellam, Capraficum, terram Canonis de Guictariis, podium scilicet Cantalupum, medietatem Germaniani, partem Biziui, Civitellam, Coloniam, partem de Gazino et de tota terra Sancti Nicolai. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam eius, quam clericorum et pauperum usibus profutura: salva Apostolicae Sedis auctoritate. Si quis igitur imposterum archiepiscopus, episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, vice-comes, iudex, castaldio, aut ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit etc. Amen.

Assignatio finium Aprutinae Ecclesiae:

Inter quos bona omnia et iura ad eamdem pertinentia ei confirmantur.

Decretum ne monachi publica ministeria exerceant absque episcopi licentia;

Item ut ecclesia B. Mariae semper sit sedes episcopi Aprutini;

Cui bona omnia hic expressa concedit Pontifex.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

Solitae clausulae.

Anastasii PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Gregorius presbyter card. tituli S. Calixti.

Ego Manfredus presbyter card. tituli S. Sabinae.

Ego Aribertus presbyter card. tituli S. Anastasiae.

Ego Octavianus presb. cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli Pamachii.

Ego Centius presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Otto diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diac. card. tituli S. Mariae in Portico.

Ego Ioannes diac. card. tit. Ss. Sergii et Bacchi.

Dat. Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, v kal. decemb. (1), ind. II, incarn. dom. anno MCLIV, pontificatus domni Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 28 ianuarii anno Dominii 1154, pont. anno I.

XI.

Monasterio Savigniensi ordinis Cisterciens. subiectae abbatiae omnes confirmantur (2).

Simile privilegium monasterio huic concessit Eugenius decessor anno 1147.

SUMMARIUM

Exordium. — Monasticum ordinem in hoc monasterio servari mandat Pontifex; — Subiectas ei abbatias confirmat, quas propriis nominibus enumerat; — Quas liberas ab omni servitute, ad exemplar Eugenii praedecessoris declarat, cum solitis clausulis. — Anastasii PP. sigillum et subscriptio, cum S. R. E. card. subscriptionibus.

(1) Ita in edit. Cocqueliniana: verum si privilegium hoc datum est die 28 ianuarii, legendum v *kal. februarii.* (R. T.) (2) Ex ms. monasterii huius edidit Martene, Veter. Scriptor. et Monument., tom. I, col. 433.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Richardo Savigniensi abbati, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae Sedis, cui divina gratia praesidemus, nos auctoritas admonet, beneplacentem Deo religionem statuere, et stabilitam exacta diligentia conservare. Quo circa, dilecte in Domino fili Richarde abbas, tuis iustis petitionibus clementer annuimus, et Savigniense monasterium, cui Deo auctore praesse dignosceris, scriptorum nostrorum patrociniis communimus: statuentes, ut ordo monasticus secundum ordinem Cisterciensium fratrum tam in praefato monasterio, quam in his, quae sub ipsius potestate et disciplina consistunt, futuris temporibus inviolabiliter conservetur: et ut abbatiae, quae ad ius tui monasterii pertinere noscuntur, in tua tuorumque successorum obedientia et subiectione permaneant; quarum nomina subduximus exprimenda: abbatia de Belbrech et abbatia de Briostel cum pertinentiis earum, abbatia de Sarnago, abbatia de Brollio et abbatia de Trappe cum appendiciis earum, abbatia de Sancto Andrea de Gofert et abbatia de Sancto Clemente de Tyrunhel cum appendiciis earum, abbatia de Falcardi monte cum appendiciis suis, abbatia de Luncuiler cum pertinentiis suis, abbatia de Chalocheio cum pertinentiis suis, abbatia de Busseria cum pertinentiis suis, abbatia de Fontibus cum pertinentiis suis, abbatia de Veteri-Villa cum pertinentiis suis, abbatia de Alneto cum pertinentiis suis, abbatia de Fuanesio, abbatia de Holanda, abbatia de Caldra et abbatia de Man cum pertinentiis earum, abbatia de Bella-Lauda et abbatia de Ioreval cum pertinentiis earum, abbatia de Cumbamara, abbatia de Basinwerch, abbatia Sanctae Mariae de Durelina et abbatia de Pultuna cum pertinentiis earum, abbatia de Bildwa cum pertinentiis suis, abbatia de Neth cum pertinentiis suis, abbatia de Buffestrem cum pertinentiis suis, abbatia Quarraria

Monasticum ordinem in hoc monasterio servari mandat Pontifex;

Subiectas ei abbatias confirmat, quas propriis nominibus enumerat:

et abbatia de Dragonis-Fonte cum pertinentiis earum, abbatia de Straforth cum pertinentiis suis, abbatia de Quoquosala cum pertinentiis suis. Has igitur abbatias cum omnibus pertinentiis, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae memoriae Papae Eugenii, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum fas sit, super hac nostra confirmatione vestrum monasterium perturbare, aut aliquam ei exinde contrarietatem inferre; sed omnia in perpetuum ita intemerata serventur, quemadmodum praedicti praedecessoris nostri pagina noscuntur instituta: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si quis sane hanc nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; conservantes autem eidem loco, quae sua sunt, a remuneratore omnium bonorum Domino, intervenientibus Bb. Petri et Pauli meritis, aeternae vitae praemia consequantur. Amen, amen, amen.

Quas liberas ab omni servitute, ad exemplar Eugenii praedecessoris declarat,

Ad robur omnium in praescoti privilegio rerum exposit.; solitae clausulae poenales subduntur.

Anastasii PP. sigillum et subscriptio, cum S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptionibus.

CVSTODI ME DOMINE VT PUPILLAM OCVLI
S. PETRVS ✝ S. PAVLVS
ANASTASIVS PAPA IV

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Sancti Callisti ss.

Ego Ugo Ostiensis episcopus ss.

Ego Cencius Portuensis episcopus et Sylvae Candidae ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis et Sabinensis electus ss.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi subsc.

Ego Iulius presb. card. tituli Sancti Marcelli subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subscr.

Ego Wido presbyter cardinalis tituli Pastoris subscripsi.

Ego Astaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae subsc.

Ego Henricus presbyter card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei subsc.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, XII kalend. maii, indictione II, incarnationis dominicae anno MCLIV, pontificatus vero domni Anastasii Papae IV anno I.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1154, pont. anno I.

XII.

Confirmatio bonorum, donationum et privilegiorum Hospitalis de Misericordia Placentinae civitatis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Hospitale sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Eidem bona omnia et donationes confirmat; — Confirmat quoque regulas a fundatore datas, et a Placentinis episcopis confirmatas, ac demum exemptiones ei ab his concessas; — Perpetúa quiete et immunitate a quacumque molestia frui statuit; — Excommunicationi subdit eos, qui haec statuta violaverint; — Servantibus hospitali aeterna praemia apprecat. — Anastasii PP. subscriptio.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Ottoni rectori Domus Hospitalis de Misericordia, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Cum omnes Ecclesiae filios ex Apostolicae Sedis benignitate ac benevolentia Exordium.

(1) Ex archiv. Commend. Misericordiae edidit Campi, Hist. Placent., tom. II.

protegere debeamus: eis tamen, qui in obsequio pauperum et peregrinorum omnipotenti Domino humiliter et devote ministrare noscuntur, attentius nos convenit providere: et eorum loca, ne pravorum molestiis perturbentur, defensionis nostrae clypeo communire; ut quemadmodum, Domino disponente, patres vocamur in nomine, ita etiam nihilominus comprobemur in opere. Quocirca, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum hospitale, cui Deo auctore præesse dinosceris, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae memoriae Papae Eugenii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, et quaecumque bona idem hospitale impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, in quo ipsum hospitale situm est, cum omnibus pertinentiis suis: molendinum, et terras, quas in circuitu ipsius loci habetis, et domum, quam habetis ultra Padum in Laudensi episcopatu cum pertinentiis suis. Praeterea laudabilem ordinem, qui in eadem Domo a bonae memoriae Hugone fundatore, et aliis prudentibus et discretis viris institutus esse dinoscitur, et a bonae memoriae Arduino Placentino episcopo confirmatus, tibi et successoribus tuis, et eidem Domui, auctoritate Sedis Apostolicae roboramus, et firmum et inconcussum manere decernimus. Illud etiam, quod praefatus episcopus praedicto hospitali concessit, videlicet, ut a sacerdotibus inibi et in ecclesia Sancti Egidii, quae sub eodem hospitali consistit, commorantibus, nullus de Placentina Ecclesia fidelitatem ullatenus exigat, pariter confirmamus. Novalium quoque, quae propriis manibus aut sumptibus fratres tui de caetero excoluerint, seu de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas praesumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum hospitale temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris, et pauperum Christi, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienu fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Hospitale sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eidem bona omnia et donationes confirmat;

Confirmat quoque regulas a fundatore datas, et a Placentinis episcopis confirmatas, ac demum exemptiones ei ab his concessas.

Perpetua quiete et immunitate a quacumque molestia frui statuit;

Excommunicationi subdit eos, qui haec statuta violaverint.

Servantibus hospitali aeterna praemia apprecat.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Anastasii PP. subscriptio.

Dat. Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. cardinalis et cancellarii, VIII kalend. maii, indictione II, incarnationis dominicae anno MCLIV, pontificatus vero domni Anastasii IV Papae anno I.

Dat. die 24 aprilis anno Domini 1154, pontif. anno I.

XIII.

Confirmatio sententiae ab Eugenio PP. III latae in controversia quadam inter S. Laurentii ex una, et Sancti Alexandri altera ex parte canonicos Bergomensis civitatis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Latam ab Eugenio PP. sententiam ratam habet Pontifex. — Quae fuerit Eugenii sententia, declarat. — Poenam suspensionis irrogat contra huiusmodi sententiae executionem retardantes. — Roburque Eugenii decreto suoque addit solitis clausulis. — Anastasii PP. sigillum et subscriptio. — Subscriptiones card. S. R. E.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Lanfranco praeposito, caeterisque canonicis Ecclesiae Sancti Alexandri Pergamensis, in perpetuum.

Exordium. Sicut aequum est, et officio religioso conveniens, natas inter viros ecclesiasticos controversias rationabili fine decidere: ita quidem vigor aequitatis expostulat, quae rationabiliter decisa fuerint, fidei committere literarum; ac ne imposterum aliquorum refragatione turbentur, auctoritate apostolica roborare. Eapropter, paci et quieti vestrae providere volentes, sententiam, quam inter vos, et canonicos Sancti Vincentii super quibusdam, unde inter vos et eos causa fuerat diutius agitata, felicis recordationis Papa Eugenius praedecessor noster post sufficientem in praesentia sua et fratrum suorum, eiusdem causae discussionem, communicato cum fratribus suis consilio, promulgavit, nos etiam assertionis nostrae pagina confirmamus, et ratam et inconcussam perpetuis temporibus decernimus permanere. Constituit siquidem, ut presbyteri Pergamensis episcopatus, qui post datam a fel. mem. PP. Innoc. praedecessore nostro sententiam ordinati sunt, sive quidem deinceps ordinabuntur, utrique Ecclesiae fidelitatem exhibeant; et si canonici S. Vincentii recipere forte noluerint, nihilominus eam Ecclesiae vestrae debeant exhibere. De poenitentiis autem hoc inter vos observari praecepit, ut presbyteri totius Pergamensis episcopatus, quoties pro publicis criminibus ad poenitentiam parochianos suos adduxerint, utramque partem studeant convocare, ac nullatenus absque praepositi vestri, vel unius presbyterorum Ecclesiae vestrae praesentia, criminosis illis poenitentia iniungatur. Adiecit etiam, ut in mensa episcopi in sinistra parte praepositus Ecclesiae vestrae primum locum obtineat, et suos penes se clericos habeat. Statuit praeterea, ut quoties in consuetis processionibus ad missarum solemnia celebranda canonici Sancti Vincentii ad vestram ecclesiam venerint, quatuor parietes chori pacifice in ecclesia ipsa obtineant: et in vigiliis B. Viatoris et in festo eiusdem, necnon in Litaniis Gregorianis, cum incenso et aqua benedicta, campanis pulsatis, per personas vestras eosdem canonicos honorifice suscipiatis. Cum autem ad defunctorum exequias vel aliis diebus vobiscum in Ecclesia ipsa convenerint, totum chorum ecclesiae vestrae cum eis pariter teneatis. Quoties vero vos cum eis in solemnitatibus, vel exequiis mortuorum, sive in ecclesia Sancti Vincentii, sive in aliis conveneritis, praepositus Ecclesiae vestrae primum locum in sinistra parte chori obtineat: reliqui autem fratres cum eisdem clericis communiter sedeant. Decrevit itidem, ut cappellani ecclesiarum Sancti Salvatoris, Sanctae Agathae, S. Ioannis, Sanctae Gratae, ac Sancti Vigilii, in dominicis diebus, praecipuisque festivitatibus, ad maiores missas in Ecclesia vestra conveniant; in Coena vero Domini, et ad baptismum, et in aliis solemnitatibus, sicut divina consuevistis officia celebrare, ita omni tempore pacifice observetis. Ad haec, quoniam quidam sacerdotum ad exhibendas vobis supradictas fidelitates moras innectunt, et quibusdam

Latam ab Eugenio PP. sententiam ratam habet Pontifex.

Quae fuerit Eugenii sententia declarat.

Cuius capitis hic recitat.

Poenam suspensionis irrogat contra huiusmodi senten-

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de episcopis Bernensibus.

tiae executionem retardantes; subterfugiis eas retardare praesumunt, auctoritate apostolica constituimus, ut iuxta veterem consuetudinem Ecclesiae vestrae, incontinenti post susceptos ordines eas vobis exhibeant; et si statim exhibere contempserint, donec exhibeant, a susceptis ordinibus arceantur. Praesenti etiam decreto sancimus, ut Bergomensis episcopus nullum vobis indebitum gravamen et insitatum imponat; sed vos, et Ecclesiam vestram in antiqua libertate dimittat. Ne igitur super his, quae inter vos iudicio Sedis Apostolicae decisa sunt, recidivo denuo litigio fatigemini, et inde alterutra partium alteram in expensas et labores adducat, unde iudiciario ordine perpetuum silentium utrique parti constat impositum, auctoritate apostolica interdicimus, ut nullus omnino hominum contra praefati antecessoris nostri sententiam venire praesumat, aut huic nostrae confirmationis et constitutionis paginae ausu temerario. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat. Amen, amen, amen.

Roburque Eugenii decreto, suoque additis solitis clausulis.

Anastasii PP. sigillum et subscriptio.

Locus sigilli.

CVSTODI ME DOMINE
VT PVPILLAM OCVLI.

Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

Subscriptiones cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Imarus Tuscul. episcopus subsc.

Ego Ugo Ostiensis episcopus subsc.

Ego Cintius Portuensis episcopus, et Sanctae Sylvae Candidae subsc.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Sancti Calixti subsc.

Ego Ubaldus presbyter card. tituli S. Praxedis subsc.

Ego Manfredus presb. card. tit. Sanctae Sabinae subsc.

Ego Aribertus presb. card. tit. Sanctae Anastasiae subsc.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli Pastoris subscripsi.

Ego Bernardus presb. card. tituli S. Clementis subscripsi.

Ego Iordanus presbyter cardinalis tit. S. Susannae subscripsi.

Ego Astaldus presb. card. tit. Sanctae Priscae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. Sancti Stephani in Coelio monte ss.

Ego Ioannes presb. card. Sanctorum Io. et Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Henricus presb. card. Sanctorum Nerei et Achillei ss.

Ego Ioannes presb. card. Sanctorum Silvestri et Martini ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Roduifus diaconus card. Sanctae Luciae in Septa Solis ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctae Mariae in Porticu ss.

Ego Ioannes diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tull. ss.

Datum Laterani per manum Rollandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, II kal. maii, ind. II, incarn. dom. anno MCLIV, pont. vero D. Anastasii IV PP. anno I.

Dat. die 30 aprilis anno Domini 1154, pont. anno I.

XIV.

Confirmatio canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini in sacrosancta Lateranen. Ecclesia, cum gratiarum elargitione.

SUMMARIUM

Exordium. — Ordinem canonicum servari mandat Pontifex. — Singula bona confirmat, nonnullaque enumerat. — Priorem a canonicis eligendum esse pronunciat. — Soli Rom. Pontifici subiectum declarat. — Nonnulla ad Ecclesiae huius immunitatem, — Disciplinae observantiam — Et sacrorum ministeriorum sanctitatem et decorem spectantia sancit. — Clausulae.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Ioanni Priori sacrosancti patriarchii basilicae Salvatoris Domini, quae Constantiniana vocatur, pariterque Io. Baptistae, ac Ioannis Evangelistae, eiusque fratribus canonicis tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Potestatem ligandi atque solvendi tam in caelis quam in terra, beato Petro eiusque successoribus, auctore Deo, principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est idem Dominus alloquutus: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis (*a*). Ipsi quoque et propriae firmitas, et alienae fidei confirmatio, eodem Deo auctore praestatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu conversus aliquando confirma fratres tuos (*b*). Oportet igitur nos, qui, licet indigni, beati Petri residemus in loco, prout divina nobis clementia et scire et posse donaverit, prava corrigere, recta firmare, et in eius Ecclesia sic ad arbitrium indicis disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant aequitatem. Aequum est ergo ac rationabile, ut suus unicuique honor Ecclesiae, ac dignitas conservetur. Et sicut in humani corporis compage naturalis ratio singulis quibusque membris ad salutem providens, speciales et proprios actus edocet, nobilioribus vero suam dignitatem conservat: ita in corpore Ecclesiae, apostolica providentia secundum sacrorum institutiones canonum, universas regit Ecclesias; digniores autem et famosiores in sui status praerogativa custodit. Huius itaque rationis debito provocati, licet omnium Ecclesiarum nobis solicitudo et cura immineat, praedictae tamen sanctae Lateranen. Ecclesiae, per quam datur, ut invigilare caeteris omnibus debeamus, quae specialius ac familiarius ad Romani Pontificis ordinationem spectare dignoscitur, ampliori et attentiori nos convenit studio providere. Ea propter vobis, in Domino filii, Ecclesiam ipsam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessoris nostri beatae memoriae Alexandri Papae II, Apostolicae Sedis privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicorum, qui secundum Deum, et beati Augustini regulam ibi noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in posterum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: medietatem omnium oblationum principalis altaris in integrum sine dispendio aliquo: dationem seu reditum, qui glandaticum dicitur, vel herbaticum ex nostris porcis et pecoribus, seu omnem fruitionem ab eodem praedecessore nostro ipsi Ecclesiae collatam. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur; sed fratres in aliqua persona de vestro collegio, si idonea reperta fuerit, vel de alio religioso conventu, prius conveniant: et postmodum cum consilio, deliberatione et iudicio Romani Pontificis eligant, electus autem nulli, nisi tantum ipsi Romano Pontifici obedientia vel subiectione aliqua teneatur. Liceat vobis praeterea, clericos e saeculo fugientes, vel laicos liberos, undecumque sint, nisi excommunicati vel interdicti sint, absque alicuius contradictione, ad conversionem suscipere; et qui suscepti fuerint, cum communi consilio prioris et fratrum, nulli de obedientia teneantur, nisi Romano Pontifici, et priori eiusdem Ecclesiae. Et si quid scriptum contra

Honor et dignitas unicuique Ecclesiae servari debet.

Ordinem canonicum servari mandat.

Singula bona confirmat, non nullaque enumerat.

Priorem a canonicis eligendum esse pronunciat.

Soli Rom. Pontifici subiectum declarat.

(*a*) Matth. XVI, 19. (*b*) Luc. XXII, 32. (R. T.)

Nonnulla ad Ecclesiam huius immunitatem,

hoc nostrum privilegium aliquo tempore apparuerit, id irritum ducimus. Prohibemus autem, ut nulli fratrum post factam in eodem loco professionem, sine prioris sui licentia, fas sit de claustro discedere; discedentem vero absque huiusmodi literarum cautione nullus audeat retinere. Adhibentes suggestione et voluntate fratrum nostrorum cardinalium episcoporum sanximus, ut eadem Ecclesia tamquam principalis mater et domina omnino libera sit, et nulli penitus, nisi soli Romano Pontifici sit subiecta; atque iidem episcopi salubri providentia, veluti cooperatores et vicarii nostri, ipsius venerabilis basilicae utilitatem et honestatem provideant. Illud vero, quod a memorato praedecessore nostro Alexandro statutum est, maxime observari praecipimus, videlicet ut vasa seu vestes altaris, et cuncta sacri mysterii ornamenta, non tangantur, vel proferantur, seu reponantur, aut etiam qualescumque oblationes desuper altari a non sacratis Deo ministris tollantur. Porro celebrantibus ibidem episcopis sacra missarum solemnia, in clericalibus tunicis praesentes sitis, cantum imponatis, et ex vobis presbyteterum, diaconum, subdiaconum, atque acolytum semper providere curetis. Praeterea minus quatuor fratribus assisten. missa in eadem ecclesia, etiam diebus privatis, minime celebretur. Diebus vero dominicis, et in Sanctorum festivitatibus, quantuscumque fuerit, plenarius vester adsit conventus. Ut autem in ecclesia ipsa regularis ordinis et disciplinae vigor inviolabiliter, auxiliante Deo, custodiatur et servetur, unumquemque praedictorum cardinalium episcoporum, qui sunt ad principalis altaris servitium deputati, semel in hebdomada de observantia regulae cum fratribus ipsius loci capitulum tenere, et si quid grave corrigendum fuerit, cum communi consilio prioris et fratrum per ipsos vice nostra emendari statuimus. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis et confirmationis paginam sciens, contra eam ausu temerario venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Et sacrorum ministeriorum sanctitatem et decorem spectantia sancit.

Nonnulla item ad regularis disciplinae observantiam praecipit.

Clausulae.

Dat. pontificatus anno II, MCLIV.

Dat. anno Domini 1154,
pontif. anno II.

XV.

Hospitale et religio S. Ioannis Hierosolymitani sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur cum privilegiorum elargitione.

SUMMARIUM

Proœmium. — Hospitale sub B. Petri tutela suscipit Pontifex. — Bona omnia confirmat. — Nonnulla privilegia et immunitates concedit. — De clericis. — Fratres, qui semel habitum sumpserint, ad saeculum revertere non posse etc. declarat. — Subiicit vero in spiritualibus episcopo loci. — Praepositus a fratribus eligendus. — Clausulae.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Raymundo Magistro civitatis Hierosolymitanae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium

Christianae fidei religio hoc pie credit, et veraciter confitetur, quod Dominus noster Iesus Christus, cum omnium dives esset, pro nobis est pauper effectus. Unde

etiam ipse suis imitatoribus opportunae consolationis praemia repromittens: Beati (inquit) pauperes, quoniam vestrum est regnum coelorum (*a*). Idemque Pater orphanorum, refugium pauperum, ad hospitalitatem et beneficentiam nos hortans in Evangelio ait: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; (*b*) quique ad comprobandum tantae bonitatis excellentiam, etiam pro calice aquae frigidae se mercedem redditurum asseruit (*c*). Nos igitur, quibus ex iniuncto officio imminet, his, qui longe, et his, qui prope sunt, paterna solicitudine providere, devotionem vestram debita benignitate complectimur, quemadmodum postulatur; et ad exemplar praedecessorum nostrorum fel. mem. Innocentii, Coelestini, Lucii, Eugenii, Romanorum Pontificum, hospitale et domum sanctae civitatis Hierusalem, sub B. Petri tutela suscipimus, atque personas sive res ad eum pertinentes Apostolicae Sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, ad substentandum peregrinorum et pauperum necessitatem, in Hierosolymitanae Ecclesiae vel aliarum Ecclesiarum parochiis, et civitatum territoriis, per providentiae vigilantiam eidem xenodochio rationabiliter acquisita, seu a quibuslibet viris oblata, aut in futurum concessione regum vel principum, largiente Domino, offerri, vel aliis iustis modis acquiri contigerit: quaeque a venerabilibus fratribus Hierosolymitanae sedis parochis legitime concessa sunt, tam sibi quam successoribus tuis, et fratribus peregrinorum curam gerentibus, quieta semper et integra conservari praecipimus. Si qua vero loca fuerint eidem venerabili Domui ab aliquo devotione collata, liceat vobis ibidem villas aedificare, ecclesias et caemeteria ad opus hominum ibi morantium fabricare, ita tamen, ut vicina abbatia, vel religiosorum virorum collegium non existat, quae ad hoc valeant perturbari. Cum autem terrae datae vobis quolibet iusto titulo conferentur, facultatem et licentiam habeatis ibidem oratoria constituendi, et coemeteria faciendi ad opus peregrinorum, et tantummodo fratrum, qui de vestra fuerint mensa. Decernimus ergo, ut receptores vestrarum fraternitatum (1), sive collectarum, salvo iure dominorum suorum, in B. Petri et nostra protectione consistant, et per terras, in quibus fuerint, pacem habeant. Simili modo sancimus, ut quicumque in vestra fraternitate fuerit receptus, si forte Ecclesia, ad quam pertinet, a divinis officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. Praeterea si qui fratrum vestrorum, qui ad recipiendum easdem fraternitates et collectas a vobis fuerint missi, ad aliquam civitatem, castellum, vicum adveneriut; si forte locus ille a divinis officiis sit interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia in eorum iucundo adventu semel in anno aperiantur Ecclesiae, et exclusis excommunicatis, divina ibi officia celebrentur. Quia vero omnia vestra substentationibus peregrinorum et pauperum debent cedere, ac per hoc nullatenus aliis usibus ea convenit applicari, constituimus, ut de laboribus, quos vestris sumptibus colitis, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere praesumat. Statuimus, ut nulli episcopo, in ecclesiis vobis subditis in-

Hospitale sub B. Petri tutela suscipit Pontifex.

Bona omnia confirmat.

Nonnulla privilegia et immunitates concedit:

In primis ut liceat villas et ecclesias aedificare, sine tamen alicuius perturbatione vicini.

Aliqua de fraternitate decernit, quam privilegiis prosequitur.

Exemptio a decimis praestandis.

(*a*) Matth. v, 3. (R. T.) (*b*) Matth. xxv. (R. T.)
(*c*) Matth. x, 42. (R. T.)

(1) Praestationes quae fiebant monasteriis ab iis, qui eorum *fraternitatem* perceperant, vel qui in orationum suffragiorumque monachorum participationem admittebantur. (R. T.)

terdicti vel suspensionis aut excommunicationis sententiam liceat promulgare. Verumtamen si generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, exclusis excommunicatis, et nominatim interdictis, clausis ianuis, absque campanarum pulsatione, plane divina officia celebrentur. Ut autem ad plenitudinem salutis, et curam animarum vestrarum nihil vobis desit, atque ecclesiastica sacramenta, et divina officia vobis et Christi pauperibus commodius exhibeantur, sancimus, ut liceat vobis, clericos et sacerdotes, habito prius tamen de eorum honestate et ordinatione, quantum ad vestram scientiam pertinet, per literas sive testes convenientes, et testimonia, undecumque ad vos venientes suscipere, et tam in principali domo vestra, quam etiam in obedientiis sibi subditis, vobiscum habere; dummodo, sine vicino sint, eos a propriis episcopis.... iidemque nulli alii professioni vel ordini teneantur obnoxii. Quod si episcopi eosdem vobis concedere forte noluerint, nihilominus tamen auctoritate S. R. E. eos suscipiendi et retinendi licentiam habeatis. Iidem vero clerici nulli personae extra vestrum capitulum, nisi Romano Pontifici, sint subiecti. Laicos vero liberos ad conversationem et pauperum Christi servitium absque alicuius contradictione suscipiendi nihilominus vobis concedimus facultatem. Fratribus vero vestris semel in.... atque in sacro vestro receptis, post factam professionem, et habitum religionis assumptum, revertendi ad saeculum interdicimus facultatem. Nec alicui eorum fas sit, post factam professionem, semel assumptam crucem dominicam, et habitum vestrae professionis, abiicere; vel alium locum, seu etiam monasterium maioris seu minoris religionis, obtenta, invitis sive inconsultis fratribus, aut eo, qui magister extiterit, licentia, transmigrare; nullique ecclesiasticae saecularique personae ipsos suscipiendi aut retinendi licentia pateat. Consecrationes vero altarium sive basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et caetera ecclesiastica sacramenta, a dioecesano suscipiantur episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam sive communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis, catholicum quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci provisore atque praeposito, nullus ibi qualibet surreptione, astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres ibidem secundum Deum elegerint. Praeterea honores, sive possessiones, quas idem xenodochium ultra seu citra mare, in Asia vel in Europa, aut in praesenti iuste habet, vel in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, vobis pro hospitalitatis studio eniteutibus, et per vos iam dicto xenodochio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, praefatum xenodochium temere perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata

Tempore interdicti, clausis ianuis, divina officia celebrari posse indulget.

De clericis et sacerdotibus in eorum domibus suscipiendis.

Fratres, qui semel habitum sumpserint, ad saeculum revertere non posse etc. declarat;

Subiicit vero in spiritualibus episcopo loci

Praepositus a fratribus eligendus.

Clausulae.

iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presbyteri cardinalis et cancellarii, XII kalend. novembris, indictione III, incarnationis dominicae MCLIV, pontificatus domni Anastasii IV anno II.

Dat. die 21 octobris anno Domini 1154, pontif. anno II.

XVI.

Cassinensi coenobio confirmantur ecclesiae a Verulano et Anagnino episcopis ei donatae, et tantum terrae in Pulliano territorio Anagnino dantur, quantum duobus paribus bonum annuatim sufficere debeat ad arandum (1).

SUMMARIUM

Cassinensis coenobii dignitas. — Donatio (*de qua in rubrica*), quae confirmatur. — Decretum immunitatis, adiectis solitis clausulis.

Anastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rainaldo S. Romanae Ecclesiae presbytero cardinali et Cassinensi abbati, eiusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cassinensis coenobii dignitas.

Inter universas Ecclesias orbis Cassinense coenobium Apostolicae Sedi tamquam speciale membrum semper adhaesit; et sicut ei extitit vicinitate loci propinquum, ita eam devotis studuit servitiis frequentare. Unde et hi, qui ante nos ex divini muneris largitate beati Petri cathedram tenuerunt, monasterium ipsum sincero dilexerunt affectu, et temporalibus ac spiritualibus beneficiis ampliare illud iugiter studuerunt; ita quidem de ipsius augmento se solicitos exhibentes, ut studio eorum et opere et nova semper incrementa perciperet, et percepta firmiter conservaret. Quorum nimirum et nos vestigia erga beati Benedicti, et Ecclesiae suae reverentiam imitantes, ecclesiam S. Iuliani sitam in territorio Fresenonis cum pertinentiis suis, quam venerabilis frater noster Leo Verulanus, et ecclesiam S. Caesarei sitam in suburbio Anagnino supra Lacum Claranum, quam frater noster Eleutherius Anagninus, episcopi, vobis nostris precibus mediantibus concesserunt, monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et perpetuo vobis vestrisque successoribus iuxta concessionem eorum illibatas permanere sancimus. Alteri quarum Ecclesiarum, Ecclesiae videlicet Sancti Caesarii concedimus, et praesentis scripti pagina confirmamus, tantum terrae in Pulliano, quantum duobus paribus boum annuatim debeat sufficere ad arandum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostrae confirmationis paginam temerario ausu infringere, vel ei praesumptione aliqua contraire. Si quis autem id attemptare praesumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Donatio (de qua in rubrica), quae confirmatur.

Decretum immunitatis, adiectis solitis clausulis.

Datum Romae apud S. Mariam Rotundam, II kal. novembris.

Dat. die 31 octobris anno Domini 1154, pontif. anno II

(1) Ex originali edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. VII.

HADRIANUS IV

PAPA CLXIX

Anno aerae Christi comm. MCLIV.

Nicolaus de Brekspere, natione Anglicus, de castro S. Albani, ex episcopo Albanensi electus est Romanus Pontifex die 5 decembris anni 1154 et post duos dies consecratus (1) sub nomine Hadriani quarti. Sedit in pontificatu, imperantibus in Oriente Emanuele Comneno, in Occidente Friderico Enobarbo impp., ann. IV, mens. VIII, dies IX. Fecit ordinationes multas per mensem decembrem et martium, in quibus creavit diaconos septem, presbyteros quinque, et episcopos per diversa loca numero maximo. Obiit Anagniae die 1 septembris anni 1159, et die quarta corpus eius Romam deductum, in ecclesia B. Petri iuxta Eugenii Papae tertii sepulchrum honorifice tumulatum est. Vacavit Sedes dies V (2).

I.

Gradensibus patriarchis primatus super Iadertinum archiepiscopum, eiusque suffraganeos episcopos conceditur: reservato tamen Romanis Pontificibus iure pallium eidem archiepiscopo elargiendi (3).

SUMMARIUM

Quam necessarii sint in qualibet Ecclesia dignitatum gradus. — Rom. Ecclesiae est de universarum Ecclesiarum negociis cognoscere. — Gradensis Ecclesiae primatus super Iadertinum archiepiscopatum, eiusque suffraganeos episcopos; — Reservata soli Romano Pontifici pallii traditione. — Confirmatio huiusce decreti sub solitis clausulis. — Hadriani PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Graden. patriarchae, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Quam necessarii sint in qualibet Ecclesia dignitatum gradus.

Ne passim et indiscrete sibi omnes Ecclesiae omnia vindicarent, consulta satis, utilique sanctorum Patrum deliberatione sanxit auctoritas, ut aliae aliis praerogativa dignitatis excellerent, et eis tam iudicandi auctoritate quam potestate corrigendi praeessent. Super omnes autem ex superni dispositione consilii sacrosancta est Romana Ecclesia constituta, ad cuius examen universarum Ecclesiarum negotia referrentur, et cuius statuta universa multitudo fidelium sequeretur. Haec nimirum ex indulto a prima fundatione Ecclesiae in B. Petro apostolorum principe privilegio statum omnium Ecclesiarum provida consideratione disposuit; et quoties expedire cognovit, alias aliis ad ampliorem curam earum habendarum statuit praeeminere. Inde est, quod nos honestatem ac prudentiam tuam, et devotionis sinceritatem, quam erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam semper habuisse dignosceris, attendentes; et ne commissa regimini et dispositioni tuae Gradensis Ecclesia, quae de benignitate Apostolicae Sedis praerogativa gaudet honoris, ex brevitate patriarchatuum inferius et abiectius valeat apud simpliciores haberi, ad ampliandam dignitatem ipsius, primatum ei super Iadertinum archiepiscopatum et episcopatus ipsius apostolica auctoritate concedimus; et tam te quam successores tuos Iadertino archiepiscopo et episcopis eius qui pro tempore fuerint, dignitate primatus praesidere statuimus, et consecrationis munus eidem archiepiscopo impartiri: Romano quidem Pontifici tradi-

Romanae Ecclesiae est de universarum Ecclesiarum negociis cognoscere.

Gradensis Ecclesiae primatus super Iadertinum archiepiscopatum, eiusque suffraganeos episcopos

(1) Quamvis Hadrianum PP. ex episcopo Albanensi Romanum Pontificem consecratum dixerimus, non hic tamen (ait Cocquelines) inferendum est, a nobis putari, ab episcopis qui Rom. Pontifices eliguntur, iterum consecrationem accipi. Sed verbum illud *consecratus* a Pandulpho Pisano in Calixto II (qui ex archiepiscopo Viennensi factus est Summus Pontifex) pro *inthronizatione* usurpatur, vel pro solemnitate illa, qua quisque Pontificum sacro eius capiti imposita thiara coronatur. (2) Exclusis extremis. (3) Ex patriarchali tabulario edidit Ughell., Ital. Sac., tom. V.

Reservata soli Romano Pontifici pallii traditione.

tione pallii reservata. Ut igitur haec nostra constitutio firma in perpetuum et inconcussa permaneat, eam scripti nostri paginam communimus, et auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli unquam hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis et confirmationis infringere, vel ei modis quibuslibet contraire: salva in omnibus Apostol. Sedis auctoritate. Si quis autem id attentare praesumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Confirmatio huiusce decreti sub solitis clausulis.

Hadriani PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Gregorius Sabinen. episc. ss.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli S. Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. S. Praexedis ss.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli S. Sabinae ss.

Ego Aribertus presb. cardinalis tituli S. Anastasiae ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Pastoris ss.

Ego Astaldus presb. cardinalis tituli S. Priscae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio-Monte ss.

Ego Henricus presb. card. tit. Ss. Nerei et Achillei ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sanctorum Sylvestri et Martini ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Ioannes diac. card. Ss. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Gerardus diac. card. Sanctae Mariae in Vialata subscripsi.

Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, VIII kal. martii, indictione III, incarn. dom. ann. MCLV, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno I.

Dat. die 22 februarii anno Domini 1155, pontif. anno I.

II.

Monasterium Balmense in archiepiscopatu Bisuntinensi, Cluniacensi abbati regendum committitur, cum decreto, ut illius rectores, non abbates, sed priores tantummodo in futurum denominentur (1).

SUMMARIUM

Quare diversi sint gradus in hierarchia Ecclesiae. — Iustitia distributiva in eadem necessaria. — Balmense monasterium ab antiquo solendore delapsum, — Tandemque restitutum, — Cluniacensibus confirmatur: — Ea ratione, ut disciplina monastica in eo conservetur: — Iniuncta lege ut in eo non abbates, sed priores tantummodo eligantur. — Bona huic monast. propria. — Decretum immunitatis. — Solitae clausulae. — Hadriani PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio in Christo Petro Cluniacensi abbati, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Quare diversi sint gradus in hierarchia Ecclesiae.

Gloriosa et admirabilis divinae providentia maiestatis ad hoc diversos gradus et ordines in Ecclesia sua constituit, ut dum inferiores superioribus debitam obedientiam et reverentiam exhiberent, una fieret ex diversitate connexio, et ordinabiliter gereretur officiorum administratione singulorum. Sicut autem filii obedientiae in sinu matris Ecclesiae gratiosae consolationis uberibus confoveuli sunt, ita rebelles et elati, qui per inobedientiam suam, quasi peccatum ario-

Iustitia distributiva in eadem necessaria.

(1) Ex Biblioth. Cluniac. edidit Martin. Marrier, col. 1415.

landi et idolatriae scelus incurrunt, severitatis ecclesiasticae disciplinis sunt arctioribus coercendi. Balmense itaque monasterium, quod per fratres ibidem congregatos, et odore bonae opinionis, et religionis decore splendescere ac florere debuerat; quia veterem hominem cum suis actibus sequebantur, in peccatis eorum, diabolo suadente, contabuit; unde tam in spiritualibus quam in temporalibus miserabiliter fuerat imminutum. Cum autem placuit ei, qui ab aeterno cuncta disponit, ut tantis malis finem imponeret, et locum ipsum ad obsequium suum misericorditer revocaret, facies eorumdem fratrum implere ignominia voluit, ut per hoc nomen suum inquirerent, et ad viam rectitudinis inviti etiam remearent. Hac itaque iustitia praeeunte, dilecte in Domino fili Petre abbas, Balmense monasterium cum omnibus, quae in praesenti iuste et canonice possidet, aut in futurum rationabilibus modis, praestante Domino, poterit adipisci, praedecessorum nostrorum venerabilis memoriae Eugenii et Anastasii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, tibi et successoribus tuis, et per vos Cluniacensi Ecclesiae in perpetuum confirmamus. Ea videlicet ratione, ut ordo monasticus ibi secundum institutionem Cluniacensium fratrum futuris temporibus inviolabiliter conservetur; et pro rebellione, contumacia, et offensa Balmensis monasterii, quam abbas et fratres adversus sanctam Romanam exercuerunt Ecclesiam, quicumque regimen in eodem loco per vos pro tempore obtinuerit, numquam abbatis, sed prioris nomen tantummodo sortiatur; in bonis autem, et possessionibus eius haec propriis duximus exprimenda nominibus: obedientiam Visani monasterii, obedientiam de Strabona, obedientiam de Grandifonte cum apendiciis suis, et ecclesiam Sancti Leodegarii, quae est in villa, quae Bavinans dicitur; ecclesiam de Beliaco, ecclesiam de Wilari Rostani, ecclesiam de Fragiaco, ecclesiam de Vadriaco, ecclesiam de Montibus, obedientiam Sancti Lauteni, obedientiam de Breriaco cum omnibus appendiciis suis, Baernam in ipso Burgo, obedientiam Cavaniacensem, obedientiam de Ploniaco cum omnibus appendiciis suis, et capellam S. Savini, tres Burgenses in burgo Ledonis qui vocantur Wanirant, obedientiam de Dola, obedientiam de Benevant, obedientiam S. Mauricii, obedientiam de Saoneres, obedientiam de Biviliaco, obedientiam S. Agnetis, obedientiam de la Fracte, obedientiam de Ponte Arleti cum earum appendiciis, et cum ecclesia de Pinetis, ecclesiam de Blaterans, ecclesiam de Wilari Rodulphi, obedientiam de Capella, obedientiam de Sinziciaco cum pertinentiis earum, ecclesiam de Cornauvo, ecclesiam de Corlau, ecclesiam de Fay cum decimis et earum appendiciis, ecclesiam de Frebonus cum decimis suis, obedientiam Sancti Raneberti cum appendiciis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate, et in supradictis ecclesiis dioecesanorum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iura sua servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis

Balmense monasterium ab antiquo splendore delapsum,

Tandemque restitutum.

Cluniacensibus confirmatur.

Ea ratione, ut disciplina monastica in eo conservetur:

Iniuncta lege ut in eo non abbates, sed priores tantummodo eligantur:

Bona huic monast. propria.

Decretum immunitatis

Solitae clausulae

percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Hadriani PP. subscriptio et signum.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus ss.



et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Imarus Tusculanus episc. subsc.

Ego Cencius Portuensis, et Sanctae Ruffinae episc. ss.

Ego Gregorius Sabinensis episc. ss.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Ubaldus presbyter card. tituli S. Praxedis subsc.

Ego Manfredus presbyter card. tituli Sanctae Sabinae ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Bernardus presb. card. tit. Sancti Clementis ss.

Ego Octavianus presbyter card. tituli Sanctae Caeciliae ss.

Ego Astaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio Monte ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pamachii subsc.

Ego Henricus presb. cardinalis tit. Ss. Nerei et Achillei subsc.

Ego Ioannes presb. card. tit. S. Silvestri et Martini ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Rodulphus diac. card. S. Luciae in Septa Solis ss.

Ego Guido diaconus card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Ioannes diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Girardus diac. card. S. Mariae in Via Lata ss.

Ego Otto diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancell., non. maii, indict. III, incarn. dom. anno MCLV, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno I.

Dat. die 7 maii anno Domini 1155, pontif. anno I.

III.

Raynerio Senensi episcopo facultas conceditur ecclesiam construendi in fundo Montis Bonizi sub annuo censu unius bizantii, Lateranensi patriarchio persolvendo (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Concessio de qua in huius privilegii rubrica. — Sub annuo censu unius bizantii. — Solitae conclusiones pro confirmatione privilegii huius. — Hadriani PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Raynerio Senen. episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum ex iniuncto nobis a Deo summi pontificatus officio cunctis Christi fidelibus debeamus nos exhibere propitios, et ipsos in suis postulationibus exaudire; praesertim fratribus nostris episcopis oportet nos paterna solicitudine providere, et eos in ipsa operis exhibitione ampliori affectu diligere charitatis. Quocirca, venerabilis in Christo frater Rayneri episcope, tuis iustis postulationibus gratum impartientes assensum, fraternitati tuae duximus concedendum, ut in fundo quem dilectus filius noster nob. vir Guido comes in Montebonizi beato Petro, et nobis, qui vicem eius, licet in-

Concessio facultatis in fundo Montebonizi.

(1) Ex ms. lib. edidit Ughell., Ital. Sac., tom. III.

Ecclesiae construendi et consecrandi; atque clericos ibi ponendi et ordinandi.

digni, gerimus, dignoscitur concessisse, liceat tibi ecclesiam construere, et constructam sine contradictione aliqua consecrare, clericos quoque in ea iuxta tuae voluntatis arbitrium ponere et libere ordinare. Sane, ut haec nostra concessio maiorem in posterum obtineat firmitatem, auctoritatis nostrae praesidio ipsam duximus confirmandam, et praesentis scripti pagina muniendam. Statuimus autem, ut quicumque de tua dioecesi ad locum illum transierint, in omnibus spiritualibus tibi tantum et successoribus tuis debeant respondere, et eamdem, quam prius, in eis habeatis omnino potestatem. Caeterum ad huius nostrae concessionis et confirmationis indicium unum bizantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis et confirmationis ausu temeritatis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua vero in futurum ecclesiastica saecularisve persona hoc attentare praesumpserit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; servantibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Sub annuo censu unius bizantii.

Solitae conclusiones pro confirmatione privilegii huius.

Hadriani PP.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Praxedis subsc.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli Sanctae Sabinae ss.

Ego Ubaldus presb. card. tituli Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Silvestri et Martini subsc.

Ego Bernardus presb. cardinalis tituli S. Clementis ss.

Ego Ioannes diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Gerardus diaconus card. Sanctae Mariae in Via Lata ss.

Data apud civitatem Castellanam per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, XII kalen. augusti, indictione III, incarnationis dominicae anno MCLV, pontific. vero domni Adriani Papae IV anno I.

Dat. die 21 iulii anno Domini 1155, pontif. anno I.

IV.

Bellunenses canonicos sub protectione Sedis Apostolicae suscipit, bonaque omnia ad eosdem pertinentia confirmat (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Privilegii concessio. — Bonorum confirmatio. — Decretum immunitatis et indemnitatis. — Cum solitis clausulis. — Hadriani PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Anno archipresbytero Bellunensis Ecclesiae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequitatis exigit, et ordo postulat rationis; praesertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat, et veritas non relinquit. Quo circa, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus libenter annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patroci-

Privilegii concessio.

(2) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de Bellunensibus episcopis.

nio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontif., largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: eccles. Sancti Bartholomaei in loco, qui dicitur Agre, sitam, cum domo hospitalis ibidem existente: hospitalem domum in loco, qui Vedana dicitur, constitutam, et ecclesiam ibidem fundatam: montem Premezze cum decimis et pertinentiis suis: terram in villa, quae dicitur Formeganum: praedia quoque et possessiones, et praesertim decimas illas, quas Aymo bo. me. Bellunique episcopus eidem Ecclesiae pietatis intuitu contulit, quae sunt in parte orientali Bellunensis civitatis, ultra flumen quod Ardum vocatur, vobis, et per vos Ecclesiae vestrae nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet exactionibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate, et episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iura sua servantibus sit pax D. nostri Iesu Christi, quatenus illi fructum bonae actionis percipiant, et ante districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Bonorum confirmatio ad Bellunensem Ecclesiam pertinentium.

Decretum immunitatis et indemnitatis.

Cum solitis clausulis.

Ego Adrianus catholicae Sedis episcopus subscripsi.

Hadriani PP.

Ego Ubaldus presb. card. tituli S. Praxedis ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Manfredus presbyter cardinalis S. Sabinae etc.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte etc.

Ego Henricus presb. card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei etc.

Ego Ioannes diaconus card. tituli Ss. Sergii et Bacchi etc.

Datum Urbe Veteri per manus Rolandi S. R. E. presbyteri card. et canc. anno incarn. dom. MCLV, indict. V, tertia mensis octobris, pontificatus vero D. Adriani Papae II anno II.

Dat. die 3 octobris anno Domini 1155, pontif. anno II.

V.

Henrico II Angliae regi conceditur privilegium occupandi Hiberniam, et adiacentes insulas, salvo iure Romanae Ecclesiae, et caeterarum Ecclesiarum (1).

SUMMARIUM

Encomium Henrici regis. — Hibernia et eius insulae ad Sedis Apostolicae directum ius pertinentes. — Causae concessionis: — Salvo iure Ecclesiarum, et annua unius denarii pensione eidem Apostolicae Sedi persolvenda.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Laudabiliter et fructuose de glorioso nomine propagando in terris, et felicitatis praemio cumulando in coelis tua magnificentia cogitat: dum ad dilatandos Ecclesiae terminos, ac declarandam indoctis et rudibus populis christianae fidei

Encomium Henrici regis.

(1) Gabriel Cossartius notat hoc privilegium referri a Matthaeo Parisio et Gualdo Cambrensi.

veritatem, et vitiorum plantaria de agro Dominico extirpanda, sicut catholicus princeps intendis, et ad id convenientius exequendum, consilium Apostolicae Sedis exigis et favorem. In quo facto quanto altiori consilio et maiori discretione procedis, tanto in eo feliciorem progressum te, praestante Domino, confidimus habiturum: eo quod ad bonum exitum semper et finem soleant attingere, quae de ardore fidei et de religionis amore principium acceperunt. Sane Hiberniam, et omnes insulas, quibus Sol institiae Christus illuxit, et quae documenta fidei christianae coeperunt, ad ius B. Petri et sacrosanctae Romanae Ecclesiae (quod tua et nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem et germen gratum Deo inserimus, quanto id a nobis interno examine districtius prospicimus exigendum. Significasti siquidem nobis, fili in Christo carissime, te Hiberniae insulam, ad subdendum illum populum legibus, et vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, et de singulis domibus annuam unius denarii beato Petro velle solvere pensionem, et iura ecclesiarum illius terrae illibata et integra conservare. Nos itaque pium et laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, et petitioni tuae benignum impendentes assensum, gratum et acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiae terminis, pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, et virtutibus inserendis, pro christianae religionis augmento, insulam illam ingrediaris; et quod ad honorem Dei et salutem illius terrae spectaverit, exequaris: et illius terrae populus honorifice te recipiat, et sicut Dominum veneretur: iure nimirum ecclesiastico illibato et integro permanente: salva beato Petro et sacrosanctae Romanae Ecclesiae de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si ergo, quod concepisti animo, effectu duxeris complendum, stude gentem illam bonis moribus informare, et agas tam per te quam per illos, quos adhibes, quos fide, verbo, et vita idoneos esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesia, plantetur et crescat fidei christianae religio, et quae ad honorem Dei, et salutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut a Deo sempiternae mercedis cumulum consequi merearis, et in terris gloriosum nomen valeas in saeculis obtinere (1).

Hibernia, et eius insulae ad Sedis Apostolicae directum ius pertinentes.

Causae concessionis.

Salvo iure ecclesiarum, et annua unius denarii pensione eisdem Apostolicae Sedi persolvenda.

VI.

Monasterii S. Mariae de Caramagna Asten. dioecesis administratio huiusce Ecclesiae episcopo committitur (2).

SUMMARIUM

Quae a decessoribus Pontificibus statuta sunt, non immutanda. — Monasterium huiusmodi sub iure S. R. Eccl. positum — Administrationi episcopi Asten. tamquam vicibus Sedis Apostolicae, in hoc fungentis, subiicitur — Ut in pristinum statum re-

(1) Matthaeus Parisius, quem supra laudavimus, hoc privilegium refert ad annum 1155. Gualdus vero Cambrensis *Hiberniae expugnatae* lib. II, cap. VI, haec praefigit ad rerum gestarum intelligentiam plane necessaria: « Interea quamquam martiis plurimum intentus et detentus exercitiis Anglorum rex, suae tamen inter agendum Hiberniae non immemor, cum praenotatis spurcitiarum literis, in synodo Cassiliensi per industriam quaesitis, directis ad curiam romanam nunciis, ab Hadriano Papa de Anglia oriundo, tunc praesidente, privilegium impetravit, eiusdem authoritate et assensu, Hibernico populo tam dominandi quam ipsum, in Fidei rudimentis incultissimum, ecclesiasticis normis et disciplinis iuxta Anglicanae Ecclesiae mores informandi. In Hiberniam itaque privilegio transmisso, per Nicolaum Gnellingfordensem tunc priorem, Malmesburiensem quoque postmodum abbatem, tam positum quam depositum, nec non et Guillielmum Aldelmi filium; convocata statim Guaterfordiam episcoporum synodo, in publica audientia, eiusdem privilegii cum universitatis assensu solemnis recitatio facta fuit per Ioannem Salisburgensem, postmodum episcopum Carnotensem, Romam ad hoc destinatum; per quem etiam idem Papa regi annulum aureum in investiturae signum praesentavit; qui statim cum privilegio in archiviis Wintoniae depositus fuerat ». (2) Ex Ugheli., Ital. Sac., tom. IV, ubi de Astensi Ecclesia.

digatur. — Decretum indemnitatis pro eodem; sub excommunicationis poena. — Hadriani PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerab. fratri Anselmo Astensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quae a decessoribus Pontificibus statuta sunt, non immutanda.

Quae a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus rationabili providentia fiunt, in sua volumus stabilitate persistere; et ne futuris temporibus immutentur, nostro etiam munimine roborentur. Beatae siquidem Mariae monasterium, quod in loco Caramagnae situm est, sub Apostolicae Sedis defensione ac dispositione consistit, et ad eius ius ex antiqua oblatione cognoscitur pertinere. Ipsius(1) ergo meliorationem et recuperationem ex Apostolicae Sedis provisione opera impendentes, tibi, charissime frater et coepiscope Anselme, tuisque successoribus, ad exemplum felicis mem. V PP. Calixti praedecessoris nostri, eumdem locum committimus, ut in eo vices nostras agas in abbatissarum ordinationibus et consecrationibus, salvo nimirum in omnibus iure et reverentia Romanae Ecclesiae, et censu aurei unius, singulis annis Lateranensi palatio persolvendi. Idem enim monasterium, sicut religiosorum fratrum relatione didicimus, in spiritualibus et temporalibus admodum diminutum esse, et per vestram potissimum industriam in statum meliorem, cooperante Domino, reformari, et a pravorum hominum potestate et infestatione defendi. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, supradictum monasterium a vestra provisione atque subiectione subtrahere, aut quod a nobis statutum est, qualibet temeritate removere; sed vices nostras in omnibus, prout superius dictum est, ad honorem Dei, et animarum vestrarum salutem, et loci interius et exterius augmentum et meliorationem, libere per Dei gratiam peragatis. Si quis autem adversus hanc nostram commissionem audaci temeritate proruperit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis abscissione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione coerceat.

Monasterium bulusmodi sub iure S. R. Ecclesiae positum.

Administrationi episcopi Astensis tamquam vicibus Sedis Apostolicae ut hoc fungentis, subiicitur:

Ut in pristinum statum redigatur.

Decretum indemnitatis pro eodem; sub excommunicationis poena.

Hadriani PP.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Sabinae ss.

Ego Guido diac. cardinalis S. Mariae in Portico subscripsi.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin subsc.

Ego Cencius Portuensis, et Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subsc.

Ego Octavianus presbyter card. tituli Sanctae Caeciliae ss.

Ego Ard. Sancti Theodori diaconus cardinalis subsc.

Ego Ioannes diac. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Boso diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani ss.

Datum per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, II non. ianuarii, indictione IV, incarnationis dominicae anno MCLVI, pontif. vero D. Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 4 ianuarii anno Domini 1155, pontif. anno III.

VII.

Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae, cui Complutensis, et quae post Saracenorum invasionem proprios amisere metropolitas, subiiciuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium a dignitate Toletanae Ecclesiae desumptum. — Eadem Ecclesia a Saracenis postmodum occupata; — Ab eorum ma-

(1) Forsitan addendum *In* (R. T.)

(1) Ex opere Casteiom de Primatu Toletano edidit Coletus, Concil., tom. XIII, col. 35.

nibus per Ildefonsum regem vindicata; — Archiepiscopali honori ab Urbano II PP. restituta fuit. — Hadrianus vero Complutensem Ecclesiam ei subiiciens; — Toletanum archiepiscopum Hispaniarum primatem declarat: — Eique pallium concedit. — Ecclesias omnes ei restituit; — Eique quas metropolitanos amisisse constat, subiicit, — Quousque quaeque metropolis in pristinum statum fuerit restituta. — Ioannem archiep. ad muneris suis fungendum partibus exhortatur. — Solitae conclusiones prout in caeteris supra allatis.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ioanni Toletano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium a dignitate Toletanae Ecclesiae desumptum.

Quantae dignitatis et gloriae Toletana Ecclesia fuit ex antiquo, et tam in Hispaniis quam in Gallicis regionibus quam famosa extiterit quam illustris, quot etiam per eam ecclesiasticis negotiis utilitates et incrementa pervenerint, omnibus, qui synodalium decretorum instituta scrutantur, satis esse credimus manifestum. Sed ex quo, peccatis populi exigentibus. Toletana civitas, quae insigni quondam, et inter Hispaniarum urbes magni nominis habebatur, Saracenorum violentia capta est; ita ibi christianae religionis libertas ad nihilum est redacta, quod per multa curricula temporum nulla illic perhibeatur pastoralis officii dignitas vigusse. Postea vero, sicut divinae voluit miseratio maiestatis, studio illustris et magnifici viri regis Ildefonsi, et labore christiani populi, Saracenis explosis, christianorum iuri praefata est civitas restituta. Quia vero dignum erat, et consentaneum modis omnibus rationi, ut postquam eadem civitas inamissam respirabat libertatem, ipsa, et Ecclesia in statum reduceretur pristinae dignitatis, praedecessor noster divae memoriae Urbanus Papa, cuius temporibus a Saracenorum manibus civitas est erepta, ut ibi Sedes esset Pontificalis, instituit, et in praedicta Ecclesia, sicut antiquitus fuerat, praesulem ordinavit.

Eadem Ecclesia a Saracenis postmodum occupata;

Ab eorum manibus per Ildefonsum regem vindicata;

Archiepiscopali honori ab Urbano II PP. restituta fuit.

Nos ergo, qui ei licet indigni successimus, ius ipsius Ecclesiae in nullo minorare, sed potius augmentare volentes, eiusdem urbis statum, quantum ad nostras est facultates, in ecclesiasticae dignitatis gloria stabilire, adiuvante Domino praeoptamus. Confirmamus itaque tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum, et per vos Ecclesiae Toletanae, Complutensem parochiam (1) cum suis terminis, et caetera, quae hodie Toletana Ecclesia iuste et canonice possidet. Igitur tum pro digna Toletanae Ecclesiae reverentia, tum et pro reverendissimi filii nostri praestantissimi regis Ildefonsi postulationibus, cuius nimirum virtute ac prudentia suffraganeæ sedes in libertatem pristinam redactae sunt: te, venerabilis frater, iuxta praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Urbani II, Paschalis, Calixti, Eugenii, Romanorum Pontificum, instituta, in totis Hispaniarum regnis primatem fore, praesentis privilegii auctoritate sancimus; sicut eiusdem urbis antiquitus constat extitisse Pontifices. Pallio sane in missarum solummodo celebrationibus uti debebis, praecipue, quae subscriptae sunt festivitatum temporibus: tribus diebus videlicet in Natale Domini, in Epiphania, Hypopanton Coena Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, tribus solemnitatibus Sanctae Mariae, Sancti Michaelis et S. Ioannis Baptistae, in omnibus natalitiis apostolorum et eorum martyrum quoque, Martini et Ildefonsi confessorum, et omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum, et clericorum, in annuo consecrationis tuae die, natali etiam Sancti Isidori et Leandri. Primatem te universi Hispaniarum praesules respicient; et ad te, si quid inter eos quaestione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen Romanae Ecclesiae auctoritate. Toletanam ergo Ecclesiam iure perpetuo tibi tuisque, si divina gratia praestiterit, successoribus,

Hadrianus vero Complutensem Ecclesiam ei subiiciens;

Toletanum archiepiscopum Hispaniarum primatem declarat;

Eique pallium concedit;

(1) Vide superius, pag. 435. (R. T.)

Ecclesias omnes ei restituit;

canonico tenore huius privilegii confirmamus, una cum omnibus Ecclesiis et dioecesibus, quas proprio iure noscitur antiquitus possedisse: praecipientes de iis, quae Sarracenorum ad praesens subiacent ditioni, ut cum eas Domino placuerit potestati populi restituere christiani, ad debitam Ecclesiae vestrae obedientiam referantur. Illarum etiam civitatum dioeceses, quae Sarracenis invadentibus metropolitanos proprios perdiderunt, vestrae ditioni eo tenore subiecimus, ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere. Si vero metropolis quaelibet in statum fuerit pristinum restituta, suo quaeque dioecesis metropolitano restituatur. Neque tamen ideo minus tua debet studere fraternitas, quatenus unicuique metropoli et suae restituatur gloria dignitatis. Haec et caetera omnia, quae ad antiquam Toletanae Sedis dignitatem atque nobilitatem probari poterunt pertinuisse: auctoritate, et certa Sedis Apostolicae concessione nos tibi tuisque successoribus perpetuo possidenda concedimus atque firmamus. Te, venerabilis frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honore pontificii semper exhibeas, christianis ac Sarracenis sine offensione semper esse procurans, et ad fidem infideles convertere, Domino largiente, verbis studeas et exemplis. Sic exterius pallii dignitate, primatus praerogativa, praecellens in oculis omnium hominum, ut interius virtutum excellentia polleas coram supernae oculis maiestatis. Si qua igitur impostarum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, etc.

Eique quas metropolitanos amisisse conatat, subiicit,

Quousque quaeque metropolis in pristinum statum fuerit restituta.

Ioannem archiep. ad muneris suis fungendum partibus exhortatur.

Solitae conclusiones, prout in caeteris supra allatis.

Datum Beneventi per manus Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri card. et cancellarii, XIV kal. martii, incarn. domin. anno MCLVI, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno II.

Dat. die 17 februarii anno Domini 1156, pontif. anno II.

VIII.

Confirmatio bonorum, privilegiorum, et exemptionum Ecclesiae S. Zenonis in Hallen. Salisburgensis dioecesis (1).

Ecclesiam hanc, a Conrado Salisburgensi archiepiscopo fundatam, confirmavit, amplissimisque privilegiis donavit Eugenius PP. III, prout anno 1145 retulimus.

SUMMARIUM

Exordium. — Ratum habens privilegium Eugenii PP. III; — Monasticum ordinem in hac Ecclesia servari mandat; — Donationes omnes, caeteraque bona ei confirmat; — In quibus nonnulla enumerat. — Quemquam canonicorum post factam professionem inde discedere sub gravibus poenis vetat. — Prohibet intra terminos Ecclesiae huius absque praepositi assensu capellas aedificari: — Sepulturam in eadem Ecclesia fore liberam declarat: — Praepositi exemptionem a Salisburgensibus archiepiscopis confirmat: — Illius vero electionem solis canonicis concedit. — Decretum immunitatis. — Poenae contra inobservantes aut violatores. — Pax vero obedientibus.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Heinrico praeposito Ecclesiae S. Zenonis Hallensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine verae cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae authoritati religiosas personas diligere, et earum quieti, auxiliante Domino, providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Eberhardi Salisburgensis archiepiscopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et ad exemplar praedecessoris nostri sanctae recordationis Eugenii Papae, praefatam Ecclesiam S. Zenonis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et prae-

Ratum habens privilegium Eugenii PP. III

(1) Ex Hundii Hist. Salisburg. tom. III.

sentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, tam ex dono Conradi quondam archiepiscopi Salisburgensis fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec proprius duximus exprimenda vocabulis: curtem sitam ante portam eiusdem Ecclesiae cum omnibus appendiciis suis, et praedium quod dicitur Suvant ex dono ipsius archiepiscopi; quicquid iuris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Hallae, ex dono Heinrici filii Etechonis et fratris eius: praedium, quod dicitur Nutzpoum cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Ebonis, Facconis, et Babonis: aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis, praedium situm in loco, qui dicitur Occheim, cum appendiciis suis, ex dono Sibotonis: praedium, quod dicitur Unchen. Statuimus, ut in Ecclesiis, in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omnino post factam canonicam professionem, exinde liceat sine communis congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus audeat retinere. Si vero post secundam vel tertiam commonitionem redire contempserit, liceat eiusdem loci praeposito canonicam in eum proferre sententiam. Sane ipsa plebs Allensis, sicut a iam dicto Conrado archiepiscopo canonice statutum est, a nullo successorum vobis auferatur, sed in dispositione praepositi vestri permaneant. Ad haec adiicientes statuimus, ut capellae, quae infra terminos parochialis Ecclesiae Hallensis fundatae sunt, sicut ab ipso archiepiscopo rationabiliter provisum est, eidem matrici Ecclesiae subiaceant. In futuro autem absque assensu praepositi vestri novas in ipsa parochia capellas aedificari prohibemus: salva nimirum Sedis Apostolicae et proprii episcopi auctoritate. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Praeterea exemptionem personae tuae, et Ecclesiae tibi commissae, a subiectione Salisburg. archidiac. per venerabilem fratrem nostrum Eberhardum Salisburg. archiepiscopum canonice factam, tibi, et per te Ecclesiae tuae auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem

Monasticum ordinem in hac Ecclesia servari mandat;

Donationes omnes, caeteraque bona ei confirmat;

In quibus nonnulla enumerat.

Quemquam canonicorum post factam professionem inde discedere sub gravibus poenis vetat.

Prohibet intra terminos Ecclesiae huius absque praepositi assensu capellas aedificari:

Sepulturam in eadem Ecclesia fore liberam declarat:

Praepositi exemptionem a Salisburgens. archiepiscopo confirmat:

Illius vero electionem solis canonicis concedit.

Decretum immunitatis.

Poenae contra inobservantes aut violatores.

Pax vero obedientibus.

eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Dat. Beneventi per manum Rolandi S. Romanae Ecclesiae presb. card. et cancellarii, XIII kalendas martii, indictione V, incarnationis dominicae anno MCLVI, pontificatus vero domni Adriani PP. IV anno III.

Dat. die 18 (1) februarii anno Domini 1156, pontif. anno III.

IX.

Confirmatio bonorum Ecclesiae in Staingaden canonicorum ordinis Praemonstratensis, et privilegiorum concessio (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc a Welphone Spoleti duce fundatam sub protectione Sedis Apostolicae suscipit. — Canonicum ordinem ibi servari praecipit; — Bonaque omnia ad eam spectantia confirmat: — Quorum nomina refert, et iura. — Canonicos in spiritualibus episcopo subiectos declarat. — Sepulturam vero Ecclesiae liberam dicit. — Praepositum per eosdem canonicos eligi mandat. — In communi parochiae interdicto divina per eos celebrari officia permittit. — Decretum pro Ecclesiae immunitate. — Annuum censum Apostolicae Sedi persolvendum imponit. — Solitae conclusiones. — S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Anselmo praeposito Ecclesiae S. Ioannis Baptistae de Staingaden, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, ab illustri duce Guelphone in proprio allodio fundatam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Eugenii Papae, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam, et institutionem Praemonstratensium, in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Nec alicui fratrum, post factam inibi professionem, absque praepositi licentia liceat ex eodem claustro discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci; firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in episcopatu Augustensi ecclesiam Ingeurieth cum decimis et aliis ad eam pertinentibus, a venerabili fratre nostro Conrado Augustensi episcopo canonice vobis concessam: praedium, quod dicitur Sibeniach: plebem et decimas a memorato episcopo legitime vobis concessas: partem quoque cuiusdam beneficii, idest, octo mansos in loco, qui dicitur Marchtorf, quam tu, dilecte fili Anselme praeposite, de manu Theoderici de Pounb, assensu et convenientia tam venerabilis fratris nostri Conradi Augustens. episcopi, quam canonicorum et ministeralium ipsius Ecclesiae, septuaginta talentis redemisse dignosceris, sicut in scripto eiusdem fratris nostri episcopi continetur, vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium vestrorum, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus

Ecclesiam hanc a Welphone Spoleti duce fundatam sub protectione Sedis Apostolicae suscipit.

Canonicum ordinem ibi servari praecipit;

Bonaque omnia ad eam spectantia confirmat:

Quorum nomina refert, et iura.

(1) Anno 1156 bissexto, XIII kal. martii non pro 17 martii (ut in Cocquelin. edit.), sed pro 18 reddi debet. (R. T.) (2) Ex Hundii Hist. Salisburgen., tom. III.

a vobis decimas praesumat exigere. Porro consecrationes altarium seu ecclesiarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et ea gratis ac sine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Ad haec adiicientes censemus, ut Ecclesia vestra nullum habeat advocatum. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Augustini regulam sibi providerint eligendum. Praeterea si generale interdictum in parochia fuerit promulgatum, nihilominus clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce celebrandi officia facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam tuam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Apostolicae Sedis auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae protectionis, unum bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Canonicos in spirituaibus episcopo subiectos declarat.

Sepulturam vero Ecclesiae liberam dicit.

Praepositum per eosdem canonicos eligi mandat.

In communi parochiae interdicto divina per eos celebrari officia permittit.

Decretum pro Ecclesiae immunitate.

Annuum censum Apostolicae Sedi persolvendum imponit.

Solitae conclusiones.

Ego Ubaldus presb. cardin. ecclesiae S. Praxedis.

Ego Iulius presbyter cardin. ecclesiae S. Marcelli.

Ego Bernardus presb. card. eccl. divi Clementis.

Ego Octavianus presb. card. ecclesiae S. Caeciliae.

Ego Gerardus presb. card. S. Stephani in Coelio monte.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis Ulrici et ecclesiae Lamachaei.

Dat. Beneventi per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancell., II kal. iunii, ind. IV, incarn. dom. ann. MCLVI, pontif. vero D. Adriani PP. anno III.

Dat. die 31 maii anno Domini 1156, pontif. anno III.

S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

X.

Confirmatio bonorum ad canonicos ecclesiae S. Constantii de Urbe-Veteri pertinentium (1).

SUMMARIUM

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit; — Eidem bona omnia confirmat. — Ex possessionibus quaedam propriis vocabulis nominat. — Decimas donat. — Sepulturam liberam omnibus inibi concedit. — Solitae conclusiones, tam erga inobedientes, — Quam erga observantes.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de Urbevetanis episcopis.

Hadriani PP. signum. — Subscriptiones cardinalium.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Roccho praeposito S. Constantii de Urbe Veteri, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis.

(Desunt nonnulla.)

Quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecti in Domino filii.... iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, et quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit..... firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancti Laurentii cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Bartholomaei cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Matthaei et Hospitalis cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Iuliani et Hospitale cum suis pertinentiis, ecclesiam Sanctae Anastasiae cum pertinentiis suis, villamque quoque, quae dicitur Ferosellum, cum pertinentiis suis, et Mezzanam, campum de Ripa Transmarini, campum qui est ante ecclesiam Sancti Costantii, plebem Sancti Petri de ..... cum suis pertinentiis, plebem Sancti Ioannis de Vallelacus cum suis pertinentiis, plebem Sancti Smeraldi et Sancti Stephani de Monte Longo cum suis pertinentiis, plebem Sancti Terentiani cum suis pertinentiis, plebem Sanctae Mariae de Miniano cum suis pertinentiis, Hospitale de Ripa Aquaependentis cum ecclesia et pertinentiis suis: praeterea quicquid in decimis, primitiis et oblationibus, iuste et canonice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia Ecclesiarum, unde assumpti fuerint. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum episcopis vestris canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Eidem bona omnia confirmat.

Ex possessionibus quaedam propriis vocabulis nominat.

Decimas donat.

Sepulturam liberam omnibus inibi concedit.

Solitae conclusiones, tum erga inobedientes,

Quam erga observantes.

S. Petrus † S. Paulus.
Adrianus Papa IV.
AD DOMINUM OCULI MEI SEMPER.

Hadriani PP. signum.

Ego Ioannes diac. card. tit. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Praxedis.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tituli S. Sabinae ss.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli S. Marcelli.

Ego Ubaldus presbyter cardin. tituli S. Luciae.

Subscriptiones cardinalium.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ego Bernardus presbyter card. tit. S. Stephani in Coelio-monte.

Ego Henricus presb. card. Ss. Nerei et Achillei.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Silvestri et Martini.

Dat. in Urbe Veteri per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancell.. id. octob., ind. v, incarn. dom. anno MCLVI, pontificatus vero Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 15 octobris anno Domini 1156, pontif. anno III.

XI.

Confirmatio bonorum omnium, et iurium, ad canonicos Ferrariensis Ecclesiae pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ferrariensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; — Bonaque omnia ad eius canonicos pertinentia iisdem cum pertinentiis et iuribus confirmantur. — Solitae clausulae. — Hadriani PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Ferrariensis Ecclesiae tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, et honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri atque Sedis Apostolicae patrocinio muniamus. Quo circa, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ferrariensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam videlicet, quae dicitur Quartusiana, fundum contra Padum, locum Curcula, caput Redae, villam, quae dicitur Baniolum, fundum Dundorgum, villam, quae dicitur Quartiatica, fundum Pecorile, villam, quae dicitur Fossa Nova, capellam S. Marci ibidem sitam, aquam piscaritiam, quae dicitur Morticiacum, ecclesiam Sancti Michaelis cum suis pertinentiis in burgo Ferrariae, capellas Sancti Petri et Salvatoris sitas in castro eiusdem Ferrariae, cum omnibus suis pertinentiis, capellam Sanctae Mariae Magdalenae et Sancti Viti, quae est in mercato Ferrariae, capellam Sancti Leonardi, Corrigium stadii totum, medietatem Lendenariae maioris, et minoris, Cocolariam lami (1), piscatoriam Zamedellae, mansum in capite lamas communis, medietatem fundi Gallinarii, medietatem fundi Purpuranae, portum Capitis Redae; terram quoque, quae fuit de Aiacha, positam in valle, quae dicitur Zuculae: mansum unum in fundo, qui dicitur Duce: insuper medietatem omnium rerum, quae pro animabus fidelium defunctorum ecclesiae S. Georgii in episcopio Ferrariae relinquuntur, tam mobilium quam immobilium: medietatem decimationis eiusdem ecclesiae Sancti Georgii, totam decimam totius villae, quae dicitur Cocomarium, et caetera, quae

Ferrariensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur;

Bonaque omnia ad eius canonicos pertinentia iisdem cum pertinentiis et iuribus confirmantur.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

(1) *Lama* vel *lamum* piscina est longobard. lingua; unde Papias: *Lama, piscina dicitur a quibusdam barbaris.* Italis *lama* est planities, campus, etc. (R. T.)

eidem Ecclesiae iuste pertinent in terris, vineis, pratis, agris cultis et incultis, aquis, piscationibus: venationes etiam, et molendina, servos et ancillas, duodecim homines illius loci, qui vos navigio ferant, quocumque usus vester fuerit, absque omni pretio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestri et aliorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Ferrariensis episcopi canonica reverentia. Si qua igitur etc.; cunctis autem etc.

Sobiae clausulae.

Hadriani PP. Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Gregorius Sabin. episc. ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis S. Praxedis ss.

Ego Iulius presb. cardinalis tituli S. Marcelli ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Bernardus presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Octavianus presb. card. tituli S. Caeciliae ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in monte Coelio ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Silvestri et Martini ss.

Ego Ildebrandus presb. card. basilicae XII Apostolorum ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ioannes card. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Bonadies diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Arditio diac. cardinalis S. Theodori subsc.

Ego Boso diac. card. Ss. Cosmae et Damiani ss.

Ego Albertus diac. card. S. Adriani ss.

Datum Romae apud S. Petrum per manum Rolandi S. R. E. presb. cardinalis ac cancellarii, IV id. ianuarii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno IV.

Dat. die 10 ianuarii anno Domini 1157, pontif. anno IV.

XII.

Ecclesia S. Pancratii in Ranshoven. suis in bonis confirmatur, et dioecesano episcopo in spiritualibus subiecta declaratur (1).

Simile omnino privilegium supra retulimus in Eugenio PP. tertio.

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Canonicum ordinem inibi servari mandat; — Bonaque omnia eidem confirmat. — Canonicos episcopo dioecesano in spiritualibus subiectos declarat; — Praepositum vero per eos tantummodo eligendum iubet. — Advocato Ecclesiae eam ullo afficere gravamine non licere; — Et sepulturam fore liberam; — Immunitatem Ecclesiae et bonorum decernit; — Cum solitis conclusionibus.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Megenardo praeposito Ranshovensis Ecclesiae Beati Pancratii martyris, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito deterreat, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, Henrici illustris

(1) Ex Hundii Metropol. Salisburg., tom. III.

Bavariae et Saxoniae ducis precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam B. Pancratii martyris ecclesiam, in qua divino vacatis officio, sub beati Petri apostolorum principis tutelam protectionemque suscipimus, et Apostolicae Sedis privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea, quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, aut aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesia videlicet S. Michaelis cum decima et iure parochiali, capellas in Vinkirchin, Hantinberge, Geroltisberge, et capellam S. Stephani in Brunove cum pertinentiis earum; capellam Hochberch cum pertinentiis suis in ea libertate, in qua frater noster Eberhardus Saltzburgensis archiepiscopus vobis scripto proprio rationabiliter confirmavit; ut videlicet nullus in eis praeter ipsum archiepiscopum, et Ecclesiae vestrae praepositum aliquid debeat ordinare. Sane novalium vestrarum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Porro sacramenta ecclesiastica a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque Apostolicae Sedis communionem habuerit, eaque gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, quaecumque malueritis catholicum adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel ad alterius Ecclesiae regimen transeunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad haec, quoniam locus vester sic est institutus, ut advocatus bonorum praefati ducis in partibus illis eiusdem quoque loci sit advocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro eius liceat, eumdem locum iniustis gravaminibus infestare; sed cum vice iam dicti ducis, sicut ipse instituit et scripto suo firmavit, cum mancipiis et possessionibus suis idem advocatus defendere et tueri debet eo tenore, ut querimonias tam vestras quam mancipiorum vestrorum audiat, et congruam iustitiam faciat; paratam (1) vero nullam a vobis propter hoc exigat; sed tantum de horreo praefati ducis secundum antiquam constitutionem tempore suo accipiat. Super haec enim nullam potestatem disponendi in claustro, vel mancipiis, aut possessionibus vestris memoratus dux eidem advocato concedit; sed ut loco suo vos protegat, et aeternam retributionem tantum inde requirat. Exactiones quoque super vos vel super mancipia vestra a quoquam fieri, idem dux penitus interdixit. Nos quoque haec omnia vobis concedimus, et auctoritate apostolica confirmamus. Si autem ipse advocatus contra haec venire temptaverit, si secundo ac tertio admonitus, non emendaverit, consilio et auxilio praefati ducis ipsa advocatia ab inutili auferatur, et alius idoneus eius loco substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibus-

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Canonicum ordinem ubi servari mandat;

Bonaque omnia eidem confirmat;

Canonicos episcopo dioecesano in spiritualibus subiectos declarat;

Praepositum vero per eos tantummodo eligendum iubet.

Advocato Ecclesiae eam ullo afficere gravamine non licere;

Et sepulturam fore liberam;

Immunitatem Ecclesiae et bonorum decernit:

(1) Vide superius, pag. 553. (R. T.)

libet vexationibus fatigare; sed illibata et integra omnia conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Cum solitis conclusionibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, IV kalendas februarii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani PP. IV anno IV.

Dat. die 29 ianuarii anno Domini 1157, pontif. anno IV.

XIII.

Confirmatio bonorum omnium monasterii Sancti Vitalis ordinis Cassinensis Ravennatensis dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub B. Petri suaque protectione recipit Pontifex. — Eidem Pontificum, regum, principum oblationes; — Bonaque omnia, quorum enumerat nonnulla, confirmat. — Haec omnia integra monachorum usui servari praecipit. — Excommunicationem adversus eadem usurpantes promulgat; — Benedictionem vero benefactoribus elargitur. — Hadriani PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex archiv. monasterii huius edidit Margarinus, Bullar. Cassinen., pag. 2. num. CLXXIX.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Alberico abbati monasterii Sancti Vitalis Ravennatis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus solicita nos oportet consideratione prospicere; ne alicuius necessitatis occasio aut eos desides faciat, aut, quod absit, robur sacrae conversationis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sanctae Crucis et Sancti Nazarii cum possessionibus suis, ecclesiam Sancti Laurentii in Pannonia, et Sancti Ioannis in Consule; ecclesiam Sanctae Mariae in Vinea Taliata: in episcopatu Faventino ecclesiam Sancti Ioannis in Ronco cum possessionibus suis, ecclesiam Sancti Laurentii in Auriclania cum possessionibus suis et cum eisdem villis: homines, et dominicata (1) vestra, molendina, et quicquid habetis in Taurise, hospitale Sancti Iacobi de Carossa cum ecclesia et possessione sua: quicquid habetis in ecclesia Sanctae Mariae in Tribbo, et in ecclesia Sanctae Mariae in Prata,

Monasterium sub B. Petri suaque protectione recipit Pontifex;

Eidem Pontificum, regum, principum oblationes;

Bonaque omnia, quorum enumerat nonnulla, confirmat.

(1) *Dominicata* idem quod *dominicatura*, h. e. *dominium, proprietas, possessio.* (R. T.)

tenimentum, quod habetis in Gunfo, Fossula, Vigazolo, Flexo, Badarzolo, et Biancana: quicquid habetis in ecclesia Sancti Petri, et Sancti Salvatoris: homines, molendinum, et domnicata, quae sunt posita in Albereto ex utraque parte fluminis: quicquid habetis in curte Sancti Basilii, et ecclesiam Sancti Petri in Ponticello cum possessionibus suis: homines, et dominicata, quae sunt posita in Ponticello et Abruliano cum suis fundis: quicquid habetis in civitate Faventia, totum fundum Visiliani et Cerreti, curtem Aviliani cum omnibus pertinentiis suis, et quae sunt posita in utraque parte fluminis: ecclesiam Sancti Petri in Casaliclo cum possessionibus suis, quae est in episcopatu Cornelienses: quicquid habetis in comitatu Cunii: quicquid habetis in comitatu Bagnacaballis, ecclesiam Sancti Gervasii et Protasii cum possessionibus suis: in episcopatu Bononiensi ecclesiam Sancti Laurentii in Galera cum possessionibus: in episcopatu Ferrariensi ecclesiam Sancti Vitalis cum possessionibus suis, curtem Sancti Laurentii in Scornio cum omnibus possessionibus suis; quae omnia sunt posita in territorio Ferrariensi et Adrianensi: quicquid habetis in civitate Argentea, terris, aquis, paludibus et piscationibus ex utraque parte Padi: in episcopatu Cerviensi, quicquid habetis, tam in salinis quam in aedificiis, ecclesiam Sancti Theodori cum omnibus possessionibus suis, tam in terris quam in vineis, silvis et paludibus, quae omnia sunt posita in episcopatu Cervien. et in episcopatu Cesenae, quicquid habetis in curte Saliani, et in episcopatu Cesenae, in episcopatu Ariminen. ecclesiam Sanctae Mariae in Gauriolo cum omnibus possessionibus suis, silvis, ripis et montibus: quicquid habetis in eodem episcopatu, in plebe Sancti Archangeli, et in plebe Sancti Viti, castrum Marignani cum ecclesia Sancti Ioannis et cum omnibus pertinentiis suis: quicquid habetis in castro Ripale: quicquid habetis in episcopatu Fanensi: quicquid habetis in episcopatu Senogallien. tam in civitate quam iuxta civitatem, et extra; decernentes, quod nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis consequantur. Amen, amen amen.

Cum omnibus rebus, privilegiis, et iurisdictionibus.

In episcopatibus Bononiensi, Ferrariensi,

Cervisusi, Cesenae et Ariminensi etc.

Haec omnia integra monachorum usui servari praecipit.

Excommunicationem adversus eadem usurpantes promulgat;

Benedictionem vero benefactoribus elargitur.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Hadriani PP.

Ego Cencius Portuensis, et Sanctae Rufinae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Sabinae ss.

Ego Iulius presbyter cardinalis S. Marcelli subscripsi.

Ego Bernardus presb. card. tituli S. Clementis ss.

Ego Octavianus presb. card. tituli S. Caeciliae ss.

Ego Gerardus presbyter card. S. Stephani in Coelio monte ss.

Ego Henricus presb. card. tit. Ss. Nerei et Achillei ss.

Ego Ildebrandus presb. card. tit. basilicae Duodecim Apostolorum ss.

Ego Otto diac. cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. cardin. S. Mariae in Portica ss.

Ego Iacintus diaconus card. S. Mariae in Cosmidin ss.

Ego Bonadies diaconus cardinalis tit. S. Angeli ss.

Ego Arditio diaconus cardinalis tituli S. Theodori ss.

Ego Albertus diaconus cardinalis tit. S. Adriani ss.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. card. et cancell., non. aprilis, ind. v, incarn. domin. anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno IV.

Dat. die 5 aprilis anno Domini 1157, pont. anno IV.

XIV.

Confirmatio bonorum, donationum, et privilegiorum, a Summis Pontificibus Ravellensi Ecclesiae concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ravellensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apost. recipit Pontifex. — Eius bona omnia confirmat. — Solitae conclusiones. — Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ioanni Ravellensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, venerabilis in Christo frater Ioannes episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ravellensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; omnem vero ambitum Ravellensis Ecclesiae, sicut a praedecessoribus tuis rationabiliter possessus est, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnino profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego ADRIANUS catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Exordium.

Ravellensem Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eius bona omnia confirmat.

Decretum immunitatis.

Solitae conclusiones.

Hadriani PP.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex authographo Tabularii Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Ego Iacobus presbyter card. Ss. Io. et Pauli tit. Pammachii.

Ego Arditio S. Theodori diaconus cardinalis.

Ego Boto (2) diaconus card. Sanctorum Cosmae et Damiani.

Datum Anagniae per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, III id. sept., indictione V, incarnationis dom. MCLVII, pontificatus vero D. Adriani IV anno IV.

Dat. die 11 septembris anno Domini 1157, pontif. anno IV.

XV.

Confirmatio compositionis initae inter Arducium episcopum et Amedeum comitem, Gebennenses (1).

SUMMARIUM

Arducium eique commissam Ecclesiam sub B. Petri ipsiusque protectione suscipit Pontifex. — Compositionem inter episcopum comitemque Gebennensem confirmat. — De sacerdotibus feudum terramve comitis tenentibus. — De comitis suorumve servis, nisi eorum assensu, nullatenus ab episcopo ordinandis. — De feudo decimarum. — De castris super ecclesia a comite nuper constructis; et de Willelmo Marvallensi, cuius hominium indebite comes acceperat. — De filio Maynerii ab episcopo comiti ablato. — De hominibus et terris, a comite suisque Ecclesiae interceptis. — In compositione hac apud Saysel facta, quid episcopo, quid comiti in dominio et iustitia Gebennensis civitatis attineret, continetur. — De his, quae ed episcopum pertinent: — Et de his, quae ad comitem spectare videntur. — De peragenda iustitia. — Quadraginta librae a comite episcopo pro restauratione damni persolvendae, canonicis vero damnum ad eorum libitum comes emendaturus. — Quaestio de piscatione. — Et de Rodulpho Sancti Gervasii. — Hanc compositionem inviolabiliter observandam statuit, eamque praecepti privilegio munit. — Sanctio poenalis. — Pax et benedictio servantibus. — Hadriani PP. sigillum et subscriptio. — Subscriptiones quoque card. S. R. E.

(1) Lege *Boso* sicut in sequentibus. (R. T.) (2) Ex archiv. Ecclesiae huius erut. et cum originali collat. ext. tom. IX Bullarii editi Luxemburgi.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Arducio, Gebennensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Arducium eique commissam Ecclesiam sub B. Petri ipsiusque protectione suscipit Pontifex.

Quoties a fratribus nostris episcopis talia postulantur, quae et aequitati conveniant et a rationis tramite non recedant, decet nos animo libenti concedere, et eorum vota, oportet, nos effectu operis prosequente complere. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, iustis postulationibus tuis grato concurrentes assensu, personam tuam, et commissam tibi Ecclesiam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Compositionem vero, quae inter te et dilectum filium nostrum nobilem virum Amedeum Gebennensem comitem in praesentia venerabilium fratrum nostrorum S. Viennensis, E. Lugdunensis et P. Tarentasiensis, archiepiscoporum, I. Gratianopolitani, et Guillelmi Belicensis episcoporum, et quorumdam religiosorum abbatum, super quibusdam controversiis, quae inter vos agebantur, utriusque partis assensu rationabiliter facta est, iuxta tuae postulationis instantiam tibi, et per te Ecclesiae tuae, auctoritate apostolica confirmamus; cuius videlicet compositionis tenor, sicut in instrumento exinde facto continetur, in subsequentibus invenitur annexus. Praedictus siquidem frater noster Petrus Tarantasiensis archiepiscopus, et dilecti filii nostri Almadricus Praecentor Gebennensis Ecclesiae, et Villelmus Alberici decanus, Lambertus de Anassiaco decanus, et Artoldus decanus, Gualterius canonicus et capellanus, Pontius de Filingio canonicus, magister Petrus de Tolno canonicus, Aymo vicedominus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco, Petrus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe, a gravaminibus sacerdotum et diaconorum,

Compositionem inter episcopum comitemque Gebennensem confirmat.

De sacerdotibus feudum terramve comitis tenentibus.

tibi a comite illatis incipientes, quoniam tu exinde querimoniam faceres, ita inter vos composuerunt: ut si fundum vel terram comitis sacerdotes vel diaconos tenerent, eidem ex equo servirent; si vero terram eius dimittere vellent, investituram dimitterent, et secundum quod ab eo tenuerant, usamentum (1) facerent, et sic episcopo et Ecclesiae Gebennensi in pace per omnia remanerent. Quia etiam comes adversus te querimoniam fecerat, quod eos, qui servili conditione sui erant, ordinaveras, super hoc ita est difinitum: ut qui ante sacerdotes vel diacones ordinati erant in pace tibi dimitterentur, et deinceps servos comitis vel suorum, nisi eorum assensu, nullatenus ordinares. De feudo quoque decimarum conquestus est comes, sed quia praetendebas difinitionem per compositionem super ipsas decimas a comite tibi factam esse, ita positum est: ut compositionem esse factam ostenderes, et teneretur; sin autem, feudum decimarum comiti dimitteres: salvo quidem episcopali iure et Apostolicae Sedis mandato. Tu vero post haec aliam proposuisti querimoniam de castris super ecclesia a comite nuper constructis, et de Willelmo de Marvallo, cuius hominium (2) comes indebite acceperat, et proinde ab Ecclesia Gebennensi, cuius per omnia esse debuerat, alienaverat; inde nimirum praefati concordatores sic de castris composuerunt: ut quaecumque super terram Ecclesiae per comitem constructa fuerant, si probari posset, omnino destruerentur; alioquin, si super terram comitis erecta essent, integra remanerent, ita sane quod rebus Ecclesiae in aliquo non nocerent. Praeterea de Willelmo Marvallensi ita est ordinatum: ut, quia vir nobilis est, si vellet, feudum comitis dimitteret, et hominio comitis irrito facto, ad Gebennensis Ecclesiae dominium et episcopi rediret; si mallet feudum comitis et dominium tenere, feudum Ecclesiae in pace dimitteret, et exinde nullam exactionem comes Ecclesiae faceret. De caetero querimonia comitis fuit de filio Maynerii, quem tu ei abstuleras, super quo satis ad plenum a te responsum est habitum, videlicet quod mater ad dominium Ecclesiae Gebennensis attinebat, et propter hoc filio Maynerii feudum Ecclesiae dederat, quia ex parte matris quaesierat, et ad ipsum spectabat. Quocirca positum est, si comes ipsum filium Maynerii habere vellet, ille feudum Ecclesiae ad pacem dimitteret, et a comite vel ab aliquo nulla ex hoc gravamina Ecclesiae inferrentur. Porro de hominibus et terris Ecclesiae, a comite et a suis interceptis, a te querimonia deposita fuit, super communi consilio compositorum dictum fuit: ut in quibus partibus Gebennensis episcopatus huiusmodi controversia habebatur, pro examinanda veritate circa locorum affinitates, quatuor ex parte tua, et quatuor ex parte comitis homines boni testimonii et indeque ad iusiurandum censura ecclesiastica cogerentur; et quod ipsos constaret, tactis sacrosanctis reliquiis, de iusta possessione Ecclesiae vel comitis profiteri, ab utroque vestrum firmiter imposterum teneretur. Inter caetera vero, quae continentur in compositione apud Saysel facta, continerentur et haec: ut recordationes factae post iusiurandum per homines episcopi et comitis, Amaldricum videlicet Gebennensem cantorem et canonicum, Willelmum Born. decanum, Richardum vicedominum, Willelmum de Bosco, sicut recitatae fuerant communi assensu, tui scilicet et comitis, in praesentia memorati Petri Tarantasiensis archiepiscopi, et Amedei Lausannensis episcopi, atque abbatum totius Gebennensis episcopatus, Rodulphi de Altacomba, Stephani Chisiriacensis, Moysi de Bonomonte, Borch. de Habundantia, Pontii de Six, necnon Rodulphi Agau-

De comitis suorumve servis, nisi eorum assensu, nullatenus ab episcopo ordinandis.

De feudo decimarum.

De castris super ecclesia a comite nuper constructis; et de Willelmo Marvallensi, cuius hominium indebite comes acceperat.

De filio Maynerii ab episcopo comiti ablato.

De hominibus et terris, a comite suisque Ecclesiae interceptis.

In compositione hac apud Saysel facta, quid episcopo, quid comiti in dominio et iustitia Gebenn. civitatis attineret, continetur.

(1) *Usamentum* facere, idem quod frui aut gaudere aliqua re, quod etiam *usimentum* apud inf. lat. scriptores dicitur. (R. T.) (2) *Hominium* est servitium seu obsequium, quod homo seu clients, vel servus praestare domino tenetur suo. (R. T.)

nensis abbatis, et multorum religiosorum et honestorum virorum assistentium in episcopali domo apud Gebennas, quid episcopo, quid comiti in dominio et iustitia Gebennensis civitatis attineret, firmiter ab utriusque tenerentur. Recordationes sunt istae: bannum totius Genevae in omnibus et per omnia tuum solummodo esse: iustitiam et dominium cuiusque sit hominis ad te tantummodo pertinere: adventitios quoque ex quo per annum et diem Gebennis moram fecerint, tuos solummodo esse; comes vero in tota Geneva nullos homines capere debet; hospitalitatem, placitum generale, foraciones vini, coroadam, et mutationes domorum, si domiuus mortuus fuerit, debes ut dominus possidere: forum totius villae et iustitiam fori ad te solummodo pertinere; pedagium ripale, et pascua similiter; comes quoque per se vel aliquem de suis in pascuis Gebennensibus nullas equitaturas capere debet: monetam in manus tuas tantummodo esse: si quis vero latro captus fuerit, ipsum et omnia eius tu habere debes: statio comitis Gebennis cognitione tua sit, ita tamen ut comes, et familia eius, Ecclesiae, et civibus et ecclesiasticis rebus non noceat; comes etiam aut aliqui de suis vadimonia sua per vim alicui, et nisi aequivalent, minime ponant, et non aliter quam ad pacem creditoris eadem dimittant; hactenus episcopalia. De his vero quae ad comitem spectare videntur sunt haec: comes est et bonus advocatus sub episcopo esse debet; tantam denique familiaritatem ex dilectione in domo episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum eiusdem domus, si tu inde quaestionem habueris, druuliam ibi admodum habere debet. Tu quoque si adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fueris, ad comitem refugium habebis; et donec tibi congrue satisfaciat, comiti eumdem tenere licebit: simili modo de familia comitis a te per omnia tenebitur. Quamvis vero de latrone, sicut superius continetur, fiat, si ad damnandum, vel aliquam inde iustitiam faciendam fuerit deputatus, comiti tamen pro peragenda iustitia reddetur; consequenter et de monetariis, si falsam aliquando monetam fecerint, iussu tuo comes iustitiam faciet. Quoniam igitur comes modum excedendo, multa et maxima damna tibi intulerat, et canonicis similiter domosque hominum tuorum diruendo destruxerat: dixerunt compositores: ut quadraginta libras pro restauratione damni comes tibi persolveret; canonicis vero damnum suum ad eorum libitum et misericordiam emendaret; in redintegratione quoque domorum hominibus, quorum fuerant, ad eorum pacem emendationem comes faceret. Dictum est autem: ut omnibus hominibus tuis, quos comes pro malivolentia inter se et te habita hodio habuerat, pacem redderet; similiter et tu ipse hominibus comitis pacem faceres, exceptis illis, qui tua abstulerant, illa videlicet, quae comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut comes tibi super ipsis iustitiam, donec ablata iuxta beneplacitum tuum redderentur, faceret; sive autem tu ipse iustitiam tuam proinde faceres, comes vero in nullo tibi contradiceret. De piscatione vero, unde tu querimoniam feceras, ita positum est: ut bonas consuetudines, quas homines tui ab antiquo per lacum habuerant, semper in pace haberent. Fuit et querimonia tua de piscatione in Venna, quam comes abstulerat, super quo a compositoribus dictum est: ut quando comitem vocare velles, in curiam tuam venire, ac per cognitionem curiae in pace remaneret. De Rodulpho quidem Sancti Gervasii, quia comes inde conquestus fuerat, sic positum est: ut investitura Ecclesiae remaneret, etsi comes vellet super hoc in curiam tuam venire, et secundum quod dictum erat, vel adhuc diceretur ius suum uterque possideret. Si quis vero pacem hanc vel concordiam temerario ausu infringere temptaverit, dictum est ab ipsis compo-

De his, quae ad episcopum pertinent;

Et de his, quae ad comitem spectare videntur.

De peragenda iustitia.

Quadraginta libras a comite episcopo pro restauratione damni persolvendae, canonicis vero damnum ad eorum libitum comes emendaturus.

Quaestio de piscatione;

Et de Rodulpho Sancti Gervasii.

sitoribus, ut tu inde iustitiam facias, et comes infra quadraginta dies, et tua pro facta iustitia non offendat. Ut igitur compositio ipsa futuris semper temporibus inviolabiliter observetur, eam Apostolicae Sedis auctoritate duximus confirmandam, et praesenti privilegio muniendam. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis vero eam servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Hanc compositionem inviolabiliter observand in statuit, eamque praecepti privilegio munit.

Sanctio poenalis.

Pax et benedictio servantibus.



Hadriani PP. sigillum et subscriptio.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

Subscriptiones eunque cardinalium S. R. Ecclesiae.

Ego Gregorius Sabinensis Ecclesiae episcopus.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. S. Sabinae.

Ego Gerardus presbyter card. tituli Stephani in Coelio monte.

Ego Henricus presb. card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei.

Ego Otto diaconus card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Rodulphus diaconus cardinalis Sanctae Luciae in Septa Solis.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori.

Ego Boso diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani.

Ego Albertus diac. card. S. Adriani.

Dat. Laterani per manum Rolandi S. R. E. presbyteri card. et cancellarii, XII kal. iunii, indict. V, incarn. dom. anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 21 maii anno Domini 1157, pontif. anno III.

XVI.

Confirmatio bonorum omnium Gebennensis Ecclesiae, et largitionum eidem factarum a Friderico Ænobardo imperatore (1).

Exordium. — Ecclesiam Gebennensem sub B. Petri protectione suscipit, et largitiones ab imperatore episcopo et Ecclesiae factas confirmat et roborat Pontifex; — Possessiones quascumque illibatas conservari iubet; — Vexationibusque fatigari vetat. — Poena contravenientium. — Pax servantibus. — Subscriptio et sigillum.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabil fratri Arducio Gebennensis Ecclesiae episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Cum ex iuncto nobis a Deo apostolatus officio, quo cunctis Christifidelibus, auctore Domino, praeminemus, singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere; praesertim pro illorum quiete oportet nos esse solicitos, qui pastorali dignitate sunt praediti, et ad officium pontificale promoti. Nisi enim ipsorum iura, in quantum Deo permittente possumus, integra conservemus et auctoritate apostolica eos a pravorum incursibus defendamus, de illorum salute non vere

(1) Ex archiv. Ecclesiae huius erut. et cum originali collat. ext. tom. IX Bullarii editi Luxemburgi.

poterunt esse soliciti, qui sibi ad regendum, Domino disponente, commissi sunt. Eapropter, venerabilis in Christo frater Gebennensis episcope, tuis iustis postulationibus gratum impertimur assensum, et praefatam Gebennensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut ea, quae charissimus in Christo filius noster Romanorum imperator, qui regale ius pertinentia, tibi et Ecclesiae tuae intra civitatem Gebennensem et extra, pietatis intuitu noscitur legitime contulisse, et scripti sui pagina roborasse, sicut in ipso scripto continetur, tibi tuisque successoribus auctoritate Sedis Apostolicae integre confirmamus, et huius privilegii munimine roboramus. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva nimirum in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ecclesiam Gebennensem sub B. Petri protectione suscipit, et largitiones ab imperatore episcopo et Ecclesiae factas confirmat et roborat Pontifex:

Possessiones quascumque illibatas conservari iubet;

Vexationibusque fatigari vetat.

Poena contravenientium.

Pax servantibus.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Subscriptio et sigillum.

(*Locus sigilli plumbei, ut in ant. pag. 645*)

Ego Manfredus presbyter cardinalis et S. R. E. card. subscriptione tituli Sanctae Sabinae.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Gregorius Sabinensis Ecclesiae episc.

Ego Gerardus cardinalis tituli Sancti Stephani in Caelio monte.

Ego Henricus presbyter cardinalis tit. Ss. Nerei et Achillei.

Ego Otto diaconus cardinalis tituli S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Rodulphus diaconus cardinalis in Septa Sanctae Luciae.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Arditio diaconus cardin. Sancti Theodori.

Ego Boso diaconus cardin. Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Albertus diaconus cardinalis S. Adriani.

Datum Lat. per manum Rolandi S. R. E. presb. card. et cancellarii, XII kal. iunii, indictione V, incarnationis dominicae anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 21 maii anno Domini 1157, pont. anno III.

XVII.

Henrico Gradensi patriarchae patriarchalem dignitatem confirmat, et primatum super Iadertinum archiepiscopum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Adhortatio ad Henricum patriarcham, ut institiam in omnibus servet. — Dignitatem patriarchalem eidem confirmat Pontifex intra statutos a praedecessoribus Pontificibus terminos, cum caeteris honoribus et insignibus. — Primatum ei super Iadertinum episcopum concedit: reservata tamen Rom. Pontifici pallii traditione. — Confirmat insuper eidem ecclesias omnes, et bona ad Graden. Ecclesiam pertinentia. — Solitae conclusiones. — Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Gradensi patriarchae, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolicae officium dignitatis creditae nobis, et dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cum collatam unicuique Ecclesiae dignitatem provida solicitudine custodimus; et singulis Ecclesiis iura sua illibata studemus et integra conservare; sicut etiam nulli, ultra quam mereatur, aliquid est a Sede Apostolica favore gratiae concedendum. Quanto itaque maiori es praerogativa supernae respectu gratiae sublimatus, tanto solertius tibi est attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio quam potestas: atque te boni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem: personas diligas, et subiectorum vitia persequaris; ne si agere aliter forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quos desideras emendare: sicque vulnus debes abscindere, ut non possis, quod sanum est, ulcerare; ne, si ferrum plusquam res exigit, imprimatur, noceat, cui prodesse festinas; sed alterum condiatur ex altero, quod et boni habeant amando quod caveant, et mali metuendo, quod diligant. Eapropter, venerabilis in Christo frater Henrice patriarcha, tuis postulationibus grato concurrentes assensu, Gradensem Ecclesiam, cui authore Deo praesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Igitur praedecessorum nostrorum fel. mem. Pelagii, Alexandri et Urbani II vestigiis inhaerentes, illius praecipue constitutionis tenorem servantes, quam praedecessor noster Leo IX Papa sanctissimus, et synodali iudicio, et privilegii pagina confirmavit, tibi tuisque successoribus canonice substituendis patriarchalem concedimus dignitatem, et magisterium Gradensis Ecclesiae gerendi in iis tamen finibus confirmamus, qui per supradictos praedecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiae constituti. Crucem quoque ante te ferendam etiam concedimus, nisi cum Romae fueris, aut in praesentia Romani Pontificis, vel comitatu. Pallium etiam fraternitati tuae, in plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicae Sedis liberalitate largimur: quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus praedecessores tuos non ambigimus usos fuisse: videlicet in Nativitate Domini, Epiphania, tribus festivitatibus Sanctae Mariae, Coena Domini, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, et Pentecoste, in natalitio S. Ioannis Baptistae, et omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. prothomartyris Stephani, Laurentii, S. Martini, in solemnitate Omnium Sanctorum, et principalibus Ecclesiae tuae festivitatibus, necnon in ecclesiarum, episcoporum, caeterorum clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tuae dioecesis. Praeterea, ne commissa regimini et dispositioni tuae praefata Gradensis Ecclesia, quae de benignitate Apostolicae Sedis praerogativa gaudet honoris, ex brevitate patriarchatus inferior et abiectior valeat apud simpliciores haberi, et ad ampliandam dignitatem ipsius, primatum ei super Ia-

Adhortatio ad Henricum patriarcham, ut institiam in omnibus servet.

Dignitatem patriarchalem eidem confirmat Pontifex intra statutos a praedecessoribus Pontificibus terminos, cum caeteris honoribus et insignibus.

Cruce praesertim ante patriarcham ferenda, et pallio.

Primatum ei super Iadertinum episcopum concedit: reservata tamen Rom. Pontifici pallii traditione.

(1) Ex tom. v, Ital. Sac.

dertinum archiepiscopatum, et episcopatus ipsius, apostolica authoritate concedimus; et cum te quam successores tuos Iadertino archiepiscopo et episcopis eius, qui pro tempore fuerint, dignitate primatus praesidem statuimus, et consecrationis munus eidem archiepiscopo impertiri; Romano quidem Pontifici traditione pallii reservata; statuimus etiam, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones, quae eadem Gradensis Ecclesia iuste et canonice possidet, aut in futurum iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro ecclesias, religiosis episcopis Gradensis Ecclesiae oblatas, per patriarchatum tuum constitutas, tibi tuisque successoribus libere confirmamus: ita ut nulli episcopo liceat absque tuo assensu in eis consecrationes celebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino servientibus, donec in locis ipsis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona etc.

Confirmat insuper eidem ecclesias omnes, et bona ad Gradens. Ecclesiam pertinentia.

Solitae conclusiones.

Hadriani PP. Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Imarus Tusculanus episc.

Ego Cintius Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni subsc.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxedis ss.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Sabinae ss.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Octavianus presbyter cardinalis tit. Sanctae Caeciliae subscripsi.

Ego Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctorum Silvestri et Martini ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro.

Ego Iacintus diac. cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin.

Datum Later. per manum Rolandi S. R. E. cardinalis et cancellarii, idibus iunii, indictione v, incarnationis dominicae anno MCLVII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 13 iunii anno Domini 1157, pontif. anno III.

XVIII.

Concessio patriarchae Gradensi, ut Constantinopoli, et in aliis urbibus imperii Constantinopolitani, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, episcopos ordinare et consecrare possit (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Romana Ecclesia caeterorum caput et magistra. — Eius est caeteris Ecclesiis providere. — Gradensi patriarchae ius datur ordinandi episcopos per imperium C. P. — Roboratur huiusmodi concessio. — Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Gradensi patriarchae, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter omnia coeli sidera, quae ad decorem mundi, et usus hominum, in principio Sapientia Divina formavit, solem voluit claritate luminis praeeminere: cuius ortus et diem terrae infunderet, et noctis tenebras propulsaret. Conveniens namque fuerat, quod eo praestantior caeteris Exordium.

(1) Concil edit. Venet., tom. XIII.

sideribus haberetur, quo specialiter in ipso formationis exordio, ut singulariter præesset dici, de superni munere Conditoris accepit. Sic nimirum Redemptor, cum Ecclesias veluti micantes stellas in diversa mundi climata latius propagasset, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cuius B. Petrus apostolorum princeps extitit gubernator, tamquam splendidum solem, omnibus superesse, et singulas ei Ecclesias, utpote membra suo capiti, statuit subiacere. Quod ex illis verbis manifestius declaratur, quibus eumdem Petrum est Dominus allocutus: Si diligis me, pasce oves meas (*a*). Et alibi: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam (*b*). Petra vero, supra quam legitur esse fundata, nullas scissuras recipit, nullas patitur sectiones. Hoc idem rursus demonstratur, cum dicitur: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis (*c*). Ipsi quoque et propria firmitas, et fidei alienae confirmatio data est, quando a Magistro audire meruit: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*d*). Istis itaque et aliis rationibus sancta et apostolica Ecclesia, quae caelesti privilegio inter alias obtinet principatum, tamquam ab ipso capite Domino Iesu Christo praerogativam accepit, ut auctoritatem habeat singularem universis per orbem terrarum Ecclesiis providendi, et discreta in eis consideratione statuere, quae cognoscit statuenda. Nobis igitur, qui licet insufficientibus meritis vices apostolorum principis in sancta Ecclesia suscepimus exequendas, providendum imminet attentius, et agendum, ut secundum uniuscuiusque dignitatem et statum Ecclesiae, honor ei debitus impendatur, et cum salute populi fratribus nostris provida solicitudine deferatur. Hac siquidem consideratione, venerabilis in Christo frater Henrice patriarcha, inclinati, iustis postulationibus tuis gratum impertimur assensum; et tam devotioni tuae, quam honori et utilitati Gradensis Ecclesiae, cui Deo authore praeesse dignosceris, deferre volentes, tibi et successoribus tuis authoritate apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana urbe, et in aliis civitatibus, in Constantinopolitano dumtaxat imperio constitutis, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, ubi videlicet eorum multitudo consuevit assidue convenire, liceat vobis episcopum ordinare, et absque alicuius contradictione munus ei consecrationis impendere. Ut igitur haec nostra concessio perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam authoritatis nostrae praesidio roboramus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis et confirmationis infringere. Si quis igitur etc.

Romana Ecclesia caeterarum caput et magistra.

Gradensi patriarchae ius datur ordinandi episcopos per imperium C. P.

Roboratur huiusmodi concessio.

Solitae conclusiones.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

Hadriani PP

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones

Ego Cintius Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni subsc.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Praxedis.

Ego Manfredus presbyter cardinalis S. Sabinae subsc.

Ego Iulius presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Octavianus presb. card. Sanctae Caeciliae.

Ego Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. Ss. Silvestri et Martini.

Ego Otto diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diac. card. tit. S. Mariae in Aquiro.

Eius est caeteris Ecclesiis providere.

(*a*) Ioan. XXI. (*b*) Matth. XVI. (*c*) Ibid.
(*d*) Luc. XXII.

Ego Iacintus presb. card. tit. S. Mariae in Cosmedin.

Dat. Laterani per manus Rolandi S. R. E. cardinalis et cancellarii, idibus iunii, indict. v, incarn. dom. anno MCLVII, pontificatus domni Adriani Papae IV anno III.

Dat. die 13 iunii anno Domini 1157, pont. anno III.

XIX.

Monasterio SS. Trinitatis de Monte Sacro ordinis Casinen. Sipontinae dioecesis, confirmatis bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona ad monasterium pertinentia enumerans confirmat Pontifex: — Et donationem monasterio factam ab Immetaticho. — Abbatis electionem per monachos fieri mandat: — Cui habitum monachicum petentibus dandi facultatem tribuit. — Monasterium liberum ab omni laicali vel ecclesiastica potestate in temporalibus declarat; — Salvo annuo censu monast. Cassinensi debito. — Consecrationes vero altarium, et sacros ordines a diœcesano episcopo suscipiendos statuit; — Annuumque censum Romanae Ecclesiae reservat. — Solitae clausulae. — Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii SS. Trinitatis de Monte Sacro, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium; ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sanctae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasteriam SS. Trinitatis de Monte Sacro in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessorum nostrorum venerabilis memoriae Honorii, Innocentii et Eugenii, Romanorum Pontificum, praesentis scripti privilegio communimus (1); statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque loca idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, sive aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet S. Mariae sitam in loco, qui dicitur S. Quirici, cum suis pertinentiis, Rainiariam, et terram, quas in territorio Riniani habetis: ecclesiam Sancti Matthiae apostoli infra moenia civitatis Montis Sancti Angeli, et ecclesiam Sancti Simeonis extra portam civitatis, ecclesiam Sancti Vincentii sitam in pertinentiis ipsius civitatis in loco, qui dicitur Vota, cum rebus suis: quicquid habetis in eccl. Sancti Lucae, et rebus ad eam pertinentibus, petiae vineæ, et aliae possessiones, quae fuerunt scilicet ipsius civitatis Montis S. Angeli, et omnes res tam infra dictam civitatem, quam in eius finibus, vestro monasterio pertinentes; ecclesiam Sancti Georgii in pede ipsius montis Sancti Angeli cum pertinentiis suis, salinas, et maria, quae in partibus Siponti habetis, ecclesiam S. Martini de Porcarezza cum suo territorio, eccl. Sanctae Mariae de Matinata cum omnibus ad eam pertinentibus, et omnes alias possessiones, quas in eadem Matinata habetis. Praeterea concedimus eidem monasterio fundum, qui dicitur Matinatella, et ecclesiam in eodem loco constitutam, petias terrarum, et curtes, quas habetis in loco de Avanto: in episcopatu Vestano ecclesiam Sanctae Teclae, ecclesiam Sanctae Eugeniae, et ecclesiam Sancti Lucae cum pertinentiis earum, et

Bona ad monasterium pertinentia enumerans confirmat Pontifex;

(1) Ex authentico exemplari edidit Ughell., Ital. Sac., tom. VII, ubi de Sipontina Ecclesia.

(1) Quae hic citantur privilegia nullibi reperire datum est.

omnes res in praefato episcopatu vestro monasterio pertinentes, ecclesiam Sancti Petri, et Sanctae Mariae prope castellum Capreolis cum pertinentiis suis, piscarias, et piscatores, quas habetis in Barano, molendina, quae sunt in valle Montis Nigri, ecclesiam Sancti Pancratii Ischitellae cum casale et territoriis suis, ecclesiam Sancti Viti, et terras, quas apud Cannas habetis, eccl. Sancti Iacobi extra portas Baroli cum pertinentiis suis, et omnibus tam infra eamdem civitatem, quam in eius episcopatu, vestro monasterio pertinentibus, ecclesiam Ss. Sergii et Bacchi sitam super portam Trani cum pertinentiis suis, et omnes res tam infra eamdem civitatem, quam in eius episcopatu vestro monasterio pertinentes: ecclesiam Omnium Sanctorum sitam in loco, qui dicitur Patiano, donationem omnium infra scriptarum rerum, factam ab Immetaticho de civitate Vigiliarum vestro monasterio, ecclesiam Sancti Fortunati, et ecclesiam Sancti Thomae apostoli, sitas prope eamdem civitatem, cum rebus sibi pertinentibus: ecclesiam Sanctorum Philippi et Iacobi cum pertinentiis suis sitam prope civitatem Melphitam, et omnes alias res tam infra eamdem civitatem, quam in eius episcopatu, vestro monasterio pertinentes: ecclesiam Sancti Procopii sitam in civitate Barensi, et omnes alias res, tam infra eamdem civitatem quam in episcopatu, vestro monasterio pertinentes: possessiones et domum, quas habetis in civitate Rubi, et in episcopatu eius, ecclesiam Sancti Angeli et Sancti Nicolai subtus Ischitellam cum pertinentiis suis, et quicquid in territorio ipsius habetis. Obeunte vero te, eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam, providerint eligendem; electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat; qui nimirum liberas personas ad id monasterium ad conversionem venire volentes suscipiendi, et secundum ipsius vestri B. Benedicti regulam monachandi habeat facultatem. Constituimus etiam, de caetero in eodem loco perpetuis futuris temporibus sedes abbatiae consistat, nec alicui archiepiscopo, vel abbati, seu cuilibet hominum liceat, vestrum monasterium temere perturbare, interdicere, seu aliqua ei gravamina, seu vexationes inferre, vel ipsius possessiones adimere, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, profutura: salvo nimirum censu duorum solidorum Casinensi monasterio a vobis annualiter persolvendo. Addimus insuper, ut consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, seu quaelibet Ecclesiae sacramenta, a dioecesano suscipiatis episcopo, si quidem aptus fuerit locus, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et exactione; alias ipsa a quocumque malueritis catholico episcopo postulare, qui nostrae sedis auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ad indicium autem huius perceptae a Romana Ecclesia libertatis, dimidiam unciam auri singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco citato servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic

Et donationem monasterio factam ab Immetaticho.

Abbatis electionem per monachos fieri mandat;

Cui habitum monachicum petentibus dandi facultatem tribuit.

Monasterium liberum ab omni laicali vel ecclesiastica potestate in temporalibus declarat,

Salvo annuo censu monast. Cassinensi debito:

Consecrationes vero altarium, et sacros ordines a dioecesano episcopo suscipiendos statuit:

Annuumque censum Romanae Ecclesiae reservat.

Solitae clausulae.

fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Hadriani PP. Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Imarus Tusculanensis episcopus.
Ego Gregorius Sabinensis episcopus.
Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.
Ego Iulius Praenestinus episcopus.
Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem subsc.
Ego Astaldus presb. card. tit. Sanctae Priscae subsc.
Ego Ioannes presbyter card. tituli Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii subsc.
Ego Ioannes presb. card. tit. Sanct. Silvestri et Martini subsc.
Ego Otto diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Bozo diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et cancellarii, kal. ian., indict. III, incarnationis dominicae anno MCLVIII, pontificatus D. Adriani Papae IV anno V.

Dat. die 1 ianuarii anno Domini 1158, pont. anno V.

XX.

Privilegium, quo confirmantur iura ac possessiones abbatiae S. Augustini Lemovicensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. ipsum sub protectione Sedis Apost. suscipit Hadrianus; — Eique bona omnia confirmat: — Quorum nonnulla enumerat: — Facultatem quoque tribuit sepeliendi in ecclesiis monasterio subiectis, salvis tamen iuribus parochialium Ecclesiarum. — In Ecclesiis vero curam animarum habentibus sacerdotes ab abbate eligi, ab episcopo vero approbari statuit. — Abbatem autem monast. huius a monachis eligi debere praecipit. — Immunitas pro monasterio ab omni molestia, — Cum solitis conclusionibus. — Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) Ex Gall. Christ., tom. II, inter Instrumenta Ecclesiae Lemovic., num. XXV.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati Ecclesiae S. Augustini Lemovicensis, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum.

Exordium Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati noscitur convenire, omnino nos decet libenter concedere; et praeterea decernimus congruum suffraginm impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam in ipso monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimere vocabulis: monasterium de Caro-Vico cum pertinentiis: monasterium de Ambazaco cum pertinentiis suis, ecclesiam de Super-Bosco cum pertinentiis suis, ecclesiam de Colongis cum pertinentiis suis, monasterium et capellam de Castro Lucio cum pertinentiis suis, ecclesiam de Bonaco cum pertinentiis suis, ecclesiam de Fagia cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Ioannis de Rillaco cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Pauli cum pertinentiis suis, ecclesiam de Buissolio cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Christofori cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Symphoriani cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Pro-

Monasterium ipsum sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Hadrianus;

Eique bona omnia confirmat:

Quorum nonnulla enumerat:

iectis cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Lazari cum pertinentiis suis, ecclesiam de Femmoreth cum pertinentiis suis, ecclesiam de Vernaco cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Germani de Ledros cum pertinentiis suis, ecclesiam de la Vaisse cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri et Germani cum pertineniiis suis, ecclesiam de Vegrine cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri de Lascoube cum pertinentiis suis, capellam S. Michaelis de Triguant cum pertinentiis suis, capellam Sancti Michaelis de Chasteluts cum pertinentiis suis; insuper decimas integrae parochiae S. Christofori et S. Simphoriani, quae a quadraginta retro annis quiete possedistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse concedimus, et ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat: salvis tamen iuribus parochialium Ecclesiarum, de quibus corpora mortuorum assumuntur. In parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis sacerdotes seu rectores electos episcopo repraesentare, quibus, si idonei inventi fuerint, episcopus curam animarum committat; et de plebis quidem cura iidem sacerdotes episcopo, de temporalibus vero vobis debeant respondere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres omnium consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundnm Dei timorem, et B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione vel sebstentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvis in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate, et dioecesani episcopi convenienti iustitia. Si quae igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, ac in extremo examine divinae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Facultatem quoque tribuit sepeliendi in ecclesiis monasterio subiectis, salvis tamen iuribus parochialium ecclesiarum.

In Ecclesiis vero curam animarum habentibus sacerdotes ab abbate eligi, ab episcopo vero approbari statuit.

Abbatem autem monasterium huius a monachis eligi debere praecipit.

Immunitas pro monasterio ab omni molestia:

Cum solitis conclusionibus.

Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

Hadriani PP.

Ego Ubaldus presb. card. S. Crucis in Hierusalem.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Imarus Tusculanus episc.

Ego Gregorius Sabinensis episc.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Silvestri et Martini.

Ego Ildebrandus presb. card. basilicae Duodecim Apostolorum.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Arditius diaconus cardinalis S. Theodori.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanae Curiae et Ecclesiae presbyteri card. et cancellarii, VI idus februarii, indictione VII, incarnationis dominicae MCLVIII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno V.

Dat. die 8 februarii anno Domini 1158, pont. anno V.

XXI.

Privilegium confirmationis donationum monasterio in Prufeningen. factarum, cui nonnulla privilegia conceduntur (1).

Huic monasterio similia privilegia concessere Innocentius PP. II et Eugenius III.

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipit. — Eidem donationes omnes confirmat. — In ecclesiis ad illud spectantibus a monachis eligi iubet presbyteros, qui curam animarum ab episcopo suscipiant. — In communi terrae interdicto, clausis hostiis, monachos sacra peragere, indulget. — Sepulturam monasterii liberam fore declarat. — Decretum immunitatis pro monasterio. — Solitae clausulae. — Hadriani PP. subscriptio.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Erboni abbati monasterii S. Georgii Prufeningen., eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur, omnes christianae fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum agitentur molestiis, vel importunis angariis fatigentur. Huius rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum Beati Gregorii Prufeningen. monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae recordationis (2) Papae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones ab Ottone bonae memoriae Babenbergensi episcopo, Egilberto et Eberhardo eius successoribus, iuste et canonice vestro monasterio sunt oblata, et imposterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu concessione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam variis rationabilibus modis, praestante Domino, eidem loco conferri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Adiicimus etiam, ut in ecclesiis vel capellis, quae in in fundo monasterii vestri sunt, liceat vobis, honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos episcopo praesententur; atque, si idonei fuerint, ab eodem episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis et interdictis, clausis ianuis, liceat vobis submissa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, de quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona,

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Eidem donationes omnes confirmat;

In ecclesiis ad illud spectantibus a monachis eligi iubet presbyteros, qui curam animarum ab episcopo suscipiant.

In communi terrae interdicto, clausis hostiis, monachos sacra peragere, indulget.

Sepulturam monasterii liberam fore declarat:

Decretum immunitatis pro monasterio.

Solitae clausulae.

(1) Ex Hundii Metrop. Salisburg. tom. III.
(2) Forte addendum *Eugenii*.

hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Hadriani PP. subscriptio. Ego Adrianus cathol. Eccl. episc. ss.



Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancell., kal. aprilis, indict. VII, incarn. domin. anno MCLVIII, pontific. vero domni Adriani Papae IV anno V.

Dat. die 1 aprilis anno Domini 1158, pont. anno V.

XXII.

Monasterio Ss. Nazarii et Celsi Veronensis dioecesis bona omnia confirmantur, salvo censu annuo palatio apostolico solvendo, eiusque monachis abbatis sui electio committitur (1).

SUMMARIUM

Exordium deest. — Ordo monasticus inibi perpetuo observetur. — Bona omnia confirmantur. — Quorum nonnulla propriis vocabulis exprimuntur, cum ecclesiis, terris, iuribus etc. — Abbatem huius monasterii a monachis eligendum praecipitur. — Exemptio a decimis. — Solitae clausulae. (R. T.) Hadriani PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. V, ubi de Veronensi Ecclesia.

Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Clementi abbati monasterii Sanctorum Nazarii et Celsi, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum.

Quotiens etc. communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et beati Benedicti regulam in ipso monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Mariae de Marcellitis cum pertinentiis, salvo censu unius bizantii, quem singulis annis pro eadem Ecclesia nobis nostrisque successoribus solvere debeatis: ecclesiam S. Sebastiani cum pertinentiis, ecclesias de Carliano, ecclesiam Sanctae Mariae Cluave cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Cassiani cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini de Lavago cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Sepulchri cum Hospitali cum pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Felicitae cum pertinentiis suis, villam Cosiliani cum omni iure suo, terram quam habetis in Lenazzo, terram de Nodesola, terram de Portu, terram de Porcile, terram Gepito, terram de Lavagno cum vineis et domibus suis, terram de Grillana, terram de Mizano, terram de Monte Auro cum molendinis et valeatoribus et vineis suis, terram de Mizoli cum olivis et vineis suis, terram cum olivis in territorio Sanctae Mariae in Selle, terram et vineas de Colignola, terras de Lilasi, terram de Garda cum olivis suis,

Exordium deest.

Ordo monasticus inibi perpetuo observetur.

Bona omnia confirmantur.

Quorum nonnulla propriis vocabulis exprimuntur, cum ecclesiis, terris, iuribus etc.

insulam de Parquara cum pratis et cum omnibus ad ipsam pertinentibus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium decimas a vobis nullus praesumat exigere. Decernimus ergo etc. Salva etc. Cunctis autem etc. Amen.

Abbatem huius monasterii a monachis eligendum praecipitur.

Exemptio a decimis.

Solitae clausulae.

Hadriani PP. Ego Adrianus catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli Sanctae Praxedis.

Ego Iulius presbyter cardinalis tituli S. Marcelli.

Ego Octavianus presb. cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ego Astaldus presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae.

Ego Girardus presb. card. tit S. Stephani.

Ego Hildebrandus presb. card. basilicae Duodecim Apostolorum.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. S. Chrysogoni.

Ego Guillelmus presb. card. tit. S. Petri ad Vincula.

Ego Otto diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Rodulphus diac. card. S. Luciae.

Ego Petrus diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Raymundus diac. card. S. Mariae in Via Lata.

Datum Laterani per manum Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae presb. cardinalis et cancellarii, XIII kal. iunii, indictione VI, incarnationis dominicae anno MCLVIII, pontificatus vero domni Adriani Papae IV anno IV.

Dat. die 20 maii anno Domini 1158, pontif. anno IV.

ALEXANDER III

PAPA CLXX

Anno aerae Christi comm. MCLIX.

Rolandus, natione Tuscus, patria Soanensis (1), ex patre Rainutio, antea S. R. E. presbyter cardinalis tituli S. Marci, et Apostolicae Sedis cancellarius, electus est Romanus Pontifex die 7 septembris 1159 et die 20 mensis eiusdem consecratus, cui nomen Alexander III. Sedit in pontificatu, imperantibus, in Oriente Emanuele, mox Alexio Comnenis, in Occidente Friderico Ænobarbo impp., annos XXI, menses XI, dies XXII (2). Obiit apud civitatem Castelli die 30 augusti 1181, et sepultus est Romae in ecclesia Lateranensi. Vacavit Sedes per diem (3).

Schisma vigesimum octavum in Ecclesia.

Electo, ut diximus, Rolando, qui Alexander Papa III; Ioannes tituli S. Martini, et Guido tituli S. Calixti, presbyteri cardinales, Octavianum tituli S. Caeciliae, pontificiam dignitatem iamdiu ambientem, pseudopapam elegerunt, qui Victor dictus. Inter caetera facinora stolam, e legitimi Pontificis collo violenter excussam (4), sibi imposuit; et quarta hebdomada ab episcopis Malphitano, Ferentinate et Tusculano potius execratus est, quam consecratus die 4 octobris in abbatia Farfensi. Diem illi indixit Alexander, ut ad Ecclesiae unitatem rediret, quod vir nequam contemnens, cum suis excommunicatur, quod per summam audaciam et inauditum scelus ab Octaviano quoque in Alexandrum factum est in conciliabulo, Papiae coacto ab imperatore Friderico.

(1) Sed in Cod. Vat. quem refert Baronius, legitur *patria Senensis*. (2) A die electionis deductos; nam si numeremus a die consecrationis supra annos et menses, sedit tantum dies X. *Pagius iunior*. (3) Exclusis extremis. (4) Rei gestae historiam refert Alexander in epistola, quam subiicimus, ad clerum et populum Bononiensem; caetera refert Baronius ex Cod. Vaticano auctoris eiusdem temporis.

Octavianum iterato anathemate percussit Alexander in concilio, apud Montem Pessulanum habito, (1) mox in altero Turonis. Mortuus est in urbe Lucensi, ubi sepultus die 22 aprilis anno 1164, postquam in schismate vixerat ann. IV, menses fere septem, quem extinctum deflevit Alexander, et cardinales de morte illius exultantes durius increpavit (2).

Schisma vigesimum nonum in Ecclesia.

Post Octaviani mortem, eodemque die, quo antipapa sepulturae mandatus est, mandato imperatoris (3) 22 die mensis aprilis Guidonem Cremensem (presbyterum cardinalem tituli S. Calixti, qui Octavianum elegerat) antipapam fecerunt, qui consecratus est ab Henrico Leodiensi episcopo et Paschalis III nuncupatus. Cum per annos quatuor imperatoris favore tumidus Romanos caeterosque Alexandro PP. fideles divexasset, et ad ecclesiam S. Petri die quadam incumberet, ab eodem ipso apostolo (4) immissus cancri morbus in renibus eius apparuit; unde cum pulmonis anhelitu tamdiu emisit saniem foetidam, donec infelicem spiritum impoenitens exhalavit, et pessima morte occubuit anno 1168.

Schisma trigesimum in Ecclesia.

Mortuo Guidone Cremensi, residua schismaticorum fex, cum nullus de Ecclesiae corpore superesset, quem sibi praeficere possent, subrogarunt in eius locum Ioannem quemdam abbatem Sturmiensem (paulo ante a Paschale antipapa episcopum dictum Albanensem), quem dixerunt Calixtum III (5). Hic anno 1178 reatum suum agnoscens, Montem Albanum (quo se receperat) deseruit, et apud Tusculanum ad pedes PP. Alexandri cum quibusdam suis clericis humilis et devotus accessit IV kalend. septembris, et in conspectu cardinalium, et multorum, se peccasse publice confessus est; quem Alexander in Curia et in mensa honorifice habuit (1), et postea Beneventi rectorem constituit (2). Hoc itaque schisma cessavit hoc anno.

Schisma trigesimum primum in Ecclesia.

Non multo post Ioannis Sturmiensis abdicationem (3), schismatici quietem non ferentes Ecclesiae, iterum quemdam clericum (4) contra Papam Alexandrum antipapam statuunt, quem mutato nomine Innocentium III vocitarunt (5); sed anno sequenti 1180 apud Palumbaram cum sociis captus est, et in exilium deportatus. Schisma itaque, primis Alexandri pontificatus diebus exortum, usque ad tempus exilii Landonis perductum, duravit annos XXI, cum nonnisi ann. 1180 reddita fuerit Ecclesiae pax.

I.

Clerum ac populum Bononiensem, quos de legitima sui in Pontificem electione certiores reddit, ad persistendum in sui obedientia ac fidelitate exhortatur (6).

SUMMARIUM

Exordium. — Schisma sub Alexandro PP. — Narrat factam de se electionem in Pontificem. — Schismaticorum pertinacia. — Octaviani nefandum in Alexandrum facinus. — Mantum pontificale vi usurpare contendit. — Ridiculum factum inde secutum. — Sequitur narratio tumultuum, ac scelerum. — Detentus Alexander. — Populi

(1) Prout legitur in epistola, quam Pontifex dedit die XVI kal. iunii 1162 ad Omnibonum Viennensem episc. (2) Ita scripsit nuntius S. Thomae Cantauriensi in epistola, quam refert Baronius. (3) Inquit Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. (4) Legitur in Actis Alexandri III. (5) Ut habent Alexandri III Acta a Pagio iun. in vita eiusdem Papae saepius laudata.

(1) Inquit Romualdus Salernitanus. (2) Asserit Anonymus Cassinensis; sed Marius Vipera scribit, eum a Papa constitutum esse archiepiscopum Beneventanum, et illius urbis praefectum. (3) Scilicet anno 1179, ut habetur in Auctario Aquicinctino. (4) Landonem Sitinum nuncupatum. (5) Scribit auctor laudati Auctarii. (6) Ex Radevic. Frisingen., lib. II, inter Rer. Italic. Script., tom. VI, et Baron., Annal., ad ann. 1159.

clamor pro eo liberando. — Tandem a senatoribus honorifice circumductus. — Hinc consecratus. — Octavianus adhuc pertinax in sua impietate. — Alexandri in Deum spes. — Adhortatio ad clerum et populum Bononien. — Excommunicatum a se Octavianum, eiusque sectatores declarat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gerardo episcopo, et dilectis filiis canonicis Bononiensis Ecclesiae, et legis doctoribus caeterisque magistris, Bononiae commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Æterna et incommutabilis providentia Conditoris sanctam et immaculatam Ecclesiam a suae fundationis exordio ea ratione voluit et ordine gubernari, ut unus ei pastor et institutor existeret, cui universi Ecclesiarum praelati absque repugnantia subiacerent, et membra, tamquam suo capiti cohaerentia, ei se mirabili quadam unitate coniungerent, et ab ipsa nullatenus dissiderent. Qui vero Apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (*a*); ille procul dubio Ecclesiam suam, cuius ipsi Apostoli magisterium assumpserunt, sua promissione fraudari nullo modo patietur; sed eam in suo statu et ordine, licet ad instar naviculae Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuo faciet permanere. Unde et quamvis hoc tempore tres falsi fratres, qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in angelos lucis, cum sint Satanae, inconsutilem Christi tunicam, quam utique ipse quidem ex persona Psalmographi a leonibus petit, et a framea erui, et de manu canis orat ac postulat liberari (*b*), scindere et laniare laborent; Christus tamen, auctor et caput Ecclesiae, eam velut unicam sponsam suam provida gubernatione tuetur, et navem egregii Piscatoris, licet saepius quatiatur a fluctibus, non permittit naufragium sustinere. Porro cum antecessor noster bonae memoriae Adrianus Papa kal. septemb. Anagniae debitum naturae solvisset, et de terris ad coelum, de imis migrasset, Domino vocante, ad superna, eo Romam adducto, et II non. septemb. in ecclesia Beati Petri praesentibus fere omnibus fratribus satis honeste (sicut moris est) tumulato, coeperunt fratres et nos cum eis secundum Ecclesiae consuetudinem de substituendo Pontifice in eadem Ecclesia studiosius cogitare, et tribus diebus de ipsa electione tractantes, tandem in personam nostram, insufficientem huic honori, et tantae dignitatis fastigio minime congruentem, omnes, quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octaviano scilicet, Ioanne de S. Martino, et Guidone Cremense (Deo teste, quia mendacium non fingimus, sed meram, sicut est, loquimur veritatem) concorditer atque unanimiter convenerunt, et nos, assentiente clero ac populo, in Romanum Pontificem elegerunt. Duo vero, Ioannes et Guido, quos praenotavimus, tertium Octavianum nominantes, ad eius electionem pertinaciter intendebant. Unde et ipse Octavianus in tantam audaciam insaniamque prorupit, quod mantum, quo nos reluctantes et renitentes, quia nostram insufficientiam videbamus, iuxta morem Ecclesiae Otto prior diaconorum induerat, tamquam arreptitius a collo nostro propriis manibus violenter excussit, et secum inter tumultuosos fremitus asportavit. Caeterum cum quidam de senatoribus tantum facinus inspexissent, unus ex eis spiritu divino succensus, mantum ipsum de manu eripuit saevientis. Ipse vero ad quendam capellanum suum, qui ad hoc instructus venerat et paratus, illico flammeos oculos fremebundus inflexit, clamans et iubens, ut mantum, quem fraudulenter secum portaverat, festinanter afferret: quo utique sine mora delato, idem Octavianus, abstracto pileo, et capite inclinato, cunctis fratribus, aut loco inde aut voluntate remotis, mantum per manus eiusdem capellani,

Narrat factam de se electionem in Pontificem.

Schismaticorum pertinacia.

Octaviani nefandum in Alexandrum facinus.

Mantum pontificale vi usurpare contendit.

Schisma sub Alexandro PP.

(*a*) Matth. XXVIII, 20. (R. T.) (*b*) Psalm. XX, 21. (R. T.)

et cuiusdam clerici sui ambitiosus assumpsit; et ipse idem, quia non erat alius, in hoc opere capellano et clerico extitit coadiutor. Verum ex divino credimus iudicio contigisse, quod ea pars mantli, quae tegere anteriora debuerat, multis videntibus et ridentibus, posteriora tegebat. Et cum ipse idem hoc emendare studiosius voluisset, quia capitium mantli extra se raptus non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit, ut saltem mantus ipse appensus ei quodammodo videretur. Sicque factum est, ut sicut tortae mentis erat, et intentionis obliquae, ita ex transverso et obliquo mantum fuerit in testimonium suae damnationis indutus. Quo facto, portae Ecclesiae, quae firmatae fuerant, reserantur, et armatorum cunei, quos (sicut ex re apparuit) pecuniae largitione conduxerat, evaginatis gladiis cum immenso strepitu cucurrerunt, et pestis illa mortifera, quia cardinales episcopos non habebat, armatorum caterva militum vallabatur. Fratres vero, facinus tam immensum, et a saeculis non auditum ex insperato videntes, et formidantes, ne a conductitiis militibus trucidarentur, sese in munitionem Ecclesiae nobiscum pariter receperunt; ibique novem diebus continuis, ne exinde libere eximemur, fecit nos quorumdam senatorum assensu, quos pecunia oblata corruperat, die noctuque armata manu cum omni diligentia custodiri. Sane populo incessanter et iugiter acclamante, et in senatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de custodia fuimus illius munitionis erepti; sed in arctiori et tutiori loco apud Transtyberim nos iidem senatores, recepta inde pecunia, posuerunt. Cumque moram ibidem ferme per triduum fecissemus, universo populo tantam proditionem atque malitiam de caetero nullatenus sustinente, senatores cum nobilibus et populo venientes, nos et fratres nostros per urbem magnifice et honorifice cum immensis laudibus et praeconiis, campanis etiam in transitu nostro pulsantibus, conduxerunt; et sic tandem a violentia persequentis erepti, et nostrae redditi libertati, sequenti die dominico venerabilibus fratribus nostris Gregorio Sabinensi, Ubaldo Hostiensi, Bernhardo, Walthero, Iulio et B. episcopis, cardinalibus quoque, abbatibus, prioribus, iudicibus, advocatis, scriniariis, primicerio, et schola cantorum, nobilibus etiam, et quadam parte de populo urbis apud Nimpham, non longe ab urbe, insimul congregatis, munus consecrationis accepimus; et sicut in Romana Ecclesia moris est, ibidem pontificali regno magnifice fuimus ac solemniter coronati. Caeterum praedictus Octavianus, cum pro consecratione, imo execratione sua, dum et in urbe esset, et postquam latenter urbem exivit, multos episcopos convocasset, nullum prorsus, praeter unum, Ferentinatem videlicet episcopum habere potuit pro sua temeritate et vesania confirmanda. Quosdam tamen episcopos imperialibus minis, quosdam violentia laicali, quosdam vero pecuniis et blanditiis allicere voluit; sed nil, Domino impediente, profecit. Unde nec adhuc invenire potest, licet omnibus modis enitatur, qui ei manus execrationis imponat, et se tantae faciat praesumptionis et impietatis auctorem. Verum memorati Iohannes et Guido, caecitatis tenebris obvoluti, quoniam scriptum est: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnet (a): nec a sua praesumptione damnabili resipiscunt; sed eumdem Octavianum, quem sibi in statuam erexerunt, obstinata perfidia venerantur: et eum, relicta unitate Ecclesiae, praesumunt usque adhuc tamquam idolum aut simulacrum adorare. Ipse autem antichristi tempora praefigurans, usque erectus est supra se, ut etiam in templo Dei sederit, ostendens, tamquam sit Deus, et multi abominationem desolationis stantem in loco sancto non sine multa lacrymarum effusione corporeis oculis inspexerunt. Sane nos infirmitatem no-

Ridiculum factum inde secutum.

Sequitur narratio tumultuum, ac scelerum.

Detentus Alexander.

Populi clamor pro eo liberando.

Tandem a senatoribus honorifice circumductus.

Et episcopis cardinalibus aliisque pluribus congregatis, consecratus, regno fuit coronatus.

Octavianus adhuc pertinax in sua impietate;

Nullum, praeter duo superius memoratos, invenit qui ei manus execrationis imponat.

(a) Proverb. XVIII, 3. (n. T.)

Alexandri in Deum spes.

stram, et virtutum indigentiam cognoscentes, nostri in Dominum iactamus cogitatum, sperantes, et de Christi misericordia plenius confidentes, quod Ecclesiam sanctam suam, pro qua ipse idem in substantia nostrae mortalitatis apparuit, ut eam sibi non habentem rugam aut maculam exhiberet, optata faciet in tranquillitate laetari: et procellarum omnium inundatione sedata, nihil erit, quod iam ei possit obsistere, ubi unicus eius Sponsus voluerit nubilosa quaeque et noxia propulsare. Nunc igitur, quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidimus, et de honestate et religione vestra plenam habemus fiduciam, vestris et universalis Ecclesiae precibus infirmitatem nostram petimus adiuvari: charitatem vestram per apostolica scripta rogantes, et commonentes attentius, ut sicut viri catholici vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, et in devotione ac fidelitate matris vestrae sacrosanctae Romanae Ecclesiae immobiliter persistentes, ab eius unitate nullatenus recedatis. Quod si praefatus vir impietatis ad partes vestras aliqua damnationis suae scripta transmiserit, ea sicut respuenda sunt, respuatis: et tanquam vana ac sacrilega contemnere et abiicere studeatis. Noverit insuper discretio vestra, quod nos supranominatum Octavianum apostaticum et schismaticum in octavo die a consecratione nostra (hunc enim terminum ei resipiscendi, et ad unitatem matris Ecclesiae redeundi praefiximus) tamquam inobedientem et contumacem, et illos, qui ei manus praesumerent, non dicimus consecrationis, sed execrationis, imponere, de communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium voluntate atque consilio accensis candelis, et coetu clericorum in Ecclesia congregato, vinculo anathematis et excommunicationis astrinximus, et eos cum suo auctore diabolo condemnavimus (1).

Adhortatio ad clerum et populum Bononiensem.

Excommunicatum a se Octavianum, eiusque sectatores declarat.

II.

Monasterio Cassinen. quod primum totius Italiae declarat, bona ac libertates omnes confirmat, novaque concedit privilegia (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Praedecessorum more monast. hoc sub protectione Sedis Apostol. suscipit Pontifex. — Bona omnia ac monasteria eiusdem confirmat; — In quibus multa propriis vocabulis enumerat: — Ecclesias cum suis pertinentiis tam in tota Italia continentali, — Quam etiam in Sardiniae insula, — Nec non et in locis extra Italiam positas. — Cassinen. monast. primatiam super caetera coenobia asserit. — Usum chirothecae, dalmaticae ac mitrae statutis diebus eius abbatibus concedit. — Ipsum vero soli Apostolicae Sedi subiectum declarat. — Laicos, clericosque in eodem recipi posse indulget. — Abbati quoque ius cognoscendi causas tum monachorum, cum monialium sibi subiectarum. — Illum vero per monachos tantum eligendum, et a Rom. Pontifice consecrandum. — Sacramenta, consecrationes altarium, aliaque huius generis a quocumque voluerint episcopo petere, ut possint, elargitur. — Palladii cellam in urbe eis concedit in hospitium. — Sepulturam vero monasteriorum a Cassinensi dependentium liberam omnino declarat. — Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi etc. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. E. subscriptiones.

(1) In epistola eiusdem argumenti, nonnullis immutatis, archiepiscopo eiusque suffraganeis scripta, quam refert Gaffarus, Annal. Genuen., lib. I, legitur: *Data Terracinae* VI *kal. octobris* MCLIX, qui fuit Alexandri primus. Quod autem ex duabus hisce epistolis licet coniicere, caeteris quoque per Italiam civitatibus huius formae literas ab Alexandro datas crediderimus, ne vafris usurpatoris artibus decepti a fide legitime electo Pontifici debita deficerent. (2) Ex originali edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. VI, pag. 338

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rainaldo abbati venerabilis monasterii Cassinen. B. Benedicti, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Licet omnium Ecclesiarum cura et solicitudo ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio solicitudini nostrae imminent; illi tamen, quae specialius ac familiarius ad Romani Pontificis ordinationem spectare noscuntur, ampliori nos convenit charitatis studio imminere. Eapropter, dilecte in Domino fili Raynalde abbas, tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, praefatum Beati Benedicti monasterium, cui, Deo auctore, praesse dignosceris, ad exemplar praedecessorum nostrorum fel. mem. Calixti et Anastasii, Romanorum Pontificum, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, cooperante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in primis monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem Cassini Montis, monasterium S. Dei Genetricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumbarola, monasterium S. Mariae in Cincla, cellam S. Benedicti in Capua cum pertinentiis suis, S. Angeli ad Formas, S. Ioannis Puellarum, S. Ruli, S. Benedicti Pizuli, S. Angeli ad Odaldiscos, S. Agathae in Aversa, S. Caeciliae et S. Demetrii in Neapolim, S. Benedicti ad portam Rufini, S. Nicolai in Civitate Nova, S. Benedicti in Pantano, S. Benedicti in Petra-Polecina, S. Georgii in Fenucleo, S. Ioannis in Turlecoso, S. Petri in Rossano, S. Angeli in Capraria, S. Ianuarii prope Beneventum, S. Martini ibidem, S. Dionysii in Ponte, et S. Anastasii, S. Mariae in Caneto iuxta fluvium Trinium, S. Benedicti et S. Laurentii in Salerno. S. Liberatoris in Marchia cum omnibus pertinentiis suis, S. Benedicti in Marsia, S. Mariae in Luco, S. Cosmatis in Civitella, S. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae ancillarum Dei in civitate Cosentia, S. Mariae in Banza, S. Petri de Lacu, S. Petri de Ovellano, S. Erasmi, S. Benedicti, et Sanctae Scholasticae in Caieta, Sancti Magni in Fundis, S. Stephani, S. Benedicti, et Sanctae Agathae in Terracina, S. Petri in Foresta, S. Pauli ibidem, S. Mariae in Pontecurvo, S. Angeli, S. Nicandri, et S. Thomae in Troia, S. Eustasii in Pantasia, S. Benedicti in Alariano, S. Benedicti in Pectinari, S. Mariae in Casale-Plano, S. Illuminatae in castello Lemusano, S. Trinitatis et S. Georgii in Termule, S. Focatis in Lesina cum fauce et piscaria, S. Benedicti in Asculo, S. Eustasii in Petra-Abundanti, S. Eustasii in Vipera, S. Mariae in Barretano, S. Scholasticae in Pinne, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai iuxta fluvium Trutinum in Aprutium cum pertinentiis suis, S. Ioannis ad Scursonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tisino fluvio, S. Apollinaris in Firmo, quod dicitur ad Oplaniis, S. Mariae in Arboscla, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, et Ss. septem Fratrum et S. Laurentii, S. Benedicti in Ripaursa: in comitatu Aquinensi cellam S. Gregorii, S. Mauritii, S. Pauli, S. Constantii, S. Christofori, S. Nicolai, S. Mariae in Albaneta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Chia, S. Nazarii in Comino, S. Valentini, S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, S. Salvatoris, S. Angeli Vallis-Lucis, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannuca, S. Mariae in Verulis, S. Petri in Escleto, S. Luciae et S. Petri in Curuli, S. Silvestri, S. Martini, et S. Luciae in Erpino, S. Mariae de Castello Zupponis, S. Martini in pede Arcis, S. Benedicti in colle de

Praedecessorum more monast. hoc sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex.

Bona omnia ac monast. eiusdem confirmat;

In quibus multa propriis vocabulis enumerat:

Ecclesias cum suis pertinentiis tam in tota Italia continentali,

Insula, S. Mariae in Bavuco, S. Nicolai in Turrice, S. Iuliani in Frusilone, S. Caesarii in Anagnia, S. Germani in Sora, S. Benedicti in Paschesano, S. Petri in Morinis, S. Angeli in Pesco Canali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, S. Erasmi in Pomperano, S. Mariae in Cellis, S. Pastoris in civitate Tyburtina: in Venafro S. Benedicti, S. Nazarii, S. Martini in ipsa Furca, curtem S. Mariae in Sala, S. Benedicti Pizoli, ibidem, S. Benedicti in Cesima, S. Benedicti in Sessa, et S. Leonis, curtem quae dicitur Lauriana, S. Benedicti in Teano cum pertinentiis suis, S. Mariae in Calvo, S. Nazarii in Anglena, S. Adiutoris, et S. Benedicti in Alifa, S. Domnini in Telesia, S. Martini in Vulturno: in Amalfi S. Crucis et Sancti Nicolai, S. Crucis in Sernia, S. Marci in Carpenone, S. Valentini in Ferentino, S. Angeli in Algido, S. Marci in Ceccano, S. Agathae in Tusculano, S. Ierusalem, S. Benedicti in Albano: in Roma monasterium S. Sebastiani in Palladio: in Luca cellam S. Georgii: in territorio Pisanae civitatis S. Silvestri, et S. Salvatoris in Civitella: in ducato Spoletino, Sanctae Mariae in Calena, Sancti Benedicti in Trani, Sancti Benedicti in Caro, Sancti Petri Imperialis in Tarento: in Calabria cellam Sanctae Anastasiae, S. Mariae in Tropea, Sancti Nicolai in Sallectano, S. Eufemiae in Marchia: in comitatu Aretino monasterium S. Benedicti, et Sancti Benedicti in Crema: in Sardiniae insula ecclesiam S. Mariae in Tergo, Sancti Heliae in Monte Sancto, et Sancti Helisaei, cum omnibus earum pertinentiis, Sanctae Mariae de Sabucco, Sanctae Mariae de Toralbo, Sanctae Mariae de Tanecle, S. Petri de Trecingle, S. Nicolai et Sanctae Mariae in Solio cum pertinentiis earum, Sancti Nicolai de Talasa, Sancti Michaelis in Ferrucisi, Sancti Georgii in Ticillo, Sancti Petri in Simbrano, Sancti Petri in Nurchi, Sancti Nicolai de Nugulbi, et Sancti Ioannis, Sancti Heliae de Sitini, et Sanctae Mariae de flumine Tepido: in civitate Cosentia Sancti Petri in Buda, Sancti Martini iuxta fluvium Armini, S. Columbani, Sancti Nicolai in Guatanelli, Sanctae Luciae cum insula Sancti Viti: in Palentino, Sanctae Mariae in Cesis, Sancti Ioannis in Vonaze, Sancti Ioannis in Via Romana, Sancti Ioannis de Actangone, Sancti Petri in Pereto: in Capitanata medietatem castri Serrae, Sancti Lucae in monte Gargani, pascua de Matese: in Firmo Sancti Bartholomaei in campo Fullonis: in Tude Sancti Magni in Quatrelli, Sancti Angeli in Galla: in territorio Andegavensi Sancti Mauri in Glannafolio cum cellis, villis et omnibus pertinentiis suis: in Dalmatia S. Mariae iuxta civitatem Ragusam cum portu suo, Sancti Nicolai in Sansacu prope Spalatrum: in Hispania Sancti Benedicti in Terracone, Sancti Benedicti in Coadgrane iuxta civitatem Logronium, item civitatem, quae dicitur Sancti Germani, positam ad pedem Casini Montis, castellum S. Petri, quod ab antiquis dictum est castrum Casini, castellum Sancti Angeli, Plumbarolam, Pignatariam Pedemontis, Iuncturam, castrum Sancti Ambrosii, Sancti Apollinaris, Sancti Georgii, Vallem Frigidam, Sancti Andreæ, Vantram Monasticam, Vantram Comitalem, Sancti Stephani, Teramum, Fracte, Castrum-Novum, Mortulam cum curte, quae dicitur Casa Fortini, Cucuruzu, Caminum, Suium cum omnibus pertinentiis suis ex utraque parte fluminis, Turrem ad Mare iuxta fluvium Garilianum, castrum Pontiscurvi, Sancti Petri in Flia, Torocclum, Cervarium, S. Victoris, Sanctae Heliae, Vallem Rotundam, Saraciniscum, Cardetum, Aquam fundatam, Vitecosum: in Calabria castrum Cetrarii cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis: in Marchia Teatina castellum Lastinianum, montem Albrici, Mucclam S. Quirici cum portu, Frisam, S. Iustam: in comitatu Asculano castellum, quod dicitur Octavum, et post montem Cinianum Trivilianum, et Cavinum: in principatu castellum Ripae-Ursae, Mon-

Quam etiam in Sardiniae insula;

Nec non et in locis extra Italiam positas.

tem Bellum, Petram Fracidam: in Comino Vicum Album: in territorio Carseolano castellum Auriculam, Piretum, Roccam Incameratam, et Fossam-Cecam: in Amalphi Fundicum: in territorio Troiano Castellionem de Baroncello, S. Iustam, villam Sancti Nicolai, quae de Galliciano dicitur: in monte Sancti Angeli Hospitale: in territorio Capuano Gualdum de Liburia: in comitatu Teanensi curtem Sancti Felicis cum ecclesia Sancti Ippoliti.

Cassinen. monast. primatiam super caetera coenobia asserit.

Praeterea, patrum nostrorum vestigia subsequentes, praefatum Sancti Benedicti monasterium caeteris per Occidentem coenobiis praeferendum asserimus, et tam te quam successores tuos in omni conventu episcoporum seu principum superiores omnibus abbatibus consedere, atque in iudiciis priorem caeteris sui ordinis viris sententiam proferre sancimus.

Usum chirothecae, dalmaticae ac mitrae statutis diebus eius abbatibus concedit.

Usum etiam compagorum, ac chirothecae, dalmaticae ac mitrae tam tibi quam successoribus tuis in praecipuis festis et diebus dominicis, ad missas, seu in consessu concilii habendum concedimus.

Ipsum vero soli Apostolicae Sedi subiectum declarat.

Sane tam in ipso venerabili monasterio quam et cellis cuiuslibet Ecclesiae episcopum vel sacerdotem, praeter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi aut interdiciendi, aut ad synodum convocandi praesumere prohibemus: ita ut nisi ab abbate prioreve loci fuerit invitatus, nec missarum solemnia inibi audeat celebrare.

Laicos, clericosque in eodem recipi posse indulget.

Liceatque ipsius monasterii, et cellarum eius fratribus, clericos cuiuscumque ordinis, seu laicos, de quocumque episcopatu ad conversionem venientes, in sanitate vel in aegritudine cum rebus suis, absque episcoporum vel cuiuslibet personae contradictione suscipere, nisi tunc iidem clerici seu laici a dioecesanis episcopis pro certis fuerint excommunicati criminibus.

Abbati quoque ius cognoscendi causas tum monachorum, cum monialium sibi subiectarum.

Liceat etiam absque cuiuslibet saecularis vel ecclesiasticae potestatis inhibitione subiectis monasteriis suis tam monachos quam sanctimoniales foeminas iudicare. Liceat quoque fratribus per cellas in civitatibus constitutas ad divina officia celebranda, quandocumque voluerint, signa pulsare; populum Dei tam in ipsum coenobium quam et in cellas eius ad Dei verbum audiendum ingredi, nullus episcopus, excepto pro communi totius civitatis vel parochiae interdicto, prohibeat.

Illum vero per monachos tantum eligendum, et a Rom. Pontifice consecrandum.

Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia aut violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum, sicut in Domini praedecessoris nostri sanctae mem. Leonis Papae privilegio continetur.

Sacramenta, altarium consecrationes, aliaque huius generis a quocumque voluerint episcopo petere, ut possint, elargitur.

Ad haec, tam praesentium quam futurorum avaritiae ac nequitiae obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cuiuscumque abbatis morte aut electione fieri, auctoritate apostolica interdicimus. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum, a quocumque malueritis catholico suscipiatis episcopo; baptismum autem, et infirmorum visitationes per clericos vestros in oppidis vestris seu villis agetis.

Palladii cellam in urbe eis concedit in hospitium.

Ad perpetuum etiam hospitium tibi tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic congregatione, quem volueritis ordinetis, quem si forte Romano Pontifici in abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam vestrae coongregationis monachum sub vestra decernimus dispositione persistere.

Sepulturam vero monasteriorum a Cassinensi dependentium liberam omnino declarat.

Reditum quoque, qui ab officialibus nostris apud Hostiam vel Portum de navibus exigi solet, navi vestrae, si qua eo venerit, relaxamus. Sepulturam sane loci vestri, et monasteriorum vestrorum liberam omnino esse censemus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat.

Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi etc.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones

auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Poenae contra violatores privilegii huius.

Benedictio et pax illud observantibus.

S. Petrvs ✝ S. Pavlvs
Alexander Papa III.
VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.
BENE VALETE

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis episcopus, et S. Rufinae subsc.

Ego Gualterius Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem subsc.

Ego Astaldus presb. cardinalis tituli S. Priscae subsc.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Ildebrandus presb. card. basilicae Duodecim Apostolorum subsc.

Ego Ioannes presb. card. tit. S. Anastasiae subscripsi.

Ego Albertus presb. cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina subsc.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin subsc.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Boso diac. card. Ss. Cosmae et Damiani subsc.

Datum apud Ninpham per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii, VII idus novembris, incarnationis dominicae anno MCLIX, indictione VIII, pontificatus vero domni Alexandri III anno I.

Dat. die 7 novembris anno Domini 1159, pont. anno I.

III.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum concessio monasterio S. Mariae de Rievalle ordinis Cisterciensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub apostolica suscipit protectione. — Ac regularem inibi servari ordinem decernit, — Bona omnia confirmat. — In primis monasterium cum possessionibus, cuius fines describit. — Ex dono Henrici regis Angliae, — Et aliarum tam ecclesiasticarum, quam saecularium personarum quae monasterio eidem dona contulerunt. — Nonnulla concedit privilegia: a decimis eximit. — Ne quis audeat fratres sine licentia abbatis suscipere. — Nullus archiepisc. sive episc. audeat interdicere locum ipsum. — Tempore interdicti liceat officia celebrare exclusis excommunicatis. — Omnes immunitates ab Henrico rege indultas auctoritate apostolica ratas habet; — Cum aliis privilegiis et praerogativis. — Solitae clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Aelredo abbati monasterii Sanctae Mariae de Rievalle, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum.

Religiosis votis annuere, et ea operis exhibitione complere, officium nos invitat

(1) Ex tom. II Monast. Anglic.

susceptí regiminis, et ordo videtur exigere rationis. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam ecclesiam Sanctae Mariae de Rievalle, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui in Ecclesia vestra secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, et institutionem Cisterciensis ordinis noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium ipsum Beatae Mariae Rievallis cum omnibus possessionibus et appendiciis suis secundum fines et terminos earumdem terrarum et possessionum, a Galtero Espec fundatore loci vestri ita constitutos: ex parte Orientis a via dicta Speragata, quae ducit ad Riam, usque ad viam, qua itur ad Bref, ad molendinum de Sproxtona: et a valle, quae ducit ad parvam haiam de Tilestuna usque ad foveam, quae est ex adverso, ubi duo rivoli, Depedale videlicet et Litlebec, confluunt: et a Kauthepeche usque ad Cervum Lapidum, qui vocatur Bacheler, et inde usque ad viam, quae venit de Turchilsti ex parte austri et occidentis, sicut Ria fluvius usque ad divisas de Antona fluit, et inde sunt termini usque ad Fangadala, et exinde usque ad viam, quae venit de Wideris: ex parte septentrionis a monte, qui dicitur Transhobed, per vallem Landesmara, et rivolum, qui dicitur Willelmesbech, ubi sunt divisae Iohannis Engelram, terram de Brif, terram de Tilestuna, terram quae dicitur Bildesdala, cum omnibus appendiciis suis: in foresta de Delmestac omnia ad usus vestros necessaria in lignis, in pascuis et in pannagiis (1): ex dono filii nostri Henrici, videlicet iunioris regis Angliae, terram, quae dicitur Dulberthesmersch cum omnibus pertinentiis suis, et cum tota pastura de Wasta de subtus Lichering, sicut ipse carta sua confirmavit, et avus eius rex Henricus in dominio suo tenuit: ex dono episcopi Dunelmensis, Cotum, et Crossebi cum omnibus pertinentiis suis, sicut ipse episcopus vobis concessit, et carta sua confirmavit: ex dono canonicorum Eboracensium Sanburn cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Rogeri de Malbrai Welleburnam et Hovetunam cum omnibus pertinentiis suis, sicut ipse Rogerus vobis concessit, et carta propria confirmavit: praeterea ex dono ipsius Steintunam cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Gilberti de Gant grangiam de Dundemanebi, et duas bovatas terrae in eadem villa cum omni communi pastura eiusdem villae: ex dono Bertranni de Bulemen illam carrucatam terrae, quam habuit in Welleburn cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Radulphi de Novavilla unam carrucatam terrae in Kiccun cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Odonis de Bolthebi wastinam de Destescheith, cum terris et pascuis adiacentium villarum, Boltebi scilicet et Kabenestorp, et Gfortum, sicut ipse Odo vobis concessit, et carta sua confirmavit, et augmentum, quod fecit vobis Adam filius eiusdem Odonis: ex dono Roberti de Flerlesei Gfortum cum omnibus pertinentiis secundum formam cartae ipsius: ex dono Adam filii Petri, in Rumblesmora locum, qui vocatur Flaveddre cum omnibus pertinentiis suis, et in villa, quae vocatur Stainburch, sartum illud quod vocatur Dggedewaith, et totam mineram ferri de

Monasterium sub apostolica suscipit protectione;

Ac regularem inibi servari ordinem decernit;

Bona omnia confirmat.

In primis monasterium cum possessionibus, cuius fines describit.

Ex dono Henrici regis Angliae,

Et aliarum tam ecclesiasticarum, quam saecularium personarum quae monasterio eidem dona contulerunt.

(1) *Pannagium* idem quod *pastio*, census vel tributum pro glandatione et iure pascendi porcos in silva domini. (R. T.)

praedicta villa et in bosco ipsius villae materiam et ligna ad carbones et alia, quae necessaria fuerint, et communem pasturam ipsius villae, et caetera, secundum formam cartae ipsius: ex dono Torphini et Alani filii eius, unam carrucatam terrae in Albestein, sicut in chirographo illorum continetur: ex dono fratrum hospitalis Sancti Petri de Eboraco illam partem terrae, quam habuerunt in Bolthebi, sicut in carta et chirographo eorum continetur: ex dono Gervasii et Benedicti filii eius pratum, quod dederunt vobis in Kocheberch: ex dono Odonis de Nes pratum, quod dedit vobis in Wolterholm: ex dono Hugonis del Tuith pratum quod dedit vobis in Kochesbergh: Malebestie pratum quod dicitur Dswaldeshenges: ex dono fratrum hospitalis de Witebi duas bovatas terrae in Dovetun secundum formam cartae illorum: ex dono Ricardi Cumin unam carrucatam et dimidiam in Stainchroff, sicut ipse Ricardus vobis concessit, et carta sua confirmavit. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus et sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Addentes etiam auctoritate apostolica prohibemus, ne quis fratres vestros, clericos videlicet sive laicos, post factam in monasterio vestro professionem, absque licentia vestra suscipere audeat vel retinere. Sancimus etiam, ne quis archiepiscopus vel episcopus, sive cuiuslibet ordinis persona, locum vestrum a divinis interdicat officiis, nisi abbatis vel fratrum ipsius loci evidens et manifesta culpa extiterit. Liceat autem vobis, cum commune interdictum terrae fuerit, clausis ianuis, et exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna solicitudine providentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus infra clausuram locorum sive grangiarum vestrarum violentiam vel rapinam vel furtum facere, vel hominem capere audeat; et si quis hoc temerario ausu praesumpserit, tamquam sacrilegus iudicetur, et excommunicationis ultione plectatur. Praeterea omnes libertates seu etiam immunitates ac regias consuetudines, a carissimo filio nostro Henrico rege Anglorum vobis et Ecclesiae vestrae indultas, et scripti sui pagina roboratas, auctoritate apostolica confirmamus, et illibata statuimus perpetuo permanere: prohibentes, ne quispiam hominum vos aut Ecclesiam vestram de omni temanatala, denegeldis, (1) omnibus assisis, consuetudinibus, auxiliis, placitis, et de omni terreno servitio, quod alicui saeculari personae pertinebat, audeat infestare; sed liberi et quieti ab huiusmodi exactionibus maneatis, quemadmodum praedictus filius noster rex Henricus sive avus eius senior Henricus, scriptis suis vobis rationabiliter confirmaverunt. Praeterea, dilecte in Domino fili, A. abbas, religionem in monasteriis, quibus praesse dinosceris, stabilitam, in Domino proficere cupientes, statuimus, ut in omnibus monasteriis, quae de monasterio, cui praesides, sunt egressa, et in his, quae de egressis ab eodem monasterio prodierunt, tam de ipsis personis quam de rebus monasteriorum iuxta Cisterciensium fratrum institutionem, disponendi et ordinandi liberam habeas facultatem. Praesenti quoque decreto sancimus, ut episcopi, in quorum episcopatibus monasteria vestra consistunt, nec regularem et canonicam electionem abbatis vestri unquam impediant, nec de removendo ac deponendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis, et auctoritatem privilegiorum suorum se nullatenus intromittant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare etc.

Nonnulla concedit privilegia: a decimis eximit.

Ne quis audeat fratres sine licentia abbatis suscipere.

Nullus archiepisc. sive episcopus audeat interdicere locum ipsum.

Tempore interdicti liceat officia celebrare, exclusis excommunicatis.

Omnes immunitates ab Henrico rege indultas auctoritate apostolica ratas habet:

Cum aliis privilegiis et praerogativis.

Solitae clausulae.

Data Anagniae per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii, XII kal. decembris, indictione IX, incarn. dom.

(1) *Denegeldum* vel *Danegeldum* fuit tributum Anglis indictum, ob pacandos vel vi propulsandos *Danos* Angliam saepius incurrentes (R. T.)

an. MCLX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno II.

Dat. die 20 novembris anno Domini 1160, pontif. anno II.

IV.

Privilegium confirmationis bonorum ac libertatum Ecclesiae S. Cuthberti de Kadeferd (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apost. recipit Pontifex. — Bona omnia, quae possidet aut poterit in posterum adipisci ei confirmat; — In quibus nominatim nonnulla enumerat, — Et ius decimas colligendi. — Libertates a regibus concessas ratas habet. — Indebitas decimas ab eodem exigi vetat. — Presbyteros parochiis praeficiendos episcopo praesentandi facit facultatem. — Sepulturam loci liberam declarat. — In communi interdicto, suppressa voce, divina celebrari officia concedit. — Abbatem a monachis eligendum statuit. — Decretum immunitatis pro omnibus supradictis. — Anathema contra violatores privilegii huius; — Pax et benedictio observantibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Willielmo priori Ecclesiae Sancti Cuthberti de Kadeford, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequitatis, et ordo exigit rationis, praesertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat, et veritas non relinquit. Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Dei timorem, et B. Augustini regulam noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ex dono Willelmi de Luvetot fundatoris ipsius Ecclesiae, et heredum eius, locum ipsum, in quo eadem Ecclesia sita est, cum terris, decimis et omnibus earum pertinentiis: ecclesiam de Maleringham, ecclesiam de Gringeleia, ecclesiam de Normaton, ecclesiam de Wisson, ecclesiam de Coleston, ecclesiam de Willeley, quicquid habetis in ecclesiis de Bisterton, et de Claverburtet, de Beriswell, cum pertinentiis earum: praeterea decimas omnes de terris eiusdem Willelmi de Honore de Blida de omnibus rebus, ex quibus decima dari solet, et dari debet: in Berdemye duas bovatas terrae: in Coleston duas bovatas terrae cum mansura (1) una de dominio eiusdem Will: in Burfod quatuor bovatas: in Wistron quatuor bovatas terrae cum una mansura, et totam terram ipsius Williemi de Berteby et Slaswic, praeter unam bovatam terrae: in Bayton novalia Sotfimi: in Dormaton terram domini saepefati Willelmi cum prato, Hovalia Wlfac et Bolum cum molendinis, et nonalia de Ehorp: in Sthirakis unam bovatam terrae, cum mansura una, et totam terram ex parte rivuli versus meridiem: in eadem villa Novalia de Apelia et Gravam, sicut per fossatam clauditur, molendinum de Banton cum vivario, molendinum Sthirakis: in Kampton unam piscariam, et totum situm villae de Radeford, sicut per fossarium clauditur: ex dono Gilberti de Wenil, terram de Brist cum

Bona omnia, quae possidet aut poterit in posterum adipisci ei confirmat.

In quibus nominatim nonnulla enumerat.

Et ius decimas colligendi.

(1) Ex tom. II Monast. Anglic.

(1) *Mansura* varie accipitur; hic fortassis pro *mansione, domo, aedificio*; ita ut sensus sit: *tantum terrae quantum iugum unum boum arare una die potest, cum domo.* (R. T.)

molendino, et dimidiam bovatam terrae in Belh: ex dono Roberti de Stivellei sex bovatas terrae in Remhall: ex dono Radbriton locum Stellerce cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Aviciae filiae Wil de Tancya tres bovatas terrae in Termodestone: ex dono Ceciliae uxoris Richardi de Luwetot, quicquid habetis in territorio ecclesiae de Dinisleia. Libertates quoque et immunitates a regibus sive principibus pia vobis devotione concessas nihilominus praesentis scripti pagina confirmamus. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas praesumat exigere: in parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis de fratribus vestris sacerdotes eligere, et episcopo praesentare, qui de plebis quidem cura eidem episcopo; de rebus vero temporalibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus vobis debeat respondere. Statuimus praeterea, ut nulli ecclesiasticae saecularive personae in praefata Ecclesia liceat, iniustas exactiones vel indebitas exercere, vel sacerdotibus in eis Ecclesiis commorantibus indebite gravamina irrogare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen canonica iustitia matricis Ecclesiae, et parochialium ecclesiarum de quibus mortuorum corpora assumuntur. Porro cum commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis tintinnabulis, suppressa voce, divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Libertates a regibus concessas ratas habet.

Indebitas decimas ab eodem exigi vetat.

Presbyteros parochiis praeficiendos episcopo praesentandi facit facultatem.

Sepulturam loci liberam declarat.

In communi interdicto, suppressa voce, divina celebrari officia concedit.

Abbatem a monachis eligendum statuit.

Decretum immunitatis pro omnibus supradictis.

Anathema contra violatores privilegii huius

Pax et benedictio observantibus.

Datum Anagniae per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, et notarii, XI kal. februarii, indictione VIII, incarnationis dominicae anno MCLXI, pontificatus vero domni Alexandri Papae III, anno II.

Dat. die 22 ianuarii anno Domini 1161, pont. anno II.

V.

Canonizatio S. Eduardi regis Angliae, eiusque adscriptio in numerum Ss. Confessorum.

SUMMARIUM

Exordium. — Henrici regis Angliae, et praelatorum regni preces apud Pontificem pro canonizatione S. Eduardi. — Illum Pontifex attentis eius meritis ac miraculis Ss. Con-

fessorum ascribit numero; — Hortaturque praelatos ad eiusdem venerationem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerab fratribus archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, aliisque Ecclesiarum praelatis, per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Illius devotionis constantiam, et fidei firmitatem, quam circa Matrem vestram sacrosanctam Romanam Ecclesiam exhibetis, diligentius attendentes, in id propositum voluntatis adducimur, ut vos sicut carissimos fratres, et speciales Ecclesiae filios sincera caritate in Domino diligamus, propensius honoremus, et postulationes vestras, quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus. Inde utique fuit, quod super petione (1), quam de Eduardo, glorioso quondam rege Anglorum, canonizando, et in sanctorum cathalogo ascribendo, tam charissimus in Christo filius noster Henricus, illustris Anglorum rex, quam vos ipsi, nobis instantius porrexistis, solicitam cum fratribus nostris deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, quae dum in carne mortali viveret, et postquam de praesenti saeculo est assumptus, omnipotens Dominus per suam misericordiam declaravit. Visis etiam literis antecessoris nostri piae record. Innoc. Papae, vestris quoque testimoniis inde receptis; quamvis negotium tam arduum et sublime non frequenter soleat, nisi in solemnibus conciliis de more concedi; de communi tamen fratrum nostrorum consilio, iuxta votum et desiderium praedicti filii nostri regis, ac vestrum, corpus ipsius confessoris ita glorificandum censuimus, et debitis praeconiis adorandum in terris, sicut eumdem confessorem Dominus per suam gratiam glorificavit in coelis. Unde videlicet inter sanctos confessores de caetero numeretur, qui hoc ipsum apud Deum signis meruit ac virtutibus obtinere. Quia igitur decet honestatis vestrae prudentiam, eum praecolere, et toto studio venerari, quem auctoritate apostolica venerandum vestra postulavit devotio, et colendum, universitatem vestram per apostolica scripta monemus, et exhortamur in Domino, quatenus eum ita deinceps studeatis debitis obsequiis honorare, ut ipsius intercessionibus apud districtum Iudicem mereamini veniam obtinere, et gloriosum in aeterna beatitudine praemium invenire.

Henrici regis Angliae, et praelatorum regni preces apud Pontificem pro canonizatione S. Eduardi.

Illum Pontifex attentis eius meritis ac miraculis, Ss. confessorum ascribit numero;

Hortaturque praelatos ad eiusdem venerationem.

Dat. Anagniae VII idus februarii.

Dat. die 7 februarii anno Domini 1161. (R. T.)

(1) Forte legendum *petitione* (R. T.)

VI.

Privilegium confirmationis archiepiscopatus Ianuensis, ac bonorum omnium, ad eum spectantium; cui nonnulla monasteria atque ecclesiae conceduntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ianuensis civitas de Alexandro PP. optime merita. — Episcopatus in Corsica Ianuensi Ecclesiae subiectos eidem confirmat: nonnullaque concedit privilegia. — Archiepiscopus Ianuensis a suffraganeis episcopis consecretur, pallium a Sede Apostolica recepturus. — Archiepiscopis vero perpetuam transmarinam legationem concedit. — Nonnullas alias ecclesias ac monasteria elargitur. — Crucis praelationem, ac pallii usum concedit. — Abbatiam de Tyro eis subiicit. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Syro Ianuensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Superna et ineffabilis providentia Maiestatis sacrosanctam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem instituit et magistram, ut, praelata caeteris, merita respiceret singulorum, et ad similitudinem aeterni et iusti Iudicis unicuique pro meritorum qualitatibus responderet. Unde et eadem sancta Ecclesia eos, quos fideles filios reperit, clementiori tractare gratia consuevit, et quos ferventiores circa suum

(1) Ab originali in archiv. Ecclesiae huius edidit Ughell., loc. cit., tom. IV, ubi de eadem.

obsequium intuetur, multipliei praerogativa honoris est solita sublimare. Nos igitur, qui in Sede Apostolica beato Petro apostolorum principi, licet non suffragantibus meritis, ex divina dispositione successimus, quantam devotionem, reverentiam, sedulitatem obsequii, tempore isto procelloso et turbido, Ianuensis Ecclesia, et tota civitas, omni terrore postposito, nobis nostrisque nuntiis exhibuerit, et quanta nos magnificentia et honore susceperit, diligentius attendentes: considerantes etiam, quanta nobis et successoribus nostris incrementa et commoda per sublimem et inclytam Ianuensem civitatem poterunt provenire, antecessoris nostri felicis memoriae Innocentii Papae vestigiis inhaerentes, qui personam tuam, et post te Ianuensem Ecclesiam, gloriosa dignitatis excellentia sublimavit ad honorem exaltatum in gloria, et servitium, quae B. Petro, et S. R. E. fidelissima, et ad quiescendum ei, sicut dictum est, promptissima perseverat, et de caetero id te facturum promptius polliceatur, eamdem dignitatem tibi et successoribus tuis de communi fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam.

Ianuensis civitas de Alexandro PP. optime merita.

Quod enim te, frater archiepiscope, iam dictus antecessor noster Innocentius privilegio decoravit, et in archiepiscopatum promovens, insigne te gratia reddidit ampliorem, nos ratum habemus, auctoritate apostolica roborantes, episcopatus in Corsica, Marianensi, Nebiensi, et tertium, cuius sedem memoratus Innocentius ecclesiam Sancti Petri de Acci constituit, et eui unam plebem de Mariana, et alia de Aleria concessit, Bobiensem quoque episcopatum, ac illum de Brumiate cum ecclesiis suis, quas circa se in castellis suis habet, quem idem antecessor noster de novo constituit, tibi tuisque successoribus, sicut et ipse antecessor noster fecisse dignoscitur, metropolico iure subiicimus. Verumtamen episcopatum Ianuensem, et te videlicet et posteros tuos ab omni emancipatos subiectione, in manu propria libere retinemus; statuentes, ut Ianuensis archiepiscopus a suffraganeis suis episcopis consecretur; pallium pontificale ad officii plenitudinem a Sede Apostolica recepturus. Praeterea illam sincerissimam devotionem tam tuam quam civitatis tuae, et multimoda obsequiorum officia, quae nobis hactenus fideliter et liberaliter impendistis, et iugiter etiam exhibetis, in memoria retinentes, ut Ianuensis clerus et populus ad servitium et honorem Ecclesiae tanto ferventius accendantur, quanto Ecclesiam et civitatem Ianuensem a Sede Apostolica cognovit amplius honorari, communicato fratrum consilio legationem transmarinam tibi tuisque successoribus in perpetuum duximus concedendam: ita quidem, ut singulis octenniis cum episcopo vel cardinali Romanae Ecclesiae illuc accedere debeatis, a nobis et a catholicis successoribus nostris eamdem auctoritatis et potestatis plenitudinem recepturi, quam episcopus et cardinalis habuerit, qui a nobis et successoribus nostris illuc de corpore Ecclesiae fuerit destinatus. Monasterium quoque, quod in insula Gallinaria situm est, ad ius S. R. E. specialiter pertinens, et ecclesias in castro et suburbio Portus-Veneris a iurisdictione Lucensis episcopi eximentes, tibi et his, qui post te successerint, in perpetuum apostolica auctoritate concedimus, et praesenti privilegio confirmamus. Albiganensem insuper episcopatum tibi et successoribus tuis concedimus, ita quod a biennio postquam fuerit Ecclesiae restitutus, eumdem episcopatum perpetuo habeatis. Denique ut Ianuensis civitas, quae coelestis Numinis adiuta favore de inimicis Crucis Christi triumphum frequenter et victoriam reportavit, et plurimas eorum urbes mira quadam et invicibili potentia subiugavit, ampliori honoretur fastigio dignitatis, equo cum naceo albo in processionibus uti, et crucem Dominicam per subiectam vobis provinciam portandi,

Episcopatos in Corsica Ianuensi Ecclesiae subiectos eidem confirmat: nonnullaque concedit privilegia.

Archiepiscopus Ianuensis a suffraganeis episcopis consecretur, pallium a Sede Apostolica recepturus

Archiepiscopis vero perpetuam transmarinam legationem concedit;

Nonnullas alias ecclesias ac monasteria elargiturus;

Crucis praelationem, ac palii usum concedit;

sicut praenominatus antecessor noster Innocentius concessisse dignoscitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus, et liberam concedimus facultatem. Pallio vero infra Ecclesiam perfrueris his diebus, in Coena Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, S. Ioannis Baptistae, S. Laurentii, tribus festivitatibus B. Mariae, et solemnitate Omnium Sanctorum, S. Syri, Nativitatis Domini, Epiphania, in die anniversario consecrationis tuae, in consecratione quoque episcoporum, basilicarum, et ordinationibus clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad melioramentum, salva sanctae Romanae Ecclesiae proprietate ac censu, sicut et supradictus praedecessor etiam Innocentius fecisse cognoscitur, tibi, frater archiepiscope, tuisque successoribus duximus committendam. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis et confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione debita et congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem haec nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Abbatiam de Tyro eis subiicit.

Solitae conclusiones.

Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.
Ego Ubaldus presb. card.
Ego Ioannes presb. card. S. Anastasiae.
Ego Gregorius Sabinensis episc.
Ego Ubaldus Ostiensis episc.
Ego Bernardus Portuensis episc.
Ego Gualterus Albanensis episc.
Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin.
Ego Arditius diac. card. S. Theodori.
Ego Riso diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.
Ego Cintius diac. card. S. Adriani.
Ego Ioannes diac. card. S. Mariae in Porticu.

Datum Laterani per manum . . . . . v idus aprilis, indict. IX, incarn. dominicae MCLXI, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno II.

Dat. die 9 aprilis anno Domini 1161, pont. anno II.

VII.

Confirmatio statutorum, ab Hugone Rutenense archiepiscopo pro ordine et quiete cleri suae dioeceseos (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Consessus Rutenensis; — In eo latae poenae contra arma deferentes; — Contra publice periurantes, fidem mentientes de re, vel pecunia accepta etc. — Pretium statutum rerum commodandarum etc. — Summaque a familiis solvenda tamquam decima. — Aliae leges tam pro laicis, — Quam pro clericis: — Haec omnia sub Pacis nomine contenta a Pontifice confirmantur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Rutenensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Quoties ea, quae ad pacem pertinent, postulantur a Sede Apostolica confirmari, tanto super his benigniorem assensum nos convenit adhibere, quanto ex bono pacis plura commoda et gratiora singulis proveniunt incrementa. Ex quodam siquidem rescripto, a tua nobis fraternitate transmisso, ad audentiam nostram pervenit, quod tu, habito consilio abbatum, praepositorum et archidiaconorum tuorum, et baronum terrae, cum nobili viro Hugone fratre tuo comite Rutenae, huiusmodi pacem et concordiam statuisti: quod omnes res mobiles et immobiles, et omnes homines tam clerici quam laici,

Consessus Rutenensis:

(1) Ex Concil., tom. XII, col. 258.

in omni tempore sint sub ea pace securi. Nec ulli liceat praeter armatos milites et clientes, quaelibet arma ferre, nisi milites enses solummodo, et clientes singulos baculos ferant, qui pacis, sicut caeteri, debent securitate gaudere. Et praeter eos, qui hanc pacem, sicut statuta est, noluerit firmare, et inviolabiliter observare, sicut de his, qui publice periurant, vel fidem mentiuntur pro manifesto debito, seu pro cognita fideiussione, de rebus eorum pignorandis licentia non denegetur: vobis tamen exceptis. Ad eiusmodi vero pacis et securitatis sustentationem et defensionem statutum est, ut abbates, archidiaconi, archipresbyteri, monachi, canonici, priores, et omnes clerici, qui proprias Ecclesias regunt, milites quoque, et mercatores, atque burgenses, qui facultatibus abundaverint, et omnes etiam homines tam clerici quam laici, qui habuerint par boum seu aliorum animalium, cum quibus arare possint, sive amplius habuerint, vel qui habuerint summarium, equum scilicet vel equam, mulum vel mulam, quae ad portanda onera licent, duodecim denarios Rutenenses, sive alios tantundem valentes, donent. Cum vero habuerint ovile ovium, dent pro eo sex denarios eiusdem monetae, vel alios aequivalentes. Totidem autem dabunt qui habent unum bovem tantum, vel aliud animal, cum quo valeant arare, sive asinum, quem possint locare. Clientes vero, et artifices, scilicet fabri, sartores, pelliciarii, et omnes operarii, aut sex, vel sicto (1), seu duodecim denarios, secundum suorum capellanorum arbitrium dabunt. Verum si pater cum filiis, seu fratres sive consanguinei fuerint, qui nondum sunt invicem separati, nec sunt res eorum divisae, unus pro omnibus dabit: alioqui solvat unusquisque pro se. Commune autem istud per singulas parochias debet reddi cum scripto unius parochianorum, quem capellanus cum consilio sui archipresbyteri et voluntate suorum parochianorum elegerit; et in die statuta ab ipso parochiano, et cum eodem scripto ad Rutenensem Ecclesiam deferatur. Quisquis autem res suas amiserit, postquam commune, sicut praedictum est, solverit, in integrum restituatur; si tamen certam personam, quae res sibi ablatas habeat, vel locum, ubi sunt, poterit demonstrare; sin autem, minime. Si vero inimicos, villas vel oppida depraedari vel diruere forte contigerit, res quidem mobiles emendabuntur de communi; sed damna rerum immobilium non restituentur, nisi quantum a malefactoribus poterit recuperari. Clerici vero, qui proprias Ecclesias non habent, nisi par boum habuerint, non cogantur dare, si nolint; sed non dato communi, si forte res suas perdiderunt, eis nequaquam emendabuntur. Additum est in praedicta pace, ut capellani Ecclesiarum, et omnes laici, a quatuordecim annis et supra, pacem et commune firmare debeant, et observare. Qui vero in hoc obedire contempserint, debent ab Ecclesiae liminibus coerceri, et ab omni pace fieri alieni. Ecclesiae quoque parochiarum, in quibus violatores pacis habitaverint, a divinis vacent officiis, donec ipsi ad emendationem venire cogantur: quam siquidem pacis institutionem, quemadmodum a vobis facta est, et rescripto authentico roborata, firmam et ratam habemus, et eam auctoritate apostolica confirmamus, et praesentium scripto communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Verulis, secundo idus maii, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 14 maii anno Domini 1161, pontif. anno II.

In eo latae poenae contra arma deferentes;

Contra publice periurantes, fidem mentientes de re, vel pecunia accepta, etc.

Pretium statutum rerum commodandarum etc.;

Summaque a familiis solvenda tamquam decima.

Aliae leges tam pro laicis,

Quam pro clericis:

Haec omnia sub Pacis nomine contenta a Pontifice confirmantur.

(1) Lege *octo*.

VIII.

Privilegium confirmationis donationum omnium factarum monasterio de Khorney (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bonorum omnium confirmatio; — Quorum nonnulla propriis nominibus enumerat; — Cum omnibus iuribus, consuetudinibus quas distinctis vocabulis enunciat. — Inhibitio, ne de novalibus aliqua exigatur decima. — Abbatis electio monachis asseritur. — Immunitatis decretum pro omnibus supradictis. — Poenae contra detractores huius privilegii. — Bona omnia pro illud observantibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Herberto abbati Ecclesiae Sanctae Mariae et sancti Botulphi Corney, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris religiosam vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Iustis religiosorum desideriis consentire, et rationabilibus eorum petitionibus clementer annuere, Apostolicae Sedis, cui largiente Domino deservimus, auctoritas, et fraternae charitatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: insulam videlicet Chorney, in qua ipsum monasterium situm est, cum nemore et marisco et omnibus appendiciis suis, ecclesiam de Nitlesey, ecclesiam de Stangrud, ecclesiam de Fakessey, ecclesiam de Nodeston, ecclesiam de Raddon, ecclesiam de Remton, ecclesiam de Stibinton, ecclesiam de Emymell, ecclesiam de Bollehorst, et ecclesiam de Bibelden cum una hida (1) terrae et decimis eiusdem villae et omnibus oblationibus, ecclesiam S. Gregorii de Ehetford, duas ecclesias de Deping, ecclesiam de Eid, quicquid iuris in Ecclesia de Wenge habetis: in comitatu Cantabrigiae Wytleseyam, et omnes illas rationabiles consuetudines, quas habebat Eliensis Ecclesia in Hundredis suis de Wycheforde, de terra et de hominibus Thornensibus: ecclesiam de Witlesey, exceptis propriis regalibus consuetudinibus, quae super terram illam evenerint, quas Hervaeus primus Eliensis episcopus cum assensu capituli sui, ecclesiae vestrae in eleemosynam rationabiliter contulit in die dedicationis eiusdem Ecclesiae: in comitatu Huntigdoniae, Reuton, Wodeston, Jakestey, et mercatum eiusdem villae Soka, et Saka, et Eol, et Ecam, et Infangenthef, et omnibus eiusdem pertinentibus consuetudinibus, medietatem Stagni, quod Wytlesmere dicitur, Stangrund, Starshved, Naddon, Sibeston, duas hidas et dimidiam, et in Stibington v virgatas (2) pertinentes ad Sibeston, et decimam unius carucae (3) in Sibeston: in Stibinton decimam Rogerii: in villa, quae dicitur Eobinton, vi hidas: in prato de Stanton xxviii acras de diversis hominibus: in Doppedethorn xiv acras terrae, et pratum eidem terrae pertinens: in villa, quae dicitur Nuntendon duas domos et terras, in quibus ipsae domus sunt: ius quod habetis in ecclesia Omnium Sanctorum, de mercato eiusdem villae: decimam Widonis filii Goscelini in Destreton: in Stolkesmorth duas virgatas terrae et dimidiam, et aliam terram in eadem villa, viii solidos annuatim reddentem: de dono Andreae Revelli xv

Bonorum omnium confirmatio;

Quorum nonnulla propriis nominibus enumerat;

Cum omnibus iuribus, consuetudinibus quas distinctis vocabulis enunciat;

(1) Ex tom. II Monast. Anglic.

(1) *Hida* et *Hyda*, terrae portio, quantum sufficit ad arandum uni aratro per annum; at de hidae quantitate non consentiunt scriptores. (R. T.)
(2) Modus seu mensura agri, *gird-land*, virga terrae Anglosaxonibus. (R. T.) (3) *Caruca* et *Carucata* hic eadem qua *hida* significatione. (R. T.)

acras, quas dedit in eleemosynam pro se et omnibus parentibus suis vivis et mortuis: in comitatu Nampton Emymell, duas hidas et molendinum, terram in Lustemyk, item dimidiam virgatam terrae, et decem acras de Inland in praedicta villa, unam hidam in Rande cum redditu eius, scilicet XIII dimidiam hidam in Charmalton: terram de Pippewell de dono Willielmi de Albeni Brittonis: et in Stoke unam carucatam terrae de dominico eiusdem villae cum tosta (1) et prato et tota communitate in bosco et plano et pascuis: de dono Alberici de Emymell duas garbas (2) decimarum sex carucarum trium villarum, scilicet, Istep, Drayton, Edinton: in comitatu de Warremich, Salebrigg cum appendiciis suis, unam virgatam terrae in Welshamcote, et molendinum de Ruton, servitium Edrici de Stlechenho cum sua terra, scilicet V iugera in campo, et in villa tres crostas et dimidiam: in comitatu Bedfordiae duas hidas et dimidiam in Bollehorst: in Wildene duas virgatas terrae cum hominibus, qui illas tenent: in Bedeford unam domum et terram ei pertinentem: item in Norfolcia in villa, quae dicitur Tuameres, unam terrulam reddentem quinque solidos: item medietatem villae, quae dicitur Wenge, et dimidium molendini eiusdem villae; insuper villanum unum nomine Normanum cum terra sua, scilicet una virgata in praedicta villa: item X solidos de redditu molendini de Teseburge cum dimidio augumentationis, quantum creverit: piscationem de Welle, de Delme, de Tillinga, de Trillinga: item terram de Stanford: item heremitorium de Trokenholt: terram, quam habetis in Chelsey: terram, quam habetis in Cfune: terram, quam habetis in Tid: ex dono comitis de Clara redditum centum solidorum, sub iureiurando promissum: ex dono Hugonis filii Radulfi de Wildeboef unam virgatam terrae, et libertatem, quam beatus Adelwoldus episcopus, fundator praedicti coenobiii, favente rege Edgaro, et S. Dunstano Doroherniae archiepisc., Oswaldo Eboracen. archiepisc., et omnibus aliis episcopis, abbatibus et baronibus totius Angliae, eidem loco concessit, et scripto proprio confirmavit. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere praesumat. Obeunte vero te, tunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptione seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars concilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione atque substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri I. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Cum decimis seu parte decimarum aliisque pluribus concessionibus.

Inhibitio, ne de novalibus aliqua exigatur decima.

Abbatis electio monachis asseritur.

Immunitatis decretum pro omnibus supradictis;

Poenae contra detractores huius privilegii.

Bona omnia pro observantibus illud.

(1) *Tosta, tofta, tostum.* Cowello est locus ubi stetit aedificium; Reynerio est genus luci parvuli, seu loci consiti arboribus minusculis (R. T.)
(2) *Garba*, spicarum manipulus; *Garba decimae*, est pars decimae. (R T.)

Dat. Turonis, per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, v idus ianuarii, indictione xi, incarnationis dominicae ann. MCLXIII, pontificatus vero Alexandri Papae III an. IV.

Dat. die 9 ianuarii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

IX.

Confirmatio privilegiorum prioratus Sanctae Mariae de Campo in pago Ruscinonensi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonicum ordinem in hoc prioratu servari mandat: — Bona omnia ei confirmat: — In quibus multa propriis vocabulis enumerat. — Exemptio a solutione decimarum. — De obedientia priori praestanda. — De prioris electione per fratres facienda. — De sepulturae mihi constituendae libertate. — Decretum pro indemnitate bonorum. — Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus. — Solitae clausulae poenales. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Poncio priori Ecclesiae Sanctae Mariae de Campo, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Effectum iusta postulantibus indulgere iuris ratio exigit, et vigor postulat aequitatis, maxime cum petentium voluntates et pietas adiuvat et veritas . . . . . Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem Ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Paciano cum decimis, primitiis, oblationibus et alodiis suis, sicut Udalgarius bonae memoriae quondam Elmensis episcopus eam Ecclesiae vestrae concessit: et ecclesiam Sancti Stephani de Vineis, quae consistit in parrochia ecclesiae de Paciano, cum alodiis et pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Martini de Laurone, ecclesiam Sanctae Mariae de Villare Millariis, sicut praefatus episcopus vobis eas concessit, ecclesiam Sanctae Mariae de Villare cum decimis, primitiis, alodiis et oblationibus suis, sicut bonae memoriae Petrus Bernardi Elenensis episcopus vobis iuste concessit, excepto synodali censu, quem Elenensi Ecclesiae reservavit: quicquid etiam Ermengaudus, et Petrus Bernardi bonae memoriae, quondam Elenenses episcopi, pietatis intuitu eidem Ecclesiae vestrae rationabiliter contulerunt. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Adicimus etiam, ut nulli fratrum vestrorum liceat post factam in eodem loco professionem absque prioris sui licentia de claustro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus autem, ut parrochianos Ecclesiae vestrae, salva canonica institia Ecclesiae vestrae, in sepultura recipere nemo praesumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, de vestro

Canonicum ordinem in hoc prioratu servari mandat:

Bona omnia ei confirmat.

In quibus multa propriis vocabulis enumerat.

Exemptio a solutione decimarum.

De obedientia priori praestanda.

De prioris electione per fratres facienda.

(1) Ex archiv. huiusce prioratus edidit Baluzius in append. Marc. Hispan., num. CCCCXXXVIII.

vel aliorum collegio, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salva canonica iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata et omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione atque substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Ad indicium autem huiusmodi a Sede Apostolica perceptae protectionis duos solidos nobis nostrisque successoribus singulis annis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

De sepulturae inibi constituendae libertate.

Decretum pro indemnitate bonorum.

Annuus census Sedi Apostolicae persolvendus.

Solitae clausulae poenales.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae.

Ego Gualterius Albanensis episcopus.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guillelmus tit. S. Petri ad Vincula presb. card.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Boso diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Datum Senonis per manum Hermanni, sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, XI kal. februarii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCLXIII, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno IV.

Dat. die 22 ianuarii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

X.

Confirmatio bonorum omnium, ac pertinentiarum monasterii de Rorsham, quod sub protectione Sedis Apostolicae subiicitur (1).

SUMMARIUM

Exordium — Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Bonaque omnia eidem confirmat; — Quorum nonnulla singulatim enumerat; — Cum iure decimarum, salinarum etc. — Decretum pro immunitate eorumdem bonorum. — Poenae contra violatores privilegii huius. — Pax et benedictio observantibus. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bernardo priori monasterii Sanctae Fidis de Norsham, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut

(1) Ex tom. II Monast. Anglic.

eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam de Norsham cum hominibus, terris, nemoribus, pascuis, et pertinentiis suis, quemadmodum Robertus filius Walteri, et filii eius, vobis dederunt; et hospitale eiusdem villae, quod habetis a fratribus hospitalis Ierusalem, cum nemore et omnibus pertinentiis suis, terram de Kuddaham cum omnibus pertinentiis suis, quam Sibilla uxor praefati Roberti vobis dedit, ecclesiam de Horsforda, et ecclesiam de Bor: in Lundoniis ecclesiam Sanctae Margaritae cum omnibus terris, quas in eadem villa Robertus filius Walteri vobis in eleemosynam dedit: decimas quoque de Alretuna, de Sibetuna, de Gulwerstunia, de Colerbo, de Relmigaham, de Colostunia, de Flemewrda, de Wdetuna, de Semera, de Tikebzon, de Tersham, de Storlei, de Cranesforda, de Benges, de Stramingaham, de Ludakam, de Dalingaho, de Stantuna, de Sarlingahom, de Sutburna, de Adelingetuna, de Ghor, de Stilibi, de Stocos, de Hoa, de Sotesham, de Wituella, et terram de Odetuna, et omnes terras et domos, quae vobis in Norwico et Gernamuta in eleemosyna rationabiliter sunt concessa: molendinum de Baldrusella, et tresdecim solidos in Kareseia et in Buccheshala: molendinum Dalraforda, terram quam Simon Pecchi vobis in eleemosynam dedit, terram Radulfi de Berveswerda, terram quam vobis dedit Willielmus de Chorzo in Bischele, terras quoque quas Willelmus Bardulfus vobis dedit in Srecaham, et in Spicafurda, terram quam Baldwinus filius Guidonis vobis dedit in Ruchingaham, terram quam Hugo de Duillers vobis dedit in Kalaxaforda, terram de Nunterston, quam Ricardus filius Gaufridi vobis dedit, et salinas quas Willielmus Strabo vobis dedit in Kimnaham, redditum quem Radulfus filius Baldwini vobis dedit, et terram de Rendringlat, quam Willelmus de Bisnei vobis dedit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et D. Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Bonaque omnia eidem confirmat;

Quorum nonnulla singulatim enumerat;

Cum iure decimarum, salinarum etc.

Decretum pro immunitate eorumdem bonorum.

Poenae contra violatores privilegii huius.

Pax et benedictio observantibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Guaiterus Albanensis episc. ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Henricus presb. card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae ss.

Ego Guillelmus presb. card. tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Iacintus Sanctae Mariae in Cosmedin diac. card. ss.

Ego Otto diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Ardicio diac. card. Sancti Theodori ss.

Datum Turon. per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, VII kal. iun., indictione XI, incarnationis dominicae anno MCLXIII, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno IV.

Dat. die 26 maii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

XI.

Confirmatio bonorum omnium monasterii Beatae Mariae de Shyrborne, quod sub protectione Sedis Apostolicae recipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc sub apostolica recipit protectione. — Bona omnia confirmat; — Quae propriis vocabulis enumerat; — Cum iure decimarum in piscariis, in salinis, in vineis etc. — Abbatem per monachos eligendum declarat. — Sepulturam quoque inibi fore liberam pronunciat. — Decretum pro indemnitate monasterii eiusdem; — Cum solitis clausulis poenalibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Clementi abbati Beatae Mariae de Shyrborne, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam scilicet parochialem Sanctae Mariae de Shyrborne, quam idem abbas tenet in praebendam a Sarisburiensi Ecclesia, cum capellis, terris, decimis et adiacentiis suis; terras, hospites, et domos censuales in eadem villa Shyrborn: Stapelbugg cum ecclesia eiusdem villae, capellis, terris et omnibus adiacentiis suis; Westonam cum omnibus pertinentiis suis: Hortonam cum ecclesia eiusdem villae, et capella de Onolton eidem ecclesiae adiacenti, cum terris, decimis et omnibus pertinentiis suis, capellam Sanctae Trinitatis de Watham, et domos censuales in eadem villa cum terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sanctae Mariae de Wymborne, et domos censuales in eadem villa: partem terrae, et capellam, quam habetis in Manerio de Kingeston: ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae sitam iuxta castrum Sherborne cum capellis Sancti Michaelis et Sancti Probi, et omnibus pertinentiis suis: molendinum in villa Shyrborne iuxta capellam Sancti Andreæ, et vivarium proximum eidem molendino, et decimis omnium vivariorum tam de anguillis quam de caeteris piscibus, et decimam vini de vinea eiusdem villae Shyrborne: Manerium de Woborne cum

Monasterium hoc sub Apostolica recipit protectione;

Bona omnia confirmat;

Quae propriis vocabulis enumerat;

(1) Ex tom. II Monast. Angl.

Cum iure decimarum in piscariis, in salinis, in vineis etc.

capella eiusdem villae, et terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Comptonam, et aliam Comptonam cum capellis, decimis et omnibus pertinentiis suis: Manerium de Ehorneford cum capella, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Manerium de Bradford cum ecclesia eiusdem villae, et capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis: Wycam et Loscumbe cum omnibus pertinentiis suis: Dalthestoke cum ecclesia eiusdem villae, et capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Corundunam, et Ritherstoke cum omnibus pertinentiis suis: Corescumbam et ecclesiam eiusdem villae cum capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Stoke cum ecclesia eiusdem villae et capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Bromlegam et Laverstokam cum omnibus pertinentiis suis: Lym cum ecclesia eiusdem villae et capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Setonam cum ecclesia eiusdem villae cum capellis, terris, decimis, salinis et omnibus pertinentiis suis: Beram cum omnibus pertinentiis suis: Lyteleham cum ecclesia eiusdem villae et terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Conswillam cum ecclesia eiusdem villae et terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: Bromlegam et Stiwtke cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sanctae Mariae de Cadweli cum capellis, terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Ismaelis de Pennalt cum terris, decimis et omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Eltwyci de Penbyay cum terris, decimis et omnibus pertinentiis suis. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia parochialium ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata et omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatem per monachos eligendum declarat.

Sepulturam quoque inibi fore liberam pronunciat;

Decretum pro indemnitate monasterii eiusdem;

Cum solitis clausulis poenalibus.

Datum Turon. per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, non. iunii, indictione XI, incarnationis dominicae MCLXIII, pontificatus domni Alexandri Papae III anno IV.

Dat. die 5 iunii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

XII.

Confirmatio privilegiorum monasterii Canigonensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Bona omnia confirmat; — Quae et enumerat propriis vocabulis. — Cum iure decimas exigendi, primitias et oblationes in ecclesiis, possessionibus, alodiis. — Privilegia nonnulla concedit. — Abbatem a monachis eligi constituit. — Monasterium autem soli Rom. Pontifici subiectum fore declarat. — Decretum indemnitatis bonorum. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Raymundo abbati monasterii Sancti Martini Canigonensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus annuimus, et praefatum monasterium S. Martini Canigonensis, quod utique iuris et proprietatis beati Petri existit, ad exemplar praedecessoris nostri felicis memoriae Sergii Papae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam in eodem monasterio noscitur institutus, futuris temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, quem Guifredus comes bonae memoriae vobis dedit, in quo ipsum monasterium situm est, cum decimis et primitiis eidem monasterio concessis, ecclesiam Sancti Saturnini de Verneto cum decimis et primitiis et omni libertate sua, villam de Verneto cum terminis et pertinentiis, villam de Odelo cum terminis et pertinentiis suis, et quicquid Guifredus comes, vel alii christifideles in villa et parrochia de Marchexanes praefato monasterio contulerunt, ecclesiam Sancti Vincentii de Etz cum decimis, primitiis, alodiis et oblationibus suis, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sanctae Mariae de Marcevol, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sanctae Eulaliae de Arbosols, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sanctae Columbae de Triliano, praedia, possessiones, et alodia in parrochia Sancti Stephani de Saorra, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sanctae Eulaliae de Foliano, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sancti Martini de Ascaro, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sancti Iacobi de Anyer, praedia, possessiones et alodia in parrochia de Belloco, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sancti Cosmae de Sagdaniano, praedia, possessiones et alodia in parrochia Sancti Marcelli de Flucano, alodia quae habetis in Celrano, Aureliano et Guissano cum omnibus pertinentiis suis, praedia quae habetis in villa de Esna, et in parrochia Sancti Stephani de Egued, in parrochia Sanctae Columbae de Avidano, in parrochia S. Saturnini de Targuesona, in parrochia Sancti Vincentii de Villa Alta, in parrochia de Edorres, in parrochia Sancti Gennesii de Ezerr, in parrochia Sanctae Leocadiae de Darna-Collecta, in parrochia Sancti Iuliani de Estanar, et in villa de Baianda, in parrochia Sancti Martini de Ix, in parrochia Sancti Vincentii de Exa-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Bona omnia confirmat;

Quae et enumerat propriis vocabulis:

Cum iure decimas exigendi, primitias et oblationes in ecclesiis, possessionibus, alodiis.

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Baluzius, loc. cit., num. ccccxxxix.

neda, in parrochia Sancti Martini de Arao, in parrochia Sancti Stephani de Euvils, ecclesiam Sanctae Fidei de Taltorta cum omnibus pertinentiis suis, et quicquid iuris habetis in parrochia Sancti Petri de Alp, in parrochia Sanctae Mariae de Mosoll, in parrochia Sancti Laurentii de Adas, et in parrochia Sancti Saturnini de Faustiniano, decimas et primitias et iura, quae habetis in ecclesia Sancti Martini de Casafabra, et in eius parrochia: alodia et possessiones in parrochia Sancti Stephani de Illa, et in parrochia de Pontiliano, ecclesiam Sancti Romani cum omnibus pertinentiis suis: praedia, possessiones et alodia in parrochia S. Martini de Caneto, et in villa Sancti Laurentii, in villa Sancti Felicis, et in parrochia de Corbera, et in parrochia Sanctae Eulaliae de Millars: insuper quicquid iuris habetis in comitatu Bisuldunensi, Ceritaniensi, Confluentensi, Rossilionensi. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis, et caetera ecclesiastica sacramenta, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam Sedis Apostolicae habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis, quemcumque catholicum malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salva matricis Ecclesiae iustitia, aliarumque Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Ad haec, sicut praedictus antecessor noster Sergius Papa instituisse dinoscitur, ita et nos duximus statuendum, ut praefatum monasterium nulli nisi tantum Romano Pontifici debeat esse subiectum. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae libertatis, unum morabatinum (1) nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua ergo in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Privilegia nonnulla concedit;

Sepulturam liberam ubi esse;

Abbatem vero a monachis eligi constituit;

Monasterium autem soli Romano Pontifici subiectum esse declarat.

Decretum indemnitatis bonorum.

Solitae conclusiones.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Gualterus Albanen. episc.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Henricus presb. card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei.

Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Vide superius, pag. 195. (R. T.)

Ego Albertus diac. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Otto diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Boso diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani.

Datum Turonis per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, IV idus iunii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCLXIII, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno IV.

Dat. die 10 iunii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

XIII.

Confirmatio institutionis Canonicae in Placentina Ecclesia, in qua decernitur, ut archipresbyter a canonicis solummodo eligatur (1).

SUMMARIUM

Placentinae Ecclesiae pro Alexandro PP. fides contra pseudopapam. — Institutio canonica archipresbyteri eligendi solummodo a canonicis confirmatur. — Cum solitis clausulis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis A. archipresbytero Placentinae Congregationis, et universis cappellanis fratribus eiusdem Congregationis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Placentinae Ecclesiae pro Alexandro PP. fides contra pseudopapam.

Fidei et devotionis, quam circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam, et nos ipsos, praesertim in schismaticae persecutionis tempore habuisse noscimini, considerantes affectum, tanto libentius devotas universitatis vestrae preces admittimus, quanto de sinceritatis vestrae constantia nobis ibi universali Ecclesiae maiora commoda provenisse sentimus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, institutionem congregationis vestrae, a bonae memoriae Sigefredo Placentino quondam episcopo rationabiliter ordinatam, et electionem archipresbyteri eiusdem congregationis de arbitrio fratrum utiliter institutam, sicut a temporibus praedicti episcopi usque nunc observatam dinoscitur, vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis etc.

Institutio Sigefredi Placentini episcopi confirmatur;

Cum solitis clausulis.

Dat. Turon. XVII kalend. iunii.

Dat. die 15 iunii anno Domini 1163 (1), pontif. anno IV.

(1) Edidit Campi, Hist. Placentinae tom. II, in Regest.

XIV.

Confirmatio cuiusdam privilegii (2), *ab Urbano PP. II Guixalensi monasterio concessi* (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Hocce monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipit. — Eidem bona omnia confirmat; — Quorum nonnulla propriis vocabulis exprimit. — Abbatem a solis monachis eligi iubet. — Decretum immunitatis a quacumque molestia. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Berengario abbati Guixalensis coenobii, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularitate substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Guixalense coenobium, in quo divino mancipati estis obsequio, praedecessoris nostri felicis memoriae Urbani Papae

Hocce monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipit;

(1) Hoc siquidem anno habitum est Turonense Concilium. (2) Laudatum hic Urbani privilegium non invenit Cocquelinius. (R. T.) (3) Ex archiv. monast. huius edidit Baluzius, Marc. Hispan., in Append., n. 440.

vestigiis inhaerentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sanctae Mariae de Fanals, alodium quod vocatur de Villa-Magna, alodium de Catiano sive de Peruls, alodium de Locustaria cum manso, quod vocatur Prau, et omnibus pertinentibus suis, alodium de Panedes et de Spanedad, alodium de Rodegario, alodium vallis Aradi cum ipsa foxa quae fuit Richellis comitissae, alodium quod est in parochia Sancti Martini de Romaniano, donationes quas Arnulfus episcopus, Almaricus clericus, Gaufredus, Vitalis et Bernardus filius praefati Gaufredi, in Ecclesiam vestram contulerunt, cum vivolariis (1), quae tenuerunt per sanctum Felicem, decimas et primitias vallis Aradi et villae Mordanici, et de novis rupturis, quae factae sunt in alodium Sancti Felicis a die, qua capta fuit Barchinon, usque ad tempora ista, sicut ex concessione Rodegarii episcopi et canonicorum Gerundensis Ecclesiae vobis datae sunt: domos et possessiones, quas habetis in civitate Barchinonae et in eius territorio, domos quas habetis in civitate Gerundae, alodia et possessiones de Quartiano, alodia et possessiones de Lodrich, decimas et primitias in villa Olivis et in valle Aradi, decimas omnium piscium, qui capti fuerint a Conanglon usque ad Sanctum Leontium, alodium de Fanalis, decem et octo mansos cum eorum pertinentiis, alodium quod fuit Suniarii comitis aliorumque hominum, alodium de Colonico, alodium quod fuit Bertrandi Arnalli, alodium de villare de Veru, alodium quod est infra eamdem parochiam, alodium de villa Romani, de valle Lubrica, et de Torrodella, de palatio Frugelli, de Iofredi, de Buade, de Fontanilies, de Aguels, de Lidrinid, de Pubal, de valle Durcheras, de valle de Palatio Revani. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvis in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eidem bona omnia confirmat;

Quorum nonnulla propriis vocabulis exprimit;

Abbatem a sodalis monachis eligi iubet.

Decretum immunitatis a quacumquo molestia.

Solitae conclusiones.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP

(1) Du Cange legendum putat *violariis*. Violarium vero *census* est Hispanis; Latinis *hortus*. (R. T.)

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episc.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Ardicio presb. card. S. Theodori.

Datum apud Dolense monasterium per manum Hermanni sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, VII kal. iulii, indictione XI, incarnationis dominicae anno MCLXIII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno IV.

Dat. die 26 iunii anno Domini 1163, pontif. anno IV.

XV.

Canonizatio S. Bernardi, primi abbatis Claraevallensis, et institutoris ordinis monachorum Cisterciensium S. Benedicti, eiusque relatio in numerum sanctorum Confessorum, cum institutione suae festivitatis.

SUMMARIUM

Plurimorum instantia pro canonizatione Bernardi abb. Claraevallis; — Cuius virtutes et merita hic indicantur; — Et ideo Pontifex Ss. Confessorum cathalogo illum adscripsit, eiusque festum celebrari iubet. — Hortatur praelatos ad eius venerationem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus, aliisque Ecclesiarum praelatis, in regno Franciae constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Plurimorum instantia pro canonizatione Bernardi abb. Claraevallis;

Contigit olim, dum essemus Parisiis constituti, ut magni quidam ac venerabiles viri, de canonizando sanctae record. Bernardo, quondam Claraevallensi abbate, facerent mentionem, optantes utique, et piis nobis precibus suggerentes, ut in concilio, quod de proximo erat Turonis celebrandum, digno huic et laudabili voto celerem daremus effectum. Cumque nos eidem negotio favorabili satis intenderemus affectu, supervenit multitudo et frequentia petitorum, qui in diversis provinciis rem similem postulabant. Unde cum videremus non posse congruenter omnibus satisfieri, statutum fuit pro scandalo devitando, etiam in hoc differri. Nuper autem ex instantia et devotione Claraevallis fratrum, et aliarum subliminum personarum, eisdem apud nos precibus innovatis, reduximus ad memoriam nostram eiusdem beati viri sanctam et venerabilem vitam, qualiter ipse singularis gratiae praerogativa suffultus, non solum in se ipso sanctitate ac religione praefulserit, sed etiam in universa Ecclesia Dei fidei et doctrinae lumine radiarit; fructum vero, quem in domo Domini et verbo operatus est et exemplo, nullus fere terminus sanctae christianitatis ignorat; cum usque ad exteras quoque et barbaras nationes sanctae religionis instituta transmiserit, atque monasteriorum fundationem extenderit, et infinitam multitudinem peccatorum, per viae saecularis latitudinem incedentem, ad spiritualis vitae rectitudinem revocarit; specialiter autem sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cui auctore Deo praesidemus, ita quondam sub gravis persecutionis turbine laborantem, tam vitae merito, quam datae sibi caelitus sapientiae studio substentavit, ut digne quidem et nobis et omnibus eiusdem Ecclesiae filiis in memoria habendus sit, et devotione perpetua venerandus. In afflictione vero corporis sui usque adeo sibi mundum, seq. mundo reddidit crucifixum, ut confidamus martyrum quoque eum merita obtinere sanctorum, quem confessionis ordine, et parsimonia vitae tam longum constat duxisse martyrium. Quibus omnibus pia consideratione pensatis, et in concilio fratrum nostrorum expositis, confisi de misericordia Dei, cui perseveranter et fideliter militavit, nec non et de beatorum Petri et Pauli apo-

Cuius virtutes et merita hic indicantur;

Et ideo Pontifex Ss. Confessorum cathalogo illum adscripsit, eiusque festum celebrari iubet;

stolorum, et eiusdem beatissimi confessoris meritis praesumentes, eum Apostolicae Sedis auctoritate cathalogo sanctorum adscribi mandavimus, et commemorationis suae festum decrevimus amodo publice celebrandum. Vos ergo, qui et eiusdem Sedis Apostolicae instituta suscipere, et Deum in sanctis suis consuevistis gloriosius honorare, sic memoriam Sancti huius celebretis in terris, ut precibus eius et meritis digna praemia recipiatis in coelis.

Fertur praelatos ad eius veneracionem.

Dat. Anagniae xv kal. februarii MCLXIV.

Dat. die 17 ianuarii anno Domini 1164, pontif anno v.

XVI.

Monasterio S. Crucis ordinis S. Benedicti Burdigalen. dioecesis, quod sub protectione suscipit Sedis Apostolicae, bona omnia confirmat, nonnullaque elargitur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — In eoque monasticam servari mandat disciplinam; — Donationes omnes, universaque bona eidem confirmat; — Sententiam a delegatis apostolicis in quadam controversia monasterium rescipiente latam, ratam habet; — Sepulturam inibi sibi eligere cuilibet permittit: salva iustitia parochiarum; — Presbyteros in ecclesiis monasterio subiectis a monachis eligi statuit, dummodo curam animarum ab episcopo recipiant; — Abbatis electionem ad eosdem monachos pertinere statuit; — Censum ab eis Sedi Apostolicae annuatim persolvi vult. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bertraudo abbati monasterii Sanctae Crucis Burdigalensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, et ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium S. Crucis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam in ipso monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Quascumque praeterea possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Macharii, sicut eam de communi fratrum nostrorum consilio monasterio vestro adiudicavimus; quidquid Guilelmus Bonus, quondam Burdegalensis comes, fundator eiusdem monasterii, rationabiliter eidem monasterio concessit: ecclesiam Sancti Michaelis extra urbem Burdegalensem supra Garumnam fluvium sitam cum oblationibus et libertatibus suis, ecclesiam Sancti Martini de Sardiraco cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Mariae de Machao cum decima et adiacenti insula, ecclesiam Sancti Hilarii de Ortulano cum decima et pertinentiis suis, ecclesiam S. Georgii de Insula cum decima et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Stephani de Wlturna cum decima et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini de Cambas cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Petri de Lupiag cum parte decima et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Severini de Marca cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini de Blancafort cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Albini de

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

In eoque monasticam servari mandat disciplinam;

Donationes omnes, universaque bona eidem confirmat;

Quorum nonnulla propriis exprimit vocabulis.

(1) Ex Gall. Christ. novae edit., tom. II, inter instrum Eccl. Burdigalen., num. LII.

Blanhac, ecclesiam Sancti Cirici de Catirenaco cum pertinentiis suis: in Agennensi episcopatu ecclesiam Sanctae Mariae de Alemannis cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Ioannis de Auriolo cum parte decima et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Mauritii cum decima et pertinentiis suis. Praeterea definitivam sententiam super querela illa, quae inter vestrum et B. Severi monasterium de ecclesia Sanctae Mariae de Solaco praeteritis temporibus vertebatur, per Amatum quondam Olorensem, et Hugonem olim Diensem, episcopos, tum Sedis Apostolicae legatos, in Burdegalensi concilio promulgatam, et ab antecessoribus nostris Urbano et Paschali, Romanis Pontificibus, cum ad eorum esset relata praesentiam, de fratrum suorum episcoporum et cardinalium concilio confirmatam, sicut in authenticis eorum scriptis exinde factis noscitur contineri, nos auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia parochialium ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. In parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis, sacerdotes eligere, et electos episcopo repraesentare, quibus, si idonei inventi fuerint, episcopus animarum curam committat, et de plebis quidem cura iidem sacerdotes episcopo, de temporalibus vero vobis debeant respondere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Deum, et B. Benedicti regulam providerint deligendum. Decernimus ergo etc. Ad indicium huius a Sede Apostolica perceptae protectionis, marbotinam (1) unum nobis nostrisque successoribus, vos vel successores vestri annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona etc.

Sententiam a delegatis apostolicis in quadam controversia monasterium respiciente latam, ratam habet;

Sepulturam inibi sibi eligere cuilibet permittit: salva iustitia parochiarum;

Presbyteros in ecclesiis monasterio subiectis a monachis eligi statuit, dummodo curam animarum ab episcopo recipiant;

Abbatis electionem ad eosdem monachos pertinere statuit;

Censum ab eis Sedi Apostolicae annuatim persolvi vult.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss. Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episc. ss.

Ego Galterius Albanensis episc. ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Cencius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Petrus diaconus card. Sancti Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Manfredus diaconus card. Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Ubaldus presbyter card. tituli S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Henricus presbyter card. tituli Sanctorum Nerei et Achillei ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae ss.

Datum Senonas per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii Senonis, II non. februarii, indictione XX, incarnationis dominicae anno MCLXIV, pontificatus domni Alexandri Papae III anno V.

Dat. die 4 ianuarii anno Domini 1164, pontif. anno V.

XVII.

Privilegium confirmationis bonorum, et concessionis immunitatum monasterio S. Satyri Bituricensis dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex; — Bonaque omnia, concessiones, iuraque eidem confirmat. — Quae propriis vocabulis enumerans accurate describit; — Confirmat concordiam initam inter abbatem et archiepiscopum Bituricensem; — Praeben-

(1) Vide superius, pag. 195. (R. T.)

(1) Gall. Christ. nov. edit., tom. II, inter instrum. Eccles. Bituricen., n. LX.

dam quoque in ecclesia S. Stephani. — Burgi ubi eccl. S. Satyri sita est fines assignantur. — Nonnulla concedit privilegia, statuitque aliqua pro coenobii quiete, regimine et libertate. — Abbas ex ordine a fratribus eligendus. — Immunitatis decretum pro omnibus supradictis; — Appositis clausulis poenalibus pro inobedientibus; — Benedictione et pace pro observantibus. — Alexandri PP., episcoporum et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Ioanni abbati Ecclesiae Sancti Satyri, quae iuxta Sacrum-Caesaris (1) sita est, cum fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam ecclesiam Sancti Satyri, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar patris et praedecessoris nostri sanctae recordationis Eugenii Papae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Domini, et beati Augustini regulam in eadem Ecclesia instituitus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in castro Caesaris-Sacro ecclesiam videlicet S. Petri, ecclesiam S. Dionysii, ecclesiam Sancti Iterii, capellam S. Hilarii, quae est in turre comitis, et omnia, quae in ipso castro sive in censu, sive in lerdis, et in caeteris consuetudinibus, seu in decimis parochiae possidetis, reditumque iure consuetudinario in Ligeris fluvio possidetis: ecclesiam de Talverniaco, et quidquid in ipsa parochia tam in censu quam in decimis possidetis: ecclesiam de Sancto Bandelio, et quidquid in ipsa parochia in decimis, in censu, in consuetudinibus, in pratis, et in terra arabili possidetis; ecclesiam de Dergicis, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam de Herriaco, et quidquid in ipsa parochia in censu, in decimis, in terra arabili, et in nemore possidetis: ecclesiam de Vinomo, et quidquid in ipsa parochia in decimis et in censu possidetis: ecclesiam de Iocis, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam de Grellia, et quidquid in ipsa parochia in decimis et in censu possidetis: ecclesiam de Ialonnia, et quidquid in ipsa parochia in decimis, in censu, in terra arabili, in pratis, et in nemore possidetis: terram et prata de Bordis, et quidquid inibi possidetis: terram arabilem, censum et consuetudines apud Elumolium: homines, censum, prata, nemus, et terram arabilem apud villam Donati, terram et prata apud Genevreiam et consuetudines, quas ibi habetis: ius quod habetis in reditu ecclesiae de Sancio: ecclesiam de Iars, et quidquid in ipsa parochia in decimis, in censu possidetis: alodium de Cocciaco cum omni possessione eius, sive in terris, sive in pratis, nemoribus, et omnibus consuetudinibus: Salnaium de alodio de villa Genonis: capellam Sanctae Mariae, quae est in Concortallo castro Bernardi fluminis: ecclesiam de Blanca-Forte, et alodium de monte Morlonis, decimas, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam de Barloco, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam da Petrafitta, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam de Sariaco in Boschis,

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex;

Bonaque omnia, concessiones, iuraque eidem confirmat;

Quae propriis vocabulis enumerans, accurate describit;

(1) Obiter notamus *Sacrum Cereris*, sive *Sacro-Caesarianum* oppidum *Sancerre* dici, ut proinde typographicus fortassis hic error irrepsisse videatur (R. T.)

et quidquid in ipsa parochia possidetis: alodium de Furia Ioannis cum omni possessione sua, sive in terris, sive in pratis, sive in nemore, sive in rusticis, et in omnibus consuetudinibus: alodium de Mavei: ecclesiam de Bella-Villa cum tota decima eius, ipsam villam cum omni possessione eius, sive in terris, sive in pratis, sive in nemoribus, et rusticis, sive in proprio, in casamento, et in omnibus consuetudinibus possidetis: ecclesiam de Saviniaco, et quidquid in ipsa parochia sive in decimis, sive in hominibus, sive in pratis, sive in nemoribus, sive in proprio, sive in casamento, et in omnibus consuetudinibus possidetis: ecclesiam de Acigniaco, et quidquid in ipsa parochia possidetis: ecclesiam de Sancta Gemina, et quidquid in ipsa parochia habetis, sive in decimis, sive in terra: alodium de Cappis cum omnibus pertinentiis suis, alodium de Lichiaco cum omni possessione eius, sive in terris, sive in pratis, sive in nemore, et omnibus consuetudinibus: ecclesiam Sancti Dionysii de firmitate Humbaudii cum omnibus appenditiis suis: capellam de Loco Dei cum omnibus possessiunculis suis: in pago Antissiodorensi curiam, quae Meva dicitur, et capellam Sancti Martini, quae in eadem sita est, et quidquid ad ipsam pertinet, sive in terris, sive in aquis, sive in viis, sive in pratis, sive in nemoribus, sive in censu, sive in consuetudinibus: ecclesiam Sancti Ioannis evangelistae Bituricensis cum omnibus pertinentiis suis, videlicet cum terra Raimundi de Faia, quae dicitur de Faita et de Puzols, cum nemore quoque, et terra plana, et pratis, quae magister Hermannus subdiaconus noster et notarius eidem ecclesiae Sancti Ioannis acquisivit, et quidquid ad ipsum Raimundum haereditario iure pertinet tam ex parte patris, quam ex parte matris: terram etiam, quae dicitur Ferragalli, et quidquid ad ipsius Ferragalli possessionem pertinet: capellam de Montellis cum terra, pratis, molendinis, et usu nemorum, et omnibus ad se pertinentibus: ecclesiam Sancti Amatoris Antissiodorensis cum omnibus pertinentiis suis, videlicet cum ecclesia de Bruneria, et omnibus pertinentibus: ecclesiam de Lansec cum terris et pratis ad eam pertinentibus: ecclesiam de Chavanna cum vineis, pratis et decimis, ad eam pertinentibus: ecclesiam de Villa-Ferio cum pertinentiis suis: capellam Sanctae Mariae de Cellis; concordiam vero de Ripa Ligeris, a Rainaldo de Montefalconis ex parte mere vobis in pace dimissa, et aquae teloneo Decommum vestro similiter dimisso et excluso, nulli Ecclesiae vestrae ulterius concedenda, quemadmodum inter vos et ipsum per venerabilem fratrem nostrum Petrum Bituricensem archiepiscopum rationabiliter facta est, et scripto firmata, auctoritate apostolica confirmamus; nemus, quod est iuxta Ligerim fluvium, quod Vaurella dicitur, cum pratis, lacubus, censu, et consuetudinibus, et quidquid inibi habetis: praebendam in ecclesia Sancti Stephani Bituricensis, sicut a catholicis archiepiscopis et capitulo eiusdem Ecclesiae vobis commissa est: remissionem processionis, quam in Inventione Sancti Stephani Bituricensis facere solebatis, sicut a bonae memoriae Alberico quondam Bituricensi archiepiscopo facta est, et tam ab eo quam a venerabili fratre nostro Petro, nunc Bituricensi archiepiscopo, et capitulo eiusdem Ecclesiae scripto authentico est firmata: insuper etiam burgum ipsum, in quo eadem ecclesia Sancti Satyri sita est, cum immunitate, quam usque ad haec tempora noscitur habuisse, et cum adiacenti sibi territorio iuxta terminos antiquitus constitutos, idest a Dogio Gerardi defuncti per viam, quae ducit citra ulmum Ricardi sursum tendens per vineas paululum supra Crucem usque ad fontanellas inter duas domos, et inde circumiens supra domos Fontenaici usque ad Crucem Uldrici progreditur via Candida usque ad vallem Ioannis de Charnis, et exinde dirigitur inter duo nemora, et per

Cum omnibus iuribus bonis adnexis, praesertim decimarum.

Curia Meva in pago Antissiodorensi, cum omnibus suis pertinentiis.

Confirmat concordiam initam inter abbatem et archiepiscopum Bituricensem;

Praebendam quoque in ecclesia S. Stephani;

Burgi ubi ecclesia S. Satyri sita est fines assignantur;

ponticulum de Vineis usque in Ligerim descendit, ab omni iure vel exactione regum et principum liberam, infra quod territorium ex una parte oppidulum, quod Fontiniacum dicitur, ex altera vero capella Sancti Theobaldi cum aedificiis ibidem constitutis: villam, quae dicitur Catonis; nemus, quod Foliolium dicitur, quod iuxta nemus comitis Theobaldi, quod Harnis dicitur, situm est, in quo nemore comitis talem habetis consuetudinem, ligna scilicet ad vestros proprios usus, medietatem pasnagii (1), et propriorum porcorum portionem; praeterea decimas ad ius Ecclesiarum vestrarum pertinentes, quae contra Ss. Patrum decreta a laicis detinentur, de manibus eorum redimendi, et, quibuscumque rationabilibus modis poteritis, acquirendi licentiam vobis concedimus. Concordiam vero quae inter vos et sanctimoniales Sancti Laurentii de Bituricensi super decimis de manu laicorum communiter acquisitis vel acquirendis rationabiliter facta est, et scripto hinc inde firmata, ratam permanere censemus. Nulli quoque fratrum post factam in praefata Ecclesia professionem absque abbatis totiusque congregationis permissione liceat e claustro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Liceat autem abbati, qui pro tempore fuerit, in eum, qui vobis ignorantibus aut invitis discesserit, si secundo tertiove commonitus redire contempserit, canonicam perferre sententiam. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel maior pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam, de suo seu de alio, si expedierit, eiusdem ordinis collegio providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, atque archiepiscopi Bituricensis canonica institia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Nonnulla concedit privilegia, statuitque aliqua pro coenobii quiete, regimine et libertate.

Abbas ex ordine a fratribus eligendus.

Immunitatis decretum pro omnibus supradictis;

Appositis et nullis praenotatis pro inobedientibus;

Benedictione et pace pro observantibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.,

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episc.

Ego Gualterius Albanensis episc.

Ego Ubaldus presb. et cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Henricus presb. card. tit. Sanctorum Nerei et Achillei.

Ego Guill. presbyter card. tit. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Iacintus presb. card. tit. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Boso diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani.

Ego Petrus diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

episcoporum et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

(1) *Pasnagium, pannagium,* vide superius, pag. 665. (R T)

Ego Manfredus diaconus card. tituli S. Georgii ad Velum Aureum.

Datum Bituricis per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii, XVI kalendas iunii, indictione XII, incarnationis dominicae anno MCLXIV, pontificatus vero domni Alexandri Pontif. III anno V.

Dat. die 17 maii anno Domini 1164, pontif. anno V.

XVIII.

Confirmatio monasterii Boni-Fontis Aduren. dioecesis, bonorumque omnium ad illud spectantium, quae diminui, aut quolibet modo molestari interdicitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Bonaque omnia eidem confirmat; — Quorum praecipua enumerat; — A decimarum solutione eximit; — Monasterii indemnitati consulit. — Decretum immunitatis a quacumque molestia: — Cum solitis conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro abbati monasterii Boni-Fontis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis in praefato monasterio.

Exordium.

Religiosis votis annuere, et ea operis exhibitione complere, officium nos invitat suscepti regiminis, et ordo videtur exigere rationis. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri firma protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam atque Cisterciensium fratrum institutionem in vestro monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo abbatia sita est, a quercu Genitheo usque ad rivolum de Manirera, ab Agunta de Sylveyra usque ad cacumen montis Sancti Canii, ut recta linea vadit ad Exarlobin: totum locum de Exarlobin, abbatiam de Balbona cum grangiis et omnibus pertinentiis suis; abbatiam de Caritate, quae Foleus dicitur, cum grangiis et omnibus pertinentiis suis; terram de Bofartigua; totam terram de Cugurra, de Silva, de Silveyra, de Medas, de Grah, de Morters, de Osan, de Sancta Maria, de Seih, ecclesiam de Seih cum omnibus pertinentiis suis, locum de Labbatut, totam terram de Marera, locum de Sol Aldemari de Castaus, totam terram de Gotald Cugnravel, totam terram de Ruera, domum Arnaldi Bonag de Casanova, de Ardinag, de Rochan de Villanova; terram Rogeri de Senadors, de Cassanha-Bella; grangiam de Nodas cum pertinentiis suis; terram de Sedni, grangiam de Canet, de Carbona, de Riulan, de Laissa, de Querelag, de Borgal, de Rua, de Sancto Laurentio cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Bonemayso, de Minag, totam terram alterius Minag cum omnibus pertinentiis suis, totam terram de Quini cum omnibus pertinentiis suis, domum comitis Convenarum de Salvetat S. Egidii; grangiam de Las cum omnibus pertinentiis, totam terram de Spinaira, casale de Sagara cum omnibus pertinentiis suis; Boseus cum omnibus pertinentiis suis; hospitale de Boseus cum omnibus pertinentiis suis; Pentegens cum omnibus pertinentiis suis; grangiam San-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Bonaque omnia eidem confirmat;

Quorum praecipua enumerat; atque in primis fines describit.

(1) Ex Gall. Christ. nov. edit., tom. I, inter Instrum. Eccles. Adurensis, n. XIII.

ctae Fidei cum omnibus pertinentiis suis; estivam de Semestra cum omnibus appenditiis, de Rivo Maiori cum omnibus appenditiis suis, donum de pascuis comitis Convenarum Enardi, de punctis Galardae uxoris ipsius, Bernardi de Turrae, Bernardi de Montald, Ramundi Guillelmi de Beura, et fratrum eius. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus vestris, sive de nutrimentis vestrorum animalium, decimas aut primitias a vobis nullus praesumat exigere. Adiicientes etiam auctoritate apostolica interdicimus, ut quis fratrum vestrorum clericus sive laicus post factam in vestro monasterio professionem absque vestra licentia suscipere audeat vel retinere; paci quoque et tranquillitati vestrae paterna solilcitudine providentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuram locorum, sive grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam, sive furtum facere, vel hominem capere audeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis et confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

A decimarum solutione eximit;

Monasterii indemnitati consulit.

Decretum immunitatis a quacumque molestia:

Cum solitis conclusionibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae.

Ego Eguillinus tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis.

Ego Arnaldus episcopus.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Gualterius Albanensis episc.

Ego Iacintus diaconus card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Otto diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tull.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori.

Ego Boso diac. card. Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani.

Ego Raymundus diac. card. S. Mariae in Via Lata.

Datum apud Montem Pessulanum per manum Hermanni, S. R. E. subdiaconi et notarii, XII kal. augusti, indictione XII, incarn. dom. an. MCLXIV, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno V.

Dat. die 21 iulii anno Domini 1164, pontif. anno V.

XIX.

Monasterium S. Illidii, eiusque possessiones omnes Claromonten. dioecesis sub tutela Sedis Apostolicae suscipiuntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ordo monasticus sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur; — Bonaque omnia confirmantur. — Loci sepulturam liberam vult Pontifex; — Et abbatem a monachis eligendum. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

(1) Ex tom. II Gall. Christ., nov. edit., inter instrum. Claromont. Eccles., num. XXXVII.

Alexander episcopus servus servorum Dei, etc., Arnaldo abbati monasterii B. Illidii, eiusque fratribus....

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium ..... sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut monasticus ordo, qui secundum Deum, et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium in praesenti iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, propitiante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Duriaco cum suis pertinentiis, quicquid habetis in villa de Grisolo, ecclesiam de Vincherio cum capellis eiusdem castelli et caeteris suis pertinentiis, ecclesiam de Chasannolis, ecclesiam de Belvezer, ecclesiam Sancti Petri de Chalmez, ecclesiam S. Felicis, ecclesiam Sancti Illidii de Valencha, ecclesiam de Neyraco, ecclesiam de Blanzaco, ecclesiam S. Boniti, ecclesiam de Nebesac, ecclesiam de Agella, ecclesiam de Schevina, ecclesiam de Basvilla cum pertinentiis earumdem, ecclesiam S. Petri Vetuli, ecclesiam Sancti Cassii cum pertinentiis suis: ex dono Fulconis de Ialiniac terras et reditus de Ponte Lategeno usque ad Bellum-Montem, et dominium in villa Sancti Elidii. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia parochialium ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Deum et B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut suas possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat etc.

Ordo monast. sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur;

Bonaque omnia confirmantur;

Loci sepulturam liberam vult Pontifex;

Et abbatem a monachis eligendum.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

Solitae clausulae.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Subscribunt alii undecim cardinales.

Datum apud Clarum-Montem per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii, XVII kal. iul., indict. XIII, incarnationis dominicae MCLXV, pontificatus domni Alexandri PP. III anno VI.

Dat. die 15 iunii anno Domini 1165, pontif. anno VI.

XX.

Simile privilegium pro monasterio Mauziacensi eiusdem dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex.

(1) Ex loc. cit., XLVII.

— Bona omnia eidem confirmans, — Propriis vocabulis exprimit cum omnibus iuribus et pertinentiis. — Nonnnulla statuit pro quiete, immunitate et regimine monasterii. — Sepulturam liberam ibi esse declarat, abbatem vero e gremio monachorum eligendum. — Decretum pro immunitate — Cum solitis conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro abbati monasterii Maziacensis, eunctisque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, I. N.....

Exordium.

Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequitatis, et ordo exigit rationis; praesertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat, et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae recordationis Adriani Papae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; ecclesiam de Gatteria, ecclesiam de Sancto Hilario cum capella, ecclesiam de Giaco, ecclesiam de Marencalmis, ecclesiam de Bortis, ecclesiam de Oenc cum parochia. de Faravel, ecclesiam de Rubiaco Royac cum appendiciis suis, ecclesia videlicet de Castello pontis Gibaldi, ecclesiam de Sancto Urso, ecclesiam de Montibus cum capella de Castro, ecclesiam Sancti Ypoliti, ecclesiam de Wlvico cum capella Sanctae Mariae, ecclesiam de Martiaco, ecclesiam de Monestrolo, ecclesiam de Ceresio, ecclesiam de Sana-Cultura, ecclesiam de Cella, ecclesiam de Aluchiis, ecclesiam Sancti Andreæ de Pathas, ecclesiam Sancti Boniti de Calmis, ecclesiam de Roccaforti cum capella de Castro, ecclesiam Sancti Boniti Montis-Pancheri cum capellis de Castro, ecclesiam de Bodonia, ecclesiam Sancti Germani cum capella de Castro, ecclesiam Sancti Romigii, ecclesiam de Sulec, ecclesiam de Crusec, ecclesiam de Laurigiis, ecclesiam de Cos, ecclesiam Sancti Desiderii, ecclesiam de Dreituirbias cum ecclesia Sancti Proiecti et capella de Palicia, capellam de Botiaco, ecclesiam Sancti Ambrosii, ecclesiam Montis-Petrosii, ecclesiam Sancti Dionysii, ecclesiam de Sancto Leontio prope monasterium vestrum, ecclesiam Sancti Laurentii, ecclesiam Sancti Pauli, ecclesiam Sancti Calmutii, et ecclesiam Sancti Martini cum pertinentiis earum, Primiliacum, Tauriniacum, Mabiliacum, Salziniam, Plumberiam, Amanziacum et Mirabellum, cum villa adiacenti: terras de feudis domni de Cresto et domni de Rochafort in Lubartes, quidquid habetis in feudis domini de Camaleria, et domini de Ponte: terras de feudis domini de Caslucio, et domini de Turnolio, domini de Turriaco, domini de Monte-Gasconis, domini de Enaziaco, et domini de Cabaziaco, terras, quas habetis in feudis domini de Ponte-Pancerio, et domini de Scola, et domini de Castello Sancti Germani. Statuimus etiam, ut nulli fas sit, novas et indebitas consuetudines vel exactiones eidem monasterio vel ecclesiis eius imponere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse censemus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia matricis Ecclesiae. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci obbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex;

Bona omnia eidem confirmans,

Propriis vocabulis exprimit cum omnibus iuribus et pertinentiis;

Nonnulla statuit pro quiete, immunitate et regimine monasterii.

Sepulturam liberam ibi esse declarat, abbatem vero e gremio monachorum eligendum.

fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum, et beati Benedicti regulam praeviderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu ab abbatiae dignitate destituere, sive quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum pro immunitate:

Cum solitis conclusionibus.

Alexandri PP. et S. R. Ecc cardinalium subscriptiones

Ego Alexander catholicae Eccl. episc.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episc.

Ego Gualterius Albanensis episc.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae.

Ego Guillelmus presb. card. tituli S. Petri ad Vincula.

Ego Iacintus diac. card. tit. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Otto diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Boso diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sancti Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Datum apud Clarummontem per manum Hermanni S. R. E. subdiac. et not., XVII kal. iul., indict. XIII, incarn. dom. anno MCLXV, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno VI.

Dat. die 15 iunii anno Domini 1165, pontif. anno VI.

XXI.

Confirmatio bonorum omnium pertinentium ad monasterium S. Savini Tarbien. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium (*quod omittitur*). — Bona monasterii confirmat, in quibus propriis nominibus plura hic enumerantur: — Cum iure decimarum,— Et universis quae idem monasterium ab antiquo pacifice possidet. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Deusdet electo Sancti Savini, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoties illud a nobis petitur, etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum ipsum, in quo idem monasterium situm est, ecclesiam Sancti Ioannis cum villa de Bencus cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini de Arissans cum omnibus, quae infra eiusdem terminos idem monasterium habet, ecclesiam Sancti Martini de Cauteres cum balneis, et quidquid in valle ipsa vel in aestivis habetis, capellam Sancti Andreæ de Solon, villam de Nestalas cum terminis

Bona monasterii confirmat, in quibus propriis nominibus plura hic enumerantur:

(1) Ex Gall. Christ., novae edit. tom. I, inter Instrum. Eccl. Tarbien., num. VIII.

suis et capella Sancti Petri eiusdem villae, capellam Sancti Bartholomaei de Adast, capellam Sancti Martini de Balaignas, ecclesiam Sanctae Mariae de Castel, ecclesiam Sancti Saturnini de Orout, et quidquid infra terminos ipsius villae habetis, capellam Sanctae Caeciliae de Uzol, ecclesiam Sancti Saturnini de Ugos, quidquid habetis in ecclesia Sanctae Mariae de Cera, quidquid habetis in villa de Arreins, in praediis, decimis et rusticis; quidquid habetis in villa de Ancum, et in villa de Guaillaguos, et in villa de Areisans, et in villa de Bun, in praediis, decimis et rusticis; quidquid habetis in villa de Arras, et infra terminos eiusdem villae; quidquid habetis in Villa Longa et in ecclesia eiusdem villae, in praediis, decimis et rusticis; ecclesiam S. Vincentii de Beaviens cum pertinentiis suis, villam de Sovin cum pertinentiis suis, boveriam de Puisseda cum pertinentiis suis, boveriam de Sois cum pertinentiis suis, quidquid habetis in villa de Lurp, in praediis et decimis; quidquid habetis in villa de Curell, et infra terminos eius, in valle de Baretge cellam Sanctae Mariae cum pertinentiis suis, quidquid habetis in ecclesia Sanctae Mariae de Villars, boverias de Thiezam et Balaignam cum pertinentiis suis, quidquid habetis in Ecclesia de Geu, domos, quas habetis in Syracusana civitate cum solo sibi pertinenti, hortum cum vineis extra eamdem civitatem, campos quos habetis in territorio de Curtida; et quidquid praescriptum monasterium a quadraginta annis huc usque iusto titulo quiete et inconcusse possidet, et impraesentiarum noscitur pacifice possidere, vobis nihilominus auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare etc.

Cum iure decimarum;

Et universis quae idem monasterium ab antiquo pacifice possidet.

Solitae clausulae.

Alexandri PP.

Ego Alexander cath. Eccl. episc. signavi.



Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Gualterius Albanensis episcopus.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Bozo presb. cardinalis Sanctae Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Theoditus presbyter cardinalis tit. Vestinae.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Manfredus diac. cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Otto diac. cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Ugo diaconus cardinalis S. Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Ego Petrus de Bonozo S. Mariae in Aquiro diac. card.

Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. notarii, XVI kal. aprilis, indictione XV, incarnationis dominicae anno MCLXVII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno VIII.

Dat. die 17 martii anno Domini 1167, pontif. anno VIII.

XXII.

Confirmatio primatus Cantuariensis Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Praedecessorum more Cantuariensi Ecclesiae primatum concedit; nec

(1) Ex Wilkins, Concilia Brittanniae et Hiberniae, vol. II, pag. 446.

non dignitates omnes eidem confirmat. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Thomae Cantuariensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

In Apostolicae Sedis administratione, licet indigni, disponente Deo, constituti, fratribus nostris episcopis tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit dispositione consulere, et Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare. Æquum namque et rationabile est, ut quemadmodum patres vocamur in nomine, ita nihilominus in opere comprobemur. Hoc nimirum charitatis intuitu, frater in Christo charissime, Thomas archiepiscope, de fratrum nostrorum consilio tuis iustis postulationibus debita benignitate duximus annuendum, atque praedecessorum nostrorum felicis recordationis Paschalis et Eugenii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, tam tibi quam tuis legitimis successoribus Cantuariensis Ecclesiae, primatum ita plenum concedimus, sicut a Lanfranco et Anselmo, aliisque ipsorum praedecessoribus constat fuisse possessum; quicquid etiam dignitatis, seu potestatis eidem sanctae Cantuariensi seu Dorobernensi Ecclesiae pertinere cognoscitur, praesentis scripti pagina confirmamus, sicut a tempore beati Augustini praedecessores tuos habuisse Apostolicae Sedis auctoritate constat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius indignationem incurrat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Amen, amen.

Praedecessorum more Cantuariensi Ecclesiae primatum concedit; nec non dignitates omnes eidem confirmat.

Solitae conclusiones.

Alexandri PP.

† Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

† Ego Ubaldus presb. card. tituli S. Crucis in Hierusalem.

† Ego Ioannes presb. card. tit. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

† Ego Henricus presb. card. tit. Ss. Nerei et Achillei.

† Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tituli Pastoris.

† Ego Theodorus S. R. E. presbyter cardinalis.

† Ego .... presb. card. tituli Sanctae Sabinae.

† Ego Bernardus Portuensis Sanctae Rufinae episcopus.

† Ego Gualterius Albanensis episcopus.

† Ego Ugo Tusculanus episcopus.

† Ego Conradus Moguntinae sedis archiepiscopus, et Sabinensis episcopus cardinalis.

† Ego Iacintus diaconus card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

† Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

† Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori.

† Ego Cintius diaconus card. Sancti Adriani.

† Ego Manfredus diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

† Ego Ugo diaconus cardinalis Sancti Eustachii iuxta Templum Agrippae.

† Ego Vittellus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

† Ego Petrus diac. cardinalis Sanctae Mariae in Aquirio.

† Ego Ier. diaconus card. S. Mariae Novae.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Laterani per manum Hermanni tituli Sanctae Susannae presbyteri cardinalis, VI idus aprilis, indictione XIV, incarnationis dominicae MCLXVII, pontificatus vero domni Alexandri PP. III, VIII.

Dat. die 8 aprilis anno Domini 1167, pontif. anno VIII.

XXIII.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum, a praedecessoribus Summis Pontificibus Rivipullensi monasterio concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterii bona omnia, possessiones, iura confirmat auctoritate apostolica; — Quae et propriis nominibus enumerat; — Cum aliis privilegiis a Summis Pontificibus monasterio concessis. — Anathema pro violatoribus privilegii huius (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Rivipollensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Cum nostrae solicitudinis sit et officii religiosorum locorum iura defendere, monasterio vestro tanto volumus propensiori studio in suis institiis providere, quanto maiorem devotionem circa nos et Romanam Ecclesiam exhibetis. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus ex ministerio suscepti regiminis inclinati, monasterium Sanctae Mariae de Metliano cum omnibus ecclesiis sibi subditis, cum decimis et primitiis earum, cum castellis, almuniis, et cum aliis bonis et possessionibus suis, et ecclesias alias et possessiones, quae inferius subscribuntur, sicut eas rationabiliter possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus: castellum videlicet de Cidamon, et almuniam, quae dicitur Alfandega, et castellum de Senan, ecclesiam Sanctae Caeciliae de Moion cum omni parochia sua, et decimis et primitiis ad eam pertinentibus, et villam de Septemcasis et villam de Lenars et villam de Isovol cum suis pertinentiis, et villam de Olot cum suis nemoribus et pertinentiis, et ecclesiam Sanctae Leocadiae cum villa, in qua est constituta, cum suis decimis et primitiis. Praeterea quaecumque a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus concessa vobis sunt, et eorum privilegiis confirmata, sicut ea impraesentiarum tenetis, et alia, quae legitime possidetis, vobis et monasterio vestro nihilominus duximus confirmanda. Insuper etiam omnes salvitates, quae a multis retro temporibus in villa, quae coniuncta est monasterio vestro, et in terminis eius rationabiliter constitutae sunt, praecipimus perpetuo inviolabiliter observari; sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis salvitates et securitates ipsas, quae pro communi utilitate monasterii et hominum constitutae sunt, ausu temeritatis infringat. Si quis autem confirmationis et prohibitionis nostrae contemptor extiterit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Monasterii bona omnia, possessiones, iura confirmat auctoritate apostolica;

Quae et propriis nominibus enumerat;

Cum aliis privilegiis a Summis Pontificibus monasterio concessis.

Anathema pro violatoribus privilegii huius.

Data Anagniae, VIII idus iulii (1).

Dat. die 8 iulii.

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Baluzius, Marc. Hisp., in Append., num. 448.

(1) Baluzius in marginali notula hocce privilegium datum innuit hoc anno 1167, et quidem mense iulio, ut apparet in calce eiusdem.

Si quis miretur tantam privilegiorum copiam a me hoc in Opere transcriptam, non inconsulto factum putet. Cum enim pontificium diplomaticum opus conficere mihi praescripserim, ut dixi in praefatione, non erant haec omittenda: iniuriamque me non ferendam pontificiae curae facturum putavi, si ea praeterirem, ex quibus assidua Pontificum Romanorum pro creditis sibi Ecclesiis vigilantia, felicique imitanda exemplo, maxime apparet.

(2) Edidit Campi, Hist. Placent., t. II, in Regest.

XXIV.

Ad episcopum Placentinum, ut ablatam canonicis S. Antonini eiusdem civitatis terram de Burneto eisdem restituat (2).

SUMMARIUM

Facti series. — Episcopo mandat ut usurpatam terram canonicis restituat, — Plenamque iustitiam exhibeat (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri S. Placentino episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex trasmissa conquestione dilectorum filiorum nostrorum Guidonis praepositi, et canonicorum ecclesiae Sancti Antonini Placentiae ad aures nostras pervenit, quod terram de Burneto, quam ad ius Ecclesiae suae asserunt pertinere, illicite detines occupatam. Unde quoniam pontificalis officii dignitas, quam disponente Domino geris, te dehortatur, quae alterius iuris sunt, detinere, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus Ecclesiae dictae praeposito praescriptam terram libere pacificeque restitutas (1); vel coram iudice communiter ab utraque parte electo, seu coram dilectis filiis nostris Rog. et Capon. eis plenam exinde iustitiam non differas exhibere.

Facti series.

Episcopo mandat ut usurpatam terram canonicis restituat,

Plenamque iustitiam exhibeat.

Dat. Benevent. id. martii.

Dat. die 15 martii anno Domini 1168.

XXV.

Monasterium monialium S. Victorini in civitate Beneventana Apostolicae Sedi immediate subiectum declaratur, nonnullisque augetur privilegiis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hocce sub protectione Sedis Apostolicae recipiens, — Eidem bona omnia confirmat: — In quibus haec propriis exprimit vocabulis. — Abbatissam a monialibus eligendam, et a Romano Pontifice benedicendam statuit. — Concordiam quandam inter hanc abbatissam, et abbatem S. Vincentii, in praeiudicium liberae electionis eiusdem factam irritat. — Decretum immunitatis a qualibet externa molestia. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Legendum putamus *restituas* (R. T.)

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Ughellius, loc. cit., ubi de Beneventana Ecclesia.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Fuschae abbatissae monasterii S. Victorini, quod in Beneventana civitate situm est, eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et iis . . . . vos successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: infra Beneventanam civitatem domos cum casalibus et cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam S. Crucis ad portam Summam cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam S. Severiani cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Salvatoris de Prata cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Salvatoris de Alifa cum ecclesiis suis, videlicet ecclesiam Sancti Secundini, ecclesiam Sancti Martini, ecclesiam Sanctae Mariae de Arena Cavata, ecclesiam Sancti Vitaliani, ecclesiam S. Petri de Mercato Veteri, ecclesiam Sancti Christofori, ecclesiam Sancti Viti, ecclesiam Sancti Angeli de Rapa-Canina cum pertinentiis earum; salvo tamen iure mo-

Exordium.

Monasterium hocce sub protectione Sedis Apostolicae recipiens;

Eidem bona omnia confirmat:

In quibus haec propriis exprimit vocabulis;

nasterii Sancti Vincentii de Monte, quod habet in praed. monasterio Sancti Salvatoris de Alifa: hortum prope Sanctum Erasmum, hortum iuxta Aquam Longam, vineam de Casalico, vineam de Guardia cum pertinentiis earum, haereditatem de Matthocca, vineas et terras de loco Cupuli cum pertinentiis suis, vineam de Faldula cum pertinentiis suis, vineas et terras de Montore cum pertinentiis suis, apud Tinam terras et sylvas; sane si mercatores et peregrini se cum rebus suis monasterio vestro intuitu devotionis reddere voluerint, eos recipiendi liberam facultatem habeatis; obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel earum qualibet, quae tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice benedicendam. Et quia monasterium vestrum specialiter iuris et proprietatis beati Petri existit, et ad provisionem et dispositionem Romanae Ecclesiae nullo mediante noscitur pertinere, conditionem, quam abbati et fratribus praedicti monasterii S. Vincentii in ecclesia vestra concessistis, quod scilicet post decennium (1) tuum, filia abbatissa, et earum, quae post te succedent, per licentiam et per consensum abbatis Sancti Vincentii abbatissam deberetis eligere, omnino irritum ducimus, et apostolica auctoritate cassum; nemini enim licuit, inconsulto Romano Pontifice, praedicto vestro monasterio novam conditionem imponere, aut statum suum in deterius immutare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi in praescriptis Ecclesiis canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatissam a monialibus eligendam et a Romano Pontifice benedicendam statuit;

Concordiam quandam inter hanc abbatissam, et abbatem S. Vincentii, in praeiudicium liberae electionis eiusdem factam irritat;

Decretum immunitatis a qualibet externa molestia.

Solitae clausulae.

Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Alexander catholicae Eccl. episc.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.

Ego Bernardus Portuensis, et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Ioannes presb. cardinalis tit. S. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Ioannes presb. card. tituli S. Marci.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tituli Vestinae.

Ego Iacintus diac. card. tit. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Ard. diac. card. S. Theodori.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Aquiro.

Datum Beneventi per manum Gratiani sanctae Romanae E. subdiac. not., VI kal. maii, indict. I, incarn. dom. MCLXVIII,

(1) Legendum fortasse *decessum* (R. T.)

pontificatus vero D. Alexandri PP. III anno IX.

Dat. die 26 aprilis anno Domini 1168, pontif. anno IX.

XXVI.

Confirmatio bonorum ad monasterium Ss. Felicis et Fortunati Vicentinae civitatis, ac donationum omnium eidem a Vicentinis episcopis factarum (1).

SUMMARIUM

Exordium (*omissum*). — Bonorum enumeratio, quae confirmantur, et propriis nominibus indicantur, — Cum iure decimarum; — Et omnibus iuribus quæ Vicentini episcopi eidem monasterio contulerunt, quaeque 40 annorum spatio quiete possessa noscuntur; — Salvo annuo censu episcopo pro tempore praestando. — Immunitas ab omni violentia — Et exemptio decimarum — Cum solitis clausulis. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Arnulpho abbati monasterii Ss. Felicis et Fortunati Vicentini, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium (omissum).

Religiosam vitam eligentibus etc. Eapropter etc. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. Quicquid habetis per longitudinem a fluvio Retronis Ursega, et usque ad Pontem Altum: quicquid etiam habetis per latitudinem a fluvio Retronis usque ad alium pontem, per quem positum super eumdem fluvium transitur ad Monticellum: in Seledo unam curtem, quae nominatur Vuarzonum: in Sarecto casale unum: in Turre unum casale: in Magrado unum casale: in Arserio aliud casale: in Cuculo petiam unam de vinea, et tres campos: in Muzone casale unum: in Rauna aliud casale: in Culpano curtem unam cum suis pertinentiis: in Cartusiano censitos S. Viti pertinentes de casale Penculi: inter Seledum et S. Vitum medietatem unius curtis: in loco qui dicitur Sanctus Titulus in Luvizano, curtem unam cum capella S. Viti: in Malado casalia novem: in Marostica curtes duas, unam in loco Provio cum capella S. Apollinaris, aliam vero in Burguliano cum capella et Gazo: in Angarano casalia duo, et montes duos, unum qui dicitur Mons Olivarum, alter, qui nominatur Mons Castanearum: in Solania curtem unam cum capella S. Viti: in Tivido casalia duo: in Facino casalia tria: in Pechio casale unum: in Barbutia casale unum: in Fulviano unum casale: in Bubeneto unum casale: in Secusino casale unum: in Braido S. Viti curtes quatuor cum plebe et capellis et pertinentiis suis et decimis: in Cortolonga curtem unam cum capella: iuxta flumen Novum curtem unam cum capella S. Viti: in Bragantia casale: in Iuvene curtem unam: in Bucone aliam curtem: in Fontana-Frigida unum casale: in Paderno aliud casale: in Carbonaria duo casalia: in Titulo unum casale: in Causele quatuor casalia: in Ara unum casale: in Cona terram aratoriam: in Calzade petiam unam de vinea: in Zulano unum casale: in Arzignano aliud casale: in monte Cleda terram aratoriam: duas petias vineæ in Monticello, et terram aratoriam: in Albetone massaritiam unam: in Vivarolio curtem unam cum capella S. Petri: extra Benacum lacum in loco, qui dicitur Randena, braidam (1) Sancti Georgii, et in Lainedo vineas et oliveta: Alpes quoque quatuor, duas super Morosticam, quae vocantur Lastaria, et Bugnaria, Longera insuper et montes de Zovenano et Novogino: in Wisega molendinum unum: in Altico alium molendinum: dimidiam partem curtis S. Apollinaris cum capella, et vantium Sancti Georgii cum ecclesia: massaritias duas in Bercia, et duas in Liseria: in Barba-

Bonorum enumeratio, quae confirmantur, et propriis nominibus indicantur;

Cum iure decimarum;

(1) Ex authentico in archiv. monast. huius edidit Ughell., Ital. Sac., ubi de Vicentina Ecclesia.

(1) Vide superius, pag. 389. (R. T.)

rano curtem unam et casales duos: in Basico curtem unam; oblationes praeterea ad idem monasterium venientes, et caetera iura et libertates, seu donationes, quas bonae memoriae Rodulfus, Lambertus, Hieronymus, Astulphus, Litherius, Turingius, Eccilinus, Henricus, Lothovicus, quondam Vicentini episcopi, monasterio vestro tam in decimis quam conditionibus, operibus, escaticis, pascuis, pratis, sylvis, rubinis (1), montibus, planis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus ad praedicta loca pertinentibus, rationabiliter concesserunt, et vos in quadraginta annis retro absque legitima interruptione possedistis, vobis, ac per vos eidem monasterio, scripti nostri munimine confirmamus: salvo quidem eo, quod ipsi episcopi sibi pro his omnibus in praedicto monasterio reservarunt, videlicet, ut in Nativitate et in Pascha Domini, et singulis festivitatibus supradictorum martyrum Felicis ac Fortunati unam candelam, unum panem, et ampullam plenam vino abbas vel monachi eiusdem loci episcopo, qui pro tempore fuerit, debeat, omni alia contradictione remota, annuatim deferre. Prohibemus etiam, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem aliqua levitate sine abbatis sui licentia fas sit de monasterio discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Statuimus praeterea, ut neque comiti, neque principi, nec alicui saeculari, vel ecclesiasticae personae liceat indebitas et iniustas exactiones in praefato monasterio exercere. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium nullus a vobis decimas exigere praesumat. Obeunte vero te, etc. *usque* providerint eligendum. Sepulturam quoque etc. *usque* corpora assumuntur. Decernimus ergo etc. *usque* salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen, amen, amen.

Et omnibus iuribus quae Vicentini episcopi eidem monasterio contulerunt, quaeque 40 annorum spatio quiete possessa noscuntur;

Salvo annuo censu episcopo pro tempore praestando;

Immunitas ab omni violentia;

Et exemptio decimarum:

Cum solitis clausulis

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Iacintus Sanctae Mariae in Cosmedin diac. card.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Hugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Aquiro.

Datum Beneventi per manum Gratiani sanctae R. E. subdiaconi et notarii, II idus septembris, indict. I, incarn. dominicae an. MCLXVIII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno IX.

Dat. die 12 septembris anno Domini 1168, pontif. anno IX.

(1) *Robina* et *rubina* canalis per quem derivatur aqua fluvii generatim; interdum et navibus vehendis aptus. (R. T.)

XXVII.

Privilegium monasterio S. Reparatae de Marradio ordinis Vallis-Umbrosae Faventinae dioecesis (1).

SUMMARIUM

Exordium (*omissum*). — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur; — Bonaque omnia confirmantur; — In quibus nonnulla enumerantur. — Decimationes ratae habentur. — Sepulturam liberam inibi esse decernitur. — Cum solitis conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones (R. T.).

(1) Ab exemplari Codice edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Homodeo abbati monasterii S. Reparatae de Marrata, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium (omissum).

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni, etc., usque impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis, etc., usque annuimus, et praefatum monasterium S. Reparatae, in quo divino estis obsequio mancipati, ad exemplar praedecessoris nostri sanctae recordationis Honorii Papae II sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Mariae in Crispina, ecclesiam S. Laurentii, ecclesiam S. Cassiani in Petrosolo, ecclesiam S. Euphemiae, ecclesiam S. Martini, ecclesiam S. Petri in Vizzano, et ecclesiam S. Andreæ eiusdem loci, et Comortinicellam, decimationes ab episcopis Faventinis monasterio vestro rationabiliter concessas, vobis, et per vos eidem monasterio, auctoritate apostolica nihilominus confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia matricis Ecclesiae. Decernimus ergo etc., salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si quis ergo, etc. Amen.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur;

Bonaque omnia confirmantur;

In quibus nonnulla enumerantur;

Decimationes ratae habentur;

Sepulturam liberam inibi esse decernitur;

Cum solitis conclusionibus.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Dgo Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Ioannes presbyter card. tituli S. Anastasiae.

Ego Boso presbyter cardinalis S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Datum Beneventi per manum Gratiani sanctae R. E. subdiaconi et notarii, v id. novemb., indict. I, incarn. dominicae an. MCLXVIII, pontificatus vero D. Alexandri Papae III an. X.

Dat. die 9 novembris anno Domini 1168, pontif. anno X.

XXVIII.

Cuicumque personae, Rivipullensis monasterii monachos, eosque praesertim, qui ex Montanis victualia ad monasterium deferunt, molestare sub excommunicationis poena interdicitur (1).

SUMMARIUM

Exordium ex facti expositione. — Monachos Rivipullenses quoquomodo molestari vetat, sub anathematis poena: — Et illorum res vel bona auferri: — Praesertim vero illos qui ex montanis vectigalia ad monasterium deferunt. — Quocirca iubet ut omnibus parochianis episcopi inhibeant ne violentiam aut iniuriam inferant in res, bona aut personas monasterii. — Solitae clausulae (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis, abbatibus, priorlbus, et aliis Ecclesiarum praelatis, ad quos literae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium ex facti expositione.

Discretionis vestrae prudentiam non credimus ignorare, qualiter recolendae

(1) Ex archiv. monast. edidit Baluz., Marc. Hispan., in Append.

memoriae Innocentius Papa praedecessor noster in concilio Lateranensi generali decreto sancivit, ut quicumque in clericum, monachum, vel conversum cuiuscumque religionis violentas manus iniiceret, excommunicationis sententiae subiaceret; ita quidem, quod nonnisi a Romano Pontifice, vel de mandato ipsius, absolutionis posset beneficium promereri. Hac siquidem consideratione inducti, et ex officii nostri debito nihilominus inclinati, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus si quis parochianorum vestrorum in aliquem monachum Rivipullensem, clericum sive conversum eiusdem loci, violentas manus iniecerit, vos eum, omni contradictione et appellatione remota, excommunicatum publice nuncietis, et sicut excommunicatum praecipiatis eum ab omnibus evitari, donec iniuriam passo congrue satisfecerit, et ad Sedem Apostolicam cum vestris literis veniat satisfacturus. Quod autem de illis, qui in monachum, clericum vel conversum Rivipullensem manus iniecerit, superius diximus, sic intelligi volumus, ut omnes, qui eos, personas eorum capiendo, vulnerando, aut res quas secum habent, auferendo, dehonestaverint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, donec ablata restituant, iniuriam passo congrue satisfaciant, et ad Sedem Apostolicam satisfacturi accedant. Ad hoc Rivipullensis monasterii fratres studiosa nobis narratione monstrarunt, quod ipsi, in montanis et locis aridis habitantes, victualia in monasterio iam dicto nonnisi aliunde, non sine gravi labore illic per multa terrarum spatia deferant. Unde frequenter contingit, quod si bestiae illorum, cibaria deferentes, ab aliquibus malefactoribus capiantur, ipsi tam famis quam sitis inedia cruciantur. Quocirca nos eorum indemnitati volentes utiliter providere, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, atque praecipimus, quatenus universis parochianis vestris ex parte Dei et nostra sub interminatione anathematis districtius inhibeatis, quod bestias tragini praescripti monasterii cum omnibus aut servitutibus suis nulla ratione invadant, nec aliquam eis iniuriam vel molestiam audeant irrogare. Prohibeatis etiam et publice interdicatis, ut nullus aliquem ad forum ipsius venientem, aut eius bona, sive quemlibet infra eiusdem monasterii ambitum consistentem capere aut inquietare attentet, vel aliquam sibi violentiam vel iniuriam inferat. Si quis autem contra prohibitionem nostram in hoc venire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli ac nostram se noverit incursum.

Monachos Rivipullenses quoquomodo molestari vetat, sub anathematis poena:

Et illorum res vel bona auferri:

Praesertim vero illos qui ex montanis vectigalia ad monasterium deferunt.

Quocirca iubet ut omnibus parochianis episcopi inhibeant ne violentiam aut iniuriam inferant in res, bona aut personas monasterii.

Datum Beneventi VIII idus decembris (1).

Dat. 6 decembris.

Solitae clausulae.

XXIX.

Privilegium confirmationis bonorum omnium ac privilegiorum Cavensis monasterii, cui nonnulla alia de novo conceduntur (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Coenobium hoc sub S. R. E. protectione, praedecessorumque privilegia eidem collata confirmat. — Bona, et ecclesias eiusdem coenobii praesenti privilegio recognoscit; — Eaque propriis nominibus distinguens, — Cum omnibus iuribus et pertinentiis monasterio asserit, — Tam in urbibus, in villis, vicis et oppidis; quam in provinciis. — Eiusdem Ecclesias, et in futurum acquirendas, ab episcoporum iurisdictione eximit. — Monachos seu clericos eisdem Ecclesiis interservientes a dioecesanorum iure exemptos declarat. — Donationes eisdem factas corroborat, et privilegia approbat et confirmat. — Praescriptionis centenariae privilegium confirmat. — Censum trium solidorum aureorum S. R. E. quotannis per-

(1) Baluzius in marginali notula datum vult anno Dom. 1168, pontif. Alexandri x, inchoato mense septembris. (2) Ex archiv. monast. huius edidit Margarinus, Bull. Cassin., par. II, constit. CLXXXII.

solvendum renovat, tamquam Sedi Apostolicae tantum subiectum. — Beneficia eidem annexa, eiusque redditus alicui concessa, ad tempus seu ad vitam, licere ipsi monasterio propria auctoritate per cessum, decessum eorumdem, recuperare; ius commune et Sedis etiam Apostolicae constitutiones, seu decreta, de huiusmodi indulto expressam mentionem non facientia, minime obstare decernit. — Oblationes a quocumque factas vel faciendas confirmat. — Abbatis electionem per monachos faciendam, ordinationem vero a Summo Pontifice exhibendam esse declarat. — Decretum immunitatis. — Cum solitis clausulis. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Marino abbati Cavensis monasterii, quod secus Salernum situm est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Commissae nobis nos Apostolicae Sedis hortatur auctoritas, ut locis et personis ipsius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus; quia sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima et iusta desiderantium nulla est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Deo deservire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessorum nostrorum felicis memoriae Gregorii septimi, Urbani, Paschalis, Calixti, Innocentii et Eugenii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, Cavense coenobium, in quo estis divino obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, atque ab omni tam ecclesiastico quam saecularis personae iugo ita omnino liberam manere decernimus, ut soli sanctae et apostolicae Romanae Ecclesiae videatur esse subiectum; statuimus quoque, ut illa monasteria, ecclesiae sive cellae, quae coenobio vestro concessae sunt, firmae vobis vestrisque successoribus et illibatae permaneant; quae siquidem his nominibus annotantur: monasterium Sancti Laurentii in Paliperna, quemadmodum ipsum praedictus antecessor noster Eugenius PP. ad reformandam religionem, quae ibi perierat, et per vos et per successores vestros perpetuis temporibus gubernandum, vobis concessit, et decreti sui corroboratione sancivit, vobis et eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus; ecclesiam Sanctae Mariae infra casale vestrum, ecclesiam Sanctae Heliae, ecclesiam S. Fortunati, ecclesiam Sanctae Mariae de Betranto, ecclesiam Sancti Pantaleonis, ecclesiam Sancti Leonis supra fluvium Veteris, ecclesias Sanctae Mariae de Stafilo et Sancti Ioannis, ecclesiam Sancti Nicolai de Gallocanta, monasterium Sancti Liberatoris cum cellis suis, monasterium Sancti Ioannis de Veteri, ecclesiam Sanctae Mariae de Fonte, ecclesiam S. Mariae de Albulo, ecclesiam Sanctae Mariae de Transbonea, ecclesiam Sancti Petri de Traversa, castellum Sancti Adiutoris, cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Nicolai de Prato, ecclesiam Sancti Ioannis de Raparo, ecclesiam Sanctae Luciae, ecclesiam Sancti Salvatoris de Passano, ecclesiam Sancti Archangeli, ecclesiam S. Stephani: intra Salernum monasterium S. Sophiae cum cellis suis, monasterium Sancti Nicolai de Palma, ecclesiam Sancti Maximi, ecclesiam Sanctae Mariae de Domno cum cellis suis, ecclesiam Sancti Antonini de Capazano: in Nuceria monasterium Sancti Angeli de Cripta, ecclesiam Sancti Nicolai, ecclesiam Sanctae Martae de Pao, ecclesiam Sancti Laurentii de Rostineto, ecclesiam Sancti Blasii: iuxta Roccam apud montes ecclesiam Sancti Ioannis, ecclesiam Sancti Matthaei, ecclesiam Sancti Martini de Forma, ecclesiam S. Angeli de Crapulo, ecclesiam Sanctae Mariae de Mallono: in Montorio ecclesiam Sancti Salvatoris: in Maioro ecclesiam S. Petri de Ponte

Coenobium hoc sub S. R. Ecclesiae protectione praedecessorumque privilegia eidem collata confirmat:

Bona, et ecclesias eiusdem

coenobii praesenti privilegio recognoscit;

Eaque propriis nominibus distinguens,

Cum omnibus iuribus, pertinentiis monasterio asserit,

Primaro: in Minoro ecclesiam Sancti Ioannis, ecclesiam Sancti Nicolai: in Tusciano ecclesiam Sancti Archangeli, ecclesiam Sancti Matthiae, ecclesiam Sancti Blasii, ecclesiam Sancti Petri ad Columnellum, ecclesiam Sancti Nicolai de Lanio, ecclesiam Sancti Nicolai de Mercatello: in Gifono ecclesiam Sancti Georgii, monasterium Sancti Michaelis: in Neapoli ecclesiam Sancti Archangeli de Porta Monachorum, monasterium Sancti Gregorii de Regionario cum cellis suis: in Nola et Cicala ecclesiam Sancti Georgii, et Sanctae Trinitatis: in Cervina ecclesiam Sanctae Mariae et Sancti Martialis: in Cilento monasterium S. Archangeli cum cellis suis, monasterium Sancti Magni cum cellis suis, ecclesiam Sancti Nicolai de Serramediana, ecclesiam Sancti Angeli de Monte Corice, ecclesiam Sanctae Mariae de Sulia cum castello, quod de Abbate dicitur, monasterium Sancti Fabiani cum cellis suis, ecclesiam S. Blasii de Buzano, ecclesiam Sancti Ioannis de Terresino, ecclesiam Sancti Salvatoris de Nuce, ecclesiam S. Matthaei ad duo flumina, ecclesiam S. Zachariae de Lauris. apud Nove ecclesiam S. Barbarae, ubi Corato dicitur, ecclesiam Sanctae Mariae de Eprasso, ecclesiam Sancti Nicolai de Caputaquis cum cellis suis, ecclesiam Sanctae Barbarae, ecclesiam S. Nicolai de Genestrosola, ecclesiam Sancti Angeli de Silva Nigra, ecclesiam S. Nicolai de Fasanella, ecclesiam Sancti Andreæ de Auletta, monasterium Sanctae Mariae de Pertusia cum cellis suis, ecclesiam Sancti Petri de Polla, et intra castrum Pollae ecclesiam Sanctae Callarinae, ecclesiam S. Blasii de Satriano cum cellis suis, ecclesiam S. Petri de Alena, ecclesiam S. Pancratii, ecclesiam S. Iacobi de Curgentia, ecclesiam Sancti Ioannis et S. Mauri de Petra, monasterium S. Petri de Tramutala cum cellis suis, ecclesiam Sancti Arsenii: apud Dianum ecclesiam Sancti Marzani, ecclesiam Sanctae Mariae de Casale, ecclesiam Sancti Nicolai: apud Laurinum ecclesiam S. Simeonis, monasterium Sanctae Mariae de Kyrizouimo cum cellis suis, ecclesiam S. Petri de Brahalla cum pertinentiis suis et cellis suis, monasterium Sanctae Mariae de Rota cum cellis suis, monasterium Sancti Benedicti de Ollano, et ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam S. Pauli et S. Petri de Cenda: apud Oppidum ecclesiam S. Mauri, ecclesiam Ss. Cosmae et Damiani: apud Scaleam monasterium S. Petri cum cellis suis, ecclesiam S. Mariae: apud Mercurium ecclesiam S. Nicolai: apud Tarentum ecclesiam S. Mariae de Guarangi, ecclesiam Sanctorum Benedicti et Theoduli et S. Laurentii: apud Mutulam ecclesiam S. Angeli de Casali Rupto, ecclesiam S. Mariae cum cellis et pertinentiis eius, monasterium S. Viti cum cellis suis: apud Castellanetum ecclesiam Sancti Savini, ecclesiam Sancti Petri, et Sancti Matthaei de Sarnanu: apud Barium ecclesiam S. Mariae Magdalenae: apud Melfectam ecclesiam S. Martini: apud Bituntum ecclesiam Sancti Valentini: apud Gravinam ecclesiam S. Mariae: apud Cannas ecclesiam S. Luciae, ecclesiam S. Ioannis de Fabrica: in prato Gargano ecclesiam S. Egidii et S. Nicolai, ecclesiam S. Iacobi de Luceria, monasterium S. Stephani de Iuncarico, et Sanctae Mariae, ecclesiam Sancti Angeli de Candela, ecclesiam Sancti Nicolai de Lacedonia, monasterium Sancti Petri de Olibula, ecclesiam Sanctae Mariae de Guardiola, ecclesiam Sanctae Mariae, Sancti Petri et Sancti Andreæ de Paterno, ecclesiam Sancti Nicolai de Cibario, ecclesiam Sancti Leonardi de Avellino, ecclesiam Sancti Ioannis de Gualdo, monasterium Sancti Archangeli de Petralia cum cellis, et ecclesiam Sancti Nicolai de Paternono: quas quidem ecclesias, sive parochiales, sive populum non habentes, cum suis iuribus et pertinentiis vobis et eidem coenobio auctoritate apostolica confirmamus; ipsasque, et si quas alias poteritis in futurum canonice adipisci in favo-

Tam in urbibus, villis, viris et oppidis, quam in provinciis.

Easdem ecclesias, et in futurum acquirendas, ab episcoporum iurisdictione eximit.

rem religionis vestrae, ut quietius et tranquillius omnium Creatori pro salubri statu universalis Ecclesiae serviatis, ab omni iure episcopali eximimus de gratia speciali, et plenitudine potestatis; ita quod in nullo episcopali iure, seu contentiosa iurisdictione monachi seu clerici saeculares in vestris Ecclesiis commorantes, respondere dioecesanis episcopis teneantur. Confirmamus etiam vobis, et iam dicto monasterio, privilegia donationum ipsarum Ecclesiarum, sive a laicis, sive a viris ecclesiasticis factae sint, quarum Ecclesiarum instrumenta nostro conspectui ut authentica et legitima praesentastis, apostolico iudicio approbanda, quibus diligenter visis et intellectis ipsa approbavimus, ratificavimus, et ex certa scientia confirmavimus: quibus etiam si quid forte incuria seu negligentia minus firmitatis insertum est, vires plenissimae rationis ex hac nostra suscipiant auctoritate. Nihilominus etiam confirmamus vobis et praelibato monasterio privilegium centenariae praescriptionis, quod fel. mem. Urbanus Papa praedecessor noster supradictus, eidem monasterio indulsit de benignitate apostolica; decernentes eos, qui possessiones, libertates eiusdem coenobii, et vaxallorum suorum iura seu redditus detinent occupatos, exinde fore penitus amovendos, ipsisque nullum omnino ius per detentionem vel possessionem huiusmodi posse acquirere vel habere, ac nullum vobis per hoc, vel vestri ipsius coenobii super his praeiudicium factum esse, vel posse in aliquo generari, nisi legitime constiterit, detentores ipsos praescriptione centenaria fore munitos. Quod si ausu temerario, transactione seu arbitrio aliquo interveniente, per vos vel successores vestros, seu per quemvis alium contra tenorem huius nostri decreti absque licentia Sedis Apostolicae faciente, de immunitate huiusmodi mentionem fuerit attentatum, ex nunc illud decernimus viribus omnino carere; sed praefatum monasterium cum omnibus suis membris habitis et habendis pleno iure Sedi Apostolicae sit subiectum: salvo censu trium solidorum aureorum, annuatim sanctae Romanae Ecclesiae debito, veluti in ipsius fel. mem. Urbani privilegio plenius continetur. De abundantiori quoque gratia Sedis Apostolicae concedimus vobis et successoribus vestris, ut si aliquam de vestris ecclesiis, possessionibus, vel redditibus, alicui viro ecclesiastico vel in beneficium aut annuum censum canonice concesseritis, quod licitum sit vobis vestrisque successoribus, bona eiusdem monasterii, post obitum eiusdem personae ecclesiasticae, vel cum beneficium ipsum vacaverit, a quocumque eidem viro ecclesiastico concessum extiterit, beneficium ipsum seu redditus ad utilitatem eiusdem monasterii convertere et in ipsius proprietatis dominio retinere, non obstante super hoc aliquo iure communi, a nobis vel a nostris successoribus edito vel edendo, seu literis a Sede Apostolica aut a nostris legatis cardinalibus supra hoc impetrandis, nisi de huiusmodi privilegio expressam fecerint mentionem. Praeterea quaecumque bona concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium vestrum hodie coenobium legitime possidet, sive in futurum canonice possidebit, vobis vestrisque successoribus, et eidem monasterio auctoritate apostolica nihilominus confirmamus. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum tam in coenobio ipso, quam in adiacentibus villulis, in ecclesiis civitatis et dioecesis Salernitanae a quocumque volueritis catholico accipietis episcopo, in aliis vero monasteriis et obedientiis vestris haec a dioecesano episcopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis, et absque pravitate voluerit impertiri; alioquin, liceat vobis quemcumque malueritis adire antistitem, qui nostra fretus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ad haec adiicimus, ut nulli episcoporum facultas sit sine Romani Pontificis

Monachos seu clericos eisdem Ecclesiis interservientes a diuecesanorum iure exemptos declarat.

Donationes eidem factas corroborat, et privilegia approbat et confirmat;

Praescriptionis centenariae privilegium confirmat;

Censum trium solidorum aureorum S. R. E. quotannis persolvendum renovat, tamquam Sedi Apostolicae tantum subiectum;

Beneficia eidem annexa, eiusque redditus alicui concessa, ad tempus seu ad vitam, licere ipsi monasterio propria auctoritate per cessum, decessum eorumdem, recuperare; ius commune et Sedis etiam Apostolicae constitutiones, seu decreta, de huius modi indulto expressam mentionem non facientia, minime obstare decernit;

Oblationes a quocumque factas vel faciendas confirmat.

licentia, loca vestra vel monachos seu saeculares clericos, qui in iis locis commorantur, interdictioni vel excommunicationi subiicere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia praeponatur, nisi quem fratres omnium consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Domini et beati Benedicti regulam elegerint; electus vero ad Romanum Pontificem ordinandus accedat. Si quis autem adversus praedictum monasterium iustam se putat habere querelam, et apud eiusdem coenobii abbatem vel monachos litem suam decidere aut diffinire noluerit, statuimus, ut ante legatos nostros, vel nos querimonia deferatur, quatenus aequitate iudicii sine personarum acceptione, sua unicuique iustitia, auctore Deo, servetur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, dictum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temere vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, ita quod in die iudicii districtae subiaceat ultioni; cunctis autem eidem iusta servantibus sit pax eiusdem Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatis electionem per monachos faciendam, ordinationem vero a Summo Pontifice exhibendam esse declarat.

Decretum immunitatis

Cum solitis clausulis.

Signum Alexandri Papae tertii.

VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.

S. PETRVS ✠ S. PAVLVS.

EGO ALEXANDER catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episc. ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae ss.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Petrus presb. cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Ioannes presb. cardinalis tituli S. Marci ss.

Ego Ugo diac. card. tit. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae ss.

Datum Beneventi per manus Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii III kal. februarii, indictione II, incarnationis dominicae MCLXVIII (1), pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno X.

Dat. die 30 ianuarii anno Domini 1169, pontif. anno X.

XXX.

Episcopalis sedes Syracusanae civitati (2) restituitur, eiusque episcopus pallio donatus, Apostolicae Sedi immediate subiicitur (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Syracusana Ecclesia soli Romanae Sedi metropolico iure subiecta; — Sub eiusdem protectione suscipitur; — Eiusdem episcopi pallio donantur. — Ad Richardum episcopum adhortatio. — Bona omnia Ecclesiae huic confirmantur. — Quorum nonnulla hic enumerantur; — Atque in primis ecclesiae cum pertinentiis suis; — Deinde donationes omnes Ecclesiae

(1) Lege MCLXIX. (2) Syracusanae Ecclesiae bona omnia et privilegia confirmantur (ex Cocquelinii *Addend. et Corrig.*). (3) Ex authogr. archiv. Eccl. huius edidit Roccus Pirrhus, Sicil. Sac., tom. I, col. 622.

Syracusanae factae; — Cum omnibus decimis. — Privilegiorum concessio. — Sepultura parochianis non concedenda nisi salva iustitia Ecclesiarum ad quas pertinent. — Decretum pro exemptione a quacumque vi, molestia etc. — Solitae clausulae poenales. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Richardo Syracusano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex iniuncto nobis a Deo summi apostolatus officio, singulis Ecclesiis et ecclesiasticis personis paterna nobis convenit provisione consulere; ut, quemadmodum Patres vocamur ex nomine, ita nihilominus in opere comprobemur. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis iustis petitionibus clementer annuimus, et Syracusanam Ecclesiam, cui auctore Deo praesides, quae soli Ecclesiae Romanae, et nulli alii iure metropolitico noscitur subiacere, cuius episcopus non nisi a Romano Pontifice consecrationis munus recipere debet, sub B. Petri ac nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Ad haec prudentiam et honestatem tuam, nec non et devotionem, quam erga B. Petrum et nos ipsos multipliciter exhibes, attendentes, per huius nostri privilegii paginam, pallium tibi et successoribus tuis in perpetuum apostolica auctoritate concedimus, cuius usum fraternitas tua infra Ecclesiam ad sacra missarum solemnia se noverit obtinere, iis videlicet diebus: Nativitate Domini, Epiphania, Coena Domini, Resurrectione, Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus B. Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, in natalitio Bb. apostolorum Petri et Pauli, in nativitate B. Ioannis Baptistae, in festo B. Ioannis Evangelistae, in commemoratione Omnium Sanctorum, in Inventione et Exaltatione S. Crucis, in festo S. Trinitatis, in consecrationibus ecclesiarum, benedictionibus abbatum, et ordinationibus clericorum, in praecipuis festivitatibus, et dedicatione ecclesiae tuae, nec non et anniversario tuae consecrationis die. Studeat ergo tua discretio, plenitudine tantae dignitatis suscepta, ita strenue cuncta peragere, quatenus morum tuorum ornamenta eidem valeant convenire; sit vita tua subditis exemplum, ut per eam agnoscant quid appetere debeant, et quid cogantur evitare: esto discretione praecipuus, cogitatione mundus, actione purus, discretus in silentio, utilis in verbo: cura sit tibi magis hominibus prodesse, quam praeesse: non in te potestatem sed aequalitatem oportet pensare conditionis: stude, ne vita doctrinam destruat, ne rursum vitae doctrina contradicat: super omnia studium tibi sit, Apostolicae Sedis decreta firmiter observare, eique tanquam Matri et Dominae tuae humiliter obedire; quae omnia facile, Christo adiuvante, poteris adimplere, si virtutum omnium charitatem et humilitatem magistram habueris, et quod foris habere ostendes, intus habebis. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona praefata Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias Syracusanae civitatis, et quae fuit in territorio eiusdem cum omnibus pertinentiis suis, ecclesias Lentini, et quae sunt in territorio eiusdem cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Nicolai de Tribus Fontibus, et ecclesiam Pelagoniae, et ecclesias Calataelfar cum omnibus pertinentiis earum, ecclesias Maneae, et quae sunt in territorio eiusdem cum omnibus pertinentiis suis, ecclesias Bizini, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Bucheriae cum pertinentiis suis, ecclesias Calatageronis, et quae sunt in

Syracusana Ecclesia soli Romanae Sedi metropolico iure subiecta;

Sub eiusdem protectione suscipitur;

Eiusdem episcopi pallio donantur.

Ad Richardum episcopum adhortatio.

Bona omnia Ecclesiae huic confirmantur.

Quorum nonnulla hic enumerantur; atque in primis ecclesiae cum pertinentiis suis;

territorio eiusdem cum pertinentiis suis: ecclesias Buscemae cum pertinentiis suis: ecclesias Sicli, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Buteriae, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Baxiliatae, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Mazarini, et quae sunt in territorio eiusdem cum villanis et tenimentis suis, ecclesias Comicini cum pertinentiis suis, ecclesias Ragusiae, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Placeoli cum pertinentiis suis, ecclesias Batte cum pertinentiis suis, ecclesias montis Fahalmi, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias Mohac, et quae sunt in territorio eiusdem cum pertinentiis suis, ecclesias quae sunt in tenimento Spaccafurni cum pertinentiis suis, ecclesias Nataæ cum pertinentiis suis; nihilominus etiam tibi tuisque successoribus praesenti privilegio duximus confirmandum casale Bugubel, quod est iuxta Syracusanam civitatem, cum villanis, et omnibus pertinentiis suis, quemadmodum ipsum charissimus in Christo filius noster Willelmus illustris Siciliae rex tibi, et per te Ecclesiae Syracusanae, pia largitione contulit, et scripto proprio roboravit: casale quoque Trimiliae, casale Chifilim, casale Sanctae Mariae Magdalenae, casale Rualsenem, casale Raalchindin, casale Raalbudifer, casale Raalhadet, casale Carthuci, casale Sancti Michaelis, casale Millarini iuxta Lentinum, casale Iudeccae, quod est in confinio Buteriae, casale S. Vincentii, quod est iuxta Sophianam cum tenimentis suis, et duobus molendinis, quod Manfredus filius comitis Simonis memoratae Ecclesiae concessit, et scripto firmavit: casale Rendae, et casale Rendetgrebin in pertinentiis Ragusiae posita, sicut nobiles viri Gaufridus bonae memoriae comitis Rogerii filius, et comes Silvester filius eiusdem Gaufridi, ea Syracusanae Ecclesiae piae devotionis intuitu contulerunt, et scripto proprio roborarunt: nec non et omnes decimas tam in portubus maris quam in aliis quibuscumque locis, quas Syracusana Ecclesia noscitur possidere, tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum auctoritate apostolica confirmamus. Prohibemus insuper, ut nemini liceat, ecclesiam, vel oratorium infra terminos parochiae tuae absque tua vel successorum tuorum licentia et permissione de novo construere; et cum constructum fuerit, praelatum in eo instituere, nisi a te vel ab aliquo successorum tuorum investituram recipiat, et obedientiam sicut episcopo dioecesano exhibeat: salvis tamen in omnibus Ecclesiae Romanae privilegiis. Adiicimus etiam, ut nulli fas sit, Ecclesiae Syracusanae parochianos ad sepulturam recipere, nisi salva iustitia illarum ecclesiarum, de quibus corpora mortuorum sumuntur. Ad haec autem auctoritate apostolica instituimus, ut monachi vel alii, quaslibet parochiales Ecclesias infra dioecesim tuam habentes, sacerdotes in eis absque licentia et assensu tuo, sive successorum tuorum, instituere nullatenus audeant, nisi a te curam animarum receperint, qui tibi de spiritualibus, illis vero, ad quos Ecclesia spectat, de temporalibus debeant respondere. Veruntamen si Ecclesiae Romanae privilegiis praemuniti fuerint, eamdem suam volumus integritatem nihilominus obtinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Apostolicae Sedis authoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis

Deinde donationes omnes Ecclesiae Syracusanae factae,

Cum omnibus decimis.

Privilegiorum concessio.

Sepultura parochianis non concedenda nisi salva iustitia Ecclesiarum ad quas pertinent.

Decretum pro exemptione a quacumque vi, molestia etc.

Solitae clausulae poenales.

honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae sedis episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.

Ego Bernardus Portuensis, et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Io. presb. cardinalis Sanctorum Ioannis et Pauli.

Ego Albertus presb. cardinalis Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Boso presb. cardinalis Sanctae Pudent. tit. Pastoris.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sancti Laur. in Damas.

Ego Io. presb. card. tit. S. Marci.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Ardic. diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Cint. diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Hugo diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro.

Datum Beneventi per manum Gratiani praefatae R. E. subdiac. et notarii, IV kal. maii, indict. II, incarnationis dominicae anno MCLXIX, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno X.

Dat. die 28 aprilis anno Domini 1169, pontif. anno X.

XXXI.

Ad episcopos Angliae contra investituras beneficiorum ecclesiasticorum a laicis usurpatas, quae irritae nullaeque declarantur (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Huiusmodi investiturae Ss. Patrum institutionibus contrariae. — Beneficia per investituras huiusmodi obtenta in manibus episcoporum dimittenda; — Addita poena excommunicationis contra inobedientes, donec resipiscant.

Alexander episcopus servus servorum Dei.

Ad audientiam nostram, communi fama referente, et multorum etiam relatione pervenit, quod post instantem turbationem, quae inter carissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Anglorum regem, et venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem archiepiscopum, exigentibus peccatis, emersit, quaedam prava consuetudo in illis partibus inolevit, scilicet quod laici Ecclesias, et ecclesiastica beneficia soleant passim in regno Anglorum quibus vellent conferre, et authoritate sua clericos investire. Unde quoniam id sanctorum Patrum institutionibus adeo cognoscitur contradicere, ut danti et accipienti de manu laica sit anathema, et hoc in ecclesiasticae libertatis perniciem non est dubium graviter redundare; nos universas donationes, a laicis de Ecclesiis quibuslibet huius turbationis tempore quibuscumque factas, auctoritate beati Petri ac nostra omnino cassamus, et irritas esse decernimus. Quapropter universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, et in virtute obedientiae iniungimus, quatenus universos illos, qui ecclesias, praebendas, vel alia ecclesiastica beneficia, ubicumque in Anglia de manu laica, maxime huius turbationis tempore, susceperunt, diligentius moneatis, et instantius exhortari curetis, quod

Series facti.

Huiusmodi investiturae Ss. Patrum institutionibus contrariae.

Beneficia per investituras huiusmodi obtenta in manibus episcoporum dimittenda.

(1) Concil. tom. XIII, col. 89.

ecclesias ipsas, praebendas vel beneficia, cum fructibus inde perceptis, in manus vestras, omni contradictione et appellatione cessante, resignent, et eis, ad quorum ordinationem iure ecclesiastico spectant, disponendas relinquant. Quod si ad commonitionem nostram infra quadraginta dies post harum susceptionem non fecerint, vos eos authoritate nostra, sublato appellationis remedio, cuiuslibet timore, gratia et prohibitione postpositis, excommunicationis sententia feriatis, et ab omnibus faciatis per parochias vestras sicut excommunicatos vitari: donec ecclesias praescriptas et alia beneficia ecclesiastica libere resignaverint illis, ad quorum donationem et ordinationem spectant, et in pace dimiserint, et de fructibus inde perceptis dignam Ecclesiae exhibuerint satisfactionem. Si autem in his exequendis negligentes fueritis aut remissi, nos omnes illos, qui ecclesias vel caetera beneficia ecclesiastica, praeter assensum episcoporum, ad quos eorum donatio spectat, de manu laica, quo superius dictum est, accepisse noscuntur, nisi praeceptis nostris infra terminum praescriptum paruerint, excommunicationis sententiae, authoritate, qua fungimur, decernimus subiacere: et eos sicut a nobis excommunicatos praecipimus ab omnibus evitari.

Addita poena excommunicationis contra inobedientes, donec resipiscant.

Data Beneventi XIV kal. iunii.

Dat. die 19 maii anno Domini 1169 (1), pontif. anno X.

XXXII.

Privilegium Ecclesiae Hallensi S. Zenonis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Hocce monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens, — Bona omnia confirmat: — Quorum nonnulla nominat singillatim. — Disciplinam regularem in ecclesiis monast. servari mandat. — Hallensem plebem alias monast. donatam confirmat: — Et ecclesias inibi fundatas matrici Ecclesiae subiacere decernit: — Novasque in ea capellas sine episcopi et monach. licentia extrui prohibet; — Exemptionem a Salisburgen. archidiaconi iurisdictione confirmat: — Abbatem vero a solis monachis eligendum declarat. — Decretum immunitatis a quacumque molestia etc. — Cum solitis clausulis poenalibus.

(1) Eo enim tempore Beneventi degebat Alexander post fugam arreptam ab urbe Roma, quae a Friderico Ænobardo gravi obsidione premebatur: et quamvis ante duos annos ibi commoraretur, hanc constitutionem ad hoc tempus Baronius revocat. (2) Ex Hundii Metrop. Salisburg. tom. III, pag. 355.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alahrdo praeposito Ecclesiae Hallensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium

Quoniam sine verae cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae authoritati religiosas personas diligere, et eorum quieti et tranquillitati auxiliante Domino salubriter providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et ad exemplar praedecessorum nostrorum sanctae recordationis Eugenii et Adriani Romanorum Pontificum, praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum, et B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, tam ex dono Conradi, quondam archiepiscopi Salisburg. fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exorimenda vocabulis: curtem sitam ante

Hocce monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens;

Bona omnia confirmat:

Quorum nonnulla nominat singillatim.

portam Ecclesiae praenominatae cum omnibus pertinentiis suis, et praedium quod dicitur Suvante ex dono ipsius archiepiscopi: quicquid iuris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Hallae: ex dono Heinrici filii Etichonis, et fratris eius praedium, quod dicitur Nutzpoum, cum omnibus pertinentiis: ex dono Ebonis, Facconis, Babonis, aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis: aquas, quas habetis in ipso fonte apud Yberchpret, curtem cum vineis in Austria, praedium quod dicitur Ibingen cum appendiciis suis, praedium situm in loco, qui dicitur Occheim cum omnibus appenditiis suis: ex dono Sigboronis praedium, quod dicitur Unchen. Statuimus, ut in ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omuino post factam canonicam professionem exinde liceat sine communis congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus audeat retinere, nisi ad maiorem religionem eum constiterit ascendisse. Sane ipsa plebs Hallensis, sicut a iam dicto Conrado archiepiscopo canonice statutum est, a nullo successorum vobis auferatur: sed in dispositione praepositi vestri permaneat. Ad haec adiicientes statuimus, ut capellae, quae infra terminos parochialis Eccles. Hallen. fundatae sunt, sicut ab ipso rationabiliter provisum est, eidem matrici Ecclesiae subiaceant; novas autem absque assensu dioeces. episcopi et vestro in ipsa parochia capellas aedificari prohibemus. Praeterea exemptiones personae tuae et Ecclesiae tibi commissae, a Salisburgensis archidiaconi subiectione, sicut a praefato archiepiscopo statutum est, et privilegiis antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum roboratum, tibi, et per te Ecclesiae tuae auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Disciplinam regularem in ecclesiis monast. servari mandat.

Hallensem plebem alias monast. donatam confirmat;

Et ecclesias inibi fundatas matrici Ecclesiae subiacere decernit;

Novasque in ea capellas sine episcopi et monach. licentia extrui prohibet;

Exemptionem a Salisburgen. archidiaconi iurisdictione confirmat:

Abbatem vero a solis monachis eligendum declarat.

Decretum immunitatis a quacumque molestia etc.

Cum solitis clausulis pontificalibus.

Datum Beneventi per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae notarii, kalendis iulii, indictione II, incarn. dominicae anno MCLXIX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno X.

Dat. die 1 iulii anno Domini 1169, pontif. anno X.

XXXIII.

Confirmatio castrorum, bonorum ac iurium omnium Astensis capituli (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonicos Asten. Ecclesiae sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Eisdem bona omnia confirmat: — In quibus nonnulla propriis vocibus

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de Asten. episcopis.

exprimit; — Cum omnibus iurisdictionibus et iuribus decimarum etc. — Consuetudines quoque omnes Ecclesiae huius ratas habet. — Decretum immunitatis ab omni molestia. — Solitae clausulae poenales. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Nicolao archidiacono, et Gardulpho praeposito Astensis Ecclesiae, eorumque fratribus tam praesentibus quam canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessoris nostri fel. mem. Adriani Papae vestigiis inhaerentes, praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem, quae dicitur Quartum, cum castro, villa et toto dominicatu, pratis, herbis, silvis, nemoribus, pascuis et aquaticis et ripariis usque in Tanagrum et toto districtu ipsius villae: ecclesiam S. Petri sitam in eodem loco cum decimis et pertinentiis suis, curtem suam, quae dicitur Ercule, cum ecclesiis et decimis ad ipsam pertinentibus, et toto districtu hominum: plebem Pizentianae cum castro, villa, et capitulo totius plebatus, servis et ancillis, et capella S. Michaelis, et decimis praedictae Ecclesiae pertin., et toto districtu hominum, turre et castro Coningo cum domo murata, et sexta parte de communibus: tres mansos in eodem loco cum ecclesia parochiali et capella ipsius castri, et decimis ad ipsam pertinentibus: ecclesiam de Podanengo cum decimis et pertinentiis suis, quatuor mansos in eodem loco cum servis et ancillis, curtem unam, quae dicitur Mons Tegletus, cum servis et ancillis: ecclesiam S. Dalmatii cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Andreae de Fontana Stantia: tres mansos in Abarana cum capella S. Georgii ad plebem Pizentianae pertinente: ecclesiam S. Genesii de Gubione cum manso uno et decimis et aliis pertinentiis suis, decimam S. Martini de Conpergulis, ecclesiam de Malesco cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Corebama cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Cortanseris cum decimis allodiorum et vallis Azonis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Sexanto cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Solido cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam parochialem de Valliculis cum totius villae decimatione, excepta decimatione antiquarum possessionum dominorum, ecclesiam de Castiglione cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Cellis cum illo, quod fuit Hugonis, et quidquid habetis in eadem villa seu territorio eius ex parte Oberei extirpantis vineas, decimas quoque totius civitatis, et villarum ei adiacentium, Vallis-Tertiae, Montis Bonini, Arpegiani, Vallis Latronis, exceptis iis, quae aliis Ecclesiis sunt concessa, tres mansos in Viniaco cum pascuis, terris cultis et incultis, aquaticis, ripaticis et toto districtu ipsorum hominum, tres mansos in Villo cum ecclesiis et pertinentiis suis, duas partes maiores castri de Corleone, quae quondam fuere Bonifacii de Cortanenseris, et medietatem alteram ipsius partis, quae fuit Carbonis cum capella et toto districtu hominum, quatuor mansos in eodem loco cum parte, quae fuit Gualfredii de Galandria, et quidquid habetis in Antersio, in Stoderda, in Lorello, et in Magleolo, cum aquaticis, et ripaticis et toto

Canonizos Astensis Ecclesiae sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Eisdem bona omnia confirmat:

In quibus nonnulla propriis vocibus exprimit:

Cum omnibus iurisdictionibus et iuribus decimarum etc.

districtu hominum, in Vallefenaria, in Vallepeto, in Suberico, et in Curaldia, et Montoso, et omnia, quae iuste habetis in cultis et incultis, in herbis, pratis, silvis, nemoribus, in terra, vinea, Vallebella, Orista Maiore, Crispizen, et in Ecclopheno, et omnia quae habetis ultra Tanarum in monte Prevello, in Lauretto, Saxo Canulro, Calocio, Aglano, Mecedo, Corticellis, Spalvaria, et in Rocheta de Flexo; quidquid habetis in testamento Ungari, et uxoris eius Genevae in valle Cimina, monte Morino, Paderno, et Predalia, et ecclesiam S. Adriani cum pertinentiis suis. Praeterea omnes rationabiles et antiquas consuetudines Ecclesiae vestrae, quae in obsequiis defunctorum, et missarum celebrationibus, atque divisionibus oblationum, tam infra civitatem quam extra per totum episcopatum hactenus habuisse noscimini; processiones quoque certis temporibus institutas, cum suis receptibus, vobis vestrisque successoribus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Apostolicae Sedis auctoritate, et episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae (1) inveniant. Amen.

Consuetudines quoque omnes Ecclesiae huius ratas habet.

Haec etiam immunitatis ab omni molestia.

Solitae clausulae poenales.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus subsc. Alexandri PP

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Ioannes Ss. Ioannis et Pauli presb. card. tit. Pammachii ss.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Cintius diaconus cardinalis S. Adriani ss.

Ego Ugo diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro ss.

Datum Beneventi per manum Gerardi S. R. E. notarii, VIII kal. augusti, indict. II, incarnationis dominicae anno MCLXIX, pontificatus vero Alexandri PP. III anno X.

Dat. die 25 iulii anno Domini 1169, pontif. anno X.

XXXIV.

Confirmatio bonorum, ac concessio nonnullorum privilegiorum, atque immunitatum monasterio monialium S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Donaria Lauden. dioecesis (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesias hasce sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Statuto annuo censu eidem persolvendo ab abbatissis; — Bona omnia eis confir-

(1) Forsitan addend. *pacis*. (R. T.) (2) Ex archiv. cathedr. Eccl. Lauden. edidit Ughell., Ital., tom. III, ubi de hac Ecclesia.

mat; — Eadem libera ab episcopi loci iudiciaria potestate declarat. — Immunitatis decretum. — Abbatissam a solis monialibus eligendam statuit; — Sepulturam liberam esse ibi declarat. — Exemptio a decimis — Cum solitis clausulis poenalibus. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectae in Christo filiae, Taidi abbatissae monasterii S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Donaria, eiusque sororibus, tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium

Ad hoc universalium Ecclesiarum cura nobis a provisore omnium bonorum Deo concessa est, quatenus religiosas personas diligamus, et beneplacentes Deo famulatus studeamus modis omnibus propagare; nec enim Deo gratus famulatus aliquando impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Idcirco, dilecta in Christo filia Tais abbatissa, petitioni tuae per venerabiles fratres nostros G. archiepiscopum Mediolanensem Apostolicae Sedis legatum, et Albertum Laudensem episcopum, clementer annuimus, et beatorum Fabiani et Damiani ecclesias, quibus Deo auctore praesides, ad exemplar praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Paschalis, Callisti, et Innocentii, Romanorum Pontificum, sub Apostolicae Sedis tutela recipimus, et eas ab omnium mortalium deinceps gravamine liberas permanere decernimus: quarum unam ecclesiam, videlicet Beati Fabiani de Farinate, Bergomenses comites Lautelmus, Guilelmus, Arditius, Rogerius, Albicus, Arduinus, Osbertus, qui videlicet eam in fundo suo construxerunt, sub annuo censu duodecim denariorum Mediolanensis monetae beato Petro et eius Romanae Ecclesiae obtulerunt; aliam vero ecclesiam Beati Damiani de Donaria sub consimili censu firmantes. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, quaecumque bona, quascumque possessiones, eidem Ecclesiae, aut ex praedictorum comitum, aut ex quorumlibet fidelium largitione possident, sive in futurum, largiente Deo, iuste atque canonice poterunt adipisci, firma vobis et his, quae post vos successerint, illibata permanere; nec dioecesano episcopo facultas sit, Ecclesias ipsas et personas in eius domibus servientes gravare, aut aliquid in illis potestate iudiciaria exercere, praeter locorum consecrationes, sanctimonialium benedictiones, et clericorum, qui in eis constituti fuerint, ordinationes; si tamen episc. cathol. fuerit, et gratiam atque communionem Apost. Sedis habuerit, et si gratis ac sine aliqua pravitate voluerit sacramenta eadem ministrare; alioquin, a quovis malueritis catholico ea suscipietis episcopo. Nulli ergo omnino hominum liceat praefatas Ecclesias perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur sanctimonialibus, in praelibatis Ecclesiis Deo servientium, profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Obeunte vero te, nunc eorumdem locorum abbatissa, vel earum qualibet, quae tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice, vel cui ipse commiserit, consecrandam. Sepulturam quoque eorumdem locorum liberam esse censemus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se in praefatis locis sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Porro novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium decimas ab aliquibus exigi omnino prohibemus, communi vita viventi-

Ecclesias hasce sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Statuto annuo censu eidem persolvendo ab abbatissis;

Bona omnia eis confirmat;

Eadem libera ab episcopi loci iudiciaria potestate declarat.

Immunitatis decretum.

Abbatissam a solis monialibus eligendam statuit;

Sepulturam liberam esse ibi declarat.

Exemptio a decimis;

bus, sicut beatus Gregorius ait: Iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate nihil nobis loquendum est, cum omne, quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum est. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem locis sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Cum solitis consuetis poenalibus.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss.

Ego Bernardus Portuensis episc. ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis Sanctae Crucis in Hierusalem ss.

Ego Albertus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presb. card. S. Laurentii in Damaso subscripsi.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro ss.

Datum Beneventi per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae notarii, II kal. augusti, indict. II, incarn. dom. anno MCLXIX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno X.

Dat. die 31 iulii anno Domini 1169, pontif. anno X.

XXXV.

Privilegium confirmationis bonorum monasterii Ss. Ioannis et Andreæ de Bonavalle Pictavien. dioecesis; cuius monialibus conceditur ius praesentandi presbyteros pro parochiis, eidem monasterio subiectis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Bonaque omnia ad illud spectantia eidem confirmat; — In quibus sequentia enumerat; — Cum iure decimarum. — Monialibus praesentandi episcopo capellanos pro parochiis monasterio subiectis concedit. — In generali terrae interdicto divina officia celebrare private indulget. — Sepulturam quoque ibi eligere cuique elargitur. — Abbatissam a monialibus eligendam declarat. — Decretum immunitatis a qualibet externa molestia, vi, etc. — Cum solitis poenalibus conclusionibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Aladae abbatissae monasterii Sanctorum Ioannis atque Andreae de Thoartio, vobisque sororibus, tam praesentibus quam futuris rectam vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

In primis locorum venerabilium cura nos admonet, de eorum quiete atque utilitate solicite cogitare; nec dubium, quod si ancillarum profectibus benigne concurrimus, nostris opportunitatibus clementem Deum reperiemus. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium Sanctorum Ioannis et Andreæ, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub beati Petri apo-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex:

(1) Ex Gall. Christ., nov. edit., tom. II, inter instrum. Eccles. Pictavien., num. LI.

stolorum principis, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dominum, et B. Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et his, quae post vos successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefata ecclesia Sanctorum Ioannis et Andreae sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Dionysii de Thoartio cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Medardi cum decimis et pertinentiis, et in eadem Eccles. census quinque solidorum Andegavensis monetae, quos in Coena Domini annuatim recipitis, ecclesiam Sancti Lazari, et domum beleemosynariae, quae sita est extra muros praenominati castri, ecclesiam Sanctae Mariae de Castro Novo Regis, ecclesiam Sancti Petri de Misse, et domum iuxta ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, duos solidos annuos de domo Aimerici praestoris pro oblatione, ecclesiam Sancti Hilarii de Faiia, et domum iuxta ecclesiam cum tota villa de Faiia, et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Beati Benedicti cum molendino et appenditiis ex dono bonae memoriae prioris Simonis, Mangor usuarium ad ignem pro domo vestra in nemore de Calca Rubea, tres solidos annuos in domo Bertheopose, in Pemecoste tres solidos annuos de terra vestra de Berte Porre, in Coena Domini census, quos habetis in praefato castro Thoartii intus et extra, decimas terrarum et vinearum, atque annuatim praefati castri tam intus quam extra, rationabiliter vobis concessas, decimas annonae et vini, quas dividitis cum canonicis Sancti Hilarii Pictaviensis, decimas vini et annonae quas habetis cum Willelmo de Foresta, decimas, quas habetis cum ecclesia Sancti Hilarii de Vigne, quartam partem decimarum de vestra terra Dorbe cum appenditiis suis, villam de Tourtenarii cum appenditiis suis, domum Assaii cum appenditiis suis, villam Ruan cum appenditiis suis, villam Cintreiio et domum cum omnibus appenditiis suis, molendinum de Duppe, molendinum in ponte Sancti Iacobi, nonam partem molendini de Urouvarii, medietatem molendini de Colins, molendinum de Cintreio, ecclesiam Sancti Clementis iuxta Niiortum, et domum cum omnibus appenditiis suis: in episcopatu Cantonensi ecclesiam Sanctae Mariae in Bosco cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Mariae de Craspe cum omnibus pertinentiis suis, census sex denariorum de claustro Sancti Leonis de Thoartio. In parochialibus vero ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis capellanos eligere, et episcopo repraesentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ita quod illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Praeterea cum generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis interdictis et excommunicatis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salva iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, monasterii eodem loco abbatissa, vel tuarum qualibet succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum

Eonaque omnia ad illud spectantia eidem confirmat;

In quibus sequentia enumerat;

Cum iure decimarum.

Monialibus praesentandi episcopo capellanos pro parochiis monasterio subiectis concedit.

In generali terrae interdicto divina officia celebrare private indulget;

Sepulturam quoque ibi eligere cuique elargitur;

Abbatissam a monialibus eligendam declarat.

Decretum immunitatis a qualibet externa molestia, vi etc.

Deum, et B. Benedicti regulam providerint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra et illibata serventur, earum, pro quarum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi perpetua, et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Cum solitis poenalibus conclusionibus.

Datum Romae anno incarnationis dominicae MCLXIX, pontif. vero domni nostri Alexandri III Papae, X.

Dat. anno 1169, pontif. anno X.

XXXVI.

Destinatio legatorum in Angliam ad cognoscendum de causis inter regem et Thomam archiepiscopum Cantuariensem (1).

SUMMARIUM

Regis Angliae nuntios et literas recepisse narrat. — Nuncios a rege petitos cum potestate cognoscendi et iudicandi causam inter dictum regem et archiepiscopum Cantuariensem misit; — Eidem archiepiscopo prohibet, ut pendente lite regnum nec regem inquietet. — Irritam declarat quamcumque archiepiscopi in regem aut regnum sententiam. — Familiares regis ab archiepiscopo excommunicatos, absolvendi potestatem tribuit.

(1) Ex Wilkins, Concil. Brittanniae et Hiberniae, vol. I, pag. 146

Alexander episcopus servus servorum Dei, illustri Anglorum regi Henrico, salutem et apostolicam benedictionem.

Regis Angliae nuntios, et literas recepisse narrat;

Magnificentiae tuae nuntios, scilicet dilectos filios nostros Ioannes Cumin, et Radulphum de Vamewrde, nobis et Ecclesiae Dei devotos, et regiae sublimitati, sicut credimus, per omnia fidelissimos, et literas, quas excellentia tua nobis per eosdem transmisit, tanto benigniori mente suscepimus, et tanto eos maiori gratia praevenimus et honore, quanto plenius scivimus, ipsos a magnifico principe et rege christianissimo fuisse transmissos; cui itaque omnem, quam cum Deo possumus, gloriam cupimus et honorem, et ad cuius incrementum modis omnibus, quibus honeste poterimus, nos et fratres nostri, ac tota Ecclesia, quanto devotissimae sinceritatis tuae affectum in maiori simus necessitate experti, tanto ardentius intendimus aspirare. Non enim devotionis tuae insignia, nobis tempore tam opportuno exhibita, a nostra imposterum memoria nulla poterit ratione divelli, vel in conspectu Ecclesiae aliqua desuetudine inumbrari. Petitiones quoque tuas, quas nobis per iam dictos nuncios tuos misisti, in quibus omni, quam cum Deo et honestate nostra potuimus, sicut iidem magnificentiae tuae nuncii viva voce plenius enarrabunt, curavimus executioni mandare. Personas siquidem de latere nostro, iuxta quod rogasti, licet gravissimum ac difficillimum hoc tempore maxime videatur aliquos a nobis emittere, cum fratrum nostrorum et eorum prae-

Nuncios a rege petitos cum potestate cognoscendi et iudicandi causam inter dictum regem et archiepiscopum Cantuariensem misit;

sertim, quos tu desideras, praesentia et consilio opus habeamus; illius tamen recolendae ac magnificae devotionis tuae, ut diximus, non immemores existentes, ad sublimitatis tuae praesentiam duximus destinandas cum plenitudine potestatis, ecclesiasticas causas, quae inter te et venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Cantuariensem hinc inde vertuntur, et illam, quae inter eumdem archiepiscopum et episcopos regni tui super appellatione ad nos facta movetur, nec non alias causas terrae, quas noverint expedire, cognoscendi, iudicandique, et, prout sibi dominus administraverit, canonice terminandi. Eidem quoque archiepiscopo, ne te aut tuos, seu regnum, gubernationi tuae commissum, donec causae illae debitum sortiantur effectum, in aliquo gravare, vel turbare, aut inquietare attentet, omnimodis inhibemus. Verum, si praefatus archiepiscopus in te aut regnum tuum, vel personas regni interim aliquam sententiam tulerit, nos eam irritam esse, et non te tenere censemus. Ad indictionem autem huius rei, et argumentum nostrae voluntatis, literas praesentes, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas. Alioquin, Serenitatem tuam rogamus et attentius commonemus, ut literas ipsas, aut earum tenorem a nullo sciri permittas, sed eas habeas omnino secretas. Illos autem familiares et consiliarios tuos, quos iam dictus archiepiscopus sententiae excommunicationis subiecit, personae de latere nostro transmissae, Domino auctore, absolvent. Si autem aliquis illorum interim metu mortis laboraverit, praestito secundum Ecclesiae consuetudinem iuramento, quod nostro, si convaluerit, debeat parere mandato, ipsum ab aliquo episcopo, vel religioso et discreto viro absolvi concedimus.

Eidem archiepiscopo prohibet, ut pendente lite regnum, nec regem inquietet:

Irritam declarat quamcumque archiepiscopi in regem aut regnum sententiam.

Familiares regis ab archiepiscopo excommunicatos, absolvendi potestatem tribuit.

Anno 1169, pontif. anno x.

XXXVII.

Ad omnes principes et christifideles de subsidio ferendo in recuperationem Terrae Sanctae (1).

SUMMARIUM

Status miserabilis Hierosolymitanarum partium; — Balduini regis Hierosolymitani cruciatus. — Terra praedicta a paganis devastata. — Hortatur reges, principes et omnes alios ad subsidium Terrae Sanctae; — Loci nimirum, ubi Redemptor noster nasci et mori dignatus est. — Eos modis omnibus ad facinus incitat. — Indulgentias a praedecessoribus pro eademve olim concessas confirmat. — Filios, uxores et possessiones illorum sub Sedis Apostolicae protectione suscipit. — Indulgentiam omnium culparum pro Terrae Sanctae defensoribus; — Etsi in itinere suscepto moriantur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris, ducibus et principibus, comitibus, baronibus, et universis Dei fidelibus ad quos literae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Cor nostrum, et omnium fratrum nostrorum sinistri rumores, qui de Hierosolymitanis partibus ad nos communi transeuntium relatione pervenerunt, nimio dolore conturbant; cum vix unquam aliquis, qui christiano nomine censeatur, sine lacrimis et suspiriis audire valeat, quae de statu illius terrae miserabili recitantur. Est siquidem infidelium, quod dolentes dicimus, incursione contristata; et usque adeo fortium virorum potentia, et proborum virorum consilio viduata, quod nisi a christianis regibus et principus orbis celerem et potentem succursum habuerit, desolationem eius, quod absit, in ignominiam Dei, et in contemptum fidei christianae de proximo formidamus. Non est enim rex, qui terram illam regere possit, cum ille videlicet Balduinus, qui regni gubernacula possidet, ita sit graviter, sicut nosse vos credimus, iusto Dei iudicio flagellatus, ut

Status miserabilis Hierosolymitanarum partium;

Balduini regis Hierosolymitani cruciatus.

(1) Ex Concil. tom. XIII col. 113.

vix ad tolerandos sufficiat continuos sui corporis cruciatus. Quam gravem siquidem iacturam, et quam miserabilem casum in personis et rebus illa Terra, pro qua patres genitores nostri sanguinem proprium effuderunt in conflictu, quem olim cum gentibus habuit, peccatis exigentibus sit perpessa, nec nos sine multa cordis commotione recolimus, nec aliqui, zelantes legem Domini, possunt tantam stragem fidelium patienti animo tolerare: praesertim cum illa gens pessima paganorum incommodis et periculis, quae genti christianorum intulerunt, tantam audaciam sumpsisse dicantur, ut se iactent imprudenter (1), terram illam, quod avertat Dominus, invasuros. Moveat itaque vos zelus Domini, nec religio christiana super tanta, quae illi Terrae imminet, contritione dormitet; sed universa loca illa, quae Salvator et Redemptor noster corporali praesentia dedicavit, viriliter tueamini; et contemnite gentes, quae abiiciunt Dominum, et christianum nomen de terris abolere nituntur. Non est utique christianus, qui praescriptae Terrae calamitatibus non movetur, nec accingitur ad ipsam ab infidelium incursibus defendendam, quam occupare laborant, et suis, quod absit, spurcitiis profanare. Hi autem, qui ex vobis fortes sunt, et bellis exercendis idonei, non minus scuto fidei, et lorica iustitiae, quam materialibus armis induti, tam pium quam necessarium opus, ac laborem huius peregrinationis assumant; et loca illa, in quibus Redemptor humani generis pro nobis nasci voluit, et mortem subiit temporalem, potenti virtute defendant, ne temporibus nostris sustineat in illis partibus christianitas detrimentum. Cum enim Christus pro salute nostra opprobria multa, et demum crucis patibulum sustinuerit, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, iustificatos (2) autem spiritu, expedit admodum saluti fidelium, ut pro ipso corpora nostra periculis et laboribus exponamus, ne pretium sanguinis, quem pro nobis effudit, videamur obliti. Animadvertite igitur, dilecti in Christo filii, et videte, quam probrosum, et quam mœrore dignum existeret christianis, si adversus habitatores terrae illius inimici Crucis Christi denuo praevalerent: sicut eos praevalituros non modicum formidamus, nisi de diversis partibus christianorum auxilium habitatoribus ipsis cum festinatione succurratur. Ne igitur christianitas gentilitati succumbat, totis nisibus praevidete; quia melius est superventuro malo ante tempus occurrere, quam remedium post causam quaerere vulneratam; illis autem, qui pro Christo huius viae laborem assumpserint, illam indulgentiam peccatorum, quam patres et praedecessores nostri, Urbanus et Eugenius, Romani Pontifices, statuerunt, apostolica auctoritate concedimus et confirmamus. Uxores quoque, et filios eorum, et bona, et possessiones suas, sub beati Petri et nostra, necnon archiepiscoporum, et aliorum praelatorum Ecclesiae, decernimus protectione manere; prohibentes attentius, ne adversus eos de iis, quae pacifice possident, aliqua post susceptam Crucem quaestio moveatur, donec redeant, vel de ipsorum obitu certissime cognoscatur. Liceat autem eis, terras seu possessiones alias, postquam propinqui aut domini sui, ad quorum feudum pertinent, pecuniam ipsis mutuare aut noluerint, aut non potuerint, Ecclesiis vel ecclesiasticis viris, aut aliis fidelibus libere et sine ulla reclamatione pro expensis huius itineris titulo pignoris obligare. Praeterea quicumque de viris bellicosis, et ad illius Terrae defensionem idoneis, illa sancta loca fervore devotionis adierint, et ibi duobus annis contra Saracenos pro christiani nominis defensione pugnaverint de Iesu Christi pietate, et de beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, eis omnium suorum, de quibus corde contrito et humiliato confessionem susceperint, absolutionem

Terra praedicta a paganis devastata.

Hortatur reges, principes et omnes alios ad subsidium Terrae Sanctae;

Loci nimirum, ubi Redemptor noster nasci et mori dignatus est.

Eos modis omnibus ad faciendum incitat.

Indulgentias a praedecessoribus pro eademve olim concessas confirmat.

Filios, uxores et possessiones illorum sub Sedis Apostolicae protectione suscipit.

Indulgentiam omnium culparum pro Terrae Sanctae defensoribus;

(1) *Imprudenter* (ex Cocq. *Add. et Corr.*)
(2) Forsitan *vivificatos.*

facimus delictorum; nisi forte aliena bona rapuerint, vel usuras extorserint, aut commiserint furta, quae omnia debent in integrum emendari. Si vero non est in facultatibus delinquentium, unde valeant emendari, nihilominus consequentur veniam, prout diximus, de commissis. Hi autem, qui illic per annum, sicut diximus, moram habuerint, de medietate sibi iniunctae poenitentiae indulgentiam et remissionem suorum obtineant peccatorum: omnibus autem sepulchrum Domini pro instanti necessitate visitare volentibus, sive in itinere moriantur, sive ad istum locum perveniant, laborem itineris ad poenitentiam, et obedentiam, et remissionem omnium peccatorum iniungimus, ut de vitae praesentis ergastulo ad illam beatitudinem, Domino largiente, perveniant, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam repromisit Dominus diligentibus (1).

Eisi in itinere suscepto moriantur.

Datum Tusculani XVII kalendas februarii.

Dat. die 16 ianuarii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XXXVIII.

Sequitur in idem argumentum ad omnes Ecclesiarum praelatos (2).

SUMMARIUM

Literas per milites Templi ad universos christifideles mittit, ut Terrae Sanctae calamitatibus succurrant. — Ad exemplum praedecessorum Pontificum indulgentiam peccatorum tribuit iis qui pro Christo laborem Hierosolym. assumpserint. — Hortatur ut inducant homines ad decertandum contra infideles, idque quam citissime; — Proposita a Deo mercede.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, et aliis Ecclesiarum praelatis, ad quos literae istae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum orientalis terra per impressiones infidelium, et incursus fortium virorum, consilio destituta, multo timore percutitur; et ad implorandam subventionem fidelium dilectos filios nostros, milites Templi, latores praesentium, viros utique religiosos, et Deum timentes, archiepiscopi, episcopi, et alii principes terrae, ad partes vestras mittere decreverunt. Nos autem, quos illius terrae calamitas gravi dolore conturbat, exemplo patrum et praedecessorum nostrorum de ipsius conservatione solliciti, christianos reges et principes orbis ad defensionem locorum illorum, in quibus steterunt pedes Domini, salubribus monitis exhortamur, et sicut patres et praedecessores nostri, Urbanus et Eugenius, Pontifices Romani, statuerunt, ita et nos remissionem et indulgentiam peccatorum statuimus universis, qui pro Christo laborem Hierosolymitanum assumpserint, et contra Saracenos fideli curaverint devotione certare. Monemus itaque universitatem vestram attentius, et mandamus, quatenus fratres, qui ad hoc missi sunt, benigno recipiatis affectu, et per eos orientalis terrae statu et necessitate comperta, principes, comites, et alios fideles Christi parochianos vestros crebris et solicitis exhortationibus laboretis inducere ut terram illam, pro cuius liberatione patres et genitores eorum sanguinem proprium effuderunt, adeant festinanter, et contra inimicos Crucis Christi potentia et virtute decertent. Literas autem, quas propter hoc generaliter mittimus, universis faciatis Ecclesiis publice legi, et exponatis eorum tenorem; et remissionem peccatorum, quam facimus illis, qui tam pium et necessarium opus assumpserint, nuncietis; et ita omnes ad exequendum, quod suggerimus, moneatis, quod per solicitudinem et exhortationem vestram terra illa festinanter fidelium sentiat an-

Literas per milites Templi ad universos christifideles mittit, ut Terrae Sanctae calamitatibus succurrant.

Ad exemplum praedecessorum Pontificum indulgentiam peccatorum tribuit iis qui pro Christo laborem Hierosolym. assumpserint.

Hortatur ut inducant homines ad decertandum contra infideles, idque quam citissime;

(1) 1 Cor. II, 9. (R. T.) (2) Ex tom. XIII Concil., col. 115.

Proposita a Deo mercede.

xilium et iuvamen; et vos propter hoc ab omnipotenti Deo mercedem possitis consequi sempiternam.

Datum Tusculani VI (1) ianuarii.

Dat. die 27 decembris (2).

XXXIX.

Monasterio Admontensi bona omnia confirmans, nonnulla privilegia ad monachorum quietem, indemnitatem et decorem elargitur (3).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium praedecessorum more sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Bona omnia ad illud pertinentia firma et illibata eidem servari mandat; — Gebehardus Salisburgensis archiep. eius fundator, caeterique successores archiep. bonis illud dotarunt, quae ei confirmantur. — Cum iure decimarum aliisque iuribus; — Saecularium quoque personarum donationes; — Archiepiscoporum et episcoporum; — Eadem alienari, vel in feudum dari prohibet. — Sepulturam inibi, vel ingressum ad monasticum institutum liberum cuique concedit — Indebitas decimas ab eodem exigi inhibet. — Abbatem a solis monachis eligendum decernit. — Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi etc. — Cum solitis conclusionibus poenalibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Lintholdo abbati monasterii Sancti Blasii, quod Admontis dicitur, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu sat-

(1) Adde *kalendas* (2) In edit. Cocq. habetur: *Dat. die annoque eodem*; in quo typographi error irrepsit. Si enim antecedentes literae datae sunt XVII kal. feb., hae autem VI kal. ianuar., nec dies, nec annus congruunt, ut attendenti patet. (R. T.)

(3) Ex Cod. Diplomat. Admont., edidit Pezius, Thesaur. Anecdot., tom. III, par. III, num. IV.

agere, et earum quieti ac tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen, Domino disponente, assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitiis tueamur, et B. Petri atque Apostolicae Sedis patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, praedecessorum nostrorum bonae memoriae Paschalis, Innocentii, Lucii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ex dono bonae memoriae Gebehardi Salisburgensis archiepiscopi fundatoris eiusdem coenobii, in valle Admontensi fundum ecclesiae Sancti Blasii, et quaecumque Hemma comitissa ibi habuit, patellam salis in Vicinia monasterii apud Halle, et maximam partem adiacentis nemoris: ex dono Tiemonis archiepiscopi successoris eius, curtem ex altera parte alvei, qui dicitur Admont, et ecclesiam Sancti Amandi episcopi, et reliquum nemoris, parochiam et praeconium ultra flumen Anesis cum ecclesia Sancti Amandi, patellam apud Halle cum augia, quae adiacet praedicto fiumini: ex dono Cunradi senioris archiepiscopi Salzburgensis, patellas et salinas apud Halle, et forestum omne ad Wenge pertinens cum novalibus et decimis: curtes Rudindorf, Arnieck, Bute, Chrumpowe, et

Monasterium praedecessorum more sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Bona omnia ad illud pertinentia firma et illibata eidem servari mandat

Gebehardus Salisburgensis archiep. eius fundator, caeterique successores archiep. bonis illud dotarunt, quae ei confirmantur;

quae dederunt praedicti episcopi in variis usibus alpium et montium, ubi sal coquitur, et ferrum foditur, cum agris, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus a rivulo Zedelze usque Frodnize, et a Luzache usque Staiphe: ex dono Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis, ecclesiam Sancti Galli in Silva-Nova cum decimis et novalibus, et omni iure suo, et salinis ibidem: ex dono Cunradi primi, ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae, et domum hospitalem Friesach cum decimis, praediis, et omnibus institiis suis: ex dono quorumdam nobilium, Rainerii videlicet, et Petrissae, et aliorum consanguineorum Lintholdi abbatis Admontensis, allodia Tovernick, et Chirchaim cum omnibus pertinentiis suis, medietatem ecclesiae Sancti Iacobi cum praedio Cholmenzi: ex dono Gebehardi archiepiscopi, decimas apud Tivene, Flatfach, Ehrapfeld, Mielendorf cum omnibus pertinentiis eorum: ex dono Chunradi secundi archiepiscopi, curtem decimalem ad Wertse cum praedio Rapotendorf, Guttenprunnen, et aliis possessionibus Mathildis matronae, ecclesiam S. Michaelis cum praedio Zezen, ecclesiam Sancti Ioannis cum praedio Zozzen cum decimis et omni iure suo: ex dono marchionis Olaker, alpem Scoberen ad idem praedium pertinentem, et quidquid apud Grazlup et Pals habetis: ex dono Gebhardi archiepiscopi, decimas Chatse-Welze, Lungowe cum appendiciis suis: ex dono eiusdem archiepiscopi, ecclesiam de Tinfenfbach, et Aichdorf, Preintenfurt cum omnibus pertinentiis eorum: apud Wenge ecclesiam Sanctae Agathae cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Andreae, et curtem Trieben cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam Dietmarsdorf, et curtem cum adiacentibus praediis, videlicet Griez duas, Perndorf, Strechowe, Puchel cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Alberti archiep. Salisburg. parochiam Partem cum omni iure suo: ex dono Chunradi primi archiepiscopi ecclesiam Sanctae Mariae cum praedio quod vocatur Ieringen inferius: ex dono Gebehardi archiepiscopi Ieringen superius cum omnibus appendiciis eorum: praedium Nazowe cum multis aliis adiacentibus praediis: ex dono Chunradi et Eberardi archiepiscoporum, ecclesiam S. Nicolai et praedium Gotfridi Mokkernowe cum novalibus et decimis, ecclesiam Sancti Martini cum praedio Strazgand, quod fuit Guntheri marchionis, et Chunradi comitis de Pilstain cum omnibus pertinentiis suis: praedium Radlack, quod fuit comitis Bernhardi, quidquid habetis Lusniz, Chamere, Mutarn: ex dono nobilium Treboche, Tunewiz, quinque curtes ad pontem S. Stephani: in eadem parochia ex dono Eberhardi archiepiscopi decimas; quidquid apud Sanctum Benedictum et Pontowe, Lobenich et Chruwat praediorum et decimarum habetis: ex dono Chunradi primi, decimas ad Muzz: ex dono nobilium praedia Muternderf: ex dono Eberhardi archiepiscopi, duos mansos in villa Teschanschirchen cum decimatione tota inter Pincha et Lavenze: ex dono nobilium quaecumque apud Wurvelach, Patfach, Gomvarn, Phaphenstain, et Aicowe possidetis: ex dono Gebehardi archiepiscopi, Ruste, Arnsdorf, Welmnich cum appendiciis eorum: apud Wachowe quidquid comes de Walfrathusen, apud Brunnen quidquid Fridericus advocatus vobis dederunt: quaecumque dono nobilium apud Chremse, Ense et Usburg possidetis, apud Tresviz et Linzen praedia cum decimationibus suis: ecclesiam S. Ioannis, et praedium Hagemberg, et Winzenbach, et Gundachringen: ex dono archiepiscoporum apud Sundrmeringen, Prukkarn, Aiche, Eberhactingen quaecumque habetis: allodium magnum apud Hovcheim, quod a nobilibus de Abensberg emistis: ex dono nobilium praedium apud Hus superius et inferius cum ecclesia Sancti Paterniani cum omnibus pertinentiis suis: in Enswalde, Schratengastei, et Tricenwald ecclesiam Sancti Martini cum no-

Cum iure decimarum aliisque iuribus;

Saecularium quoque personarum donationes;

Archiepiscoporum et episcoporum;

valibus, decimis usque Horgenbrucken: ex dono Gebhardi archiepiscopi, praedium Mitrehoven, Wenge, Elinowe: ex dono Chunradi primi archiepiscopi, praedium apud Chuchil, curtem apud Sazburch, Hirschalm cum appendiciis eorum: in villa Beirhalle quaecumque a comite Pertholdo et Ottone Palatino dono vel concambio acquisitis: ex dono nobilium quidquid apud Pergen, in Brichaim, Haselbach habetis, ecclesiam Sancti Martini cum praedio magno Elsindorf, quod fuit Uldarici, et alteram ecclesiam cum praedio Bernhardi, et omnia, quae ibidem emistis. Nec episcopo, nec abbati ipsi, nec personae alicui facultas sit, bona eiusdem coenobii in feudum sive in beneficium sine consensu meliorum et discretorum fratrum aliquibus dare, nec modis aliis alienare. Sane sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint vel interdicti, extremae voluntati eorum nullus obsistat: salva institia matricis Ecclesiae. Laicos sive clericos liberos et absolutos ad conversionem suscipere nullius episcopi vel praepositi vos inhibeat contradictio. Prohibemus quoque, ut nulli fratrum post factam professionem absque abbatis totiusque congregationis permissione liceat, ex eodem claustro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres omnium consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum timorem Dei, et beati Benedicti regulam praeviderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Salzburgensis archiepiscopi canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat, ei vexationem aliquam vel consuetudinem, quae regularium quieti noceat irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax eiusdem Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eadem alienari, vel in feudum dari prohibet;

Sepulturam ipsius, vel ingressum ad monasticum institutum liberum cuique concedit;

Indebitas decimas ab eodem exigi inhibet;

Abbatem a suis monachis eligendum decernit;

Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi etc.

Cum solitis conclusionibus poenalibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episc. ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Chonradus Moguntinensis sedis archiepiscopus, et Sabinensis cardin. ss.

Ego Otto Tusculanus episc. ss.

Ego Iacintus diaconus card. Sanctae Mariae subsc.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani subsc.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ugo diac. card. tit. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.

Ego Io. presb. card. Sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Hildebrandus basilicae Duodecim Apostolorum presb. card. ss.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Guillelmus presb. card. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. Sanctae Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presb. card, tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, IV idus februarii, indictione IV, incarnationis dom. anno MCLXX, pontificatus vero dom. Alexandri Papae III anno XI.

Dat. die 10 februarii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XL.

Privilegium (1) *confirmationis bonorum omnium, ad canonicos Tarvisinae Ecclesiae pertinentium* (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit; — In qua institutam a canonicis communem vitam servari mandat. — Bona omnia ad eos pertinentia confirmat. — In quibus haec propriis vocabulis enunciat; — In primis decimas et oblationes; — Deinde ecclesias cum suis pertinentiis; — Aliisque bonis quae hic describuntur. — Confirmat decimas iuris Ecclesiae Tarvisinae, quas episcopus dictae Eccl. concessit. — Decretum immunitatis a quacumque molestia; — Appositis ad hoc solitis poenalibus conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Drudo praeposito Ecclesiae S. Petri Tarvisii, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis.

Exordium. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequitatis, et ordo exigit rationis; praesertim quando poscentium voluntatem et pietas adiuvat, et veritas non relinquit. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, ad exemplar Papae ac praedecessoris nostri sa. recordationis Eugenii PP. praefatam Ecclesiam S. Petri, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Communem vero vitam, quam in eadem Ecclesia observare promisistis, Sedis Apostolicae auctoritate confirmamus; et ne cuiquam vestrum post factam promissionem, nisi obtentu religionis, retro abire liceat, prohibemus; et si quis hoc attentare praesumpserit, is Ecclesiae beneficio privetur; nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem Ecclesia de caetero canonicus instituatur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: decimas, oblationes, primitias, sepulturas, subiectiones capellanorum et clericorum in eadem civitate commorantium, sicut eos quiete ac canonice hactenus possedistis: ecclesiam S. Nicolai, quae est sita in claustro vestro, cum pertinentiis suis: eccl. S. Io. Baptistae, eccl. S. Ioann. de Ripa cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Andreæ cum pertinentiis suis, eccl. S. Bartholomaei cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Sophiae, quae est extra civitatem, cum pertinentiis suis: terras, quas habetis in civitate Tarvisii aedificatas et inaedificatas: clausuram, quam habetis, iuxta foveas eiusdem civitatis, terras quas habetis in Sillano, in Baratina, mansos ac terras quas habetis Sporisiano, Molmio, Viscario, Bambora,

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

In qua institutam a canonicis communem vitam servari mandat.

Bona omnia ad eos pertinentia confirmat;

In quibus haec propriis vocabulis enuncia: in primis decimas, oblationes;

Deinde ecclesias cum suis pertinentiis;

Aliisque bonis quae hic describuntur.

(1) Simile privilegium, ab Eugenio III PP. huic concessum Ecclesiae, posuimus suo loco. (2) Ex authographo in archiv. episcop. edidit Nicolaus Coletus in Venet. edit., Ital. Sac., Ughell., ubi de hac Ecclesia, col. 525.

mansos (1) quos habetis in Castaniola, mansos quos habetis in . . . . Postumia in . . . . ecclesiam Sanctae Bonae cum pertinentiis suis, terram quam habetis iuxta S. Pelagium de Spineta, mansos quos habetis in Lonzano, Braida, Maserada, Luvadina: ecclesiam S. Pelagii de Aurinis cum pertinentiis suis, mansos quos habetis in eodem loco, et terras vicinas quas habetis in S. Zenon, mansos, quos habetis in Paderno, et villa Orba, et ad plebem Montelli, mansos quos habetis in Storga et in villa Pendula in Salinberti, et locum ad molendinum faciendum, mansos quos habetis in Carbonaria, villam Melmae cum ecclesia S. Michaelis eiusdem villae, et tredecim rotas molendini cum pertinentiis suis, ibidem mansos quos habetis in Campostorto, in Lanzago, Gunfo, Nerbono, mansos quos habetis in Luvignano, in Ripa-Rupta, in Severa, et terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Mulsone, villam Prati Golzoli, ecclesiam S. Mariae eiusdem villae cum decimis et caeteris pertinentiis suis, mansum unum in Cartenatica, terras quas habetis in Mestre aedificatas et inaedificatas, mansos quos habetis in Zello et nemus ibidem, terram cum vinea quam habetis in Zollarino, mansum unum in Brendis, unum in Camellatis, mansos quos habetis in Burbiliaco, et terras quas habetis in Pedenzago, mansos quos habetis in Scaltenico, et terras quas habetis in Carpene, ecclesiam S. Angeli cum pertinentiis suis, seu mansum unum in Medolatiis: ecclesiam S. Gervasii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, et mansos quos habetis ibidem, mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano et in Reveno, mansos quos habetis in Quinto et in Cemosia, ecclesiam S. Christinae cum pertinentiis suis, et mansos quôs habetis ibidem et in Diveron, ecclesiam S. Andreæ de Cavasacra cum pertinentiis suis, mansum unum in Puteo Bono, mansos quos habetis in Silvatronda, mansos Silvae Rosae, ecclesiam S. Andreæ, quae in eadem villa sita est, cum pertinentiis suis, et mansos quos habetis in Lobiola, mansos quos habetis in Bassano, in Mariano Romuno, et in Bursio, et in Cornile, et in S. Maria, et in Leudolis, et in Fonte, et in S. Zenone: mansos quos habetis in Asylo, in Braeda, et in Malragello, et in Nogaredo: mansos quos habetis in monte Belluna et finibus eius, terras quas habetis in Trivignano, in Casellis, et in Postunia, mansos quos habetis in Dubladino et in Segusino, et mansum unum in Vichipano, mansos quos habetis in Petrarubea, in Fenario, et in Lovo, mansos quos habetis in Auno, et in aliis locis per episcopatum Feltren., et terras quas habetis in episcopatu Bellunen. ex dono bo. mem. Gregorii Tarvisini episcopi, omnem decimam totius terrae dē Siliano, in quocumque tempore fuerit laborata; praeterea omnes decimas, quae in territorio urbis Tarvisii iuri eiusdem Ecclesiae dicatae esse noscuntur, quemadmodum praelibatus episcopus iam dictae Ecclesiae vestrae concessit, et scripto authentico roboravit, nos eas vobis, et per vos eidem Ecclesiae auctoritate apostolica nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva nimirum Sedis Apostolicae auctoritate, et episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere

Confirmat decimas iuris Ecclesiae Tarvisinae quas episcopus dictae Eccl. concessit.

Decretum immunitatis a quacumque molestia;

Appositis ad hoc solitis poenalibus conclusionibus.

(1) *Mansus*, *mansa* vel *mansum* (trino enim genere haec vox effertur) est *villa aut locus familiae*, Caesario Prumiensi; *fundus cum certo agri modo*, Sirmondo; *villula coloni unius abitationi propria*, Alvarotto; *quantitas terrae, quae sufficit duobus bobus in anno ad arandum*, Alvarotto aliisque italis scriptoribus. (R. T.)

venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus subsc.

Ego Conradus..... Sabin. Eccl. ss.

Ego Otto episc. Tusculanus ss.

Ego Io. presb. card. Ss. Io. et Pauli ..... subsc.

Ego Ildebrandus basilicae Duodecim Apost. presb. card. ss.

Ego Alexander presb. card. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego D..... presb. card. tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. Sanctae Pudent. tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presbyter card. tit. Sancti Laur. in Damaso ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Hugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. subdiac. card. et notarii, III idus febr., incarnationis dominicae anno MCLXX, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XI.

Dat. die 11 februarii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLI.

Literae ad episcopos Angliae, ne Henrici filius rex coronetur absque praestito iuramento de conservandis iuribus ecclesiasticis (1).

SUMMARIUM

Praefatio. — Regis Angliae filium coronari et in regem inungi vetat, nisi prius iuramentum solitum praestet; — Et Anglos a sacramentis absolvat quae ab iis extorta fuerunt.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Thomae archiepiscopo Cantuariensi, et universis episcopis per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Praefatio. Ex commissi vobis officii debito solicitudini vestrae incumbit, Ecclesiis Dei libertates et iura sua servare, et ne ab aliquibus opprimi valeant aut deleri, studium tenemur et diligentiam adhibere. Hac siquidem ratione inducti, et Ecclesiae Cantuarien. suam volentes dignitatem et iustitiam conservare, fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, necnon et in virtute obedientiae iniungimus, quatenus, si Henricus illustris Anglorum rex filium suum coronari voluerit, et in regem inungi, tu frater Cantuariensis, ad cuius officium de antiqua Ecclesiae suae consuetudine et dignitate spectare audivimus, si manum ei nequaquam imponas, nec ab alio quolibet imponi permittas, nisi prius illud iuramentum exhibeat, quod alii reges eius praedecessores Ecclesiae Dei, et specialiter Cantuariensi, impendere consueverunt; et nisi universos ab observatione consuetudinum suarum, et sacramentis illis, quae ultimo ab hominibus Angliae extorta fuerunt, prorsus absolvat. Vobis autem, fratres episcopi, auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne illius coronationi, nisi iuramentum praestiterit, praesumatis aliquatenus interesse; sed vos potius absentetis, et inde, nullius contradictione

Regis Angliae filium coronari et in regem inungi vetat, nisi prius iuramentum solitum praestet;

Et Anglos a sacramentis absolvat quae ab iis extorta fuerunt.

(1) Ex Wilkins, Concil. Brittanniae et Hiberniae, vol. I, pag. 458.

vel prohibitione obstante, celerius recedatis.

Datum Beneventi, VI kal martii.

Dat. die 24 februarii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLII.

Ad episcopos Angliae, ne quis Henrici filium coronet, cum hoc de iure pertineat archiep. Cantuariensi (1).

SUMMARIUM

Regum Angliae inunctio et coronatio ad Cantuariensem archiepiscopum pertinet. — Ab aliis inunctionem et coronationem fieri vetat — Cum poenalibus clausulis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Eboracensi archiepiscopo Apostolicae Sedis Legato, et universis episcopis per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Regum Angliae inunctio et coronatio ad Cantuariensem archiepiscopum pertinet.

Quoniam ad audientiam nostram multorum iam pridem relatione pervenit, quod coronatio regis Angliae et iniunctio (2) ad Cantuariensem archiepiscopum de antiqua Ecclesiae suae consuetudine et dignitate pertineat; fraternitati vestrae praesentibus literis auctoritate apostolica districtius inhibemus, ut si illustris Anglorum rex filium suum, dum venerabilis frater noster Thomas Cantuariensis archiep. in exilio fuerit, coronari voluerit et in regem inungi, nullus vestrum ei manum imponere praesumat, aut se exinde aliquatenus intromittere audeat; quod si quis vestrum attemptare praesumpserit, id in periculum officii et ordinis sui noverit procul dubio graviter redundare. In his vero appellationis remedium quibuslibet volumus denegari, et omnem malignandi occasionem excludi.

Ab aliis inunctionem et coronationem fieri vetat.

Cum poenalibus clausulis.

Datum apud Cerumar, IV kal. martii, pontif. anno XI.

Dat. die 26 februarii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

(1) Ex Wilkins, Concil. Brittanniae et Hiberniae, vol. I, pag. 459. (2) Lege *inunctio* (ex Cocq. *Add. et Corr.*)

XLIII.

De instituendis quadraginta canonicis in Tornacensi Ecclesia ex triginta praebendis opulentioribus (1).

SUMMARIUM

Ecclesia Tornacensis paucis clericis instructa cum magna possessionum copia. — Indulget ut quadraginta canonici instituantur ex triginta praebendis, dummodo canonici honestam habeant substentationem (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Tornacensi episcopo.

Ecclesia Tornacensis paucis clericis instructa cum magna possessionum copia.

Significatum est nobis, et ex parte tua monstratum, quod commissa tibi Ecclesia paucos clericos eius obsequio habeat deputatos, cum tamen magna possessionum copia gaudere dicatur. Quoniam igitur indignum est, tam celebrem Ecclesiam copiam clericorum sibi deservientium non habere, fraternitati tuae significatione praesentium auctoritate apostolica indulgemus, ut cum consilio discretorum et religiosorum virorum dioecesis vestrae de XXX praebendis quadraginta instituere possis, dummodo Ecclesiae praescriptae possessiones ad hoc ita sufficientes existant, quod Ecclesiae tuae canonici alias praebendas quaerere non cogantur, sed de ipsius Ecclesiae beneficio honestam possint substentationem habere.

Indulget ut quadraginta canonici instituantur ex triginta praebendis dummodo canonici honestam habeant substentationem.

Data Verulis, II idus martii.

Dat. die 14 martii anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLIV.

Confirmatio bonorum omnium Lingonensis Ecclesiae, ac consuetudinum Capituli eiusdem Ecclesiae, cuius canonicis nonnulla conceduntur privilegia (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Lingonensem sub S. Petri protectione suscipit Pontifex. — Bona omnia ad eam pertinentia eidem con-

(1) Ex Gall. Christ., nov. edit., tom. III, inter Instrum. huius Ecclesiae. (2) Ibid., tom. IV, inter Instr. ad hanc Ecclesiam pertinentia.

firmat. — In quibus nonnulla propriis vocabulis enumerat. — Cum iure decimarum. — Quae vero capitulo ab episcopo tribui solent, rata habet. — Electiones quoque Ecclesiarum et presbyterorum, — Antiquas consuetudines, — Et reditus canonicis confirmat. — Decretum pro Ecclesiae huius, ac bonorum huiusmodi integritate; — Statutaeque contra privilegii huius temeratores poenae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Manasse decano, et universo capitulo Sancti Mammetis Lingonensi, tam praesentibus quam futuris canonicis instituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti ac tranquillitati salubriter, anxiliante Domino, providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: altare magnum in eadem Ecclesia, necnon et omnia altaria infra eamdem Ecclesiam, libera cum beneficiis, quae ibidem collata fuerunt, et collationibus: capellam similiter Beatae Mariae inter duas turres, parochiam quoque Sanctae Crucis cum appenditiis suis, scilicet capellam de Bourona, et capellam Sanctae Trinitatis in portico Lingonensis Ecclesiae, cum electione et ordinatione presbyterorum in Ecclesiis praefatis, ab omni exactione liberis et absolutis: ecclesiam de Barium cum appenditiis suis, ecclesiam de Perceio cum appenditiis suis, ecclesiam de Curto-Campo cum decimis et appenditiis suis, ecclesiam de Mosteriolo cum decimis et appenditiis suis, in ecclesia Sancti Martini super Viennam fluvium duos bisantios, in ecclesia de Villa in Divionensi pago duos bisantios, in ecclesia de Bure duos bisantios, in ecclesia de Villania duos bisantios, ecclesiam de Dampetra super Savum fluvium, ecclesiam de Polofot cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Laniaco cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Vivaco cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Anceio Franco, ecclesias de Taliceio et de Blaceio, ecclesiam de Merone cum paratis, ecclesiam de Naivile in pago Divionensi, ecclesiam de Ageio, et de Gypseio, ecclesias de Barbire et de Coion, quidquid habetis in Ecclesia de Rumille, ecclesiam Sancti Hilarii cum append., ecclesiam de Buxeria, ecclesiam de Provencheriis, ecclesiam Sancti Calixti, eleemosynam Alberici canonici Ligonensis apud villam Calinas, et ecclesiam eiusdem villae cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Andeliaco cum appendiciis suis, ecclesiam de Marciliaco, et de Planiaco, ecclesiam de Monte Landotusi cum appenditiis suis, ecclesiam de Chalandre, ecclesiam de Annulle, et omnes alias ecclesias, quas legitime possidetis. Refectiones quoque, quas episcopus capitulo Ligonensi annuatim praestare debet, scilicet in Natale Domini, in Coena Domini, in Pascha, in die consecrationis suae annuatim, in festo Sancti Mammetis, et unam aliam ab ecclesia Sancti Martini Lingonensis, in ipso die festi. Electionem omnium ecclesiarum et presbyterorum vestrorum, sicut hactenus habuistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Antiquas praeterea rationabiles consuetudines, de institiis et et observantionibus tenendis et faciendis

Ecclesiam Lingonensem sub S. Petri protectione suscipit Pontifex.

Bona omnia ad eam pertinentia eidem confirmat.

In quibus nonnulla propriis vocabulis enumerat.

Cum iure decimarum.

Quae vero capitulo ab episcopo tribui solent, rata habet.

Electiones quoque ecclesiarum et presbyterorum.

Antiquas consuetudines.

in Ecclesia vestra, et in aliis Ecclesiis civitatis Lingonensis, vobis nihilominus confirmamus; consuetudines seu reditus, quos Cruces appellant, de toto episcopatu Lingonensi, exceptis illis, qui ab episcopis Lingonensibus concessi sunt ecclesiis aut monasteriis eiusdem episcopatus, et scripto eorum corroborati noscuntur, vobis duximus confirmandas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia ac integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate et Lingonensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna correxerit satisfactione, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Et reditus canonicis confirmat.

Decretum pro Ecclesiae huius, ac bonorum huiusmodi integritate;

Statutaeque contra privilegii huius temeratores poenae

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, III kal. aprilis, indict. III, incarnationis dominicae anno MCLXX, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XI.

Dat. die 30 martii, anno Domini 1170, pont. anno XI.

XLV.

Monasterium S. Geruntii Callien. dioecesis ab Ordinarii iurisdictione exemtum, solique Apostolicae Sedi subiectum declaratur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione S. Sedis recipitur. — Bona eius omnia confirmantur. — Episcopo Calliensi prohibet fatigare illud gravaminibus, vel molestiis. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Alderio abbati monasterii S. Geruntii in comitatu Callii inter duo flumina Boatium et Boranum, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Iustis religiosorum desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celebrem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, quod speciaiter ad ius et proprietatem beati Petri spectare dignoscitur, ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae, Nicolai et Alexandri, Romanorum Pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ad haec adiicientes statuimus, et auctoritate apostolica prohibemus, ut non liceat Calliensi episcopo, monasterium vestrum gravaminibus, vel aliquibus molestiis fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium te-

Exordium.

Monasterium sub protectione S. Sedis recipitur.

Bona eius omnia confirmantur.

Episcopo Calliensi prohibet fatigare illud gravaminibus, vel molestiis.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II, ubi de episcopis Callien.

Solitae clausulae.

mere perturbare, etc., salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur, etc. Cunctis autem, etc. Amen, amen.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hier.

Ego Albertus presbyter cardinalis tit. S. Laur. in Lucina.

Ego Robertus presb. card. tit. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci.

Ego Theoditus presb. cardinalis tituli S. Vitalis tituli Vestinae.

Ego Iacintus diaconus card. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Manfredus diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Vitellius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi.

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. subdiac. et notarii, IV nonas aprilis, ind. III, incarn. dom. anno MCLXX, pontif. vero Alexandri Papae III anno XI.

Dat. die 2 aprilis, anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLVI.

Privilegium confirmationis bonorum monasterii Casae Marii Verulanae dioecesis ordinis Cisterciensium, cui multa conceduntur privilegia et immunitates (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hocce sub protectione Sedis Apostolicae recipit; — In eoque monasticum servari ordinem mandans, — Bona omnia, possessiones, ac donationes ei confirmat: — Quarum nonnullae hic enumerat. — Pascua et usum sylvarum in territorio Castrensi et Montis-Nigri concedit. — Concambium factum cum episcopo Verulano observari praecipit. — Monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum a nullo turbari quovis praetextu posse declarat. — Et alia quoque privilegia tribuit, anathemate proposito contra violatores. — Dioecesano vero episcopo subiicit in spiritualibus. — Abbatem a solis monachis eligendum decernit. — Alexandri PP. et S. R. E. card. subscriptiones (R. T.).

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, ubi de Verulanis episcopis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Gregorio abbati monasterii Sanctorum Ioannis et Pauli, quod dicitur Casae Marii, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar fel. memoriae praedecessorum nostrorum Calixti, Anastasii et Hadriani, Romanorum Pontificum, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuimus, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam, et Cisterciensium fratrum institutionem in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet S. Archangeli, ecclesiam S. Hipoliti et quicquid habetis in ecclesia S. Viti, quae sunt in territorio

Monasterium hocce sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

In eoque monasticum servari ordinem mandans,

Bona omnia, possessiones, ac donationes ei confirmat:

Quarum nonnullae hic enumerat.

Verulanae civitatis, ecclesiam S. Angeli in monte de Corneto, ecclesiam S. Salvatoris et ecclesiam Sanctae Mariae de Regimenio in territorio Montis S. Ioannis, ecclesiam S. Nicolai in castro Babuci, ecclesiam S. Ioannis et ecclesiam S. Silvestri cum amphiteatro, quod vulgo Apperitiatum dicitur, in territorio Frusinonensi ecclesiam S. Crucis, in territorio Anagnino, ecclesiam S. Vincentii iuxta castrum Morrei in valle Orbetana, et ecclesiam S. Manni iuxta castrum Castuli in territorio Marsicano, cum omnibus supradictarum ecclesiarum permanentiis, molendina ad Arinulam, et ilia, quae habetis in territorio Castrensi; rusticos etiam, et haereditates, quas in civitate Verulana, et castro Babuci, ac montis S. Ioannis quiete hactenus possedisse videmini. Pascua et usum sylvarum in toto territorio Castrensi, et Montis-Nigri, pascua et usum sylvarum et totam castellaturam ipsius Montis-Nigri, et ultra muros adiacentem centum passus, sicut inde descendit ab utraque parte in rivum et circuitu versus Aquilonem, ipsum praecipitium montis, et terram in territorio supradicti montis, quantum duo aratra sufficiunt laborare: ecclesiam S. Benedicti, cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam S. Angeli de Merulcto cum capellis et pertinentiis suis, quae omnia felicis memoriae pater et praedecessor noster Eugenius Papa vobis in Ecclesiae vestrae dedicatione concessit, et Anastasius et Hadrian. Rom. Pontifices suo privilegio roborarunt, vobis vestrisque successoribus nihilominus confirmamus. Concambium quoque, quod cum Verulano episcopo, et canonicis S. Erasmi, atque quondam Gregorio custode castelli, quod castrum nominatur, rationabiliter fecistis, futuris temporibus inviolabiliter observari praecipimus. Statuimus praeterea, ut monasterium vestrum, quod ad ius et proprietatem B. Petri pertinere dignoscitur, nulli ecclesiasticae vel saeculari personae, praeterquam Romano Pontifici, debeat subiacere. Ad haec advertentes statuimus, ut nulli archiepiscopo vel episcopo liceat praefatum monasterium interdicere, aut in vos asque auctoritate Romani Pontificis interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. Nihilominus etiam apostolica auctoritate prohibemus, ut nullus quamlibet ecclesiam ad idem monasterium pertinentem, quae populum non habet, interdicto subiicere audeat; quominus, si quis fratrum vestrorum ibidem ex devotione cantare voluerit, exclusis excommunicatis et interdictis, cantandi liberam habeat facultatem. Praeterea per decreti huius paginam duximus statuendum, ut fratres vestri in quocumque loco positi fuerint, ab omni saecularis servitii, et actione, et ab omni gravamine mundanae oppressionis sint liberi et immunes. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere praesumat. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna provisione providere volentes, auctoritate apostolica inhibemus, ne quis terminos ab eodem antecessore nostro circa monasterii vestri ambitum institutos, et 500 passis ab eo distantes, transgredi audeat: nec infra, furtum aut rapinam facere, hominem capere, vel aliquam violentiam exercere. Si autem fecerit, et secundo tertiove commonitus, satisfactionem congruam exhibere contempserit, tamquam sacrilegus iudicetur, et districtionis ecclesiasticae animadversione plectatur. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Neque illi episcopo, aut episcoporum ministro facultas sit, in capellis ad

Pascua et usum sylvarum in territorio Castrensi et Montis-Nigri concedit.

Et alia quoque privilegia tribuit, anathemate proposito contra violatores.

Concambium factum cum episcopo Verulano observari praecipit.

Monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum a nullo turbari quovis praetextu posse declarat.

Dioecesano vero episcopo subiicit in spiritualibus.

praedictum monasterium pertinentibus praeter competentem ei quartam decimarum, et oblationum partem iniuste sibi aliquid vendicare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris de suo vel de alieno Cisterciensis ordinis, si oportuerit, collegio, secundum Deum et B. Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum etc. Amen.

Abbatem a suis monachis eligendum decernit.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones. Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Ioannes Ss. Ioannis et Pauli presb. cardinalis tit. Pammachii.

Ego Hildebrandus basilicae Duodecim Apost. presb. card.

Ego Ioannes presb. cardinalis tit. S. Anastasiae.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Guillelmus presbyter cardinalis tit. S. Petri ad Vincula.

Ego Boso presb. cardinalis S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci.

Ego Theoditus presbyter cardinalis S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Iacintus diac. cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Ugo diaconus cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctae in Aquiro.

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, VII id. maii, indict. III, incar. dominicae anno MCLXX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XI.

Dat. die 9 maii, anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLVII.

Contra nonnullos abusus, ac potius nefanda scelera, incestus, suffocationes prolis, celebrationes missae cum sicca faece vini, ac micis panis vino intinctis, ac matrimonia sine sacerdotali benedictione facta (1).

SUMMARIUM

Quae cura Pontificibus inesse debeat de exteris Ecclesiis. — De matribus, quae prolis suae procurant interitum; — Cuius delicti atrocitas Scriptura et Patribus declaratur. — Incestus foedaque libido a sacris reprobata canonibus. — Contra quos severe incedendum statuit. — Poenae contra opprimentes in somno filios suos. — De iis, qui cum sicca faece vini, et micis panis vino intinctis missam faciunt: — Deque matrimonium sine sacerdotali benedictione contrahentibus. — Quae auctoritate apostolica prohibet, offerrique iubet in sacrificio missae solum panem et vinum aqua mixtum. — Districte prohibet ne matrimonia clandestina et sine sacerdotali benedictione celebrentur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Upsellensi archiepisc. et suffraganeis eius.

Quae cura Pontificibus inesse debeat de exteris Ecclesiis.

Vice beati Petri apostolorum principis, largiente Deo et Domino nostro, qui ait: Speculatorem te dedi domui Israel super gentes et regna (*a*), licet immeriti, in Apostolicae Sedis specula constituti, pontificalis officii debito pro universis compellimur solicitudinem gerere; et antiquo hosti, qui tamquam saevissimus leo circuit, quaerens quem devoret (*b*), pasto-

(1) Ex Concil. tom. XII, col. 134. (*a*) Ezech. III. (*b*) I, Petri V, 8. (R. T.)

rali providentia obviare, ne gregem Dominicum invadat, et diversis eum vitiorum morsibus laceret. Inde est, quod vehementi cor nostrum doloris pulsatur stimulo, audito quod in partibus vestris in tantum libido crudelis et turpis excreverit, ut quaedam mulieres proli suae procurent interitum, earumque corruptores tam horrendo et detestabili facinori non solum consentire, verum etiam persuadere praesumant: alii incestuosa coniunctione, plerique cum iumentis abominanda se pollutione commaculent. Quae quantum sint gravia, et Creatori nostro penitus inimica, ipsa sceleris atrocitas satis demonstrat, quam nec audientium aures sine ingenti possunt horrore percipere.

De matribus, quae prolis suae procurant interitum;

Si enim, qui iactato in terram semine prolem nolebat ex uxore suscipere, percussus a Domino Testamenti Veteris serie dinoscitur; qua poena feriendus esse monstratur, qui natum proprium non abhorret occidere, et mavult interire quam vivere? Cuius utique criminis poena illud etiam persuadentes vel consentientes involvi, beatus Augustinus ostendit, dicens: Se periculose decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas existere, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudaei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: Nobis non licet interficere quemquam (*a*); sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipsi eum lingua interfecerunt, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

Cuius delicti reverit. s Scriptura et Patribus declaratur

Incestum vero quantum sacri abhorreant canones, concilium Herdense demonstrat: Cum his, inquit, qui incestus se pollutione commaculant, quamdiu in ipsò detestando et illicito carnis contubernio perseverant, nec sumere cibum ulli christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. Porro scelus cum iumentis concuntium quanta sit animadversione plectendum, legislator Moyses declarat, cum etiam ipsa interfici animalia iubeat, quae tali contaminata flagitio indignam refricant acti memoriam.

Incestus foedaque libido a sacris reprobata canonibus.

Quia igitur abhominabilem horum excessuum praesumptionem severa satis districtione congruit insequi, praedictos proprie prolis necatores, et tam ipsum facinus persuadentes quam consentientes, quoslibet parricidas: aut cum matre, filia, consobrina, vel nepte agentes, quam cum iumentis coeuntes, arctiori poenitentiae iugo curetis compescere; et nisi senio confecti, vel corporis fuerint debilitate, seu egestate oppressi, eos ad Sedem Apostolicam compellatis venire, et beatorum apostolorum Petri et Pauli limina visitare; ut in sudore vultus sui, et viarum labore, superni Iudicis iram evadere, et ipsius misericordiam valeant invenire.

Contra quos severe incedendum statuit.

Ad haec, qui dormiendo, non voluntate sed casu filios suos oppressisse inveniuntur, triennio, si iidem filii fuerint baptizati: si vero absque sacro baptismate recesserint, quinquennio poenitentiae disciplinis subiaceant. Sacerdotes, quos ab his studiosius praecavere convenit, officii sui perpetua executione priventur. Verum si qui parentum absentes fuerint, quando eorum filii suffocantur, aut si id sub aliena custodia contigerit, extra culpam erunt; si tamen eos non furiosae, sed congruenti custodiae ipsos se crediderint tradidisse.

Poenae contra opprimentes in somno filios suos.

Praeterea non sine cordis amaritudine quosdam sacerdotes contra apostolicas institutiones, cum sicca faece vini, vel cum micis panis vino intinctis, missam celebrare audivimus; et fideles laicos non christiano more absque sacerdotali benedictione et missa, matrimonium contrahere; unde saepe illicita contingit fieri coniugia, et inter legitimas personas divortium intervenire. Sane cum omne crimen atque omne peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur: quid de caetero pro delictorum expiatione Domino dabitur,

De iis, qui cum sicca faece vini, et micis panis vino intinctis missam faciunt.

Deque matrimonium sine sacerdotali benedictione contrahentibus.

(*a*) Ioan. XVIII, 31. — In Cocquel. edit., errore typographi, legitur: Ioan. XIX. (R. T.)

quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Cum enim magister veritatis discipulis suis sacramentum commendaret nostrae salutis, non siccam faecem vini, non micas panis vino intinctas accepit; sed panem et calicem, et benedicens dedit discipulis. Quia igitur secus agere, evangelicae et apostolicae doctrinae contrarium, et consuetudini ecclesiasticae penitus est adversum, apostolica prohibemus authoritate, ut cum sicca faece vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo, quam Dominus instituit, nullus de caetero sacrificare attentet; sed secundum formam sacrosanctae Ecclesiae Romanae, quam vos in omnibus imitari oportet, solum panem, et vinum aqua mixtum in sacrificio Corporis et Sanguinis Christi offeratis.

Quae auctoritate apostolica prohibet, offerique iubet in sacrificio missae solum panem et vinum aqua mixtum.

Caeterum clandestina, et absque sacerdotali benedictione non debere contrahi coniugia, aut nisi inter legitimas personas, quae infra septimum gradum nulla consanguinitatis linea coniungantur; nec contracta, nisi canonice et consensu episcopi, dissolvi, multorum Ss. Patrum declarat auctoritas. Vos itaque muniti Ss. Patrum sanctionibus et ecclesiasticis institutis, haec, quae dicta sunt, diligenter servate, et aliis praecipite inviolabiliter observari dispensationis moderamine utentes, ut qui in quinto vel quarto gradu coniuncti sunt, eos non separetis, sed ne amplius taliter coniungantur, pontificali authoritate et districtione prohibeatis.

Districte prohibet ne matrimonia clandestina et sine sacerdotali benedictione celebrentur.

Datum Tuscul., v idus septembris.

Dat. die 9 septembris anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLVIII.

Decretalis contra simoniacam labem (1) aliaque contra disciplinam ecclesiasticam perpetrata (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Abusus in Svetia ex simonia et ecclesiasticae disciplinae inobservantia exorti. — Quo fit ut perniciosa et exemplo nociva contingant. — Instituta laicorum et saecularia iudicia clerici passim contra laicos et vissim usurpant, non attentis canonibus. — Munus episcoporum esse huiusmodi mala impedire. — Peccata enim ex nimia indulgentia crescunt quotidie magis; — Eos igitur hortatur ut abusus omnes et malas consuetudines eradicent. — Poenae a Ss. Patribus statutae contra laicos, beneficia clericis dantes, et in clericos ab eis per pecuniam, investituram etc. accipientes. — Synodi Rom. anno 502 sub Symmacho, — Callixti PP., — Paschalis I, — Alexandri, — Paschalis II decreta contra investituras huiusmodi. — Simoniae peccatum quam grave. — Ei subiectum esse dantem simul et accipientem. — S. Gregorii constitutio. — S. Gregorius simoniam declaravit, beneficia Ecclesiae non solum pecunia, sed qualibet obsequii, aut muneris specie obtinere. — Concilii Chalced., Carthag., et S. Augustini sententia de non admittendo clerico sine literis Ordinarii. — Gelasii et Alexandri Pontificum decreta, ne clerici ad saecularia iudicia pertrahantur. — Monomachia sacris canonibus contraria. — De decimis a laicis Ecclesiis debitis. — Concilii Moguntini — Et Rothomagensis super hoc decreta. — De donationibus Ecclesiae factis non revocandis, vel subtrahendis. — De clericorum percussoribus. — Adhortatio ad episcopos Svetiae et Gothiae.

(1) Quae contra labem simoniacam disseruerit S. Leo PP. I, legere est superius in constitutione ab eodem edita. (2) Ex tom. XII Concil., col. 128.

Alexander Papa, Upsellensi archiepiscopo, et universis suffraganeis eius, tam in Svetia quam in Gothia constitutis.

Exordium.

Constituti a Domino, licet insufficientibus meritis, super gentes et regna, ex iniunctae nobis administrationis officio debitoque compellimur, aciem nostrae considerationis ad universum commissi gregis corpus extendere, atque omnium fidelium corda institutionis apostolicae ac doctrinae salutaris imbre perfundere: ut sicut in omnem terram exivit sonus apostolorum, et in fines orbis terrae verba eorum (*a*); ita quoque nos, qui eorum cathedrae praesidemus, qui eis non in

(*a*) Ad Rom. x, 18; ex Psalm. XVIII, 5. (R. T.)

vitae merito, non in operum sanctitate, sed in pastorali cura et dignitate successimus, verbum salutis, evangelium christianae atque catholicae veritatis annunciemus his, qui longe, et his qui prope, nomen apostolicum non inane neque nudum et in sola voce gerentes; sed in executione officii et veritate operis, in quantum nobis Deus dederit, adimplentes.

Abusus in Svetia ex simonia et ecclesiasticae disciplinae inobservantia exorti.

Audivimus enim, et audientes non potuimus non dolere, quod apud vos, tam in Svetia videlicet, quam in Gothia, ex nimia et perversa non libertate, sed abusione potius et insolentia laicorum, consuetudo pessima et detestabilis inolevit, ex qua etiam multa illicita provenerunt, et mala non solum enormia, verum etiam intolerabilia pullularunt. Ipsi enim, vobis inconsultis, sicut dicitur, aut contemptis, concedunt et conferunt ecclesias, quibus volunt: omnia simoniace, sive per pecuniam, sive per privatam gratiam, vel odium agentes.

Quo fit ut perniciosa et exemplo nociva contingant;

Ex hoc autem multa dicuntur tam ipso actu quam exemplo nociva et perniciosa contingere. Quilibet enim et undecumque sacerdos adveniens, licet ordinationis suae nullum habeat testimonium, solo mandato seu nutu etiam laicorum, divina in salutis eorum suaeque periculum celebrare praesumit. Unde nonnunquam evenit, ut monachi fugitivi, vel homicidae, seu quibuslibet irretiti et notati sceleribus, aut in gradum sacerdotii non promoti, sacerdotio fungi nefaria nimis et damnabili praesumptione non metuant. Quilibet vero, vel omnino carens Ecclesia, vel pauperem habens, et ambiens ditiorem, potentioribus de parochia data vel promissa pecunia, alium non erubescit tam impudenter quam illicite supplantare.

Institutta laicorum et saecularia iudicia clerici passim contra laicos et vissim usurpant, non attentis canonibus.

Accedit ad haec, quod clerici, sive ipsi adversus laicos, sive laici adversus eos litigantes, experiri voluerint laicorum iudicia subire; et secundum ipsorum instituta sive leges agere vel defendere se coguntur. Nec solum inferioris ordinis clerici talibus iniuriis fatigantur; verum etiam vos ipsi, si iustitiae rigorem zelo Dei succensi aliquando exercetis, aliquam contra vos causam inobedientis gregis invidia machinante, vel ad igniti ferri examen, vel ad aliquod aeque prohibitum et execrabile indicium provocamini: nulla canonibus, qui id prohibent, seu pontificali dignitati exhibita reverentia, vel honore. Ad augmentum vero summamque malorum, clerici passim in eodem regno impune caeduntur, quandoque etiam occiduntur. Et quidem gravia sunt ista, nec professionis opera christianae; sed inimici potius zizania reputanda.

Munus episcoporum esse huiusmodi mala impedire.

Ad quae radicitus evellenda, et de medio vestrum penitus extirpanda, tanto acrius vos decet et oportet insurgere, quanto magis desides praelatos negligentesque respiciunt vitia subditorum: et eorum culpae crimen adscribitur, quod ab his, quibus praesident, et pro quibus etiam reddituri sunt in extremo examine rationem, tam frequenter, quam licenter et impune committitur; maxime cum per Prophetam dicatur: Clama, ne cesses, annuncia populo meo scelera eorum (*a*); et alibi: Nisi annunciaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram (*b*); et in sacris canonibus, quos prudentiam vestram ignorare non expedit, scriptum legatur: Negligere, cum possis, perturbare perversos, nihil est aliud quam fovere; nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare. Ex eo autem, quod peccata ex nimia et longaeva licentia in consuetudinem iam venerunt, cum sit iuxta quemdam philosophum infelicitas consummata; et vix videatur locus esse remedio, ubi, quae fuerunt vitia, mores fiunt; et iuxta Evangelium, qui mortuus fuerit in peccato, iam foeteat; multo maiori opus est ad suscitandum cum Domino mortuum, non sine lacrymis et compassione conamini, ne desperentur, sicut quatriduanus in monumento, quibus po-

Peccata enim ex nimia indulgentia crescunt quotidie magis;

(*a*) Isai. LVIII, 1. (*b*) Ezech. III, 18.

test invocato Dei nomine cum ipsius adiutorio subveniri.

Eos igitur hortatur ut abusus mores et malas consuetudines eradicent.

Ut ergo etiam in his glorificetur Deus, et sapientia honorificetur a filiis suis, caritatem Moysi, pro populo Domino obsecrantis, zelum Phinees vindicantis, contritionem David orantis, misericordiam Iesu Christi super Hierusalem flentis, et pro Lazaro lacrymantis, assumite: et habentes, secundum Apostolum (*a*), scutum fidei, loricam iustitiae, et galeam spem salutis, accingimini armatura Dei, et pugnate cum antiquo serpente, cum de obsessis per inhabitantia peccata a corporibus expellentes, et diripientes universa, in quibus habet fiduciam, eos, quos domum sibi facere nititur, cum gratiae caelestis auxilio a vitiorum sordibus emundantes: ut domus Dei, templum videlicet Domini sanctum, quod estis vos, dici ac fieri mereantur. Nec vos ullus terror ab officii pastoralis executione retardet, recolentes, et non tantum verbo, sed opere profitentes, quod Summus et Primus Pastor docuisse legitur et fecisse: Bonus, inquit, pastor animam suam ponit pro ovibus suis (*b*).

Poenae a Ss. Patribus statutae contra laicos beneficia clericis dantes, et in clericos ab eis per pecuniam, investituram etc. accipientes.

Et quoniam per errorem, et tam divini quam humani iuris ignorantiam apud vos inolevisse videntur mala, quae diximus, et a laicis tamquam licita impune hactenus usurpata: sanctorum Patrum statutis tamquam armis utentes, ipsis inniti debebitis, atque ea, et vos cum eis, his quae illicite committuntur, opponere; ut ex eorum scientia et authoritate dispereant, quae per abusionem nimiam et ignorantiam succreverunt. Sane laicos Ecclesias vel ecclesiastica beneficia dignitatesque concedere, seu de ipsis ulla ratione disponere, sanctorum Patrum ad instar sacrilegii prohibent instituta. Clericos tamen, qui ab eis, vel per eos, dato pretio, sive gratis, Ecclesiam, vel investituram Ecclesiae seu ecclesiasticae dignitatis acceperint, praeter ordinis sui periculum, excommunicationis etiam poena condemnant.

Synodi Romanae anno 502 sub Symmacho;

Nam in synodo Symmachi Papae statutum legitur: Non placuit laicum statuendi in Ecclesia aliquam habere facultatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. Item: Laicis, quamvis religiosis, nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Item Calixtus Papa: Si quis principum, inquit, vel aliorum, dispositionem seu donationem, sive possessionem ecclesiasticarum rerum sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Item Paschalis: Nullus laicorum Ecclesiarum bona occupet, vel disponat; qui vero secus egerit, iuxta B. Alexandri capitulum ab Ecclesiae liminibus arceatur. Item Alexander: Per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter retineat Ecclesiam, neque pretio neque gratis. Item Paschalis: Si quis clericus, abbas vel monachus per laicos Ecclesiam obtinuerit, secundum apostolorum sacros canones, et capitulum Antiocheni concilii, excommunicationi subiaceat. Item constitutiones sacrorum canonum sequentes statuimus, ut quicumque clericorum ab hac hora investituram Ecclesiae, vel ecclesiasticae dignitatis, de manu laici acceperit et qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat et communione privetur. Et in hanc sententiam alia multa canonum instituta, et sanctorum Patrum decreta conveniunt.

Calixti PP.

Paschalis I.

Alexandri.

Paschalis II decreta contra investituras huiusmodi.

Simoniae peccatum quam grave.

Caeterum Ecclesias vel ecclesiastica beneficia pretii seu cuiuscumque muneris interventu conferre, simoniacam sapit procul dubio pravitatem. Porro Simonis crimen, quam sit detestabile, quam horrendum, ipsa vos eius infamis immanitas ignorare non sinit. Ex quo profecto tam dantem quam accipientem damnatio Simonis, quam sacra Actuum apostolorum lectio protestatur, involvit; ad cuius condemnationem cum plurima, praeter apostolorum sanctionem, sanctorum Patrum

Ei subiectum esse dantem simul et accipientem.

(*a*) Ephes. VI. (B. T.) (*b*) Ioan. X, 11.

rescripta manaverint, pauca credimus ex pluribus suffectura.

S. Gregorii constitutio.

Inter quae primum sit illud B. Gregorii: Presbyter, inquit, si Ecclesiam per pecuniam obtinuerit, non solum Ecclesia privetur, sed honore sacerdotii spolietur; quia altare, decimas, et Spiritum Sanctum emere vel vendere, simoniacam haeresim esse, nullus fidelium ignorat. Idem alibi: Audivimus, dilectissimi, quod nos audire oportuit, sed audivisse profecto non libuit, quosdam scilicet sacrorum ordinum esse professores, qui sub munerum datione vel acceptione Dei Ecclesias, vel earum sibi sacrificia usurpant; quod quidem scelus vos non iamdudum acriter correxisse miramur; iuste enim uterque corripiendus est, et a sanctae liminibus Ecclesiae summovendus, et qui pro Ecclesiae ambitu munera largitur, et qui, ut Ecclesiam det, quicquam praesumit accipere; iste quippe donum Dei emere, hic autem vendere praesumit. Sacrilegio quoque hoc facinus haud dispar dixerim, cum id, quod sponte et sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniae pactione causatur. Quare, fratres carissimi, quae taliter facta sunt, curiose refellite, infecta prohibete, vestrisque iussionibus resistentes, digno anathematis vinculo percutere non dubitate. Item: Si quis dator vel acceptor Dei Ecclesias vel ecclesiastica beneficia, quae quidam praebendas vocant, sub pecuniae interventu, sive dando emerit, sive accipiendo vendiderit, a Simonis non excluditur perditione.

S. Gregorius simoniam declaravit beneficia Ecclesiae non solum pecunia, sed qualibet obsequii, aut muneris specie obtinere.

Non solum autem pecunia, sed et quaelibet obsequii aut muneris species in huiusmodi crimine aliter intercedit. Unde idem beatus Gregorius: Bene, inquit, cum virum iustum pro praebenda describeret, ait, beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Non dixit solum a munere: sed ab omni munere. Quia aliud a manu, aliud a lingua. Munus ab obsequio est servitus indebite impensa; munus a manu pecunia est; munus a lingua, favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus, non solum pecuniam nullam, sed nec etiam humanam gratiam requirit.

Concilii Chalced., Carthagin. et S. Augustini sententia de non admittendo clerico sine literis Ordinarii.

Quod autem sacerdos, aut quilibet clericus, aliunde adveniens vel ignotus, sine testimonio et literis saltem episcopi sui in aliena dioecesi recipi aut ministrare non debeat, in Chalcedonensi legitur concilio definitum per haec verba: Extraneo clerico, vel lectori, extra suam civitatem sine literis commendatiis proprii episcopi, nusquam penitus liceat ministrare. Item in concilio Carthaginensi: Clericum alienum nisi concedente eius episcopo, nemo audeat retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Item beatus Augustinus in sermone quodam ad populum: Hortamur, inquit, christianitatem vestram, ut iuxta sanctorum canonum instituta, in Ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi a vestro fuerit episcopo consecratus, aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur.

Gelasii et Alexandri Pontificum decreta, ne clerici ad saecularia iudicia pertrahantur;

Ad hoc, ne clerici ad saecularia iudicia pertrahantur, et Rom. imperatorum leges prohibent, quae tamquam canones, ubi canonibus non obviant, sunt observandae; et sanctorum Patrum, ac praedecessorum nostrorum auctoritas interdicit. Scribit enim beatae memoriae Gelasius Papa, dicens: Nemo unquam episcopum, aut reliquos clericos, apud iudicem saecularem accusare praesumat. Item Alexander omnibus orthodoxis: Relatum est ad huius Sanctae et Apostolicae Sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum, et omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput dicente: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam (a): quod quidam aemuli, eiusque sanctae Ecclesiae insidiatores, sacerdotes Dei apud publicos iudices accusare praesumant; cum magis Apostolus, christia-

(a) Matth. XVI, 18.

norum causas ad Ecclesias deferri, et ibidem terminari, praecipiat. Taliter praevaricantes praevaricaverunt in Deum suum, et non obediunt praeceptis eius.

Monomachia sacris canonibus contraria.

Ferventis vero aquae, vel candentis ferri iudicium, sive duellum, quod monomachia dicitur, catholica Ecclesia contra episcopum non admittit. Unde Stephanus Papa V, ferri candentis, inquit, vel aquae ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, sacri non censent canones: et quod Ss. Patrum documento sancitum non est, et superstitiosa adinventione non est praesumendum. Item Nicolaus Papa: Monomachiam in legem non assumimus, quam praeceptam non fuisse reperimus; quam licet iuisse quosdam legamus, sicut sanctum David et Goliam sacra prodit historia; nusquam tamen, ut pro lege teneatur, divina sanxit auctoritas; cum hoc, et eiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare videantur.

[illegible] decimis a [illegible] Ecclesiis [illegible].

Praeterea adiiciendo mandamus, quatinus populum, regimini et gubernationi vestrae commissum, decimas Ecclesiis fideliter et devote persolvere, sicut ab ipso Domino noscitur institutum, diligenter ac solicite moneatis; et si necesse fuerit, sub districtione anathematis compellatis, iuxta illud Malachiae prophetae in persona Domini loquentis: Inferte, inquit, omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea (a).

[illegible] in Mo[illegible].

[illegible] Rotomagen[illegible] super hoc [illegible]ta.

Unde in concilio Maguntiensi: Decimas Deo et sacerdotibus Dei dans, Abraham factis, Iacob promissis insinuat; et omnes sancti sacerdotes commemorant. Item ex concilio Rotomagensi: Omnes decimae terrae sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi sanctificantur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus, ut secundum Domini nostri praeceptum admoneantur semel, secundo et tertio. Qui si non emendaverint, anathemate usque ad satisfactionem et emendationem congruam feriantur.

De donationibus Ecclesiis factis non revocandis vel subtrahendis.

Nec tamen ideo ea, quae Ecclesiis, immo Deo, ipsi vel parentes eorum contulisse noscuntur, revocare, vel ecclesiasticarum personarum dispositione subtrahere volentes, erunt aliquatenus audiendi: quae, si etiam homini contulissent, reptere (1) non valerent. Unde Ambrosius in libro de Poenitentia: Sunt, qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi Ecclesiae contulerint, postea revocandas putant; quibus nec prima merces grata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, et secunda habuit sacrilegium. Item ex concilio Agathensi: Clerici vel saeculares, qui obligationes parentum, aut datas, aut testamento relictas, retinere perstiterint, aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut sancta synodus statuit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab Ecclesiis excludantur.

De clericorum percussoribus.

Illos vero, qui in clericos violentas manus, nisi forte se defendentes, iniiciunt, poenam excommunicationis incurrere sacrosancta Romana iam pridem statuit et inviolabiliter tenet Ecclesia: nec a quoquam omnino, nisi a Romano Pontifice, vel de mandato eius, absolvi patitur, aut permittit.

Adhortatio ad episcopos Svetiae et Gothiae.

Vos itaque ipsius, quae omnium Ecclesiarum caput est et magistra, vestigiis inhaerentes, eius ac nostrae in supradictis omnibus acquiescite sanctioni; et secundum ea, quae a sanctis Patribus et praedecessoribus nostris instituta praediximus, observata, atque ab omnibus per episcopatus vestros, quantum in vobis est, faciatis firmiter et inviolabiliter observari. Contemptores equidem ecclesiastica praecipimus usque ad condignam poenitentiam ultione percelli. Obedientibus autem sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus et hic fructum bonae

(a) Malach. III, 10. — In edit. Cocq. habetur in margine, errore librarii, *Malach.* IV. (R. T.)

(1) Legendum putamus *repetere*. (R. T.)

actionis percipiant, et in futuro praemia aeternae pacis inveniant.

Datum Tuscul. IV idus septembris.

Dat. die 10 septembris anno Domini 1170, pontif. anno XI.

XLIX.

De suspensione archiepiscopi Eboracen. et Dunelmen., et excommunicatione Londonien. et Saresbirien. tamquam iurium Cantuarien. Ecclesiae invasorum (1).

SUMMARIUM

Praefatio. — Eorum pusillanimitatem arguit eo quod consuetudines iniquas receperint, et iuramento firmaverint. — Rex in suis iniquis constitutionibus immobilis perseverat. — Thomas archiep. Cantuarien. pro tuenda Ecclesiae libertate cum clericis et consanguineis suis exulatus. — Regis filius coronatus absque iuramenti praestatione contra Pontif. prohibitionem. — Praedictos episc. ab omni episcopali dignitate suspendit. — Londonien. et Saresbirien. si praedictae coronationi interfuerint anathematizat. — Sententias, ab archiep. canonice latas, vel ferendas, observari mandat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, G. Londoniensi, Iocelino Saresbiriensi, Barth. Exoniensi, Ric. Cestrensi, Waltero Rossensi, Godefr. S. Asap., Nic. Landavensi, episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Praefatio. Oportuerat vos, quamprimum charissimus filius noster Henricus rex vester sub regiae dignitatis et fidelitatis obtentu ea vobis constituta proposuit, et scripto petiit et iuramento firmari, quae liquido satis et libertatem Ecclesiae et sacerdotalis officii iudicium deprimebant, erigere oculos vestros ad caelum et ascendere pro domo Domini ex adverso, ut non posset in oculis vestris, tacentibus vobis, ecclesiastica dignitas naufragari. Et quidem si ullus vos pro pastorali cura zelus rectitudinis tenuisset, cognovissetis vos super gentes et regna constitutos, ut in maioribus et minoribus evellere plantaria vitiorum et germen delectabile Domino inserere debeatis. Nunc autem, quia plus in vobis terreni principis reverentia quam timor Dei, et episcopalis honor valuit dignitatis pro vili lentis edulio, quod moerentes dicimus, contempsistis primogenita cum Esau, et implevistis in vobis, quod in populo Iudaeorum Ieremias lamentabatur impletum, dicens: Sederunt in terra, conticuerunt senes, et consperserunt cinere capita sua virgines filiae Iuda (*a*).

Eorum pusillanimitatem arguit eo quod consuetudines iniquas receperint, et iuramento firmaverint.

Sane si terroribus et minis exterriti ad recipiendas et iuramento firmandas iniquas illas consuetudines processistis, numquid non decuerat vos post tanti temporis spatium sacerdotalem resumere firmitatem, et contra tantas enormitates cum praeteritae transgressionis plenitudine (1) sacerdotaliter reclamare. Caeterum vos detestabili facto pertinaciam adiungentes, et in illarum usurpationum observantia permanetis, et ita in depressione Ecclesiae praefati regis votum sequi videmini, ut quasi praescriptae (2) iam de regno vestro ex magna parte leges ecclesiasticae videantur. Et nos quidem usque modo expectavimus, ut cor principis, aut per officium vestrum, aut per inspirationem suam, vel per expectationem nostram divina gratia visitaret et supernae gloriae magis, quam suae faceret amatorem. Nam et hoc vobis plerumque suggestum fuerat, et optabile admodum pro qualitate temporis videbatur, ut asperitas eius in patientia potius et mansuetudine leniretur; nobis autem praeteritorum correctionem et poenitentiam expectantibus nihil ipse de pristina severitate mutavit, sed in constitutionibus illis iniquis immobilis perseverat. Quanto iam sane tempore venerabilis frater noster Tho-

Rex in suis iniquis constitutionibus immobilis perseverat;

Thomas archiep. Cantuarien. pro tuenda

(1) Ex Wilkins, Concilia Britanniae et Hiberniae, vol. II, pag. 459.

(1) Lege *poenitudine*. (2) Lege *proscriptae*. Ex Cocq. *Add. et Corr.* (*a*) Thren. II, 10. (R. T.)

Ecclesiae libertate cum clericis et consanguineis suis exulatus;

mas archiepiscopus vester, quia usurpationibus illis, licet prius carnis infirmitate eis visus fuerit consentire, voluit obviare a commissa sibi Ecclesia, cum clericis suis et affinibus exulaverit, nobis etiam tacentibus recognoscitis. Et utinam eo compateremini charitatis affectu, quo in alia ei causa compati oporteret; vos vero non solum ei fraternum subtraxistis auxilium, sed dolorem vulnerum ipsius, sicut dicitur, addidistis. Cum enim iamdictus rex filium nuper coronari voluerit, et hoc de antiquo iure ad Cantuariensem asseratur archiepiscopum pertinere, vos, iamdicti fratris nostri auctoritate et reverentia, quam sibi et Ecclesiae suae debetis, postposita, ad coronationem illius favorem vestrum et ministerium praebuistis, nulla de servanda Ecclesiae libertate praestita, vel etiam exacta, sicut dicitur, cautione; quinimo sustinuistis potius, ut iuramentum ab illo de servandis regni consuetudinibus praestaretur. Profecto pro reconciliatione illorum, nos per literas et personas ex latere nostro, et per plures alios viros, qui digni fuerant exaudiri, saepe numero laboravimus; et quidquid datum fuerat nobis spei, praeter inanem pompam verborum nihil hactenus potuimus reportare. Nec tamen hoc ideo dicimus, qui dum adhuc essemus in Francia, in multis eumdem regem liberalem erga nos senserimus et devotum; sed ob hoc non debemus omittere, quin tantis nos transgressionibus et pro gloria Dei et pro salute ipsius, et nostrae zelo rectitudinis opponamus. Nunc igitur, quia saecularium hominum culpae nullos magis quam desides praelatos negligentesque respiciunt quia multam saepe nutriunt pestilentiam dum necessariam adhibere negligunt medicinam, et post expectationem diuturnam, nullo dolore contra vos ipsos, nullo fervore contra iniquas illas usurpationes exurgitis, nos de commissa nobis a Domino potestate de auctoritate Apostolicae Sedis, cui licet immeriti, Deo disponente, servimus, ab omni episcopali vos suspendimus dignitate. Illos autem vestrum, Londinien. videlicet, et Sareshirien. episcopos, qui pro impetrata apud nos gratia iuxta spem nostram ad reconciliationem magis laborare debuerant, et a iamdicti archiepiscopi gravamine abstinere, si praefatae coronationi favoris sui ministerium praebuerint, in sententiam anathematis revocamus et sicut excommunicatos praecipimus evitari. De Roffensi vero episcopo, et G. Ridell. Cantuarien. archidiacono, qui cum amplius Cantuarien. Ecclesiae debitores existant, in minori reverentia et honore iamdictum archiepiscopum habere dicuntur: et alter eorum, Roffensis videlicet episcopus, illi coronationi interfuerit, alter vero in se excommunicationis a praefato archiepiscopo latam sententiam spreverit, illud a vobis remota appellatione observari praecipimus, quod ab eo fuerit canonice constitutum. Nos enim eos, quanto gravius videntur offendere, tanto durius decernimus addicendos. Ad haec quicquid adversus Robertum vicarium Cantuariensem archidiaconi contemptorem sententiae suae idem archiepiscopus statuit vel in futurum rationabiliter statuerit, firmiter et inviolabiliter nulla ei suffragante appellatione custodiri praecipiendo mandamus; clericos autem Hugonem, Nicolaum, Thomam et Willielmum, et caeteros, qui excommunicati a praedicto archiepisc. divina scienter celebrare praesumpserint, si ita est, vinculo anathematis innodari, eorumque communionem sicut excommunicatorum praecipimus evitari.

Datum Ferentini, XVI kalen. octobris, incarnationis dominicae anno MCLXX, pontificatus nostri anno XII.

Dat. die 16 septembris, anno Domini 1170, pontif. anno XII.

Regis filius coronatus absque iuramenti praestatione contra Pontif. prohibitionem;

Praedictos episc. ab omni episcopali dignitate suspendit.

Londonien. et Sareshirien. si praedictae coronationi interfuerint, anathematizat.

Sententias, ab archiep. canonice latas, vel ferendas, observari mandat.

L.

Statutum, ne cuilibet Sublacensis S. Benedicti monasterii abbati illius bona dilapidare liceat: quod si contingat, ad Sedem Apostolicam esse reclamandum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Apostolica auctoritate concedit monachis ut si quando viderint abbates monasterii bona dilapidantes, ad Sedem Apostolicam recurrant. — Quin liceat abbati eos gravamine aliquo afficere. — Decretum immunitatis cum solitis clausulis (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis universis fratribus Sancti Benedicti Sublacensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit praebere consensum; et vota, quae a recto rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus annuentes, apostolica vobis auctoritate concedimus, ut si quando Simonem abbatem vestrum, et illos, qui ei successerint, bona monasterii dilapidare videritis, si commoniti disistere forte noluerint, ad Sedem Apostolicam reclamandi, et ea, quae ad incommodum monasterii pertinent, indicandi facultatem liberam habeatis; neque abbati vestro ullo tempore liceat, aliquem vestrum occasione ista, in compendibus ponere, aut aliqua iniusta gravamina irrogare: salva tamen in omnibus beati Benedicti regula, et monastici ordinis disciplina. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Apostolica auctoritate concedit monachis ut si quando viderint abbates monasterii bona dilapidantes, ad Sedem Apostolicam recurrant.

Quin liceat abbati eos gravamine aliquo afficere.

Decretum immunitatis cum solitis clausulis.

Datum Tusculani, idibus octobris.

Dat. die 15 octobris anno Domini 1170, pontif. anno XII.

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Margarinus, sui Bullarii par. II, Constit. CXCII.

LI.

Confirmatio bonorum et consuetudinum omnium capituli Ecclesiae Parisiensis, ac praecipue praebendae S. Genovefae (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Libertates et consuetudines Ecclesiae capituli Parisiensis ratas habet et confirmat; — Praesertim praebendae S. Genovefae et aliarum praebendarum. — Quod decreto immunitatis, solitisque poenalibus conclusionibus roborat (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, B. Decano et Capitulo Parisiensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto fervorem devotionis vestrae laudabilius sumus et efficacius in multis experti, tanto libentius iura et libertates Ecclesiae vestrae conservare volumus, et tueri, et vestris iustis postulationibus benigne condescendere: ut de sinceritate devotionis, quam erga nos et Romanam Ecclesiam geritis, gratiam nostram uberius sentiatis. Eapropter, dilecti in Domino filii, officii nostri debito provocati, et petitionibus vestris clementer inducti, libertates, et antiquas et rationabiles consuetudines Ecclesiae vestrae, a tempore sanctae recordationis patris et praedecessoris nostri Eugenii Papae usque ad nostra tempora observatas, ratas habemus et firmas, easque auctoritate apostolica confirmantes, perpetuam imposterum decernimus habere firmitatem. Ad haec, cum quaedam monasteria et ecclesiae praebendas habeant in Ecclesia vestra, et dilecto filio nostro magistro Mainerio praebenda S. Genovefae concessa sit: veriti, ne pau-

Proœmium.

Libertates et consuetudines Ecclesiae capituli Parisiensis ratas habet et confirmat;

Praesertim praebendae S. Genovefae

(1) Ex Concil., tom. XIII, loc. cit.

Et aliarum praebendarum.

latim subrependo in detrimentum praedictorum monasteriorum et ecclesiarum, et in gravamen vestrum, huiusmodi consuetudo inoleat in Ecclesia vestra, postulastis a nobis, ut super hoc iuri vestro, et indemnitati eorumdem monasteriorum et ecclesiarum, pastorali deberemus solicitudine praecavere; inde est, quod praesenti scripto arctius inhibemus, ne de aliqua praebendarum, quas praescripta monasteria vel ecclesiae habent in Ecclesia vestra, quamlibet personam canonicare cogamini. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis et constitutionis infringere, vel etiam aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Quod decreto immunitatis, solitaque poenalibus conclusionibus roborat.

Datum Ferentini, v kal. novembris.

Dat. die 28 octobris anno Domini 1170, pont. anno XII.

LII.

Confirmatio bonorum omnium et iurium (1) *S. Eugubinae Ecclesiae* (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam B. Mariani Eugubii sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Ei bona omnia confirmat; — Quorum aliqua propriis enumerat vocabulis; — Nonnulla concedit privilegia, atque exemptiones. — Sepulturam liberam decernit, aliaque ad Eugubinae Ecclesiae immunitatem. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. E. card. subscriptiones (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Benedicto praeposito Ecclesiae sedis episcopalis B. Mariani Eugubinae civitatis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice institutis, in perpetuum.

Exordium.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, et ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae, Innocentii et Coelestini, Romanorum Pontificum, praefatam ecclesiam Beati Mariani, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem vid. S. Ioannis de civitate Eugub., plebem S. Mariae de Sorvita, plebem de Lisiano, plebem S. Mariae de Alguana, pleb. Sanctae Mariae de Glodiano cum plebe S. Donati et S. Viriani, pleb. S. Gervasii, pleb. S. Paterniani de Modiano, curtem de Lavari, cum omnibus aliis ecclesiis, ad bona praedictae Ecclesiae pertinentibus, capellam videlicet S. Bartholomaei, capellam S. Crucis, capellam S. Verecundi, capellam S. Angeli, capellam S. Georgii, capellam S. Savini, capellam S. Angeli, capellam S. Christofori, capellam S. Salvatoris, capellam S. Mariae de Modiuno, capellam S. Bartholomaei de Castro Venali, capellam S. Mariae, et capellam S. Georgii de Cortina, capellam S. Mariae de Scarafaio, capellam Sanctae Margaritae cum omnibus pertinentiis, capellam S. Mariae Francolinorum de civitate Perusina, et capellam castri Montis Auri, capellam Podii filiorum Armanni, et partem quam habetis in castro Castellionis, et in ecclesia eiusdem castri, partem castri Carestell, et in ecclesia eiusdem castri, ecclesiam Podii Glodiani, et tertiam partem eiusdem

Ecclesiam B. Mariani Eugubii sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Ei bona omnia confirmat.

Quorum nonnulla propriis enumerat vocabulis;

(1) Similia privilegia huic Ecclesiae concessa ab Innocentio II anno 1130, et Coelestino II anno 1143. (2) Tom. I Ital. Sac., Ughell.

podii, castrum montis Iuliani cum curte sua, castrum montis Analdi cum curte sua, castrum Goligatae cum curte sua, castrum vallis S. Merculae cum ecclesia et curte sua, castrum Agnaniae, castrum Agelli cum ecclesia: quae siquidem vobis confirmamus, prout ea impraesentiarum pacifice possidetis. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos maioris sive baptismalis ecclesiae, absque vestra permissione nullus ecclesiam aedificare praesumat, nec intra maioris et baptismalis ecclesiae illis concessa nullus vobis auferre audeat, nec homines infra eosdem terminos habitantes ad sepulturam ad alia loca transire compellat; clericos, sive laicos, liberos, qui de saeculari habitu converti, et in vestra Ecclesia religiose vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui illic sepeliri deliberarint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Praeterea praesenti decreto sancimus, ut episcopo Perusino non liceat, Ecclesiae vestrae, quam Perusii habetis, novas et indebitas exactiones imponere, vel eamdem Ecclesiam absque iusta et manifesta causa interdictioni subiicere. Decernimus ergo, etc.

Nonnulla concedit privilegia, atque exemptiones;

Sepulturam liberam decernit, aliaque ad Eugubinae Ecclesiae immunitatem.

Solitae clausulae.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

e S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episcopus.

Ego Ioannes presb. card. Sanctorum Ioannis et Pauli.

Ego Hildebrandus basilicae Duodecim Apostolorum presb. card.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guido presbyter card. tit. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Boso presb. card. Sanctae Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Theoditus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Manfredus Sancti Georgii ad Velum Aureum diac. card.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. subdiaconi, III kal. novembris, ind. IV, incarnationis domin. anno MCLXX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XII.

Dat. die 30 octobris anno Domini 1170, pont. anno XII.

LIII.

Londoniensi et Saresbirien. episcopis poenitentia infligitur, quod sine consensu archiepiscopi Cantuariensis regem coronarunt (1).

SUMMARIUM

Praefatio. — Thomae archiepisc. Cantuariensis exilium commemorat. — Cantuariensem Ecclesiam Anglorum reges incoronandi possessionem habere ostendit. — Eosdem ab episcopali officio suspendit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Londonien. et Saresbirien. episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quamvis curae pastoralis officium, in austeritate olei, et in suavitate vini nos oporteat exercere, et his, qui subesse videntur, nec mollia, nec dura proponere; in voluntate nostra tamen esset, ac desiderio, ut in omnibus, et praesertim in fratribus et coepiscopis nostris, ita se totius subtraheret auctoritatis occasio, ut semper eos et confortare in bono, et exhortari ad melius blandi solummodo, et dulcibus deberemus. Quia vero, frigescente charitate multorum, et abundante

Praefatio.

(1) Ex Wilkins, Concilia Britanniae et Hiberniae, vol. I, pag. 460.

malitia, eo infelicium temporum horum processit iniquitas, ut hi, qui ad ducatum constituti sunt et regimen aliorum, iam aliquotiens in omni severitate a suis voluntatibus revocentur, contra eos interdum virgam cogimur extendere disciplinae, quos ad correctionem aliorum adiutores deberemus habere.

Thomae archiep. Cantuariensis exilium commemorat.

Quid sane causae venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem archiepiscopum Apostolicae Sedis legatum a sede sua exulare compulerit, non oportet literis praesentibus annotare; quin et vos praesentialiter aspexistis, et per totam fere Occidentalem Ecclesiam fama celebris divulgavit. Et pro ipso quidem ad Creatorem nostrum in commune resonare debet gratiarum actio et vox laudis, qui, ut credimus, tentatus in paucis, in multis bene disponetur, quum Deus temptavit eum et invenit dignum se. De vobis autem sine magna admiratione non ferimus, quod, spiritu compassionis amisso, a tribulatione ipsius ita miserationis oculum avertistis, ut dicere potuerit, quod vir ille iustus et timoratus Iob inter flagella positus querebatur dicens: Fratres mei praeterierunt me sicut torrens, qui raptim fluit de inconvallibus (*a*). Poterat vobis satis divini iudicii terrorem incutere, quod non ascendistis ex adverso, nec posuistis vos murum, ut staretis pro domo Domini in die praelii: quod facti estis sicut arietes non habentes cornua ante faciem subsequentis. Vos insuper eum, qui unus de tanta multitudine zelatus est legem Domini, convertitis in praelium; et sicut ait Propheta, desuper tunicam abstulistis, et pallium (*b*); cum enim bonae memoriae Theobaldus praedecessor eiusdem archiepiscopi charissimo filio nostro Henrico Angliae regi coronam, sicut dicitur, imposuerit: cum etiam antecessor ipsius regis ab eodem acceperit, ac per hoc Cantuarien. Ecclesia quasi possessionem huius dignitatis haberet; vos tamen novi regis coronationi, eo irrequisito in provincia eius, et ministerium, sive assensum vestrum praebere, nobis auctoritate apostolica literis inhibentibus, praesumpsistis; et qui relevare ipsius exilium qualibuscumque solatiis debuistis, aggravastis potius causam eius, et super dolorem vulnerum ipsius, quod merentes dicimus, addidistis. In quo facto, etsi contra personas vestras, non quantum culpa exigit, moveamur; pertransire tamen hoc sub silentio non debemus; ne forte, quod Deus avertat, et nos et vos sententiam divinae severitatis adiiciat, si vobis, ut ait Propheta, parietem erigentibus, nos eum luto absque paleis liniamus (*a*); aditum pandamus excessibus, si ea, quae in oculis omnium perperam acta sunt, neglexerimus vindicare. Noveritis itaque tamdiu vos ab episcopali officio commissa nobis a Deo auctoritate suspensos, et etiam si pax completa non fuerit, in sententiam anathematis revocatos; quia pro impetrata apud nos gratia iuxta spem nostram ad reconciliationem magis laborare debueratis, et a iamdicti archiepiscopi gravamine abstinere, donec ad Sedem Apostolicam, nisi per praefatum archiepiscopum steterit, de tanto satisfacturi excessu accedatis. Si autem ita eidem archiepiscopo et Cantuariensi Ecclesiae satisfacere curaveritis, ut poenam istam ipse videat relaxandam, vicem nostram per eum volumus adimpleri.

Cantuariensem Ecclesiam Anglorum reges incoronandi possessionem habere ostendit:

Eosdem ab episcopali officio suspendit.

Datum Tusculani, VII kal. decembris, pontificatus nostri anno XII.

Dat. die 25 novembris anno Domini 1170, pontif. anno XII.

(*a*) VI, 15. (R. T.) (*b*) Mich. II, 8. (R. T.)

LIV.

Confirmatio cuiusdam decreti Capituli Parisiensis pro residentia canonicorum Forinsecorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Decretum Parisiensis Capituli pro residentia canonicorum, sub statutis

(*a*) Ezech. XIII, 10. (R. T.) (1) Ex Chartulario Eccl. huius edidit Baluzius, Miscell. tom II, pag. 233.

poenis. — Casus in quibus dispensati censeri debent. — Praescriptam institutionem confirmat — Cum decreto poenali ad robur confirmationis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, B. Decano, et Capitulo Parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ea, quae ad incrementum Ecclesiarum, et venustatis spectant decorem, iuxta officii nostri debitum studiosius prosequi volumus, et iis promptam curam et diligentiam adhibere optamus, quae ad vestrum et Ecclesiae vestrae cognoscimus pertinere profectum. Ex literis autem, quas nobis devotio vestra transmisit, evidenter accepimus, quod, quia quidam vestrum, alienis insistentes negotiis, raro Ecclesiae vestrae sui praesentiam exhibeant, et caeteri eamdem licentiam absentandi se velint habere, communi consilio illos canonicorum vestrorum Forinsecos ordinastis, qui per medietatem anni in Ecclesiae vestrae servitio assidui non fuerint, ita tamen, quod circa quatuor marcas argenti de praebenda sua annuatim recipiant: eis exceptis, qui in servitio nostro vel regis Francorum permanserint, et hoc sub anathematis interpositione firmastis. Unde nos paci, quieti, et utilitati vestrae, sicut diximus, paterna meditatione providere volentes, praescriptam institutionem, sicut a maiori et saniori parte capituli facta est, ratam et firmam habemus; et ne quorumlibet valeat praesumptione mutari, eam auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Bb. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Decretum Parisiensis capituli pro residentia canonicorum, sub statutis poenis.

Casus in quibus dispensati censeri debent.

Praescriptam institutionem confirmat.

Cum decreto poenali ad robur confirmationis.

Datum Tusculani II idus decembris.

Dat. die 12 decembris anno Domini 1170, pontif. anno XII.

LV.

Confirmatio libertatum et consuetudinum Ecclesiarum regni Scotiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Antiquas libertates et consuetudines episcopis Scotiae confirmat. — Causas graves Sedi Apostolicae reservat. — Conclusiones solitae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, R. episcopo S. Andreae, et caeteris episcopis per Scotiam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium

Admonet nos cura suscepti regiminis, et debitum exigit pontificalis officii, fratres et coepiscopos nostros uberiori charitate diligere, et eorum statum integrum et incolumen custodire; et attentiori studio et solicitudine providere, ne iura vel dignitates eorum diminui valeant, vel alicuius temeritate turbari; quia non possunt de causa sibi commissa esse soliciti, si eis apostolicae provisionis praesidium vel favor deest. Hoc itaque considerato, nos inducti, et vestrae devotionis intuitu provocati, antiquas libertates et rationabiles consuetudines, quas hactenus in consecrandis episcopis, quam in aliis habuisse noscimini, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Si quis autem contra libertates vel consuetudines ipsas venire praesumpserit, nulli nisi in praesentia nostra, vel legati a latere Romani Pontificis destinati, respondere cogamini. Si quid vero novum et grave emerserit, illud ad audientiam Apostolicae Sedis volumus perferri. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Antiquas libertates et consuetudines episcopis Scotiae confirmat;

Causas graves Sedi Apostolicae reservat.

Conclusiones solitae.

(1) Ex Wilkins, Concilia Britanniae et Hiberniae, vol. II, pag. 461.

Datum Anagniae, IX kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno XII.

Dat. die 24 decembris anno Domini 1170, pont. anno XII.

LVI.

Confirmatio monasterii S. Cosmae de Talliacotio ordinis Casinen., bonorumque omnium ad illud pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipit Pontifex; — Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmat. — Refutationem a Bartholomaeo de Taliacozo factam de consuetudinibus male exactis ratam habet. — Decretum immunitatis a quacumque molestia. — Poenae contra temeratores privilegii. — Benedictio et pax illud observantibus. — Alexandri PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Aduissae abbatissae monasterii S. Cosmae de Talliacotio, eiusque sororibus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipatae estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et his, quae post vos successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Viti cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Iohannis de Camerata cum pertinentiis suis, tertiam partem ecclesiae S. Andreae, quae est in Clereto, medietatem oblationum, quae in ecclesiis castri de Talliacozo in solemnitatibus Paschae, et Natalis Domini, et medietatem de oblationibus mortuorum, sepulturam maiorum hominum praefati castri, sepulturam podii Bufarae cum medietate oblationum mortuorum, decimas molendinorum, quae sunt in valle Ss. Cosmae et Damiani, et in alveo suo, triginta modios sementaricios terrae, vineas, terras, sylvas, domos, casularia, quae in praedicto castro habetis, duo molendina, viginti duos pedes terrarum, de quibus homines vestri monasterii sunt infeudati, ecclesiam S. Mariae de Sorbo cum omnibus pertinentiis suis. Praeterea refutationem contra nobis promissam quam nobilis vir Bartholomaeus de Talliacozo de pravis consuetudinibus, quas a vestro monasterio exigebat, coram personis pluribus fecit, ratam et firmam habentes, auctoritate apostolica prohibemus, ne consuetudines ipsas idem Bartholomaeus, vel heredes eius aliquo tempore in monasterium exercere praesumant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praedictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, earum pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Cassinensis monasterii debita iustitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat,

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Bonaque omnia ad illud pertinentia confirmat.

Refutationem a Bartholomaeo de Taliacozo factam de consuetudinibus male exactis ratam habet.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

Poenae contra temeratores privilegii.

(1) Ex originali in archiv. edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. XII, pag. 802.

reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Benedictio et pax iis qui observantibus.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.



Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis, et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae ss.

Ego Guillelmus presbyter card. tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci ss.

Ego Ardicio diac. cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Petrus diaconus card. S. Mariae in Aquiro ss.

Datum Tusculi per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, XVI kal. aprilis, indict. V, incarnationis dominicae anno MCLXXI, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XIII (1).

Dat. die 17 martii anno Domini 1171, pontif. anno XII.

LVII.

Erectio novi episcopatus Cephaladitani, bonorumque omnium eidem a Messanensi episcopo datorum, et exemptionum a Siciliae regibus concessarum confirmatio (2).

SUMMARIUM

Penes Apostolicam Sedem novas erigendi, iunctas separandi, dissitas uniendi Ecclesias potestas. — Cephalaeditanam Eccles. in episcopatum erigit Pontifex; — Bona eidem omnia confirmat; — Confirmat quoque donationem eidem a Messanensi episcopo factam. — Obedientiam novo episcopo a presbyteris caeterarum Ecclesiarum intra fines novi episcopatus positarum praestandam fore declarat. — Donationes et immunitates quoque eidem a Siciliae regibus concessas ratas habet. — Decretum immunitatis a quacumque molestia. — Cui solitae clausulae poenales adiunguntur. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Bosoni Cephaludensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Quoniam sicut rerum gestarum memoria, et reverenda Ss. Patrum institutio evidenter declarant, semper Sedi Apostolicae licuit non solum sedes episcopales de novo in locis idoneis instituere, verum etiam coniunctas disiungere et disiunctas unire; nos, qui ex iniuncto

Penes Apostolicam Sedem novas erigendi, iunctas separandi, dissitas uniendi Ecclesias potestas.

(1) Ut caeterae chronologicae notae cum anno 1171 conveniant, legendum omnino: *Dat. etc., indictione* IV, *etc., pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno* XII. (2) Edidit Rocchus Pirrus, Sicil Sac., tom. II, pag. 801.

nobis a Deo summi pontificatus officio pro universarum statu Ecclesiarum debemus, quantum Deus dederit, solicite cogitare, Cephaludensem Ecclesiam, ad cuius regimen, disponente Domino, nuper vocatus fuisti, et in episcopum consecratus, pontificalem sedem duximus statuendam; ita quidem, quod cathedralis ibidem sedes perpetuis temporibus observetur inviolabiliter. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: civitatem ipsam Cephaludensem, sicut a regibus Siciliae cum omnibus pertinentiis suis praedictae Ecclesiae Cephaludensi concessa est et sui privilegii munimine roborata: casale de Arsa cum omnibus pertinentiis suis, casale de Polla cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Luciae de Syracusa cum casalibus et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Camarata cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis. Nihilominus etiam dioecesim cum decimis, et omni iure episcopali, quemadmodum a Messanensi Ecclesia commissae sunt tibi Ecclesiae, auctoritate apostolica confirmamus: praenominatam videlicet civitatem Cephaludensem cum omnibus pertinentiis suis, Mitrectum cum suis, Thusam cum suis, Pollinam cum suis, Graterram cum suis, Roccam Asini cum suis, Collisanum cum suis, Politium cum suis, Calatabutarum cum suis, Sclafanam cum suis, Alcusam cum suis: et ut flumen Tortae incipit, et ad mare descendit, et a mare usque ad Cephaludum. Statuimus praeterea, et per huius scripti paginam stabilimus, ut Ecclesiae, quae in tua sunt dioecesi constitutae, occasione temporalis obsequii, in quo aliis respondere noscuntur, tibi in spiritualibus obedientiam non audeant denegare. Praeterea iustas donationes, ab illustris recordationis Rogerio et Willelmo quondam Siciliae regibus praescriptae Ecclesiae factas, ratas et firmas habemus, et eas auctoritate apostolica roboramus. Ad haec immunitates et libertates rationabiles, a praenominatis illustribus Siciliae regibus tibi et successoribus tuis concessas, nostro privilegio confirmamus. Statuimus insuper, ut nulli archiepiscopo, episcopo, te et domum tibi commissam indebitis et inconsuetis exactionibus seu gravaminibus liceat fatigare; adiicimus etiam, et auctoritate apost. interdicimus, ne cui Ecclesiae tuae canonicos sive conversos liceat absque consensu tuo vel successorum tuorum ad conversionem suscipere, nisi forte ad arctiorem voluerint religionem transire. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimódis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Messanensis archiepiscopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax eiusdem Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem

Cephaladitanam Eccles. in episcopatum erigit Pontifex;

Bona eidem omnia confirmat.

Confirmat quoque donationem eidem a Messanensi episcopo factam.

Obedientiam novo episcopo a presbyteris caeterarum Ecclesiarum intra fines novi episcopatus positarum praestandam fore declarat.

Donationes et immunitates quoque eidem a Siciliae regibus concessas ratas habet.

Decretum immunitatis a quacumque molestia:

Cui solitae clausulae poenales adiungunt.

praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Otto Tusculanus episc. ss.

Ego Io. presb. cardinalis Sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Hildebrandus basilicae Duodecim Apostolorum presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Guillelmus presb. card. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae tituli Pastoris ss.

Ego Petrus presb. cardinalis tit S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae de Cosmedin subsc.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ugo diac. card. tit. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, v idus aprilis, indictione IV, incarnationis dom. anno MCLXXI, pontificatus vero dom. Alexandri Papae III anno XII.

Dat. die 9 aprilis anno Domini 1171, pontif. anno XII.

LVIII.

Confirmatio sententiae interdicti latae a delegatis apostolicis in Cismarinam terram regis Angliae, propter vim illatam sancto Thomae Cantuariensi archiepiscopo (1).

SUMMARIUM

Praefatio. — Facti series. — Sententiam interdicti a delegatis apostolicis latam ratam habet, et poenis comminatis eam stricte servari mandat. — Ut nullus divina officia celebrare audeat (R. T.).

(1) Ex ms. de Fontanis edidit Martene, Thesaur., tom. I, col. 569.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Io. Turonensi archiepiscopo, et universis suffraganeis eius, et ecclesiasticis personis in sua provincia constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Praefatio. In Apostolicae Sedis speculа, licet immeriti, constituti, universorum excessus per nos, aut per eos, qui sunt in parte solicitudinis nobis commissae assumti, provida debemus circumspectione corrigere, et singulorum erratibus pontificali moderantia obviare; ne nobis dissimulantibus, vitia videantur virtutibus praevalere. Facti series. A memoria siquidem nostra non excidit, qualiter pro pace sanctae recordationis Thomae Cantuariae archiepiscopi, cuius anima Deo, sicut credimus, pretioso martyrio dedicata, in caelis cum sanctis habitat, iuxta officii nostri debitum soliciti et vigiles existentes, venerabilibus fratribus nostris Willelmo Senonensi Apostolicae Sedis legato, et Ro. Rothmagensi, archiepiescopis, mandaverimus, ut si rex Anglorum ei Ecclesiam suam in omni pace et libertate non dimitteret, et ablata non restitueret, nec pacem, quam secum faceret, firmiter conservaret, terram eius Cismarinam interdicto subiicerent: et si uterque aliquo casu interesse non posset vel nollet, alter nihilominus mandatum nostrum studiosius adimpleret. Quia vero praenominato Ro. Rothmagensi nolente mandatum nostrum exequi, id per iamdictum Senonensem est adimpletum, nos de communi fratrum nostrorum consilio sententiam, quam idem archiepiscopus de mandato et auctoritate nostra in totam terram Cismarinam praedicti regis Angliae protulisse dinoscitur, ratam et firmam habentes, et eam auctoritate apostolica confirmantes, universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, et in virtute obedientiae sub pe-

Sententiam interdicti a delegatis apostolicis latam ratam habet, et poenis comminatis eam stricte servari mandat;

riculo ordinis et officii vestri praecipimus, quatinus eamdem sententiam in terra, quae est in ditione memorati regis, usque ad dignam satisfactionem firmiter et inviolabiliter observetis, et ab aliis faciatis inviolabiliter observari; nec aliquis vestrum eam relaxare, vel contra ipsam sine mandato Romani Pontificis, vel legati ab eo destinati, divina officia celebrare praesumat.

Ut nullus divina officia celebrare audeat.

Datum Tuscul., II idus maii.

Dat. die 14 maii, anno Domini 1171, pont. anno XII.

LIX.

Confirmatio bonorum omnium, pertinentiarum, consuetudinum monasterii S. Mariae de Aquistris Burdigalen. dioec., quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex; — Bonaque omnia eidem confirmat; — In quibus nonnulla propriis exprimit vocabulis. — Decimas novalium exigi ab eis vetat, pluraque alia privilegia elargitur; — Cum solitis clausulis. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Mainardo abbati monasterii Sanctae Mariae de Aquistris, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus, clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Domini et beati Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in pago Burdegalensi ecclesiam Sancti Petri de la Landa, S. Genesii de Lugon, ecclesias de Fronsiaco Sancti Petri et Sancti Martini, ecclesiam Sancti Petri de Gorcia, ecclesiam Sancti Ioannis de Coutras, ecclesiam Sancti Petri de Porchiers, ecclesiam S. Stephani de Camedel, capellam S. Mariae de Insula, capellam S. Mariae de Fronsiaco, capellam Sancti Iacobi de Malmico, capellam Sanctae Mariae Ægiptiacae de Bayas, capellam Sancti Iacobi de Rotellans, capellam S. Vincentii de Picturis, capellam Sancti Nicolai de Fecie, capellam Sanctae Mariae Magdalenae de las Artigas: in pago Xantonensi ecclesiam Sanctae Mariae de Barda, ecclesiam Sancti Martini de Cruc, ecclesiam Sancti Martini de Aria, ecclesiam Sancti Viviani de Cleirac, ecclesias Ss. Saturnini et Nazarii de Sercon, capellam S. Iacobi de Triac, capellam S. Ægidii de Casis Solis, capellam S. Leodegarii de la Elota, capellam S. Pauli de monte Ebrioso, capellam Sanctae Mariae de Bedenac, capellam S. Valeriae de Frainel. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut alienis colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Cum autem commune interdictum fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex;

Bonaque omnia eidem confirmat;

In quibus nonnulla propriis exprimit vocabulis.

Decimas novalium exigi ab eis vetat, pluraque alia privilegia elargitur;

(1) Ex Gall. Christ. nov. edit., tom. II, inter Instrum. Eccles. Burdigalen., n. XLIX.

Sepulturam ibi fore liberam decernit, salva iustitia, etc.

voce officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen institia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. In parochialibus vestris ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis sacerdotes eligere et electos episcopo repraesentare: quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura illi, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Praeterea processionem, quam habet Ecclesia vestra in ultimo die mensis augusti, ab archiepiscopis et episcopis Burdegalensis provinciae ab antiquis temporibus rationabiliter concessam, nihilominus confirmamus; prohibentes, ne his, qui ad eamdem processionem ex devotione accesserint, eundo vel redeundo, aliquis molestiam vel iniuriam inferre praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat etc. Amen.

Cum solitis clausulis.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.

Ego Ildebrandus basilicae Duodecim Apostol. presb. card.

Ego Ioannes card. S. Anastasiae.

Ego Guillelmus card. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Boso card. S. Pudentianae.

Ego Iacintius diac. card. tit. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. subdiac. et notarii, idibus maii, indictione IV, incarnationis dominicae anno MCLXXI, pontificatus Alexandri PP. III anno XII.

Dat. die 15 maii anno Domini 1171, pontif. anno XII.

LX.

Privilegium pro monasterio Morimundensi ordinis Cisterciensis. Mediolanen. dioecesis (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Monasterium sub S. Petri protectione recipit Pontifex; — In eo monasticum ordinem servari praecipit; — Bona omnia ei confirmat; — Quorum aliqua enumerat. — Nonnulla concedit privilegia pro monachorum indemnitate. — Quod nulli monachorum liceat post factam professionem suo libito e mónast. egredi. — Decretum immunitatis a quacumque molestia. — Solitae poenales conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. E. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Iacobo abbati monasterii Ecclesiae S. Mariae Morimundi, quod iuxta Ticinum situm est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam profitentibus, in perpetuum.

Proœmium.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et b. Benedicti regulam, atque instituta Cisterciensium fratrum, in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel

Monasterium sub S. Petri protectione recipit Pontifex.

In eo monasticum ordinem servari praecipit.

Bona omnia ei confirmat.

(1) Ex Tabulario monast. huius edidit Ughell., loc. cit., tom. IV, ubi de Riboaldo Mediolanen. archiep.

principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: eumdem locum, qui Morimundus dicitur, olim dictus Campus Fulcherii, cum aquis et aquaeductibus et omnibus pertinentiis suis: grangiam, ubi prius abbatia fuit, nomine Morimundum: grangiam de Fara Basiliana: grangiam de Fara Vetula: grangiam de Castelletto cum universis ratis, aquis, et aquarum decursibus, pascuis, silvis, et universis immunitatibus et pertinentiis suis citra Ticinum et ultra in piscationem in Ticino: commutationem quoque canonice factam super territorio praedictae grangiae de Fara Basiliana inter vos et plebem S. Stephani de Roxiace, sicut in authentico scripto facto exinde continetur, et conventionem, quae inter vos et praepositum plebis de Casolata super decimis et territorio Farae Vetulae, iuste facta est, et scripto authentico roborata, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna provisione providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuram locorum, seu grangiarum vestrarum nullus violentiam facere, vel rapinam seu furtum committere, aut ignem apponere, vel homines capere seu interficere audeat. Liceat etiam vobis, clericos vel laicos e saeculo fugientes liberos et absolutos in monasterio vestro recipere, et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem aliqua levitate sine prioris vel abbatis licentia fas sit de claustro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monast. temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Quorum aliqua enumerat.

Nonnulla concedit privilegia pro monachorum indemnitate.

Quod nulli monachorum liceat post factam professionem suo libito e monast. egredi.

Decretum immunitatis a qua cumque molestia.

Solitae poenales conclusiones.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Alexandri PP

Ego Bernardus Portuensis, et Sanctae Rufinae episcopus subsc.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego. Boso presb. card. Sanctae Pudent. tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Ioannes presbyter tituli Sancti Marci ss.

Ego Ardicio tit. S. Theodori diaconus cardinalis ss.

Ego Hugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Petrus diac. card. Sanctae Mariae in Aquiro ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Tusculani per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, v kalen. augusti, indict. IV, incarnationis dom.

an. MCLXXI, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XII.

Dat. die 28 iulii, anno Domini 1171, pontif. anno XII.

LXI.

Transactionem quamdam de nonnullis Ecclesiis, inter Cassinenses monachos et Fundanum episcopum factam, apostolica roborat confirmatione (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Transactionem de nonnullis Ecclesiis, inter Cassinenses monachos et Fundanum episcopum factam confirmat Pontifex. — Solitae clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, D. abbati, et fratribus Cassinen., salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ea, quae iudicio vel transactione rationabiliter inter aliquos statuuntur, ne malignitate cuiuslibet a sua valeant firmitate divelli, vel praesumptione temeraria immutari, rata debent et inconvulsa persistere, et apostolico convenit munimine roborari. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus benigne annuentes, transactionem, quam venerabilis frater noster R. Aquinas episcopus, et dilecti filii G. Fossae Novae, A. S. Laurentii de Aversa, et G. Casaemarii abbates, inter vos et venerabilem fratrem nostrum Fundanum episcopum super ecclesiis S. Magni, S. Honufrii in Campo de Melle, et S. Hellae in Ambriso, et S. Martini in Terelle rationabiliter fecisse noscuntur, concedentes eidem episc. ecclesiam S. Martini in Ynula, et quamdam terram, quae dicitur Limata, quemadmodum in authentico scripto exinde facto continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et ut perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Transactionem de nonnullis ecclesiis inter Cassinenses monachos et Fundanum episcopum factam confirmat Pontifex.

Solitae clausulae.

Datum Tusculani, II idus septembris.

Dat. die 12 septembris anno Domini 1172, pont. anno XII.

(1) Edidit Gattula, Hist. Cassinen., saec. VI, pag. 262.

LXII.

Ad archiepiscopum Auxitanum, et abbatem Massilien. ut monachis inobedientibus poenitentiam congruam imponant (1).

SUMMARIUM

Series facti. — Inobedientes monachos ut poenitentiam agant, iniungit; — Cum suspensione a celebratione missarum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Auxitano archiepiscopo, Apostolicae Sedis legato, et dilecto filio abbati Massiliensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Series facti.

Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod cum monachos Sancti Savini excommunicationi decreverimus subiacere, pro restitutione quartarum illarum Ecclesiarum, quae venerabili fratri nostro Bigorritano episcopo contra monasterium eorum fuerant auctoritate felicis memoriae Eugenii Papae adiudicatae, ipsi post excommunicationem divina celebrare officia praesumpserant, et indesinenter praesumunt: non attendentes, quomodo instar sacrilegii est, apostolicis contraire statutis; ideoque vobis per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatinus, si res ita se habet, qui magis culpabiles sunt, ad monasterium Massiliense, ut ibi poeniten-

Inobedientes monachos ut poenitentiam agant, iniungit;

(1) Ex archiv. S. Savini edidit Edmundus Martene, Thesaur. Anecdot. tom. I, col. 459.

tiam agant de tanto excessu, occasione et appellatione cessante, mittatis; aliis vero, qui magis idonei sunt, poenitentiam congruam imponentes, ipsos tamdiu faciatis a celebratione missarum cessare, quamdiu excommunicati cantasse noscuntur.

Cum suspensione a celebratione missarum.

Datum Tusculani, x kal. octobris.

Dat. die 22 septembris anno Domini 1172, pontif. anno XIV.

LXIII.

Definitio controversiae inter canonicos Pratensis Ecclesiae, et Plebanum S. Iusti eiusdem territorii super mortuorum sepultura (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Huiusmodi controversia alias a Summis Pontificibus cognita ac definita: — Rationes utraque ex parte iterum allatae. — Sententia Alexandri, — Quam confirmat Pontifex — Et proprio, ac card. S. R. Eccl. nomine roborat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Uberto paeposito, et canonicis Pratensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Huiusmodi controversia alias a Summis Pontificibus cognita ac definita:

Quemadmodum aequitatis vigor expostulat etc. Sane cum dilecti filii nostri Rolandus et Ubaldus concanonici vestri, et O. Plebanus S. Iusti pro controversia, quae inter vos et eumdem Plebanum super capella S. Iacobi in territorio vestro fundata vertebatur, in nostra essent praesentia constituti, praedicti concanonici vestri, qualiter iudiciali sententia sa. recordationis praedecessoris nostri Innocentii PP. eadem controversia terminata fuerit: et tam ab eo, quam a piae mem. patre praedecessore nostro Eugenio PP. diffinitiva exinde prolata sententia, postmodum confirmata coram nobis, et fratribus nostris, tam prudenter quam fideliter allegarunt, Plebanus vero, quod eadem capella in fundo plebis suae constructa fuerit, et quod ad ordinationem suam specialiter pertineret, praesertim ex sententia bon. mem. Actonis quondam Pistoriensis episcopi, satis diligenter et constanter asseverando proposuit. In fundo sane eiusdem plebis eam esse constructam praefati concanonici vestri recognoverunt, asserentes tamen quod esset eadem capella in plebis vestrae territorio sita. Nos, auditis hinc inde rationibus diligenter et cognitis, sententiam praedicti praedecessoris nostri Innocentii, sicut a bon. mem. patre et praedecessore nostro Eugenio confirmata fuerat, de communi fratrum nostrorum consilio, auctoritate duximus apostolica confirmandam, et tam eidem Plebano quam successoribus suis, et plebi sibi commissae, perpetuum super hoc silentium imponentes, hoc eis, secundum quod canonum statuta praecipiunt, reservavimus, ut vacante praedicta capella, presbyterum inveniant, et vobis repraesentent: qui, si idoneus fuerit, investituram capellae, et curam animarum de manu vestra recipiat, et vobis de spiritualibus obedientiam et reverentiam, sicut caeteri capellani capellarum vestrarum faciunt, promittat; et in omnibus devote exhibeat; illis vero de temporalibus debeat sine contradictione aliqua respondere; et eadem capella, quemadmodum statutum est, plebi vestrae tamquam matrici Ecclesiae in omni iure parochiali, sicut reliquae capellae vestrae, subiecta permaneat. Ut autem haec nostrae definitionis sententia perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum etc.

Rationes utraque ex parte iterum allatae.

Sententia Alexandri,

Quam confirmat Pontifex;

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuen. et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Et proprio, ac card. S. R. Ecclesiae nomine roborat.

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., ubi de Pratensi Ecclesia.

Ego Ioannes presb. cardinalis tituli S. Anastasiae.

Ego Guillelmus presb. cardinalis tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presb. card. tituli Sancti Laur. in Damaso ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori ss.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Aquiro ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. subdiaconi et notarii, XI kal. novembris, indictione V, incarnationis dominicae anno MCLXXII, pontificatus vero D. Alexandri PP. III anno XIV.

Dat. die 22 octobris anno Domini 1172, pontif. anno XIV.

LXIV.

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum monasterii monialium S. Mariae de Synningthmayte (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipit; — Statuens ut ordo monasticus ibi perpetuo servetur; — Confirmans bona omnia quae possidet, vel poterit adipisci; — Quorum nonnulla propriis vocabulis explicat. — Decreto immunitatis interposito, monialium quieti prospicit: — Aliaque privilegia impertitur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Christianae priorissae monasterii ecclesiae Sanctae Mariae de Synningthmayte, eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium beatae Dei Genitricis semper Virginis Mariae, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei et beati Benedicti regulam, et institutionem Cistercien. fratrum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis: ex dono Galfridi filii Bertranni Haget duas corrucatas (1) terrae: ex dono Sinonis Ward et Matildae uxoris suae et Willelmi filii eius, locum, qui dicitur Eslholt cum suis pertinentiis in bosco et plano et in terra arata et aqua libera et absoluta ab omni exactione, sicut in eorum authentico scripto exinde facto continetur. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna solicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum nullus violentiam vel rapinam, sive furtum committere, ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e saeculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere, et in vestro monasterio absque contradictione alicuius retinere. Prohibemus insuper etc.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipit;

Statuens ut ordo monasticus ibi perpetuo servetur;

Confirmans bona omnia quae possidet, vel poterit adipisci;

Quorum nonnulla propriis vocabulis explicat.

Decreto immunitatis interposito monialium quieti prospicit:

Aliaque privilegia impertitur.

(1) Ex tom. II Monast. Anglican.

(1) Vide superius, pag. 673. (R. T.)

Dat. Tusculani per manum Gratiani S. Romanae Ecclesiae subdiaconi notarii, XV die kal. ianuar., indict. VI, incarnat. dom. anno MCLXXII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XIV (1).

Dat. die 18 decembris anno Domini 1172, pontif. anno XIV.

(1) In antepositi privilegii clausula indictionem *quintam* notatam legimus, in hac vero *sextam:* ad cuius rei intelligentiam nonnulla de indictionibus libet disserere. Triplex indictionis usus notatur a rei diplomaticae peritis, Constantinopolitanae seu Graecae imperatorum Orientis, quae a kal. septembris numeratur: Constantinianae a Constantino Magno, quae etiam Caesarea dicitur, et ab VIII kal. octobris ducitur: Pontificiae, Romanorum scilicet Pontificum, quam cum annis Christi inire et finiri volunt. Sed Gregorii Magni epistolae et Ioannis VIII, indictione graeca notantur; et hoc clarios apparet in his, quae suo loco retulimus, a Gregorio VII datis constitutionibus, et quidem constitutiones IX, XXI, XXIII, XLIII, ac duae sequentes IL notantur indictionibus, quae iuxta morem, a Pontificibus decessoribus et successoribus servatum, ut volunt, nonnisi kalendis ianuarii sequentis anni cursum aggredi debuissem. Hinc vero dubitandi sit locus, nonnisi saeculo XII inceptus, statutusque mos, indictionis initia a kal. ianuarii accipiendi: cui quidem dubitationi firmius additur fundamentum ab ea, quam ipse Gregorius dedit epistolam anno 1075: *Universis in Christo... Fidem Christianam defendentibus in regno Theutonico*, eosdem admonens de curanda conversione Henrici regis, quem excommunicationi subiecerat; in eius enim fine legitur: *Dat. Laurenti, III non. septemb., indictione incipiente* XV, quae nonnisi sequenti anno 1076 in cursu esse debuisset, si praedecessores Pontifices indictionem primo anni die assignassent. Quidquid vero hinc adstrui possit, caeteris do: rem prosequor. Beda, De Ratione temporum, cap. 48, Anglos Constantiniana indictione usos asserit, hinc, ne constitutionem hanc, quia Alexander PP. (qui, ut ex eius Actis apparet, indictione Pontificia usus est) privilegia confirmat monasterio de Synningthmayte, solo indictionis vitio, cuius causa Mabillonio et Baluzio authoribus, falsi crimen diplomatibus, caeterisque antiquis monumentis non est affingendum; ne, inquam, hanc constitutionem suppositiitiam dicam, hoc suspiciendum, vel indictionum genera varie pro scriptorum et notariorum arbitrio Romae alibique variata; vel Bullae huic indictionem sextam adscriptam a scriptore Anglo, ut morem gentis sequeretur. Quod autem ad tria indictionum genera pertinet, hoc cum Chiffletio, Histor. monasterii Threnorciensis, pag. 253, sentio, tertium genus praeter Caesareum et Graecum appellari posse Italum, vel Christianum, vel Conciliare; concilia enim indictione a kal. ianuarii, vel saltem a die 25 decembris deducta, solent notari.

LXV.

Tabulam auream, sibi donatam, Cassinensi coenobio restituit, ab eoque imposterum alienari sub anathemate prohibet (1).

SUMMARIUM

Facti series. — Tabulam auream sibi donatam ab episcopo Praenestino, Cassinensi monasterio restituit; — Sub anathematis poena prohibens ne illa sub quovis praetextu alienetur. — Pro qua re praesentes literas cum eadem tabula mittit (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro abbati et Capitulo Cassinensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Bonae memoriae V. quondam Praenestinus episcopus, sicut vir providus, circumspectus et timoratus, recognoscens a quo et per quem post Deum habuerit ea, quae habuit, nobis tabulam auream, quam a vestro monasterio comparaverat, et alia plura in ultima voluntate reliquit. Nos autem mirificum et delitiosum opus eiusdem tabulae diligenter attendentes, et considerantes, quod cum fuerit monasterii vestri, convenientius et salubrius erat, ut eidem monasterio, quam aliis donaretur, tabulam vestram pro honore vestro, et salute nostra et praedicti episcopi, et pro reverentia beati Benedicti, monasterio vestro donamus; sub districtione anathematis prohibentes, ne quis eam titulo venditionis, donationis, vel pignoris, aut alio quolibet modo eidem monasterio auferre vel alienare praesumat; sed ingiter ad honorem vestri et beati Benedicti, et ad decorem eiusdem monasterii inibi conservetur. Ut autem excommunicatio, quam inde facimus, omnibus innotescat, literas istas volumus et mandamus cum eadem tabula, donec duraverint, esse.

Facti series.

Tabulam auream sibi donatam ab episcopo Praenestino, Cassinensi monasterio restituit;

Sub anathematis poena prohibens ne illa sub quovis praetextu alienetur.

Pro qua re praesentes literas cum eadem tabula mittit.

Datum Anagniae, III kal. februarii.

Dat. die 30 ianuarii anno Domini 1172, pontif. anno XIV.

(1) Ex archiv. Cassinen. monast. edidit Margarinus in sui Bullarii par. II, constit. CLXXXIV.

LXVI.

Canonizatio S. Thomae Cantuariensis archiepiscopi, eiusque adscriptio in cathalogo Ss. martyrum.

SUMMARIUM

S. Thomae Cantuarien. merita in vita; gloriosa passio; — Et post ipsius mortem, insignia patrata miracula; — Quibus perspectis et consideratis in consilio clericorum et laicorum, illum canonizavit et in martyrum sanctorum catalogum adscripsit; — Cuius natalis celebrari praecipitur, eiusque suffragia peti (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis aliis Ecclesiarum praelatis, et universo clero, et populo per Anglium constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

S. Thomae Cantuarien. merita in vita; gloriosa passio;

Redolet Anglia fragrantia et virtute signorum, quae per merita illius Sancti et venerabilis viri Thomae quondam Cantuarien. archiepiscopi, omnipotens Dominus operatur et universa laetatur ubique fidelium christiana religio pro eo, quod ille, qui est mirabilis et gloriosus in sanctis, sanctum suum post mortem clarificavit, cuius vita laudabilis multa fulsit gloria meritorum, et tandem martyrio consummata est certaminis gloriosi.

Et post ipsius mortem, insignia patrata miracula;

Quamvis autem de sanctitate ipsius dubitare non possit, qui eius vitam et laudabilem conversationem attendit et gloriosam considerat passionem; voluit tamen Salvator et Redemptor noster eius sanctitatis insignia magnificis irradiare miraculis. Ut, qui pro Christo insuperabilis virtutis constantia necessitates et pericula pertulit, sui laboris et certaminis in aeterna beatitudine cognoscatur ab omnibus percepisse triumphum.

Quibus perspectis et consideratis in colleg. clericorum et laicorum,

Nos vero, auditis innumeris et magnis miraculis, quae iugiter per illius sancti viri merita fieri universitas narrat fidelium; et super his non sine magno gaudio per dilectos fratres nostros Albertum tit. Sancti Laurentii in Lucina et Theoditum S. Vitalis, presbyteros cardinales, atque Apostolicae Sedis legatos (qui eadem miracula tanto perspicacius didicerunt, quanto amplius sunt loco vicini), praecipue certiores effecti, et plurium aliarum personarum testimonio fidem, sicut debuimus, adhibentes, praedictum archiepiscopum solemniter in Ecclesia, magno collegio ibidem clericorum et laicorum praesente, in capite ieiunii deliberato fratrum nostrorum consilio canonizavimus, ipsumque decrevimus sanctorum catalogo adscribendum.

illum canonizavit et in martyrum sanctorum catalogum adscripsit;

Universitatem itaque vestram monemus, et auctoritate, qua fungimur, districte praecipimus, ut natalem praedicti gloriosi martyris diem passionis suae solemniter singulis annis celebretis, et apud ipsum votivis orationibus satagatis veniam promereri. Ut qui pro Christo in vita exilium, et in morte virtute constantiae passionis martyrium pertulit, fidelium iugi supplicatione pulsatus, pro nobis apud Dominum intercedat.

Cuius natalis celebrari praecipitur, eiusque suffragia peti.

Datum Signiae, IV idus martii.

Dat. die 12 martii anno Domini 1172, pontif. anno XIV.

LXVII.

Ad monachos Cantuariensis Ecclesiae de canonizatione S. Thomae huius Ecclesiae archiepiscopi, cuius corpus sub altari recondi praecipitur (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Cognita et considerata gloria meritorum sancti viri Thomae archiep. Cantuariensis, illum catalogo sanctorum martyrum adscripsit; — Mandans omnibus, ut natalis eius dies festus singulis annis celebretur; — Mandat demum ut eius corpus solemniter recondant in altari, eiusque implorent patrocinium (R. T.).

(1) Ex tom. XIII Concil., col. 104.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, priori et monachis Cantuariensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

Gaudendum est universitati fidelium de mirabilibus illius sancti et reverendi viri Thomae archiepiscopi vestri; sed vos exinde tanto ampliori gaudio et exultatione debetis repleri, quanto ipsius miracula oculata fide saepius intuemini, et eius sanctissimo corpore Ecclesia vestra specialius meruit illustrari. Nos autem, considerata gloria meritorum eius, quibus in vita sua magnanimiter claruit, et de miraculis eius non solum communi et celebri fama, sed dilectorum filiorum nostrorum Alberti tituli Sancti Laurentii in Lucina, et Theoditi tituli Sancti Vitalis, presbyterorum cardinalium, Apostolicae Sedis legatorum, et aliarum plurium personarum testimonio certitudinem plenam habentes, praefatum archiepiscopum in capite ieiunii, multitudine clericorum et laicorum praesente, in Ecclesia deliberato cum fratribus nostris consilio solemniter canonizavimus; eumque decrevimus sanctorum martyrum collegio annumerandum: vobis et universitati fidelium de Anglia apostolica auctoritate mandantes, ut natalem eius diem, quo vitam suam gloriosa passione finivit, annis singulis cum debita veneratione celebretis. Quoniam igitur dignum est, et vobis plurimum expedit, ut sanctum corpus eius cum ea quae decet, reverentia et honore condatur, discretioni vestrae apostolica auctoritate mandamus; quatenus corpus eius devote et reverenter, facta solemni processione, aliquo solemni die, congregato clero et populo, in altari honorifice recondatis: aut ipsum in aliqua decenti capsa ponentes, prout convenit, elevetis in altum: et patrocinium eius pro salute fidelium et pace universalis Ecclesiae satagatis apud Dominum vestris piis orationibus impetrare. Valete.

Cognita et considerata gloria meritorum sancti viri Thomae archiep. Cantuariensis, illum catalogo sanctorum martyrum adscripsit;

Mandans omnibus ut natalis eius dies festus singulis annis celebretur;

Mandat demum ut eius corpus solemniter recondant in altari, eiusque imploreat patrocinium.

Datum Signiae, IV idus martii.

Dat. die 12 martii anno Domini 1173, pontif. anno XIV.

LXVIII.

Monasterio S. Savini Placentinae diocesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, bona omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc praedecessorum more sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex; — Eidem bona omnia ac donationes tam regales, quam pontificias confirmat; — Quorum plurima enumerat incipiens ab Ecclesiis Placentiae existentibus; — Cum iure decimarum caeterisque omnibus a Placentino episc. Sigifredo monasterio collatis; — Rerum propriarum, ac nutrimentorum decimas ab eis exigi vetat. — Abbatis electionem a monachis tantummodo fieri; — Sepulturam inibi ab omnibus sibi constitui posse; — In nocte Natalis Dom. et in Sabbato S. monachis campanas pulsare concedit; — Novas vero eis exactiones ab episcopis Placent. imponi, vel a quoquam intra parochiae huius fines Ecclesiam absque licentia construi prohibet. — Decretum immunitatis pro eisdem bonis. — Poenae contra violatores huiusce privilegii. — Pax et benedictio illud servantibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinal. subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Savino abbati monasterii S. Savini, quod secus Placentiam situm est, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestati conveniens esse

(1) Ex Campi, Hist. Placent., t. II, in Regest.

dignoscitur, ut qui ad earum regimen, Domino disponente, assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitiis tueamur, et B. Petri ac Apostolicae Sedis patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione ad exemplar praedecessorum nostrorum, fel. memoriae Innocentii, Lucii, et sanctae recordat. Eugenii, Romanorum Pontificum, suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in civitate Placentina ecclesiam S. Mariae, ecclesiam S. Victoriae et unum hospitale cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Bartholomaei, ecclesiam S. Trinitatis, ecclesiam S. Ambrosii cum hospitale, ecclesiam S. Salvatoris cum quodam hospitali et suis omnibus pertinentiis; curiam Robiani cum duabus ecclesiis, decimis, et omnibus ad se pertinentibus: quicquid etiam infra castrum Arcuatum et extra possidetis, vobis praesenti scripto firmamus: castrum Besentioni cum duabus ecclesiis, et omnibus ad se pertinentibus: in curte Albiani duas ecclesias cum omnibus pertinentiis: in Pontepuro ecclesiam S. Martini cum suis pertinentiis, curiam Paternae cum duabus ecclesiis, curiam de Turre cum una ecclesia et suis pertinentiis, curiam Conii cum ecclesia et aliis, quae ibi iuste possidetis; in marchia Ianuensi, in valle scilicet Segestina, monasterium S. Victoriae cum tribus capellis. Quicquid insuper in ecclesiis, decimis, rationalibus, discreptione in monte Arxitio bonae recordationis Sigifredus Placentinus episcopus vestro monasterio noscitur contulisse: in Visilano ecclesiam S. Georgii et quaecumque alia ibi habetis, curiam Regiani cum ecclesia S. Savini, et omnibus ad eam pertinentibus, curiam Fabiani cum ecclesia S. Stephani, curiam Sanctorum Naboris et Felicis cum ecclesia S. Savini: in Tavernaco ecclesiam S. Mariae: in curia Fontanae-Petrosae ecclesiam S. Savini, et ecclesiam S. Gregorii cum aliis omnibus, quae iuste ibi possidetis: in Suprarivo ecclesiam Sanctae Mariae cum decimis, hospitale de Trebia cum ecclesia S. Nicolai, curiam Mose cum ecclesia S. Savini, et omnibus ad ipsam pertinentibus: decimas quoque vineæ, et brolii episcopi et alterius vineæ, quae est extra portam S. Antonini, et piscationes, quas habetis in Pado a portu portario usque ad ora Rivi-Frigidi; castrum Calenzani cum omnibus quae ibidem habetis, capellam S. Savini de Lechi cum caeteris, quae ibidem habetis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti regulam praeviderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salvo nimirum iure illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad haec praesenti decreto sancimus, ut in nocte Natalis Domini, more solito, et in Sabbato Sancto in Introitu missae, et ad vesperas liceat vobis secundum antiquam consuetudinem

Monasterium hoc praedecessorum more sub protectione Sedis Apostolicae suscipit Pontifex;

Eidem bona omnia ac donationes, tam reales, quam pontificias confirmat;

Quorum plurima enumerat incipiens ab Ecclesiis Placentinis;

Cum iure decimarum caeterisque omnibus a Placentino episc. Sigifredo monasterio collatis;

Rerum propriarum, ac nutrimentorum decimas ab eis exigi vetat.

Abbatis electionem a monachis tantummodo fieri;

Sepulturam inibi ab omnibus sibi constitui posse;

In nocte Natalis Dom. et in Sabbato S. monachis campanas pulsare concedit;

Novas vero eis exactiones ab episcopis Placent. imponi, vel a quoquam intra parochiae suae fines; Ecclesiam absque licentia construere prohibet.

campanas pulsare. Praesenti quoque decreto prohibemus, ne liceat episcopo Placentino, vobis vel monasterio aut Ecclesiis vestris novas et indebitas exactiones imponere, vel indebita gravamina irrogare. Prohibemus insuper, ne cui liceat, infra fines parochiae vestrae sine assensu dioecesani episcopi, et vestro, ecclesiam vel oratorium de novo construere: salvis privilegiis et authenticis scriptis Romanae Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate et dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem locis sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decretum imponit his pro eisdem bonis.

Poenae contra violatores huiusce privilegii.

Pax et benedictio illud servantibus.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus subsc.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostien. episcopus ss.

Ego Gualterius Albanen. episc. ss.

Ego Ioannes S. R. E. presb. card. tit. S. Anastasiae subsc.

Ego Guillelmus presbyter cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula subscripsi.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris subsc.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. Sancti Marci ss.

Ego Otto diac. cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani subsc.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ugo diac. cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi subsc.

Ego Petrus diac. card. S. Mariae in Aquiro ss.

Dat. Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiac. et not. v kal. aprilis, indict. vi, incarn. dom. anno MCLXXIII, pontif. vero D. Alex. PP. III anno XIV.

Dat. die 28 martii anno Domini 1173, pontif. anno XIV.

LXIX.

Ut decimam Clausi monasterio Sancti Savini Placentinae dioecesis, iniuste ab Hugone episcopo ablatam, eidem restituat (1).

SUMMARIUM

Decimam Clausi monasterio collatam ab Arduino et ab aliis Placent. episc., — Ab Ugone subtractam violenter; — Monasterio reddendam praecipit: — Et annuatim vegetem vini dimittat. (R. T.)

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri T. Placentino episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Significantibus nobis dilectis filiis nostris abbate et fratribus Sancti Savini, ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum bonae memoriae Arduinus quondam Placentinus episcopus, et alii

Decimam Clausi monasterio collatam ab Arduino et ab aliis Placent. episc.

(1) Edidit Campi, Hist. Placent., tom. II in Regest.

praedecessores sui, eorum monasterio decimam Clausi, iuxta Sanctum Ambrosium siti, divini amoris intuitu contulissent, sicut in instrumento publico noscitur contineri; tandem praedecessor tuus bonae recordationis Hugo, qui fuit postmodum Tusculanus episcopus, eis praescriptam decimam pro sua voluntate subtraxit, et in cast..... unam vegetem vini ipsius annuatim subtraxit. Caeterum quia honor tibi est, et ad tuam laudem respicere, et salutem, si rationabilia instituta praedecessorum tuorum observare curaveris et correxeris, si quae ab aliquo eorum illicite sunt attentata: fraternitatem tuam monemus attentius, et mandamus, quatenus violentiam praedicti Hugonis praedecessoris tui in hac re non imiteris; sed praescriptam decimam praefato abbati et fratribus suis pro reverentia B. Petri et nostra, non expectato iudicio, sine molestia et contradictione restituas, et in pace dimittas, sicut supradictus Arduinus praedecessor tuus etiam ipsis contulisse dinoscitur, et in instrumento publico continetur: et annuatim praescriptam vegetem plenam vino iuxta consuetudinem praedicti Arduini et praedecessorum suorum praescripto monasterio facias exhiberi, ita quod memorati fratres pro salute tua apud Altissimum iugiter votivis cordis affectibus intercedant, et nos exinde charitatem et prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendemus.

Ab Ugone subtractam violenter;

Monasterio reddendam præcipit:

Et annuatim vegetem vini dimittat.

Datum Anagniae, VI idus aprilis.

Dat. die 8 aprilis anno Domini 1173, pontif. anno XIV.

LXX.

Confirmatio iurium ac bonorum omnium ad Teatinam Ecclesiam pertinentium (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Inhaerens vestigiis praedecessorum suorum, Ecclesiam Teatinam sub Sedis Apostolicae protectione suscipit; — Possessionesque omnes acquisitas et arquirendas confirmat; — In quibus nonnulla enumerat propriis vocabulis. — Fines dioecesis describit Teatinae. — Insuper ecclesias, castella, plebes etc.; — Decimam pontis portusque Aterni; et id genus alia plura confirmat. — Decernit ut Ecclesia libera sit ab omni quacumque molestia; — Poenis comminatis contra violatores huius privilegii; — Benedictione observantibus data. — Alexandri PP. et S.R.Eccl. cardinalium subscriptiones (R. T.).

(1) Ex authentico in archiv. Vatican. basilicae edidit Ughell., Ital. Sac., tom. VI, ubi de hac Ec[illegible]

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Andreæ Teatino episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium.

In eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente Domino, constituti, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos sincera charitate diligere, et Ecclesiis sibi commissis suam debemus iustitiam conservare; pro ipsarum quoque statu nos oportet satagere, atque earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praedecessorum nostrorum sanct. mem. Nicolai II, Paschalis II et Eugenii III, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, B. Thomae Teatinam Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et his, qui post vos successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda nominibus; parochiam (1) Teatinae Ecclesiae, sicut antiquis et iu-

Inhaerens vestigiis praedecessorum suorum, Ecclesiam Teatinam sub Sedis Apostolicae protectione suscipit;

Possessionesque omnes acquisitas et arquirendas confirmat:

In quibus nonnulla enumerat propriis vocabulis.

(1) Vide superius, pag. 435. (R. T.)

Fines dioeceseis describit Teatinae.

stis limitibus terminatur, scilicet a Staffilo inter montes, et ipso monte de Ursa, et quomodo pergit in Coza, et ponit terminum in aqua subtus usque ad aquam Sonulani, et quomodo pergit in montem de Reste, et vadit per crinis montem, et qualiter pergit usque montem Selani, et quomodo pergit in ipso flumine, qui dicitur Trinium usque ad littora maris, et per littora maris usque in Piscariam, et redit in priorem finem, videlicet in praedicto Staffilo. Praeterea ipsam Teatinam civitatem, castellum Trevellianum, Villam-Magnam, Montem Filardi, castellum Orni, castellum Scurcula, castellum S. Pauli, castellum quod dicitur Furca, castellum Genestrulae, et castellum S. Cosidii cum eorum pertinentiis; ultra Pischariam vero, castellum montis Silvani, ecclesiam S. Mariae in Rigoli, castellum Sculculae, castellum Lastiniani, ecclesiam S. Mariae de Populo, ecclesiam Sanctae Iustae cum pertinentiis suis: in Aterno plebem Sancti Leguntiani et Domitiani, ecclesiam Sancti Thomae, ecclesiam S. Salvatoris, ecclesiam S. Ierusalem et ecclesiam Sancti Nicolai, cum omnibus earum pertinentiis, decimam pontis et portus Aterni: in Buclanico ecclesiam Sancti Salvatoris et Sancti Angeli cum decimis comitis, plebem Sancti Silvestri, decimas comitis in castello Sancti Angeli trium finium, et decimas castellorum, quae in Teatino episcopatu sub dominio comitis Roberti de Rotello fuerunt, et quod Teatina Ecclesia in castello Septi tenet, ecclesiam Sanctae Mariae in Bari, ecclesiam Sancti Blasii in Lanciano, monasterium Sancti Martini de Pallitta, ecclesiam Sancti Lentii in Atissa cum omnibus pertinentiis suis, monasterium Sancti Ioannis in Arelano, monasterium Sancti Angeli in Cirnaclano cum omnibus pertinentiis suis, in monte Ondesii ecclesiam Sancti Nicolai, et medietatem ecclesiae Sanctae Mariae, ecclesiam Sancti Salvatoris et ecclesiam S. Petri cum pertinentiis suis, monasterium Sancti Mauri cum beneficio suo, monasterium Sancti Salvi, ecclesiam Sancti Nicolai de Heremitano, in Ortona ecclesiam Sanctae Mariae et Sancti Georgii cum earum pertinentiis, monasterium S. Mariae in Basilica: in civitate Luperalli plebem Sancti Petri cum pertinentiis suis, monasterium Sanctae Mariae in Palatio, ecclesiam Sancti Iacobi de Turcella cum pertinentiis earum, monasterium S. Pancratii, monasterium S. Mariae de Letto cum casale aliisque ad ipsam pertinentibus, monasterium Sancti Martini in Valle, ecclesiam Sancti Iustini in Casule, in castro Bussi plebem Sanctae Mariae cum pertinentiis suis, plebem Sancti Martini filiorum Tresidii, ecclesiam Sancae Mariae de Casa Candidellae, ecclesiam S. Petri in castro Lori, ecclesiam Sanctae Mariae in Biano, ecclesiam S. Basilii, monasterium Sancti Petri in Campis, ecclesiam S. Nicolai de Sunnio Viculo, ecclesiam Sanctae Mariae de Latro, in Abbateio plebem Sancti Martini cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Francisci de Plebe, plebem de Iuliano, plebem S. Caeciliae, plebem de Pizzocortano, ecclesiam Sanctae Luciae de Argelli, ecclesiam Sancti Lini, plebem de Ovele, plebem Sanctae Mariae de Caramanico, plebem Sancti Ioannis de Abbateio, ecclesiam Sancti Cosidii, et ecclesiam S. Pontii de Sancto Valentino, in castello de Tocco ecclesiam Sanctae Mariae, in Percle ecclesiam Sancti Eustasii, ecclesiam Sancti Martini de Fara inter montes, ecclesiam Sancti Ioannis de Pedera, ecclesiam Sancti Ioannis de Cantalupo, ecclesiam Sancti Salvatoris de Limari, ecclesiam Sanctae Mariae de Sparpalia, ecclesiam S. Nicolai de Ilice, ecclesiam Sancti Salvatoris de Valle Surda, ecclesiam Sanctae Mariae de Valle Caruncli, ecclesiam Sanctae Trinitatis de Faragine, ecclesiam Sancti Ioannis in Valdo cum omnibus pertinentiis earum, ecclesiam S. Petri de Troia, ecclesiam S. Mariae de Tessa. Decernimus ergo, ut nulli

Insuper ecclesias, castella, plebes etc.:

Decimam pontis, portusque Aterni; et id generalia plura confirmat,

Et monasteria cum suis beneficiis.

Decernit ut Ecclesia libera sit ab omni quacumque molestia;

omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo iure beati Petri proprietatis, et Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Poenis communalis contra violatores huius privilegii;

Benedictione observantibus data.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Guillelmus presbyter card. tituli S. Petri ad Vincula.

Ego Boso presb. cardinalis S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presb. card. tituli Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sancti Marci.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Caeciliae.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctae Susannae.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Cintius diac. card. Sancti Adriani.

Ego Ugo diac. cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Vitellius diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Ugo diac. card. S. Angeli.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, IV kalendas octobris, indict. VII, incarnationis dominicae anno MCLXXIII, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XIV.

Dat. die 28 septembris anno Domini 1173.

LXXI.

Confirmatio sententiae latae a Brixiensi episcopo in controversia inter Placentinum episcopum et Parmensem, super ecclesia Castri Speculi, et ecclesia S. Christinae, quae Placentino adiudicantur (1).

SUMMARIUM

Facti expositio. — Auditis rationibus et allegationibus, perlectam sententiam favore episcopi Placentini ab episc. Brixiensi latam, — Ratam habet et praesenti privilegio confirmat; cum solitis clausulis (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Placentino, salutem et apostolicam benedictionem.

Facti expositio.

Ex literis venerabilis fratris nostri Brixiensis episcopi nobis innotuit, quod ipse recepto mandato nostro super ecclesia, quae est in Castro Speculi, et ecclesia Sanctae Christinae, de quibus inter te, et venerabilem fratrem nostrum Parmensem episcopum controversia vertebatur; de causa ipsa, quae ei fuerat, appellatione remota, commissa, cognovit: et auditis rationibus et allegationibus utriusque partis, de consilio prudentum virorum, sicut ex scripto sententiae per publicam manum notato manifeste perpendimus, utramque Ecclesiam tibi adiudicavit, et a praefato Parmense in petitione

Auditis rationibus et allegationibus, perlectam sententiam favore episcopi Placentini ab episcopo Brixiensi latam,

(1) Edidit Campi, Hist. Placent., t. II, in Regest.

te super praedicta Ecclesia de Speculo apostolica auctoritate fretus absolvit. Nos itaque..... robore convalescere, quod de mandato et auctoritate nostra rationabiliter factum esse dignoscitur, sententiam praedicti Brixiensis episcopi, sicut ab eo rationabiliter lata est, et in eius scripto authentico continetur, ratam habentes et firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Bb. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Eam ratam habet et praesenti privilegio confirmat;

Cum solitis clausulis.

Dat. Anagniae, VI id. novembris.

Dat. die 8 novembris anno Domini 1173, pontif. anno XV.

LXXII.

Privilegium confirmationis bonorum Capuanae Ecclesiae, quae enumerantur (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Ecclesiam Capuanam sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens; — Bona illius acquisita et acquirenda firma et illibata manere iubet; — Quorum nonnulla suis nominibus exprimit; — Incipiens ab Ecclesiis in pluribus dioecesibus sitis, quas singulatim enumerat; — Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi, alienatione etc. — Quod poenalibus solitis clausulis confirmat; — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Alfano Capuano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proœmium

Cum ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus ex Superni dispositione arbitrii praeeminemus, singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere; praesertim pro illorum quiete oportet nos esse solicitos, qui pastorali dignitate sunt praediti, et ad officium pontificale promoti; nisi enim nos, eorum utilitatibus intendentes, ipsorum dignitate, et una, in quantum Deo permittente possumus, integras conservemus, et auctoritate apostolica eos ab iniquorum hominum incursibus defendamus, de illorum salute non vere poterunt esse soliciti, qui sibi ad regendam Domino sunt disponente commissi. Huius itaque rei consideratione, venerabilis in Christo frater archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, cui Domino auctore praesse demonstraris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: episcopatum Aquinatem, episcopatum Venefranum, et Isernien., episcopatum Teanen., Svesan., Calinen., episcopatum Calven., episcopatum Caiacen., episcopatum Casertanum: in Capua abbatiam S. Mariae Maioris, ecclesiam Domini Salvatoris, ecclesiam Sancti Ioannis ad Curtim, ecclesiam Sancti Michaelis, ecclesiam Sanctae Mariae de Arcu, ecclesiam Sanctorum Apostolorum, ecclesiam Sancti Iacobi in Castello: in dioecesi Ecclesiae Theanen., ecclesiam Sancti Erasmi, ecclesiam Sanctae Mariae, ecclesiam Sanctae Helenae, et ecclesiam Sancti Nicolai, quae sunt in territorio Scarpati: in loco Baulani, in Fontana de Corregiis, ecclesiam Sanctae Mariae: in dioecesi Ecclesiae Svessanae ecclesiam Sanctae Luciae de loco Sor-

Ecclesiam Capuanam sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens;

Bona illius acquisita et acquirenda firma et illibata manere iubet;

Quorum nonnulla suis nominibus exprimit;

Incipiens ab Ecclesiis in pluribus dioecesibus sitis, quas singulatim enumerat;

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., tom. IV, ubi de hac Ecclesia.

belli: in dioecesi Ecclesiae Calinen. in Rocca Montis Draconis ecclesiam Sancti Rufini et ecclesiam Sancti Pancratii: in dioecesi Ecclesiae Calven. ecclesiam S. Andreæ ad Cementa, ecclesiam Sancti Germani ad Palera, ecclesiam Sancti Tammari de Monte, ecclesiam Sancti Pauli de Formello, ecclesiam Sancti Petri de Borlerano, ecclesiam Sancti Symmachi, et ecclesiam Sancti Erasmi de Mostardino, ecclesiam Omnium Sanctorum de loco Sanguinarii: ad Sclavos ecclesiam Sancti Michaelis, ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam Sanctae Mariae, ecclesiam S. Nazarii, ecclesiam Sancti Angeli de Iano, ecclesiam Sanctae Mariae: in loco Cammillani ecclesiam Sancti Angeli, ecclesiam Sanctae Mariae et ecclesiam Sancti Nicolai: in dioecesi Ecclesiae Caiacen. ecclesiam Sancti Angeli de Melanito, et ecclesiam Sancti Petri a li Bagnatori: in dioecesi Ecclesiae Casertan. ecclesiam Sancti Viti de Ercole, ecclesiam Sancti Nazarii in campo Puzan., ecclesiam S. Petri ad Goffolli, ecclesiam Sancti Secundini et ecclesiam Sancti Felicis: in territorio Murone ecclesiam Sanctae Mariae, ecclesiam Sancti Felicis, ecclesiam Sancti Petri et ecclesiam Sancti Stephani: iuxta ipsam dioecesim ecclesiam Sanctae Euphemiae, ecclesiam Sancti Ioannis ad Gaianum, ecclesiam Sanctae Mariae ad Lupinum, ecclesiam Sancti Felicis, ecclesiam Sancti Prisci: in loco Casapuli ecclesiam Sancti Nicolai, ecclesiam Sancti Arisii, ecclesiam Sancti Petri de Sarzano: in loco Marzanisi ecclesiam Sancti Angeli, et ecclesiam Sancti Martini: in loco Campurcipi ecclesiam Sancti Caesarii, ecclesiam Sancti Procapii, ecclesiam Sanctae Venerae: in loco Ainolae ecclesiam S. Iulianae, ecclesiam Sancti Nicolai ad Ronulas: in territorio Castelli ad Mare ecclesiam S. Adiutoris, ecclesiam Sancti Marcelli et ecclesiam Sancti Blasii, ecclesiam Sancti Stephani et aliam ecclesiam Sancti Blasii, ecclesiam Sancti Ioannis, ecclesiam Sancti Nicolai, ecclesiam Sanctae Severinae, ecclesiam Sanctae Crucis: in loco Cancelli ecclesiam Sancti Angeli et ecclesiam Omnium Sanctorum, ecclesiam Sancti Ioannis et ecclesiam Sancti Apollinaris de Patrazzano, ecclesiam S. Georgii, ecclesiam S. Ioannis de Turre, ecclesiam Sancti Viti, ecclesiam S. Petri, ecclesiam Sancti Nicolai, ecclesiam Sancti Martini, ecclesiam Sancti Castrensis, ecclesiam Sancti Martini de Rosella, ecclesiam Sancti Flaviani, ecclesiam Sanctae Barbarae, ecclesiam Sanctae Iulianae, ecclesiam Sancti Andreæ: in loco Arnonae ecclesiam Sanctae Mariae, et ecclesiam Sancti Blasii et ecclesiam Sancti Paulini, ecclesiam Sancti Erasmi de Cazoli: in loco Grazzanisi ecclesiam Sancti Ioannis, ecclesiam Sanctae Mariae et ecclesiam Sanctae Maximilianae, et ecclesiam Sancti Nicolai. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire templaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Decretum immunitatis a quacumque molestia, vi, alienatione etc.

Quod poenalibus solitis clausulis confirmat:

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri Pp.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Bernardus Portuen. et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Gualterius Albanensis episcopus.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae.

Ego Guillelmus presb. card. tituli S Petri ad Vinc.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus presb. card. S. Laurentii in Damaso.

Ego Ioannes presb. cardinalis tituli S. Marci.

Ego Manfredus presb. cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Chrysogoni.

Ego Otto diaconus card. S. Nicolai in Carcere Tull.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Ugo diac. cardinalis S. Angeli.

Ego Laborans diac. card. S. Mariae in Porticu.

Datum Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, kalendis martii, indict. VII, incarnationis domin. anno MCLXXIII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XV.

Dat. die 1 martii anno Domini 1173, pontif. anno XIV.

LXXIII.

Confirmatio universorum bonorum, ac privilegiorum concessio Ecclesiae S. Mariae de Luffelde (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Eccles. hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Eidem bona omnia confirmat: — Quorum nomina hic exprimit. — Nonnulla elargitur privilegia. — Sepulturam ipsius loci liberam declarat. — Abbatis electionem ad monach. tantum spectare decernit; — Immunitas favore eiusdem Ecclesiae; — Cum solitis conclusionibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Radulfo priori Sanctae Mariae de Luffelde, eiusdemque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Mariae de Lodeford cum omnibus pertinentiis suis, locum S. Mariae, capellam Sancti Thomae martyris, locum S. Mariae de Stlechamstude cum omnibus pertinentiis, locum de Eradetuel cum omnibus pertinentiis suis, villam, quae dicitur Obersawe, cum omnibus pertinentiis suis, terram quam habetis in Langeport, terram quam habetis in Waveduns, terram quam habetis in Saldene, duas partes decimarum de dominio eiusdem villae, terram quam habetis in Lechamstude, terram quam habetis in Wes-

Eccles. hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex

Eidem bona omnia confirmat;

Quorum nomina hic exprimit.

(1) Ex tom. II Monast. Anglic.

burt, terram quam habetis in Bedford cum quodam manso ante portam archidiaconi, terram quam habetis in Selveston, decimam panis de domo Hamonis filii Manfelini, decimam panis de domo Willielmi de Brun, decimam panis de domo Willielmi de Lillingstan, domum quam habetis in Storhampton. Praeterea, cum commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Liceat quoque vobis, laicos vel clericos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere, et eos absque ullius contradictione in vestro monasterio retinere. Prohibemus, ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem sine licentia prioris sui aliqua levitate fas sit de claustro discedere; discedentem vero absque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Nulli etiam liceat, vobis vel ecclesiis vestris novas et indebitas exactiones imponere; antiquas vero et rationabiles consuetudines, libertates et immunitates Ecclesiae vestrae vobis et eidem Ecclesiae vestrae auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salvo nimirum iure illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienа fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Nonnulla elargitur privilegia.

Sepulturam ipsius loci liberam declarat.

Abbatis electionem ad monachos tantum spectare decernit;

Immunitas favore eiusdem Ecclesiae;

Cum solitis conclusionibus.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, IV idus iunii, indict. VII, incarnationis dom. anno MCLXXIV, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XV.

Dat. die 10 iunii anno Domini 1174, pontif. anno XV.

LXXIV.

Privilegium confirmationis collegii Sancti Salvatoris canonicorum oppidi S. Pauli, bonorumque ad illud pertinentium: et concessionis nonnullarum immunitatum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Sancti Salvatoris Ecclesiam sub Sedis Apostolicae protectione recipit; — Eidem bona confirmat; — Quorum enumerat nonnulla. — In parochialibus

(1) Edidit Fereolus, Chronic. Belgii, pag. 330.

Ecclesiis ad eamdem pertinentibus sacerdotes a canonicis praesentandi. — A generali terrae interdicto eximit; — Sepulturam illius loci liberam esse decernit. — Consuetae conclusiones et clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, praeposito et canonicis Ecclesiae S. Salvatoris, sitae in Castro Sancti Pauli, eorumque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens a nobis illud petitur, quod rationi et honestati convenire dignoscitur, nos decet libenti animo concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis supplicationibus libenter annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam Quesque cum appendiciis suis, et quicquid ibi tam in terris quam in decimis rationabiliter habere noscimini: in paroecia Divi Pauli duas partes decimae: in castro ipso duodecim mansuras, furnos, et unam cambam (1), sicut bonae memoriae Rogerus comes Ecclesiae vestrae pro animae suae remedio noscitur contulisse, statuens, ut de singulis aliis cambis de atrio tres quaterias cervisiae habeatis, quotiens ibi cervisia fiet: duos molendinos apud Agnes cum tertia parte eiusdem villae: apud Morelcourt duas partes decimae: in Pruniaco tertiam partem decimae eiusdem villae, apud Tlourii tertiam partem decimae eiusdem villae: apud Bellum-Quercum altare cum duabus partibus decimae: apud Fiez duas partes decimae eiusdem villae: apud Frevench altare cum terra, quam ibi praedictus comes possidebat: apud Auream-Villam altare cum suis, et his villis, Ampliers, territorium, Maisuil, dimidium molendinum de Marcoma, medietatem vectigalis de Poupliers: in castro Sancti Pauli unam mansuram (1) in qua manet custos vestrae Ecclesiae. In parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis sacerdotes eligere, et episcopo praesentare: quibus, si idonei inventi fuerint, episcopus animarum curam committet, ut de plebis quidem cura episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis iannis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare *etc.*

Sancti Salvatoris Ecclesiam sub Sedis Apostolicae protectione recipit;

Eamdem bona confirmat;

Quorum enumeratio nonnulla.

In parochialibus Ecclesiis ad eamdem pertinentibus sacerdotes a canonicis praesentandi.

A generali terrae interdicto eximit;

Sepulturam illius loci liberam esse decernit.

Consuetae conclusiones et clausulae.

Datum Anagniae, VII kal. augusti, indictione VII, incarnationis dom. anno MCLXXIV.

Dat. die 26 iulii anno Domini 1174, pontif. anno XV.

LXXV.

Confirmatio bonorum, ac privilegiorum concessio Ecclesiae de Stokes (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam et ordinem monasticum in eodem loco institutum sub Sedis Apostolicae patrocinio recipit; — Bonaque confirmat, quae propriis vocabulis

(1) *Camba*, Brassiatorum officina, seu locus ubi cervisia coquitur et conficitur, quem vulgo *Brasseriam* vel *Braxatoriam* nuncupamus. (n. T.)

(1) Vide superius, pag. 667. (n. T.) (2) Ex tom. II Monast. Anglic.

exprimit; — In primis Ecclesias omnes et decimas; — Terras quoque et molendinum; — Sepulturam ibi liberam esse decernit; — Aliaque privilegia pro sepultura mortuorum, pro clericis, pro fratribus discedentibus *etc.* concedit. — Exemptio a decimis persolvendis. — Quae omnia decreto immunitatis roborat, — Appositis consuetis poenalibus clausulis (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Nicolao Priori Ecclesiae de Stokes, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; praeterea, quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Hunedena, ecclesiam de Baisse, ecclesiam de Clara, ecclesiam de Bradelea-Parva, ecclesiam de Trillame, ecclesiam de Bures, ecclesiam de Caveham, ecclesiam de Cremplisham, ecclesiam Sancti Clementis de Norwico, ecclesiam de Frisentuna, constitutas in episcopatu Norvicensi: in episcopatu Londoniensi, ecclesiam de Berdeteld, ecclesiam de Tartede, ecclesiam de Essa, ecclesiam de Belham, ecclesiam de Stamburnia: in episcopatu Wintoniensi, ecclesiam de Wakinges: in episcopatu Roffensi, ecclesiam de Peccham, decimas quas habetis in Samford, decimas quas habetis in Berdefeld, decimas quas habetis in Pitelingehege, decimas quas habetis in Stinchingefeld, decimas quas habetis in Toppesfeld, decimas quas habetis in Wicham, decimas quas habetis in Badeleia, decimas quas habetis in Nerstert, decimas quas habetis in Deseninge, decimas quas habetis in Baisse, decimas quas habetis in Stanesfeld, decimas quas habetis in Clara, decimas quas habetis in Hunedena, decimas quas habetis in Namstede, decimas quas habetis in Bomestede, decimas quas habetis in Nawerelle, decimas quas habetis in Bucheshale, decimas quas habetis in Slinestede, decimas quas habetis in Deleford, decimas quas habetis in Chippelee, decimas quas habetis in Culinges, decimas quas habetis in Poselingeworde, decimas quas habetis in Belilee, decimas quas habetis in Seham, decimas quas habetis in Corneres, decimas in Belcham Petri, decimas in Belcham Rspertes, decimas in Delham, decimas in Bestingetorp, decimas in Kedeswelle, decimas in Chodham, decimas in Steinllingeherste, decimas in Beneclee, decimas in Nalstede, decimas in Alveredesfeld, decimas in Cloptune, decimas in Narrefeld, decimas in Denardestune, decimas in Nanchesdune, decimas in Cavenedis, et in Sturemare, et in Barve, et in Tillebere, et in Chediatune, et in Nalesford, et in Naveringeland, et in Witewelle, decimas Villielmi de Bisnai, terram Rogerii Carpentarii in Stokes, quae fuit escambiata pro terra vestra de Clara, terram de Sterneham, quam dedit vobis Galfridus filius Alinandi, terram de Neni, quam dedit vobis Adam filius Guarini, molendinum de Waldingefeld, quod dedit vobis Helinandus dapifer comitis Clarae, terram de Trillawe, quam Robertus Pincerna

Ecclesiam et ordinem monasticum in eodem loco institutum sub Sedis Apostolicae patrocinio recipit;

Bonaque confirmat, quae propriis vocabulis exprimit;

In primis Ecclesias omnes et decimas;

Terras quoque et molendinum,

dedit vobis, terram de Bridebroc, terram de Naverelle, terram Polee, terram de Bradelee, terram de Belcham, terram de Esse, et centum solidatas terrae, quas habetis ex dono Rogerii comitis Clarae, cum ageret in extremis. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere, et eos absque ullius contradictione in vestro monasterio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem liceat de claustro sine prioris sui licentia discedere; discendentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. In parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis, sacerdotes eligere, et episcopis praesentare: quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Prohibemus etiam, ne alicui licitum sit, novas et indebitas consuetudines in Ecclesias vestras inducere. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Apostolicae Sedis auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Sepulturam ibi liberam esse decernit.

Aliaque privilegia pro sepultura mortuorum, pro clericis, pro fratribus discedentibus, etc. concedit;

Exemptio a decimis persolvendis.

Quae omnia decreto immunitatis roborat,

Appositis consuetis poenalibus clausulis.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, II kal. iulii, indictione VII, incarnationis dominicae anno MCLXXIV, pontificatus Alexandri Papae III anno XV.

Dat. die 30 iunii, anno Domini 1174, pontif. anno XV.

LXXVI.

Monasterio S. Michaelis de Monte Caveoso, cuius abbati mitrae et annuli usum statutis diebus concedit, bona omnia confirmans ac privilegia, interdicti tempore divina officia recitare elargitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Sancti Michaelis de Monte Caveoso, eiusque bona, quae enumerat, sub S. R. Eccl. protectione recipit, et confirmat. — Quorum non pauca propriis nominibus hic exprimit. — Mitrae et anuli usum in diebus dominicis, et aliis solemnitatibus, processionibus et synodis abbati eiusdem coenobii confirmat. — Eius

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Margarinus, sui Bull. par. II, constit. CLXXXVI.

privilegia et bona confirmat. — Interdicti tempore divina officia privatim recitare concedit. — Poenas inobedientibus statuit. — Benedictionem benefactoribus elargitur. — Alexandri PP. et S. R. E. card. subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alfario abbati Sancti Michaelis de Monte Caveoso, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Si quando a devotis Ecclesiae filiis postulatur, quod honestati conveniat, et a tramite rationis non discordet, petentium nos decet desideriis condescendere, et earum pia vota effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, ministerio susceptae servitutis inducti, et precibus dilecti filii nostri Zachariae regii notarii propensius inclinati, monasterium vestrum, in quo divino obsequio estis mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sanctae Mariae, quae est in civitate Veteri, cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Simeonis, ecclesiam S. Luciae, ecclesiam S. Martini, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam S. Mariae Novae, ecclesiam Sancti Laurentii, ecclesiam Sancti Iuliani, ecclesiam Sancti Laurentii de Murro, ecclesiam Sancti Ioannis de Avinella, ecclesiam S. Nicolai de Pantanello, ecclesiam Sancti Salvatoris, ecclesiam Sancti Nicolai de Accio, ecclesiam Sanctae Mariae de Cornu, ecclesiam Sancti Benedicti de Acina, ecclesiam S. Viti, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam Sanctae Mariae de Rio, ecclesiam Sanctae Mariae de Abbate Lupo, ecclesiam Sancti Nicolai de Obviano cum domibus ad easdem ecclesias pertinentibus, et quae Unfiridus, Gossiridusque, et Radulfus filii eius praefatae Ecclesiae rationabiliter dederunt. Praeterea pia supplicatione praedicti Zachariae regii notarii clementer inducti, tibi, fili abbas, et successoribus tuis usum mitrae et anuli, in diebus dominicis, et in aliis solemnitatibus, et in processionibus monasterii vestri, et synodis archiepiscoporum et episcoporum, de clementia Sedis Apostolicae indulgemus; libertates quoque ab archiepiscopis et episcopis, et a recolendae memoriae Rogerio illustri Siciliae rege, et a bonae memoriae Emma, quondam comitissa civitatis Severiano authentico scripto, et ab aliis personis saecularibus, monasterio vestro concessas: et antiquas et rationabiles consuetudines ipsius monasterii, perpetuis temporibus illaesas et integras manere sancimus. Ea vero, quae a quadraginta annis retro idem monasterium noscitur pacifice possidere, vobis et successoribus vestris in perpetuum confirmamus, ita quidem, quod nullo super his tempore impeti debeatis, vel quomodolibet molestari. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,

Monasterium Sancti Michaelis de Monte Caveoso, eiusque bona, quae enumerat, sub S. R. Eccl. protectione recipit et confirmat.

Quorum non pauca propriis nominibus hic exprimit.

Mitrae et anuli usum in diebus dominicis, et aliis solemnitatibus, pro processionibus et synodis abbati eiusdem coenobii confirmat.

Eius privilegia et bona confirmat.

Interdicti tempore divina officia privatim recitare concedit.

Poenas inobedientibus statuit.

secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Benedictionem benefactoribus elargitur.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones. Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis, et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Gualterius Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae ss.

Ego Guillelmus presbyter cardinalis tituli Sancti Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudent. tit. Pastoris ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis tituli S. Theodori ss.

Ego Vitellius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi ss.

Datum Ferentini per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae diac. et notarii, III kal. ianuarii anno MCLXXIV, pontificatus vero domini Alexandri Papae III anno XVI.

Dat. die 30 decembris anno Domini 1174, pont. anno XVI.

LXXVII.

Archidiaconum et canonicos Asculanae Ecclesiae sub protectione Sedis Apostolicae suscipiens, eisdem bona omnia confirmat, multaque largitur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonicam huiusmodi sub protectione Sedis Apostolicae recipit: — Eique bona omnia ac donationes confirmat. — Bona nonnulla enumerat, propriisque vocabulis exprimit. — Canonicos ab externa quacumque molestia eximit. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Raynaldo archidiacono, Matthaeo archipresbytero, et canonicis Asculanae Ecclesiae, tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et canonicam vestram sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet castrum Maltignanum, castrum Posmontis, castrum Columnatae cum ecclesiis eorum et omnibus suis pertinentiis, rivis, pascuis, terris cultis et incultis, molendinis, arboribus fructi-

Canonicam huiusmodi sub protectione Sedis Apostolicae recipit:

Eique bona omnia, ac donationes confirmat.

Bona nonnulla enumerat, propriisque vocabulis exprimit.

(1) Edidit Ughellius, Ital. Sac., tom. I, ubi de Ecclesiae huius episcopis.

Plebes, ecclesias cum iuribus et pertinentiis, servitiis et donationibus.

feris et infructiferis, aquis, aquarumve decursibus, plebem Sancti Victoris, et plebem Sancti Venantii, et plebem Sanctae Mariae inter vineas, ecclesiam Sancti Petri ad..... ecclesiam Sancti Erasmi, et plebem de Ragano cum capitulo et mortuariis, plebem de Cruce, plebem S. Antimi, plebem de Casaragnano cum omnibus pertinentiis et possessionibus suis, ecclesiam Sancti Benedicti de Fondagrano cum omnibus Vannis, et Gualterio cum sorte sua, et Guidino, ecclesiam Sanctae Mariae de Podio cum Benedicto Dominici et cum consortibus suis, ecclesiam Sancti Stephani cum filiis Amiconis Tederade, ecclesiam Sancti Laurentii de Rivo, et Adam cum nepote suo, ecclesiam Sanctae Mariae in Marzano, ecclesiam Sancti Pauli, et ius quod habetis in Sancto Venantio de Plagis, ecclesiam Sancti Benedicti in Paraletta, ecclesiam Sanctae Mariae in Veneri, et quartam partem S. Petri ad Colle, ecclesiam Sancti Massimi in Summati, domum filiorum et nepotum Asiani Roberti cum tenimentis et servitiis eorum, servitium Simonis cum beneficio suo, domum Odoniscam cum tenimento et servitio suo, et omnia bona, quae Azo Valentini dedit et concessit in canonica vestra, et bona omnia, quae Gerallus dedit et concessit eidem Ecclesiae, domum Aponiscam, et servitium beneficii Nicolai Stephani, et servitium, quod Giso primicerius Ecclesiae vestrae in obitu suo reliquit, videlicet spallam cum lonza, et sarcinam musti cum dominio et fidelitate heredum suorum, ecclesiam Sancti Petri inter Sulcos, ecclesiam Sancti Iuvenalis, terram in capite Pontis Maioris iuxta vineam episcopi, ecclesiam Sanctae Mariae in Plano, ecclesiam Sancti Laurentii iuxta pontem Solestanum, et servitium quinque denariorum Henrici, quos filii Stabilis castelli, et heredes eorum, Ecclesiae vestrae annuatim persolvendum debent, ecclesiam Sancti Petri in Paneperdito in Tolegnano, servitium quod filii Actutii presbyteri Ioannis, videlicet duos denarios Henrici annuatim Ecclesiae vestrae persolvere debet cum hominio (1) et fidelitate, et ius quod habetis in Sancto Nicolao ad Canale, ecclesiam Sancti Petri in Castello, et medietatem oblationum defunctorum de Summati, et omnia, quae canonica vestra infra et extra civitatem Esculanam iuste habet, vel est habitura.

Canonicos ab externa quacumque molestia eximit.

Ad haec auctoritate vobis apostolica indulgemus, quod si aliqui de episcopatu vestro impositiones, aut in alia bona canonicae vestrae violentiam exercuerint, vel rapinam, et ad secundam vel tertiam commonitionem vestram praesumptionem suam emendare contemperint, episcopo vestro ipsos ad secundam vel tertiam requisitionem vestram, devote et humiliter per convenientia intervalla temporis factam, volente vel non volente (2) corrigere, fas vobis sit de auctoritate vestra in eos interdicti et excommunicationis sententiam promulgare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam canonicam temere perturbare *etc.*

Solitae clausulae.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Io. Neor. Ss. Io. et Pauli presb. cardinalis.

Ego Cintius presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ego Ugo presbyter tituli S. Clementis.

Ego Matthaeus presbyter cardinalis tit. S. Marcelli.

Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori.

Ego Gratian. diaconus cardinalis Ss. Cosm. et Dam.

Ego Io. diaconus cardinalis S. Angeli.

Ego Matth. Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis.

(1) Vide superius, pag. 645. (n. T.) (2) *Volente* vel *non valente* (Cocq. ex *Add. et corr.*).

Data Anagniae per D. Daisfen. S. R. E. subdiaconum, IX kal. nov., indict. VIII, incarn. dom. MCLXXIV, pontif. vero D. Alexandri Papae III anno XVI.

Dat. die 24 octobris anno Domini 1174, pontif. anno XVI.

LXXVIII.

Confirmatio monasterii Montis-Regalis ordinis S. Benedicti, a Villelmo II, Siciliae rege nuper constructi, bonorumque ad illud pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium Monte Regalense a Guillelmo II Siciliae rege constructum, — Apostolicae Sedi immediate subiectum declaratur. — Abbati vero facultas conceditur benedictionem accipiendi a quo maluerit archiep. vel episcopo. — Bona omnia praesentia et futura ei confirmantur. — Abbati quemcumque vocare antistitem ad clericorum ordinationes, Chrisma conferendum *etc.* conceditur. — Fontem vero in Ecclesiis parochialibus benedici, et Baptisma celebrari per clericos. — Immunitates ab aliena molestia in bonis et a solutione decimarum. — Exemptionum concessiones. — Facultas synodum congregandi. — Abbati usus mitrae, sandaliorum, tunicae, dalmaticae *etc.* permittitur. — De recipiendis clericis vel laicis in monast. — Concessio aliorum privilegiorum. — Sepulturam liberam esse decernit. — Nulla ecclesiastica persona sine licentia abbatis divina officia celebret in ecclesiis eiusdem monasterii. — Decretum indemnitatis a quacumque molestia, vi etc. — Census annuus per abbatem et fratres Sedi Apostolicae persolvendus. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Guillelmo illustri Siciliae regi, et heredibus eius, in perpetuum.

Exordium.

Ex debito suscepti regiminis, qualitates attendere cogimur et merita singulorum, ut circa omnes sic exequamur dispensationis nobis creditae ministerium, quod devoti Ecclesiae filii pro voto personarum, et merito ab Apostolica Sede, cui licet indigni, disponente Domino, praesidemus, gratum suae reportent petitionis effectum; hac siquidem ratione tanto libentius et benignius regiae volumus serenitati deferre, et tuae condescendere voluntati, ut in his maxime, quae Redemptori nostro grata sunt et accepta, et tuae saluti et nomini fructuosa, quanto personam tuam sicut charissimi filii et christianissimi regis abundantiori caritate diligimus, et de tuae gratissimae devotionis fervore nobis et Ecclesiae Dei gratiora commoda pervenisse recolimus, et iugiter credimus, auctore Domino proventura, ut circa Deum, et sacras eius Ecclesias, maiorem semper devotionem et reverentiam habeas, et ferventius cultui iustitiae, et operibus pietatis intendas; cum de praerogativa nostrae dilectionis et gratiae fueris efficaciter consequutus, quod pio et ferventi desiderio concupiscis. Unde cum monasterium in honorem Dei, et memoriam B. Mariae Dei Genetricis et Virginis, sicut non solum ex literis tuae celsitudinis, sed etiam aliorum certa relatione non sine multo gaudio et laetitia cordis audivimus, super Sanctam Kiriacam divinae gratiae inspiratione regalibus construere coeperis opibus, et largissimis et amplissimis possessionibus disposueris, Domino cooperante, ditare; ut locus ille celebris habeatur, et ibi ad serviendum Deo conventus permaneat monachorum, nos pium votum et devotionem regiam in hac parte praeconia dignissimae laudis extollimus, et petitionibus tuis exequendum pium opus, quod Domino inspirante coepisti, tam benignum quam iucundum impartimur effectum. Eapropter, charissime in Christo fili, pro unica et speciali affectione, quam ad te sicut ad christianissimum regem habemus, de consilio fratrum nostrorum apostolica auctoritate statuimus, ut mo-

Monasterium Monte Regalense a Guillelmo II Siciliae rege constructum,

Apostolicae Sedi immediate subiectum declaratur.

(1) Ex tabulario Ecclesiae Montis Regalis edidit Rocchus Pirrus, Siciliae Sac., tom. I, col. 451.

nasterium ipsum nulli archiepiscopo, vel episcopo, vel aliae personae ecclesiasticae, nisi tantum Romano Pontifici aliquo tempore sit subiectum; sed potius ab omni debito et subiectione aliarum ecclesiasticarum personarum liberum et absolutum semper existat. Nihilominus etiam auctoritate apostolica duximus indulgendum, ut is, qui in proscripti monasterii abbatem canonice electus fuerit, a quocumque archiepiscopo vel episcopo maluerit, accedente tuo et heredum tuorum assensu, benedicatur. Insuper etiam praesenti scripto sancimus, ut omnia praescripto monasterio extra regnum tuum oblata vel offerenda, commutata vel commutanda, perpetuo in abbatis et conventus eiusdem monasterii potestate permaneant. Ea vero, quae infra regnum tuum eidem monasterio collata sunt vel conferentur, commutata sunt vel commutabuntur cum voluntate tua et heredum tuorum, illibata persistant. Liceat etiam abbati et conventui praefati monasterii pro ordinatione clericorum vel monachorum, qui in monasterio vel pertinentiis eius fuerint ordinandi, quemcumque maluerint catholicum advocare antistitem, et ab eo ordinationes eorum, Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum recipere, qui gratis et sine contradictione qualibet, nostra auctoritate, quod postulatur, indulgeat. In omnibus vero parochialibus Ecclesiis eiusdem monasterii per clericos suos fontem benedici concedimus, et sacrum celebrari baptisma. Prohibemus insuper, et auctoritate apost. arctius interdicimus, nequi archiepiscopus vel episcopus, populum christianum ecclesias iam dicti monasterii, aut monasterium ipsum ingredi, et in eis de rebus suis (ut pia religione fieri solet) aliquid offerre, audeat prohibere. Si vero aliqua ecclesia vel tenimenta praescripto monasterio oblata fuerint, de quibus decimae vel aliud ius alicui episcopo, aut alii ecclesiasticae personae debeatur, et episcopus ipse vel ipsa persona decimas et ius aliud, quod in illa Ecclesia vel tenimentis habere noscuntur, eidem monasterio iure pontificali concesserint, oblationem et concessionem illam perpetuis temporibus inviolabiliter manere censemus. Ad haec adiicientes statuimus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus, aut alia quaelibet persona ecclesiastica de tenimentis et possessionibus, eidem monasterio vel cellis eius cum episcopali iure concessis, aut de terris, quas fratres ipsius monasterii in monasterio vel cellis eius propriis sumptibus excoluerint, decimam vel quartam exigere audeant. Prohibemus etiam, ne quis homines in tenimentis eius habitantes excommunicationi vel interdicto subiicere, aut clericos monasterii, vel eorumdem tenimentorum, ad synodum vocare praesumat. Abbati quoque ipsius monasterii congregandi synodum tam monachorum, quam clericorum aliorum, qui in tenimentis monasterii habitaverint, plenam facultatem et licentiam indulgemus. Illud autem modis omnibus inhibemus, ne aliqua persona in administratione praeponatur abbati, nisi idem abbas de talibus convictus fuerit criminibus, quae sint de censura sacrorum canonum punienda. Quemlibet vero monachum pro aliis monasteriis ordinandis, invito abbate, removeri ab ipso monasterio prohibemus. Ut autem fervor devotionis et desiderii tui amplius accendatur, abbati eiusdem monasterii, qui ibi canonice fuerit institutus et successoribus eius, usum mitrae, chirotecarum, sandaliorum, tunicae et dalmaticae, et virgam pastoralem, et quotidianum usum annuli nihilominus indulgemus. Et ut post missam et alia divina officia more episcopi benedictionem ad populum faciant, eis plenam concedimus facultatem. Liceat quoque abbati, et fratribus tam praescripti monasterii quam cellarum eius, clericos cuiuscumque ordinis, seu laicos a saeculo fugientes, liberos et absolutos, in sanitate vel aegritudine, cum rebus et possessio-

Abbati vero facultas conceditur benedictionem accipiendi a quo maluerit archiep. vel episcopo.

Bona omnia praesentia et futura ei confirmantur.

Abbati quemcumque vocare antistitem ad clericorum ordinationes, Chrisma conferendum etc. conceditur:

Fontem vero in Ecclesiis parochialibus benedici, et Baptisma celebrari per clericos.

Immunitates ab aliena molestia in bonis et a solutione decimarum.

Exemptionum concessiones.

Facultas synodum congregandi;

Abbati usus mitrae, sandaliorum, tunicae, dalmaticae etc. permittitur.

De recipiendis clericis vel laicis in monast.

nibus suis ad conversionem earum venientes, sine cuiuslibet episcopi vel alterius personae ecclesiasticae contradictione recipere, et sine alicuius molestia retinere. Fas etiam sit de auctoritate nostra fratribus per cellas praetaxati monasterii, in civitatibus, vel aliis locis constitutis, quandocumque ad officia divina voluerint (nisi terrae, in qua fuerint, interdictum stiterit) signa pulsare. Nullus autem archiepiscopus vel episcopus populum Domini, praescriptum monasterium vel eius cellas ingredi ad audiendum verbum divinum, nisi pro communi totius civitatis vel parochiae interdicto, prohibere praesumat. Sepulturam sane tam ipsius monasterii quam omnium ecclesiarum et cellarum suarum liberam esse censemus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; neque alicui archiepiscopo vel episcopo liceat, quemlibet in monasterio ipso vel cellis eius sepeliri deliberantem excommunicare vel interdicere, aut Poenitentiam seu Viaticum denegare, nisi ob manifestam rationem. Si vero abbas de aliquo fuerit accusatus vel impetitus, cum consensu tuo et haeredum tuorum a personis ecclesiasticis et discretis ac idoneis eius regni, causa eius tractetur, discutiatur, et terminetur. Praeterea apostolica auctoritate sancimus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus, aut alia persona infra claustrum monasterii sine licentia et voluntate abbatis vel conventus intrare audeat, aut in eodem monasterio vel ecclesiis suis sine ipsius abbatis et conventus et praelatorum earumdem ecclesiarum licentia divina officia celebrare. Nihilominus etiam abbati praetaxati monasterii indulgemus, ut liceat ei monasterium et ecclesias suas canonice ordinare. Insuper autem fas sit eidem abbati, omnes clericos et laicos suos cuiuscumque ordinis vel sexus ad confessionem recipere, et de quibuscumque criminibus et causis ad ecclesiasticum iudicium pertinentibus iudicare. Liberum quoque sit praedicto abbati et fratribus suis, in quibuscumque locis tenimentorum suorum ad usum suum et hominum tenimentorum ipsorum, oratoria construere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut ei dignitates et libertates sibi indultas subtrahere, vel minuere, vel eius possessiones auferre, minuere, aut ablatas retinere, seu aliquibus molestiis fatigare; sed omnia illibata et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione aut substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. In praedicto autem monasterio nobis ac Rom. Ecclesiae reservamus, ut abbas et fratres ipsius monasterii censum centum tarenorum Siciliae nobis nostrisque successoribus annuatim persolvant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire praesumpserit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et in futuro praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Concessio aliorum privilegiorum.

Sepulturam liberam esse decernit.

Nulla ecclesiastica persona sine licentia abbatis divina officia celebret in ecclesiis eiusdem monasterii.

Decretum indemnitatis a quaeumque molestia, vi etc.

Census annuus per abbatem et fratres Sedi Apostolicae persolvendus.

Solitae conclusiones.

Ego Alexander cath. Eccl. episc. ss. Alexandri PP.



et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus ss.

Ego Gualterus Albanensis episc. ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Guillelmus presbyter card. tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sancti Marci ss.

Ego Theoditus presbyter cardinalis S. Vitalis t.....

Ego Manfredus presbyter cardinalis S. Caeciliae ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Vivianus presbyter cardinalis tit. S. Stephani in Coelio Monte ss.

Ego Cyntius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Ugo diaconus cardinalis S. Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.

Ego Rainerius diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Vitellius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, XIX kal. februarii, indict. VIII, incarnationis dominicae anno MCLXXV, pontif. vero D. Alexandri PP. III anno XVI.

Dat. die 14 ianuarii anno Domini 1175, pont. anno XVI.

LXXIX.

Concessio privilegiorum, et confirmatio bonorum omnium Balneolen. monasterii, quod sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hocce sub Sedis Apostolicae protectione recipit; — Ei bona omnia confirmat; — Quorum potiora propriis vocabulis enumerat; — Cum iure decimarum. — Conversos monast. a nemine praeter abbatis voluntatem iudicandos; — Abbatem vero ipsum a solis monachis eligendum declarat. — Omnimodo eximit ab episcopo loci etiam quoad sacras ordinationes. — Sepulturam inibi sibi ponere omnibus concedit. — Decretum immunitatis a quacumque externa molestia. — Solitae clausulae. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Raymundo abbati monasterii Sancti Stephani Balneolensis, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante

Monasterium hocce sub Sedis Apostolicae protectione recipit:

Ei bona omnia confirmat;

(1) Ex archiv. monast. edidit Baluzius, Marc. Hispan., in append., n. 467.

Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: parochiam ipsi monasterio circumadiacentem de ipsa valle Balneoli, ecclesias Sanctae Mariae, Sancti Benedicti, Sancti Petri de Agemal, S. Romani de Millanicis cum cimiterio suo, Sancti Christofori, Sancti Iacobi cum decimis et primitiis suis et cum medietate decimarum seu primitiarum de Villa Figerollis et de Heremitanis, ecclesias Sanctae Mariae, Sancti Laurentii cum cimiterio de Porcariis, ecclesias Sancti Mauritii de Calvis, Sancti Cirici, Sancti Iuliani de Meritatz, Sancti Martini de Campo-Maiori: in valle Miliarias, ecclesias Sancti Petri, Sancti Andreæ de Ramilis, Sancti Vincentii de Felegoso, S. Vincentii de Saliente, Sancti Iuliani de Augustino, Sanctae Mariae de villa Azert, Sancti Martialis de Quarantella, cellam Sanctae Mariae de Rivo de Azar cum decimis, oblationibus et caeteris earum pertinentiis: in comitatu Impuritanensi, cellas Sanctae Crucis, Sancti Nicolai cum cimiteriis et alodiis suis, et castrum Calepodium cum pertinentiis suis: in comitatu Petralatensi, ecclesias Sancti Martini, Sancti Silverii: in Valle-Mala, cellam Sancti Ioannis de Crosis, cellam S. Cypriani de Pinta cum decimis, oblationibus et caeteris earum pertinentiis: in comitatu Gerundensi, ecclesias Sanctae Mariae de Fenestris, Sancti Felicis de Buada cum decimis, oblationibus, et caeteris earum pertinentiis: in comitatu Barcinonensi, monasterium Sancti Martialis de Monte Signi, in Tarilano ecclesiam Sancti Salvatoris, mercatum quoque, sicut penes vestrum coenobium fieri solet, teloneum et omnem iustitiam vobis vestrisque successoribus confirmamus. Ad haec auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis praeter vestram et abbatis, qui pro tempore fuerit, voluntatem conversos vestros saeculari audeat iudicio vel potestate distringere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum loci vestri, seu monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a quocumque malueritis catholico accipietis episcopo, sicut a nonnullis praedecessoribus nostris monasterio vestro concessum est, et a vestris comprovincialibus episcopis observatum. Ad haec adiicimus, ut episcoporum quilibet claustrum ipsum et illic Domino servientes sine Romani Pontificis vel legati eius audientia interdicere vel excommunicare non debeat, neque caeteris ad vos pertinentibus locis sine certis causis praeiudicium canonicae ultionis inferre. Missas vero publicas praeter abbatis et fratrum voluntatem in eodem monasterio per episcopum celebrari, aut stationes fieri, vel ad agendas causas populares conventus aggregari prohibemus; ne in servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebeatur ulla conventibus. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, et extremae voluntati, nisi excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat: salva iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et in praescriptis Ecclesiis dioecesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum

Quorum potiora propriis vocabulis enumerat;

Cum iure decimarum.

Conversos monast. a nemine praeter abbatis voluntatem iudicandos;

Abbatem vero ipsum a solis monachis eligendum declarat.

Omnimodo oximit ab episcopo loci etiam quoad sacras ordinationes.

Sepulturam inibi sibi ponere omnibus concedit.

Decretum immunitatis a quacumque externa molestia.

Solitae clausulae.

ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax eiusdem Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Gualterius Albanensis episc. ss.

Ego Io. presbyter cardinalis Sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Io. presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae ss.

Ego Guillelmus presb. card. tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctae Susannae ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Ugo diaconus cardinalis Sancti Angeli ss.

Ego Laborans S. Mariae in Portico diaconus cardinalis ss.

Data Ferentini per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, III idus martii, indict. VIII, incarnationis dominicae anno MCLXXV, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XVI.

Dat. die 13 martii anno Domini 1175, pontif. anno XVI.

LXXX.

Approbatio instituti militiae S. Iacobi de Spatha in Hispania.

SUMMARIUM

Proœmium. — Militia S. Iacobi in Hispania instituta. — Cuius historiam institutionemque enarrat. — Magistri preces ad Alexandrum PP. ut recens instituta militia haec in ius et proprietatem Sedis Apostolicae recipiatur. — Eam PP. confirmat, et hocce donat diplomate. — Bona omnia ei confirmat. — Eis concedit in proprietatem quidquid de Saracenorum manibus acquirent. — Statuta militiae confirmat: ac primo de obedientia per milites magistro praestanda. — Milites, ac mulieres, qui sub ea sunt, sine magistri licentia nubere non possint, — Nec ad alium ordinem transire. — De generali capitulo singulis cogendo annis, — De numero fratrum pro electione magistri: — Ex his vero prior caeteris praesesse debeat loco magistri. — De modo magistri eligendi. — Tresdecim fratribus cum priore, qui magistro semper adesse debeant, potestas conceditur eum deponendi, deque eius moribus inquirendi, et causis cognoscendi. — Quo bella contra Saracenos debeant intendere. — De visitatoribus, eorumque officio. — De clericis, eorumque institutis. — De eleemosyna magis indigentibus per magistrum provide subministranda. — De hospitalitate. — Exhortatio ad opera misericordiae erga proximum. — De episcopatibus instituendis, ubi prius episcopi fuerant. — Ecclesiae parochiales, quae a militibus construi contigerit, ab episcopi ordinarii iurisdictione eximuntur. — Privilegium, ne a quoquam praeter legatum Apostolicae Sedis possint excommunicari. — Dioecesano vero episcopo in iis, quae dignitatis sunt, omnino subiiciun-

tur. — Facultas construendi oratoria ubi quatuor fratres fuerint. — Alia privilegia. — Immunitas ab exteriori quapiam molestia. — Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus. — Anathema contra temeratores privilegii huius. — Benedictio et pax illud observantibus. — Alexandri PP. subscriptio, et S. R. Eccl. cardinalium.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro Ferdinando magistro militiae Sancti Iacobi, eiusque fratribus clericis et laicis, tam praesentibus quam futuris, communem vitam professis, in perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Benedictus Deus in donis suis, et Sanctus in omnibus operibus suis, qui Ecclesiam suam nova semper prole foecundat, et sicut pro patribus filios in ea facit exurgere, sic a generatione in generationem notitiam nominis sui, et lucem fidei christianae diffundit. Ut sicut ante ortum solis stellae sese ad occasum in firmamento sequuntur, ita in ecclesiasticis gradibus generationes instorum, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis, et tenebras nostras veri Solis splendor illuminet, per tempora sibi succedant. Et sicut multi saepe per caudam draconis deiiciuntur in terram, ita per adoptionem Spiritus quotidiana fiat reparatio perditorum, et de profundo inferni ad quaerenda multi coelestia erigantur: et ita corpore teneantur in terris, ut tamquam cives Sanctorum, et domestici Dei, cogitatione ac desiderio conversentur in coelis.

Militia S. Iacobi in Hispania instituta.

Hoc sane temporibus nostris in partibus Hispaniarum de divino factum munere gratulamur: ubi nobiles quidam viri peccatorum vinculis irretiti, et miseratione illius, qui vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt, superna gratia sunt afflati et tacti, super multis transgressionibus suis dolore cordis intrinsecus, et praeteritorum agentes poenitentiam peccatorum, non solum possessiones terrenas, sed corpora sua dare in extrema quaeque pericula pro Domino decreverunt; et ad exemplum Domini nostri Iesu Christi, qui ait: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris (a), in habitu et conversatione religionis sub unius Magistri statuerunt obedientia commorari: eo utique moderamine propositum suum et ordinem temperantes, ut quia universa turba fidelium in coniugatos et continentes distinguitur, et Dominus Iesus Christus non solum pro viris, sed et pro foeminis quoque de foemina nasci voluit, et cum hominibus conversari, habeantur in ipso ordine, qui coelibem ducant vitam, et consilium beati Pauli sequantur, qui dicit: De virginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do (b). Sint etiam qui iuxta institutionem Dominicam, ad procreandam sobolem, et incontinentiae praecipitium evitandum, coniugibus suis utantur, et una cum eis ad incolatum supernae patriae de convalle lacrymarum, et terram transire peregrinatione nitantur, et lacrymis diluant et operibus pietatis reatus: quibus supra fundamentum suum, quod Christus est, pro cura carnis, et affectibus liberorum, ligna foenum stipulam aedificare contingit; cum alii expeditiores et continentes aedificent aurum, argentum et lapides pretiosos: et isti tamen et illi militent uni regi, et super unum fundamentum coelestem unam aedificent mansionem, promissione Psalmistae in Domino roborati, qui minora quoque membra Ecclesiae confortat, et dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (c).

Cuius historiam, institutionemque enarrat.

Magistri preces ad Alexandrum PP. ut recens instituta militia haec in ius et proprietatem Sedis Apostolicae reciperetur.

In horum autem fidelium Christi collegio, tu, dilecte in Domino fili, Petre Ferdinande, per voluntatem Dei magisterium super alios, et providentiam suscepisti: qui cum quibusdam fratrum tuorum ad praesentiam nostram accedens, cum humilitate, qua decuit, a Sede Apostolica requisisti, ut vos tamquam peculiares filios in defensionem nostram,

(a) Ioan. VI. (b) I, Corinth. VII, 25. (c) Psal. CXXXVIII.

et locum, in quo caput ordinis factum fuerit, in ius et proprietatem sacrosanctae Romanae Ecclesiae recipere deberemus.

Eam PP. confirmat, et hocce donat diplomate.

Unde nos devotionem vestram et bonum in Domino desiderium attendentes, de communi fratrum nostrorum consilio, in speciales et proprios sacrosanctae Romanae Ecclesiae filios recipimus: ordinem vestrum auctoritate apostolica confirmantes et praesentis scripti privilegio communimus;

Bona omnia ei confirmat.

Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste et legitime possidetis, aut imposterum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et vestris successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis (1).

Eis concedit in proprietatem quidquid de Saracenorum manibus acquirent.

Sancimus praeterea, ne occasione antiquae detentionis sive scripturae quisquam vobis possit auferre, quae ultra memoriam hominum sub Sarracenorum detenta sunt potestate, et de munificentia principum, seu vestro studio et labore, aut iam obtenta sunt, aut in futurum, auxiliante Domino, poteritis obtinere. Cum enim unica sit vobis intentio, et singularis cura semper emineat pro defensione christiani nominis decertare, non solum res, sed personas ipsas pro tuitione fratrum incunctanter exponere: plurimum posset hoc pium opus et laudabile studium impediri, si labores et stipendia vestra, quae in communi proficiunt, praeripiantur ab aliis; et otiosi ac desides, atque in laboribus suis, non quae Iesu Christi, sed quae sua sunt, requirentes, emolumenta illa perciperent, quae pro tantis laboribus vobis et pauperum Christi usibus sunt provisa, dicente Apostolo: Qui non laborat, non manducet (*a*).

(1) Hic enumerat aliquas militum possessiones (desunt tamen in edit. Cocq. R. T.) (*a*) II, Thes. III. (R. T.)

Statuta militiae confirmat: ac primo de obedientia per milites magistro praestanda.

Inter ea sane, quae professionis vestrae in ordine statutum est observari, primum est, ut sub unius magistri obedientia in omni humilitate atque concordia sine proprio vivere debeatis, illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem christianam apostolorum praedicatione conversi, vendebant omnia, et ponebant pretium ad pedes illorum, dividebaturque singulis, prout cuique opus erat; neque aliquis illorum qui possederat, suum esse dicebat; sed erant eis omnia communia.

Milites, ac mulieres, qui sub ea sunt, sine magistri licentia nubere non possint.

Ad suscipiendam quoque prolem, quae in timore Domini nutriretur, et infirmitatis humanae remedium iuxta institutionem Domini, et indulgentiam Apostoli, qui ait: Bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, et similiter mulier virum suum (*a*): qui continere nequiverit, coniugium sortiatur, et servet inviolatam fidem uxori et uxor viro; ne tori coniugalis continentia violetur. Si autem viri praemortui fuerint, et relictae uxores, quae ordinem susceperunt, nubere voluerint, denuncietur hoc magistro sive commendatori, ut cum illius licentia, cui mulier ipsa vult, nubat, tantum in Domino. Quod etiam de viris intelligitur observandum: una enim utrique lege tenentur.

Nec ad alium ordinem transire.

Statuimus quoque, ut nullus fratrum sive sororum, post susceptionem ordinis vestri et promissam obedientiam, vel redire ad saeculum, vel ad alium ordinem, sine magistri licentia audeat se transferre: cum sint in ordine vestro loca statuta (1), ut quisque districtis valeat conversari; discedentem vero nullus audeat retinere, sed ad ordinem suum per censuram ecclesiasticam, qui discesserit (2), cogatur.

De generali capitulo singulis cogendo annis:

Ut autem in ordine vestro cum maiori omnia deliberatione tractentur, statutum est inter vos, ut locus aliquis ordinetur, in quo per singulos annos in

(*a*) I, Corinth. 7, 1 et 2. (1) Forte *ubi quisque districtius*. (2) Deest *redire*.

solemnitate Omnium Sanctorum generale capitulum teneatur, et sit ibi clericorum conventus, et prior, qui illorum, et aliorum clericorum, qui de ordine vestro fuerint, curam possit habere: ac fratrum, cum necesse fuerit, provideat animabus. Sint autem tresdecim in ordine fratres, qui magistro, cum opus fuerit, in consilio et dispositione domus assistant, et eligendi magistri curam habeant competentem. Prior siquidem clericorum, cum magister migraverit de hac luce, de domo et ordine solicitudinem gerat; cui sicut magistro ordinis obedientes existant, donec per providentiam tresdecim praedictorum fratrum magistri electio celebretur. Is, cum transitus magistri fuerit auditus et cognitus, tresdecim illos fratres sine dilatione aliqua convocabit, et si quisquam eorum infirmitate vel alia causa infra quinquaginta dies adesse nequiverit, cum aliorum consilio, qui praesentes fuerint, alium absentis loco constituet, ut magistri electio ex aliquorum absentia minime differatur. Illi vero tresdecim fratres, si magister, qui pro tempore fuerit, perniciosus aut inutilis apparuerit, consilio prioris clericorum, et sanioris partis capituli, maioribus domus, corrigendi aut etiam amovendi eum, habeant potestatem. Etsi inter eum et capitulum emerserint quaestiones, debitum eis finem imponant, ne per aliena iudicia vel dilabatur Ordo, vel temporalis substantia dissipetur. In nullam autem ex hoc fratres illi superbiam eleventur; sed magistro suo devoti et obedientes existant. Et si quis eorum ex hac vita transierit, vel pro culpa, seu alia quacumque fuerit occasione mutandus, magister cum consilio reliquorum maioris partis, alium loco eius substituat. In capitulo autem, quod diximus annis singulis celebrandum, tresdecim isti fratres et commendatores domorum, nisi evidens et magna eos necessitas detinuerit, ad statutum locum incunctanter accurrant, et communiter tractent, quae ad profectum Ordinis, animarumque salutem, et substentationem corporum fuerint statuenda. Ubi praecipue ad defensionem christianorum intendere moneantur: et districte praecipiatur, ut in Saracenos, non mundanae laudis amore, non desiderio sanguinis effundendi, non terrenarum rerum cupiditate, bellum tractent; sed id tantum in pugna sua intendant, ut vel christianos ab eorum tueantur incursu, vel ipsos ad culturam possint christianae fidei provocare.

De numero fratrum pro electione magistri.

Ex his vero prior caeteris praesse debeat loco magistri.

De modo magistri eligendi.

Tresdecim fratribus cum priore, qui magistro semper adesse debeant, potestas conceditur eum deponendi, deque eius moribus inquirendi, et causis cognoscendi.

Quo bella contra Saracenos debeant intendere.

Eligantur et tunc visitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter visitent: et quae ibi digna correctione invenerint, aut ipsi corrigant, aut ad generale capitulum ipsi deferant corrigenda.

De visitatoribus, eorumque officio.

Clerici praeterea vestri ordinis per villas et oppida simul maneant, et priori, qui super eos fuerit ordinatus, obedientes existant. Et filios fratrum, qui eis a magistro fuerint commissi, instruant scientia literarum; fratribus etiam in vita quam in morte spiritualia subministrent. Induentur autem superpelliciis, et conventum et claustrum sub priore suo tenebunt, et humiliter facient, quod ab ipso illis secundum Deum fuerit imperatum. Ubi fratres quoque, de quibus magistro visum fuerit, conversentur, et non sint otiosi, sed vacent oratioui et aliis operibus pietatis. Clericis vero de laboribus et aliis bonis, a Deo praestitis, decimae reddantur a fratribus, unde libros et congrua faciant Ecclesiarum ornamenta, et in necessitatibus corporum convenienter sibi provideant; etsi aliquid superfuerit, secundum providentiam magistri in usus pauperum erogetur.

De clericis, eorumque institutis.

Ut autem concordia caritasque inter vos servetur, et a peccato detractionis et murmurationis cuncti debeant abstinere; qui commendator in quolibet loco fuerit constitutus, pro facultate domus in sanitate et aegritudine, quodcumque opus fuerit, cum ea solicitudine ac benevolentia subministret, ut neque in sub-

De eleemosyna magis indigentibus per magistrum provide subministranda.

stantia parcitatem, neque in verbo amaritudinem gerere videatur.

De hospitalitate.

Sit vobis praecipua cura hospitum et indigentium: et necessaria illis pro facultate domus liberaliter conferantur.

Exhortatio ad opera misericordiae erga proximum.

Exhibeatur praelatis Ecclesiarum honor et reverentia. Subministretur Christi fidelibus canonicis, monachis, templariis, hospitalariis, aliisque in sanctae religionis observantia positis, consilium et auxilium; quorumlibet et indigentia, si facultas fuerit, sublevetur: ut Deus in vestris glorificetur operibus: et alii, qui viderint, humilitatis et charitatis vestrae provocentur odore.

De episcopatibus instituendis, ubi prius episcopi fuerant.

Ad haec adiiciendum decernimus, ut si locus aliquis, in quo episcopus esse debeat, in vestram venerit potestatem, sit ibi episcopus, qui cum Ecclesiis et clero suo designatos sibi redditus et possessiones, et spiritualia iura percipient. Reliqua vero cedant in usus vestros, et in vestra dispositione sine cuiusquam contradictione persistant. Profecto in parochialibus ecclesiis, quas habetis, nolumus episcopos suo iure fraudari. Si autem in locis desertis, aut in ipsis terris Sarracenorum de novo ecclesias construxeritis, ecclesiae illae plena gaudeant libertate, nec aliqua per episcopos decimarum, aut alterius rei exactione graventur. Liceatque vobis, per clericos vestros idoneos easdem ecclesias cum suis plebibus gubernare, neque interdicto per episcopos, vel excommunicationi subdantur; sed fas sit vobis, tam in maiori Ecclesia, quae caput fuerit Ordinis, quam in illis aliis, excommunicatis et interdictis exclusis, divina semper officia celebrare.

Ecclesiae parochiales, quae a militibus construi contigerit, ab episcopi ordinarii iurisdictione eximuntur.

Privilegium, ne a quoquam, praeter legatum Apostolicae Sedis, possint excommunicari.

Praeterea, ne humanis vexationibus et calumniis a defensione christianorum retrahi valeatis, apostolica auctoritate decernimus, ne personas vestras praeter legatum Apostolicae Sedis, a latere Romani Pontificis destinatum, interdicere quisquam et excommunicare praesumat. Quod etiam de familiis et servientibus vestris statuimus, qui stipendia vestra percipiunt, donec iustitiam parati sint exhibere; nisi forte talis fuerit culpa, ex qua ipso facto ecclesiasticam censuram incurrant.

Dioecesano vero episcopo in iis, quae dignitatis sunt omnino subiiciuntur.

Chrisma vero, et Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis et absque ulla pravitate vobis debeat exhibere; alioquin, liceat vobis, quem malueritis, antistitem adire, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat.

Facultas construendi oratoria ubi quatuor fratres fuerint.

Liceat praeterea vobis, in locis vestris, ubi quatuor fratres vel plures fuerint, oratoria construere, in quibus fratres et familiae vestrae tantum et divinum audire officium, et christianam possint habere sepulturam. Ita enim volumus necessitati vestrae consulere, ut non debeant ex hoc adiacentes Ecclesiae iniuriam sustinere.

Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare.

Alia privilegia.

Nihilominus praesenti decreto sancimus, ut si quis in aliquem vestrum, fratrem videlicet vel sororem, violentas manus iniecerit, excommunicationis sententia sit adstrictus. Et illud idem pro tutela vestra tam in sententia quam in poena servetur, quod sub felicis memoriae Papa Innocentio praedecessore nostro de tuitione clericorum generali in concilio noscitur institutum.

Immunitas ab exteriori quapiam molestia.

Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, iura vel possessiones vestras temere perturbare, aut bona vestra auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione con-

cessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate.

Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus.

Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae liberalitatis, decem malachinos (1) nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.

Anathema contra temeratores privilegii huius;

Si qua igitur in futurum saecularis ecclesiasticave persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contravenire tentaverit, secundo tertiove monita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione revocaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.

Benedictio et pax illud observantibus.

Cunctis autem vobis vestra iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Alexandri PP. subscriptio,

Ego Alexander cathol. Eccl. episc.



et S. R. Eccl. cardinalium.

Ego Gualterius Albanensis episcopus.

Ego Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli tituli Pammachii.

Ego Ioannes presb. cardinalis tituli Laurentii in Lucina.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Caeciliae.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctae Sabinae.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae de Cosmedin.

(1) *Malachinus*, *molachinus*, monetae aureae hispanicae species. (R. T.)

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Vitellius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bacchi.

Ego Laborans diaconus card. Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Rainerius diaconus card. Sancti Gregorii ad Velabrum.

Ego Vivianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Dat. Ferentini per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, III nonas iulii, indict. VIII, incar. dom. anno MCLXXV, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XVI.

Dat. die 5 iulii anno Domini 1175, pont. anno XVI.

LXXXI.

Privilegium approbationis archimandritatus Messanensis.

SUMMARIUM

Proœmium. — Guillelmi Siciliae regis postulatio pro obtinenda huiusmodi confirmatione. — Monasterium archimandrit. sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur. — De monastico instituto inibi servando. — Bona omnia ac privilegia confirmantur. — Archimandritae super abbates et monachos monasteriorum sibi subiectorum. — Confirmatio bonorum monasterii Messanen. civitatis, statuto annuo censu archiepiscopo persolvendo. — Immunitas a solutione onerum super novalibus *etc.* — Privilegia atque exemptiones nonnullae conceduntur. — Libertates monasterio concessas ratas habet. — Archimandrita per monachos eligendus. — Decretum immunitatis a quacumque externa molestia. — Solitae conclusiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Onufrio archimandritae S. Salvatoris Messanensis, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris.

Proœmium.

Apostolicae Sedis, cui quamquam immeriti, providente Domino praesidemus,

auctoritate debitoque nostri officii compellimur, viros religiosos sincera charitate diligere; et ne cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a suo proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat, apostolico ipsos praesidio communire. Eapropter, precibus carissimi in Christo filii nostri Guillelmi illustris Siciliae regis, benignius inclinati, et vestris postulationibus favore gratuito annuentes, praefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et beati Basilii regulam, quae in eodem monasterio antiquitus instituta esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, quascumque obedientias et abbatias, rex Rugerius recol. mem. eidem monasterio per privilegium suum, bulla aurea communitum, concessit, omnem quoque honorem, dignitatem, consuetudines, et quidquid aliud vobis vestrisque successoribus contulit, sicut in privilegio suo plenius continetur, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis (1). In supradictis siquidem monasteriis omnibus debes tu, fili archimandrita, ac tui post te successores, abbates instituere consilio et consensu, qui in eis fuerint, monachorum. Et si quis abbatum indignus fuerit abbatia, cui praeest, tu illum et tui successores et iuste et canonice amovere debetis, et alium substituere in loco eius, quem dignum praevideritis, iuxta Dei timorem et regulam monasterii vestri. Liceat quoque vobis in supradictis omnibus monasteriis et obedientiis examinare et iudicare abbates, monachos, et laicos eorum, tam de spiritualibus quam temporalibus, et causas eorum iuste et canonice definire. Ipsi vero tibi tuisque successoribus debent obedientiam et reverentiam debitam exhibere, tamquam patri et archimandritae eorum, et iustitias vobis solvere constitutas. Ad haec quascumque possessiones, quaecumque bona, tam de piscationibus, olivetis, nemoribus, molendinis, terris, vineis, cannetis, et pomariis, quam de hominibus quibuscumque aliis, idem monasterium impraesentiarum ibi iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, praestante Domino, poterit adipisci, ipsa vobis et ipsi monasterio auctoritate apostolica confirmamus; eo tenore, quod Messanensi archiepiscopo et successoribus eius tam tu, fili archimandrita, quam successores tui, viginti solidos, centum libras cerae, viginti incensi, et totidem cados olei, pro censu annuatim solvere debeatis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de quibuscumque aliis proventibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis vel ab hominibus vestris decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad monasterium vestrum recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, absque archimandritae sui licentia discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus etiam, ut nullus ipsum monasterium interdicere audeat, vel monasteria aut obedientias eius, seu homines eorum. Libertates quoque et immunitates antiquas, et rationabiles consuetudines monasteriis vestris concessas, et hactenus observatas, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illi-

Guillelmi Siciliae regis postulatio pro obtinenda huiusmodi confirmatione.

Monasterium archimandrit. sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

De monastico instituto inibi servando.

Bona omnia ac privilegia confirmantur.

Archimandritae super abbates et monachos monasteriorum sibi subiectorum.

Confirmatio bonorum monasterii Messanen. civitatis, statuto annuo censu archiepis. persolvendo.

Immunitas a solutione onerum super novalibus etc.

Privilegia, atque exemptiones nonnullas conceduntur.

Libertates monasterio concessas ratas habet.

(1) Hic enumerat eorum possessiones, ita Coquelines, in cuius tamen editione illarum elenchus deest. (R. T.)

Archimandrita per monachos eligendus.

batas remanere censemus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci archimandrita, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres monasterii communi consensu, vel fratrum maior pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et monasterii regulam de se ipsis providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Messanensis archiepiscopi, sicut supradictum est, annuo censu. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, praesentis constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Decretum immunitatis a quacumque externa molestia.

Solitae conclusiones.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, XIV kalendas novembris, indict. IX, incarnationis dominicae anno MCLXXV, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XVII.

Dat. die 19 octobris anno Domini 1175, pontif. anno XVII.

LXXXII.

Privilegium confirmationis bonorum atque immunitatum monasterii Vallis-Umbrosae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Bona omnia ei confirmat, tam praesentia quam in futurum acquirenda: — Quorum aliqua nominat propriis vocabulis. — Nonnullas exemptiones concedit, atque immunitates. — Monasteriorum subiectorum caput Vallisumbrosanum. — Abbatis electionem per caeteros monast. abbates fieri praecipit. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Iacobo Vallisumbrosano abbati, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere dignoscitur, auctore Domino, sine aliqua est dilatione complendum. Quia igitur propositum vestrum, divina præeunte ac subsequente clementia, religionis vestrae simplicitas bonae opinionis odore et prope et longe positis aspiravit, nos vestro provectui, annuente Domino, provectus adiungere cupientes, ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Paschalis et Adriani, Romanorum Pontificum, coenobium vestrum pro beatae Mariae semper Virginis reverentia, cui dicatum est, in Romanae Ecclesiae proprietatem et tutelam atque protectionem Apostolicae Sedis suscipimus, et apostolicae illud auctoritatis privilegio munientes, ab omnium personarum iugo liberum permanere decernimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui ibidem secundum Deum, et beati Benedicti regulam noscitur institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona iam dictum coenobium im-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit;

Bona omnia ei confirmat, tam praesentia

(1) Ex tabulario monast. huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. III, ubi de Fesulan. episcopis.

quam in futurum acquirenda.

praesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, rationabiliter poterit adipisci, quieta vobis et integra conserventur; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium S. Salvii, monasterium Sanctissimae Trinitatis de Florentia, monasterium Strumene, monasterium de Osolla, et Sancti Iacobi de Castello monasterium, monasterium Passiniani, et Sancti Michaelis de Senis, et de Alpiano, monasterium de Cultubono, de Monte Pisis, monasterium de Monte Scalario, et de Nerano, monasterium de Fivilo, monasterium de Cappiano, monasterium Sancti Pauli Pisani, et Sancti Michaelis de Plaiano, et Sancti Michaelis Salvenere in Sardinia, monasterium S. Angeli de Pistorio, monasterium de Paviano, monasterium Sanctae Mariae de Prato, monasterium de Vaiano, monast. de Opleto, monasterium de monte Plano, monasterium de Fonte Thaonis, monast. de Muscete, monasterium de Monte Armato, monasterium S. Caeciliae, monasterium S. Reparatae, monasterium de Trecento, monasterium de Crispino, monasterium de Razolo, monasterium de Buio Caesaris, monasterium de Cunco, monasterium de Turri, monasterium de Caprilia, monasterium Sancti Marci de Placentia, monasterium Sancti Benedicti de Herba Amata, monasterium Sancti Prosperi de Regio, monasterium de Cavana, monasterium Sancti Mercurialis Foroliviensis, monasterium de Novaria, monasterium de Vercellis, monasterium de Ianua, monasterium Sancti Pauli de Terdone, monasterium Brixiense, monasterium Veronense, monasterium Sancti Carpophori, monasterium Astense, monasterium Sancti Angeli Guniperiti. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, et ordinationes clericorum, liceat vobis a quocumque malueritis episcopo catholico, et Romanae Ecclesiae gratiam atque communionem obtinente, recipere, qui nostra fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Sancimus insuper, ut nulli episcoporum fas sit, in vos excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, ut qui in speciales estis filios Apostolicae Sedis assumpti, nullius alterius iudicium temere subeatis. Nulli quoque liceat, aliquod vestrae religionis monasterium a loci sui stabilitate revellere ac removere sine abbatis et congregationis communi consensu. Constituimus autem, ut omnium praedictorum monasteriorum caput, quod in Valle-Umbrosa situm est, monasterium habeatur. Sane cum terminus vitae pastori vestro divina dispositione contigerit, qui eius loco substituendus fuerit, quia et vobis et aliis omnibus praesse debebit, omnium, qui caeteris praesunt monasteriis, consensu et iudicio eligatur. Quod si forte ex ipsis abbatibus quilibet, Domino disponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum principale coenobium principaliter transeat, et eius mox iudicio, sicut in diebus venerandae memoriae Ioannis primi abbatis vestri factum constat, caetera omnia unita vobis monasteria disponantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare; sed omnia *etc.*, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur *etc.* Cunctis autem *etc.*

Quorum nonnulla nominat propriis vocabulis.

Monasteriorum subiectorum caput Vallisumbrosanum.

Abbatis electionem per caeteros monast. abbates fieri praecipit.

Solitae conclusiones.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episc. ss.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Guillelmus presbyter cardinalis tit. S. Petri ad Vincula ss.

Nonnullas exemptiones concedit, atque immunitates.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae tit. Pastoris subsc.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci ss.

Ego Theodinus presbyter cardinalis tituli S. Vitalis tit. Vestinae ss.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. S. Caeciliae ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin, ss.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani ss.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.

Ego Laborans diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Raynerius diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Dat. Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiac. et notarii, XII kal. maii, ind. IX, incarnat. domin. anno MCLXXVI, pontificatus vero D. Alexandri Papae anno XVII.

Dat. die 20 aprilis anno Domini 1176, pont. anno XVII.

LXXXIII.

Bona et iura monasterii S. Mariae de Florentia ord. Cassinen. confirmans, quamplurima ei privilegia atque exemtiones concedit (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona et iura, et eccl. monast. S. Mariae de Florentia confirmat. — Quorum nonnulla exprimit propriis vocabulis. — Institutionem capellanorum in propriis libere exercere concedit. — Ab episcoporum iurisdictione clericos ecclesiarum dicti monast. declarat exemptos, — Aliaque privilegia elargitur. — Sepulturam in dicto monasterio liberam fore decernit. — Solitum immunitatis decretum, — Adiectis clausulis poenalibus pro violatoribus privilegii huius. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex archiv. monast. huius edidit Margar. in sui Bullarii parte I, constit XVIII.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Bernardo abbati Sanctae Mariae de Florentia, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Cum omnium Ecclesiarum sit nobis, quamquam immeritis, cura commissa, et de omnibus teneamur generalem solicitudinem gerere; illis propensius adesse debemus, quae specialiter iuris beati Petri esse noscuntur. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium vestrum, quod specialiter iuris et proprietatis Romanae Ecclesiae noscitur esse, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, in quo monasterium ipsum situm est, cum pertinentiis suis, castrum de Signa, et tertiam partem castri de Grumulo cum ecclesiis et pertinentiis eorum, curtem de Greve cum ecclesia S. Martini caeterisque possessionibus suis, ecclesiam S. Bartholomaei cum curte et terra Berizonis et Azae uxoris eius de Radda: insuper et terram eiusdem de Petroio, seu in quibuscumque locis cum omnibus pertinentiis suis, castrum Radda cum curte et ecclesiis et omnibus ad ea pertinentibus, castri de Tignano tertiam partem cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Nicolai in Campo Clarentis cum curte et ecclesiis et omnibus pertinentiis suis, curtem Cacierini cum possessionibus suis, castrum Bibianum cum curte et ecclesiis omnibus ad eam pertinentibus, ecclesiam Sancti Martini in loco Confluenti cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini, quae est infra

Bona et iura, et eccl. monast. S. Mariae de Florentia confirmat.

Quorum nonnulla exprimit propriis vocabulis.

civitatem iuxta praelibatum monasterium cum casis, terris et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini in Mensula cum omnibus pertinentiis suis, curtem Montis Domini cum omnibus ad eam pertinentibus, curtem de Mandria cum pertinentiis suis, terram Ioannis filii Tendi cum casis et reliquis possessionibus, sicut Maria et Donatus filius monasterio contulerunt, casas et terras Ioannis filii Boiae, ecclesiam Sancti Proculi cum terris et domibus circa se, castrum Vicli cum curte, ecclesiis et omnibus pertinentiis suis; praeterea quidquid de donatione Bonifacii fratris Benedicti, quondam abbatis vestri, legitime possidetis, et omnes decimas de Viclo, sicut eas de concessione venerabilis fratris nostri Florentini episcopi, et decimam de allodio vestro, de Curte, de Casalia, de Fusci, et de Rochetta, sicut decimam ipsam de concessione Guidonis quondam Vulterrani episcopi canonice possidere noscimini, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus. Nihilominus etiam liberam institutionem personarum in ecclesiis vestris, sicut eam praedecessores vestri et vos ipsi a quadraginta retro annis inconcusse habuisse noscimini, vobis duximus auctoritate apostolica confirmandum. Prohibemus insuper, ut nullus episcopus, vel ministerialis eius, ecclesias vestras vel earum clericos indebitis exactionibus seu molestiis audeat fatigare, aut in eos excommunicationis vel in vos seu monasterium vestrum interdicti sententiam, sine mandato Romani Pontificis vel legati ab eius latere destinati, ferre praesumat. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, decimas vel primitias a vobis vel a monasterio vestro nullus praesumat exigere. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationem monachorum vel clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Florentino recipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, quemcumque malueritis adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, vobis quae postulatis, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat: salva tamen iustitia Ecclesiarum illarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione atque substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Institutionem capellanorum in propriis libere exercere concedit.

Ab episcoporum iurisdictione clericos ecclesiarum dicti monast. declarat exemptos.

Aliaque privilegia elargitur.

Sepulturam in dicto monasterio liberam fore decernit.

Solitum immunitatis decretum,

Adiectis clausulis poenalibus pro violatoribus privilegii huius.

Signum Alexandri Papae III.

VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI

S. PETRUS ✝ S. PAULUS

EGO ALEXANDER catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Alexandri PP.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episc. ss.

Ego Ioannes presb. card. Sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Guillelmus presbyter cardinalis tit. S. Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presbyter cardinalis S. Pudentianae tituli Pastoris ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci ss.

Ego Theodinus presbyter cardinalis S. Vitalis tituli Vestinae ss.

Ego Manfredus presb. card. tit. Sanctae Caeciliae ss.

Ego Petrus presb. card. tit. Sanctae Susannae ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmedin ss.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani ss.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Laborans diac. card. S. Mariae in Porticu ss.

Ego Raynerius S. Georgii ad Velum Aureum diac. card. ss.

Datum Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, II kal. maii, indictione IX, incarnationis dominicae anno MCLXXVI, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XVII.

Dat. die 30 aprilis anno Domini 1176, pont. anno XVII.

LXXXIV.

Confirmatio privilegiorum, a Summis Romanis Pontificibus concessorum monasterio Sancti Ioannis in Venere Teatinae dioecesis, ac omnimoda exemptio a iurisdictione Ordinarii (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipit; privilegiaque omnia ab antecess. Pontif. concessa confirmat, cum donationibus inibi contentis. — Nonnulla enumerat bona et possessiones — Tam in ecclesiis quam in civitatibus, oppidis, castellis *etc.*, — Quae ubique locorum per totam Italiam extant: — Cum iure decimarum: — Omnibus confirmatis quae possidet monasterium, vel poterit in futurum adipisci. — Abbas eligatur a monachorum gremio, a Romano Pontifice consecrandus. — Ad monachos adhortatio. — Immunitas a quacumque molestia: — Quae roboratur solitis clausulis poenalibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ital. Sac., tom. VI, ubi de Teatinis episcopis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Oderisio abbati monasterii S. Ioannis in Venere, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri (*a*), monet nos inter rectitudines ingredi, quoniam fortitudo simplici via Domini recta: ergo petentibus non est denegandus auditus, quia servorum Dei quieti pro nostro est officio providendum, quatenus, a saecularibus tumultibus liberi, in via Domini simplicibus animis fortiter ambulare praevaleant. Quapropter, fili in Christo, legitime ordinis abbas (1), tuis tuorumque fratrum iustis deprecationibus exorati, ad honorem S. Dei Genetricis et Virginis Mariae, et S. Praecursoris Domini Ioannis Baptistae, coenobium eius nomini dedicatum, in quo omnipotenti Domino unanimiter deservitis, in Apostolicae Sedis gremio perenniter confovendum, praestante Deo, auctoritate praesentis privilegii communimus; privilegiorum siquidem formam sequentes, quae vestro coenobio a nostris praedecessoribus, sanctis videlicet Leone, Victore, Nicolao et Urbano, collata sunt, vobis vestrisque successoribus illa omnia perpetuo possidenda confirmamus, quae Transmundus comes Transmundi ducis, et marchionis filius in comitatu Teatino,

Monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipit; privilegiaque omnia ab antecess. Pontificibus concessa confirmat cum donationibus inibi contentis.

(*a*) Isai. XL, 3. (R. T.) (1) Lege: *Quapropter, fili in Christo carissime Oderisi abbas*, etc. (ex Cocq. *Add. et Corr.*)

Pinnensi, Aprutiensi, Firmano et Termulano, vestro noscitur monasterio obtulisse: caetera quoque, quae aliorum oblatione fidelium in ius vestrum et dominium devenerunt, videlicet: in comitatu Teatino has cellas, S. Ioannis in Mulo-Traverso, S. Zachariae, S. Benedicti, S. Romani, S. Severini, S. Mariae ad Capellam secus Ortanam, S. Pauli et S. Petri cum burgo, qui ex latere est: item ecclesiam S. Georgii, S. Philippi de Palatio, S. Angeli cum tertia parte portus Ortonae, Sanctae Mariae iuxta rivum, qui dicitur Fricius: in curte Ateana Ss. martyrum Legontiani et Domitiani cum mille modiis terrae iuxta se: in curte de Agrame, S. Calari et Ss. virginum Aureae et Petronillae, S. Ambrosii, S. Martini, S. Stephani ad collem in Bussi, S. Crucis cum duodecim marnatis hominum, S. Angeli intra Oppida Septem ex adverso S. Nicolai: item cellam S. Ioannis in Rocca cum oppido suo, S. Thomae cum oppido suo, S. Farmanni, S. Eusanii cum castello suo, S. Apollinaris cum castello suo, S. Nicolai cum castello suo, S. Mariae Inca cum castello suo, Sanctae Mariae in Crypta Trinea, S. Angeli in Pesclo, S. Angeli in Ortecle cum oppido suo, S. Marci, S. Quirici, S. Luciae in Argelli, S. Pantaleonis, S. Crucis in Alento cum oppido Mucella, S. Ansuini, S. Ioannis in Retro, S. Pauli in Piscaria cum oppido suo, Sancti Laurentii in Piscaria cum quarta parte de transverso eiusdem fluminis, et quarta portus eiusdem, S. Nicolai cum oppido Sangro, S. Cantianae in castello Palledo, S. Martini de filiis Theodaldi, S. Petri in Batinario cum Fara sua, S. Agathae, S. Pancratii, S. Iustini de Casole, S. Petri in Lauro, S. Petri de Linari cum castello Resse, S. Petri in Parlasi, S. Mariae in Valle, S. Mariae in Teramo, S. Viti in Portule: oppida vero haec, Fossam-Caecam, Castellum-Muratum, Roccam de Sclavis, Giruli Laternum, montes Octaviani, Guastura, Meruli, Porcile, Maliaiico, Castellum-Vetus, Balerianum, Faram Benedicti filii Uberti, Faram filiorum Bederochi, montem Sancti Silvestri, Petrarium, Senellam, Castellinum, castrum Aymonis, Turricellam, Montem collis Marsini, Ilicem, Rivum-Iustum, Maclam, Scorniosam, Casale S. Benedicti, Morum-Rivum Petri Peschi: in comitatu Pinnensi cellam S. Mariae Anfrisano, S. Mariae in Ponzano cum castello Casa-Vetere, S. Michaelis in Boccarieto cum Fara sua, et Fara de Saratico, S. Michaelis in fine cum Fara et pogio suo, S. Petri in Campo-Rotundo, S. Mariae in Loquiano cum pogio suo, S. Mariae in Rivo Sonuli, S. Ioannis in Aquaviva cum casali suo, Sancti Petri, S. Ioannis ad Ponticulum, S. Antonii, Sanctae Mariae in Rigulo, S. Salvatoris in Casa-Nigra, S. Margaritae in Legoniano, Sancti Io. in Carpeneto, Sancti Angeli in Rivo-Turbido, S. Mariae in Valle, S. Nicolai in Plomba, Sancti Laurentii iuxta Gomarium, S. Ioannis ad Casam-Comuste, Castellum ad Mare, Speltore, Furcam Consenga, Montem Sylvarium, civitatem S. Angeli, Ilicem Sanctae Crucis, Casam Lariti, Ilicem Trallionium, Pizanum, Sentranum, montem Valterii, Monticulam, Spatulam Ruptam, Arsetam, Bifenum, Antianum, Ranchi, Sylvam, Mitilianum, Casulae Murum, Altum-Castellum ultra montem Peditarum Sancti Ioannis de filiis Tribuni: in comitatu Aprutien. cellam Sancti Ioannis in Gomano cum castello suo, Cerrum Bifurc, Sancti Donati in Salinello cum castello Palmae, Sancti Stephani ad Mura, et ecclesiam Sancti Angeli, Montem Paganum, Grassianum, Ripam filiorum Azonis, pogium Mulorum Morelli, curtem de Pedoniano, totam curtem Totam de Bucelliano, tertiam partem curtis de Semproniano: in comitatu Firmano cellam Sancti Nicolai cum castello Paterno, Monteronem, medietatem curtis de Supplica, integram curtem de Aquaviva, montem Bolarium, castellum Rodactarisci, castellum Coli-

Nonnulla enumerat bona et possessiones.

Tam in ecclesiis quam in civitatibus, oppidis, castellis etc.

Quae ubique locorum per totam Italiam extant.

nari, ecclesiam Sancti Passicis: in comitatu integram curtem de Palveniano: in comitatu Camerino terram cum suis cultoribus: in curte Cesepalumbi mediam curtem de Visiliano, quartam partem curtis de Albano: in comitatu cellam Sancti Martini, Sanctae Mariae in Contro cum eius eccles. Sancti Ianuarii, S. Victorini, Sancti Laurentii, sextam partem S. Salvatoris: apud Lisinam, cellam S. Archangeli: Ferrariae, cellam Sancti Nicolai: in civitate eccl. Sanctae Mariae ad Vineam Talliatam: in principatu Beneventano eccl. Sanctae Mariae, Sancti Ioannis in Barsica, cellam Sancti Anastasii, in civitate haereditatem Leonis Pinnini integram: in Dalmatia apud Bellumgradum cellam Sancti Thomae, similiter etiam teloneum mercatorum, et pretium, decimasque, et oblationes mortuorum, ex omnibus absque contradictione aliqua teneatis. Praeterea per praesentis decreti paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque in cellis, in ecclesiis, in oppidis, villis, silvis, pascuis, fluminibus, portibus, littoribus, piscariis tam maris quam fluminum, molendinorum, aquarum decursibus, in servis et ancillis, et quibuslibet rebus mobilibus et immobilibus, hodie vestrum coenobium iuste possidet, vel in futurum, iuvante Domino, iuste acquirere poterit, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Chrisma vero, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes aliorum clericorum, qui ad sacros sunt ordines promovendi, a quocumque volueritis catholico accipiatis episcopo. Intra totius abbatiae terminos nullus episcopus, nisi a te invitatus, synodum celebrare, vel clericos constringere audeat, ut intelligas curam hanc ad tuam solicitudinem pertinere non aliter, quam vice tibi a nobis indulta. Obeunte vero te, eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dominum, et beati Benedicti regulam elegerint; electus autem, ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Vos vero, filii in Christo legitimi, oportet, collatam vobis gratiam in omnibus constitutionibus, et tantis Sedis Apostolicae beneficiis dignis operibus respondere; nec libertate hac in occasionem carnis, et velamine malitiae abutamini: et quanto a saecularibus tumultibus liberiores estis, tanto amplius placere Domino totis mentis et animae viribus procuretis. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et tuta conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, contra hanc nostrae constitutionis paginam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, ita quod se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Cum iure decimarum.

Omnibus confirmatis quae possidet monasterium, vel poterit in futurum adipisci.

Abbas eligatur a monachorum gremio, a Romano Pontifice consecrandus.

Ad monachos adhortatio.

Immunitas a quacumque molestia;

Quae roboratur solitis clausulis poenalibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Vitellius presbyter cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Ioannes presb. card. S. Marci.

Ego Theodinus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctae Caeciliae.

Ego Petrus presb. card. tit. Sanctae Susannae.

Ego Iacintus diac. card. S. Mariae in Cosmedin.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani.

Ego Ugo card. Sancti Eustachii iuxta templum Agrippae.

Ego Laborans diac. cardinalis Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Raynerius diac. cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Datum Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, XVI kal. iulii, indict. IX, anno dom. incarnationis MCLXXVI, pontificatus vero D. Alexandri Papae III anno XVII.

Dat. die 16 iunii anno Domini 1176, pontif. anno XVII.

LXXXV.

Podius Bonitius, in dioecesi Florentina positus, Senensibus episc. adiudicatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Podius Bonitius Senensibus episcopis adiudicatur: — Cum derogatione constitutionis Hadriani Papae, de qua in nota. — Decretum confirmationis huiusce concessionis. — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gunteramo Senen. electo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium. Communi et speciali debito tuis cogimur petitionibus condescendere, et effectum congruum indulgere, ut qui tenemur universos in suis iustis postulationibus exaudire, tanto tibi amplius videamur esse propitii, quanto te et Ecclesiam tibi commissam abundantiori diligimus charitate. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam in Monte Bonizi a b. m. Raynerio praedecessore tuo, in fundo videlicet, quem b. m. comes Guido concessit beato Petro, et piae record. praedecessori nostro Adriano Papae, de ipsius praedecessoris nostri auctoritate et concessione constructam, de communi consilio fratrum nostrorum tibi et tuis successoribus concedimus et confirmamus; dantes vobis liberam facultatem, sicut idem praedecessor noster dedisse dignoscitur, eamdem Ecclesiam sine contradictione qualibet consecrandi, et in ea clericos iuxta vestrae voluntatis arbitrium ponendi et libere ordinandi: non obstante retractione, quam praefatus praedecessor noster super hoc, levi et vano errore ductus, ea consideratione fecisse dignoscitur, quod locus in episcopatu Florentino consistit; cum in privilegio ipsius praedecessoris nostri contineatur fundum ipsum a memorato comite supra fuisse concessum, et ab eodem praedecessore nostro ad Ecclesiam ibi conservandam sub annuo censu unius bizantii tuo praedecessori collatum. Statuimus autem, sicut praefatus praedecessor noster noscitur statuisse, ut quicumque de tua dioecesi ad locum illum transierint, in omnibus spiritualibus tibi tantum et successoribus tuis debeant respondere, et vos eamdem, quam prius, habeatis in eis omnino potestatem. Caeterum ad huius nostrae concessionis et confirmationis indicium unum bizantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis et confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum ecclesia-

Podius Bonitius Senensibus episcopis adiudicatur:

Cum derogatione constitutionis Hadriani Papae.

Decretum confirmationis huiusce concessionis.

(1) Simile diploma edidit Hadrianus IV anno 1158, quamvis sequenti anno contrariam omnino Const. ediderit, prout constat ex sequenti contextu. Ex tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., tom. III.

Solitae conclusiones.

stica saecularisve persona, hanc nostrae concessionis et confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss.

Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus.

Ego Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli tituli Pammachii ss.

Ego Guillelmus presb. card. tit. Sancti Petri ad Vincula ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tituli Pastoris subsc.

Ego Ioannes presbyter cardinalis S. Marci subsc.

Ego Theodinus presb. card. Sancti Vitalis tit. Vestinae subsc.

Ego Manfredus presb. card. tit. Sanctae Caeciliae ss.

Ego Petrus presb. card. tit. Sanctae Susannae ss.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin subsc.

Ego Cintius diac. card. S. Adriani ss.

Ego Ugo diac. card. Sancti Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.

Ego Laborans diac. cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ss.

Datum Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, x kal. iulii, indictione xi, incarnationis dominicae anno MCLXXVI, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno XVII.

Dat. die 22 iunii anno Domini 1176, pont. anno XVII.

LXXXVI.

Confirmatio monasterii de Boscodunno, bonorumque ad illud pertinentium: et inhibitio, ne quis de eius novalibus aut nutrimentis animalium decimas exigat (1).

SUMMARIUM

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Bona omnia eidem confirmat: — Nonnullaque enumerat. — Exemptio decimarum. — Alexandri PP. subscriptio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Guigoni abbati Boscaudunensis monasterii, eiusque fratribus regularem vitam professis, in perpetuum, etc.

(*Deest initium*).

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Quapropter, dilecti in Domino filii, praefatum monaster.. in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, qui Boscaudon dicitur, cum pertinentiis suis, in quo monasterium ipsum fundatum est, abbatiam de Pratis, et abbatiam de Laura, quam aedificatis, cum possessionibus, Laveram cum suis possessionibus, domum Sancti Mauricii cum suis pertinentiis, vineas de Romolano, vineas de

Bona omnia eidem confirmat:

Nonnullaque enumerat.

(1) Ex Gall. Christ., nov. edit., inter Instrum. Ecclesiae Ebredunen., num. XI.

Capdavaco, vineas de Moillarou, grangiam de Pailheyrol cum omnibus, quae in illo territorio habetis, grangiam de Villario Roberti, et quidquid ibi habetis et possidetis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas exigere praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, *etc.*

Exemptio decimarum.

Alexandri PP. subscriptio.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus *etc.*

Dat. Anagniae per manum Gratiani S. R. E. subdiac. et not., IV nonas iulii, indict. IX, incarn. Dom. anno MCLXXVI, pontif. vero D. Alex. PP. III anno XVII.

Dat. die 4 iulii anno Domini 1176, pontif. anno XVII.

LXXXVII.

Confirmatio donationum omnium, favore Capituli et canonicorum Aquileiensis Ecclesiae factarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub Sedis Apostolicae protectione suscipit Pontifex. — Donationes omnes, eius favore factas, vel imposterum faciendas, ratas habet, atque confirmat; — Quorum plurima enumerat suis nominibus: — Et decimarum ius cum omni iurisdictione imperiali. — Decretum immunitatis a qualibet externa molestia *etc.* — Solitae conclusiones. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Valderico praeposito, et canonicis Ecclesiae Aquileiensis, tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi conveniat, et consonet honestati, animo nos decet libenti concedere, et effectum iusta petentibus indulgere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam de Melereto cum omnibus finibus et pertinentiis suis, scilicet cum villa Sclavorum, quae similiter dicitur Meleretum, Palmata, Ronch, et Ronchetas, cum agris, vineis, pratis, pascuis, cultis et incultis, sylvis et venationibus usque ad sylvam S. Laurentii, et usque ad villam, quae dicitur Claeviam, et usque ad villam, quae dicitur Antonianum, et usque Feletas, et usque Becinis, et usque ad villam S. Stephani, et usque ad Risam, et usque ad villam, quae dicitur Perseriano: villam quoque de Casteone, et de Mursano cum finibus et pertinentiis suis, a villa S. Andreae usque ad villam, quae dicitur Ganarium, et usque ad sylvam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, paludibus, et sylvis, cum venationibus, cum aquis, aquarumve decursibus, cum molendinis et piscationibus: villam etiam de Mariano, et villam de Carlinis, et villam S. Georgii, et villam de Mutiana cum omnibus redditibus suis, una cum omnibus finibus et pertinentiis suis, cum campis, vineis, pratis, pascuis, cultis et incultis, cum aquis aquarumve decursibus, ac molendinis, insulis a mari et a flumine, quod dicitur Carnium, usque ad aquam, quae dicitur Arnuianus, cum paludibus et piscationibus, cum sylvis et venationibus: ecclesias baptismales Aquileiensis patriarchatus cum cappellis sibi pertinentibus, sicut eas pa-

Ecclesiam hanc sub Sedis Apostolicae protectione suscipit Pontifex.

Donationes omnes, eius favore factas, vel imposterum faciendas, ratas habet, atque confirmat:

Quorum plurima enumerat suis nominibus:

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. v, ubi de hac Ecclesia.

cifice possidetis: in foro Aquileiensi triginta stationes, et in portu Piri viginti: quinquaginta mansos in Ossellam cum ecclesiis et decimis, villam de Farra cum adiacentibus villis, videlicet villam de Petolan, et Drasam, et Sebredam, et Villa Nova, Gradisca, Bruma cum omnibus pertinentiis suis, a monte, qui dicitur Cars, usque ad stratam Ungarorum, et usque ad villam, quae dicitur Algo, cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis, pratis, sylvis, pascuis, cultis et incultis, venationibus et piscationibus, et omni iurisdictione imperiali, prout imperator Otto bo. mem. Aquileiensi Ecclesiae et canonicis tradidit: etiam et Carniam villam de Penicles, et villam de Nogarias, et villam de Felas in monte S. Petri, et montem de Tenca, et quatuor mansos in villa Avale, et villam de Battalia, et tres mansos apud Ingiam, et novem mansos apud Pinzan, et quindecim mansos apud Gruans, et quemdam montem apud Avenzon. Praeterea sicut Burkardus advocatus Aquileiensis Ecclesiae, et postea Henricus, placitum advocatiae in manu patriarchae Valrici refutarunt pro se et successoribus suis super omnibus bonis Aquileiensi Ecclesiae attinentibus, cum omnibus districtis usibus et pertinentiis, ita et nos auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat suprad. Eccl. temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Aquileiensis patriarchae canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Et decimarum ius.

Cum omni iurisdictione imperiali.

Decretum immunitatis a qualibet externa molestia etc.

Solitae conclusiones.

Signum ✝ Curiae Romanae ✝

PP. ALEX. TERTII.

Signum ✝ Notarii.

EGO ALEXANDER catholicae Ecclesiae episcopus subs. Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostien. episcopus. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Albertus presb. cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guillelmus presb. cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Petr. presb. card. Sanctae Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sancti Marci.

Ego Theodinus presb. card. Sancti Vitalis tit. Vestinae.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ege Petr. presbyter cardinalis tituli S. Susannae.

Ego Iacintus diac. card. Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Ugo diac. card. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.

Ego Laborans diac. cardinalis Sanctae Mariae in Porticu.

Ego Rainerius diac. card. S. Georgii ad Velum Aur.

Datum Anagniae per manum Gratiani sanctae R. E. subdiac. et notarii, nonis iulii, indictione IX, incarnationis domi-

nicae anno MCLXXVI, pontificatus Alexandri PP. III anno XVII.

Dat. die 7 iulii anno Domini 1176, pont. anno XVII.

LXXXVIII.

Approbatio Instituti Ordinis Carthusianorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Carthusianos sub protectione Sedis Apostolicae suscipiens, eisdem bona omnia confirmat. — Immunitatem, quam ecclesiasticam vocant, infra eorum domus fines concedit. — Intra eosdem quamcumque construi domum prohibet. — Decretum pro indemnitate bonorum huiusmodi. — Solitae clausulae poenales. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. card. subscript.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Guidoni priori Carthusiae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Cum vos per Dei gratiam multa promereatis gloria meritorum, et vitam solitariam eligentes, divinae contemplationi arctius intendatis, bonus odor religionis vestrae ad id nos inducit, ut communi et speciali debito quieti vestrae debeamus intendere, et iura vestra summopere conservare. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, vestramque, et alias domos ordinis vestri, et cum omnibus bonis, pascuis, possessionibus, quas impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, et terminos, quos rationabiliter statuistis, vobis et domibus vestris auctoritate apostolica confirmamus. Ad haec auctoritate apostolica arctius interdicimus, et sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra terminos vestros vel domorum vestrarum, hominem capere, furtum seu rapinam committere, vel homicidium facere audeat, aut homines ad domos vestras venientes, vel ab eis redeuntes, quomodolibet conturbare, ut ob reverentiam Dei et locorum vestrorum infra hos terminos, non solum vos et fratres vestri, sed etiam alii, plenam pacem habeant et quietem. Adiicientes quoque statuimus, ut infra dimidiam leucam a terminis possessionum, quas habetis, nulli religioso liceat, quodlibet aedificium constituere, vel possessiones acquirere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, vos super possessionibus vel pascuis vestris temere perturbare, aut super his vobis molestiam vel gravamen inferre, vel eas ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Carthusianos sub protectione Sedis Apostolicae suscipiens, eisdem bona omnia confirmat.

Immunitatem, quam ecclesiasticam vocant, infra eorum domus fines concedit.

Intra eosdem quamcumque construi domum prohibet.

Decretum pro indemnitate bonorum huiusmodi.

Solitae clausulae poenales.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostien. episc. ss.

Ego Ioannes Ss. Ioannis et Pauli presbyter cardinalis ss.

Ego Albertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

(1) Ex Concil., tom. XIII, loc. cit

Ego Guill. presbyter cardinalis Sancti Petri ad Vinc. ss.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sancti Marci ss.

Ego Theodinus presbyter cardinalis tituli Sancti Vitalis ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Iacintus Sanctae Mariae in Cosmedin diac. card. ss.

Ego Cintius diac. Sancti Adriani ss.

Ego Ugo cardinalis diaconus Sancti Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Ego Laborans diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu ss.

Datum Anagniae per manum Gratiani, sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi et notarii, IV nonas septembris, indictione IX, incarnationis dominicae anno MCLXXVI, pontificatus vero D. Alexandri Papae III anno XVII.

Dat. die 2 septembris anno Domini 1176, pontif. anno XVII.

LXXXIX.

Bona omnia Veronensis Ecclesiae confirmantur Capitulo et canonicis: addito decreto, quod absque sanioris partis consensu alienari non possint (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam Veronen. sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Bona ad eam pertinentia capitulo et canonicis confirmat. — Quorum multa hic propriis vocabulis singillatim enumerat; — Addito decimarum iure; — Eadem sine maioris capituli partis consensu alienari non posse declarat. — Solitum decretum immunitatis, atque observantiae huiusce privilegii. — Alexandri PP., episcoporum et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Ex tabulario Ecclesiae huius edidit Ughell., Ital. Sac., ubi de hac Ecclesia.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Riprando archipresbytero Veronensis Ecclesiae, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonicis substituendis, in perpetuum.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere; et earum quieti et utilitati; conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas, et a pravorum hominum nequitiis tueamur, et beati Petri atque Apostolicae Sedis patrocinio, muniamus. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, praedecessorum nostrorum Callisti et Innocentii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias scilicet S. Georgii, Sancti Ioannis Baptistæ, Sancti Clementis, Sanctae Caeciliae, S. Faustini, S. Firmi in Cappella, et Sancti Pauli in Burgo, ecclesiam Sancti Ioannis Baptistae in Valle, monasterium Sancti Michaelis in Campanea, Sancti Ioannis Baptistae in Quintiano, ecclesiam Sancti Petri in Carnario, Sancti Pauli de Pruno, et Omnium Sanctorum de Novariis, Sanctae Mariae de Turano, Sancti Cassiani et Omnium Sanctorum de Martiana, Sancti Pancratii, Sancti Georgii in Salsis, Sancti Michaelis de Carmisino, Sancti Faustini de monte Draconis, Sancti Prosdocimi cum decima, Sancti Ambrosii de Casali-Alto, villam Quinti, et locum, qui dicitur Villa, et Lusiam cum ecclesiis et decimationibus earum. Castella vero et villas vestras

Exordium.

Ecclesiam Veronen. sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Bona ad eam pertinentia capitulo et canonicis confirmat.

Quorum multa hic propriis vocabulis singillatim enumerat:

vobis nihilominus confirmamus, videlicet Cerreta, Erbetum, Fagnanum, Ponteposserum, Pradellas cum cappella, Englare dimidium, Biunde, Porcille, Tresolanum, Gretiana, Martiana, Pullianum, et medium Romagnanum, Pruno, Calmasinum: in comitatu Trid. Bergusium, Bundo, Bulbeno, Badabiones cum cappella, silvam etiam, quae dicitur Colegaria, cum piscariis, et tertiam partem nemoris, quod dicitur Budaugnano, et palatium cum porta Sancti Zenonis, oblationem etiam dimidiam monasterii Sancti Zenonis in singulis festivitatibus eiusdem confessoris a diluculo usque ad horam tertiam: decimam quoque civitatis, et portae Sancti Zenonis, et burgi: iustas autem consuetudines vestras a praedecessoribus nostris vobis confirmatas concedimus illibatas auctoritate apostolica conservari. Praecipimus etiam, nequis vestrum absque communi omnium consensu, vel partis consilii sanioris, bona, redditus, vel possessiones Ecclesiae vestrae alicui personae dare praesumat. Quae autem indebite data vel destructa sunt, ad ius et dominium vestrum libera revertantur. Decimas vero de propriis laboribus vestris, seu etiam redditibus, a vobis exigere vel suscipere laicorum nemo praesumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Addito decimarum iure;

Bona vero sine maioris capituli partis consensu alienari non posse declarat.

Solitum decretum immunitatis atque observantiae huius privilegii.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss. Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss.
Ego Gualterius Albanensis episc. ss.
episcoporum et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.
Ego Conradus Moguntin. archiep. et Sabinensis subsc.
Ego Bernardus Portuensis, et S. Rufinae episcopus ss.
Ego Manfredus Praenestinus episc. ss.
Ego Hildebrandus presb. card. basilicæ Duodecim Apostolorum ss.
Ego Ioannes presb. card. tit. Sanctae Anastasiae ss.
Ego Theodinus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae ss.
Ego Iacintus S. Mariae in Cosmedin diac. cardinalis ss.
Ego Ardicio diaconus card. tit. Sancti Theodori ss.
Ego Cintius diac. card. S. Adriani ss.

Datum Ferrariae per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subd. et notarii, kalen. maii, indict. x, incarn. Dom. anno MCLXXVII, pontificatus vero domini Alexandri Papae III anno XVIII.

Dat. die 1 maii anno Domini 1177, pontif. anno XVIII.

XC.

De pace cum Friderico imperatore Venetiis inita, eiusque absolutione.

SUMMARIUM

Certioratio felicis successus pacis: — Quae die 21 iulii firmata fuit cum principibus Friderici imperatoris: — Et die 24 idem imper. schismati renunciavit, et absolutus fuit, — Obedientiamque huic Summo Pontifici exhibuit; — Ac sub sequente die 25

idem Pontifex solemniter missam celebravit, et imperator adstitit, et reverentiam praestitit. — De ea ergo zelatores Domus Dei congaudere, Deoque gratias agere debent.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Rogero Eboracensi archiepiscopo Apostolicae Sedis legato, et Ugoni Dunelmensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Certioratio felicis successus pacis:

Exigunt gratissimae devotionis obsequia, quae nobis et Ecclesiae, tam devote quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus Ecclesiae vobis, sicut specialibus et devotis Ecclesiae filiis spiritualibus, describamus; cum dignum sit et conveniens, et honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos et stabiles, de prosperitate nostra et ipsius Ecclesiae reddamus hilares et gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, et humilia respicit de supernis, de cuius munere venit, ut Sponsa sua sacrosancta Ecclesia, diu graviter procellosis fluctibus et validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit, et pacatis saevientibus procellis, debita et desiderata tranquillitate laetetur.

Quae die 21 iulii firmata fuit cum principibus Friderici imperatoris:

Sane duodecimo kal. instantis mensis augusti, de mandato carissimi in Christo filii nostri Friderici illustri Romanorum imperatoris, praesentibus principibus ecclesiasticis, et etiam saecularibus Teuthonici regni, publice in anima eius, in praesentia nostra, coram numerosa hominum multitudine praestiterunt, tactis sacrosanctis Evangeliis, iuramentum, quod postquam idem imperator veniret Venetias, omni quaestione et contradictione sopita, pacem Ecclesiae, sicut per fratres nostros et principes suos disposita est et tractata, et pacem carissimi in Christo filii nostri Willelmi illustris Siciliae regis usque ad quindecim annos, et treguam Longobardorum usque ad sex annos, in anima sua, et etiam a principibus suis faceret, sicut in scripto pacis et treguae continetur, iuramento firmari. Et principes Teuthonici regni, scilicet venerabiles fratres nostri Magdeburgensis, Coloniensis, et Christianus dictus Moguntinus, archiepiscopi, et quidam alii in anima sua pro se iurare fecerunt.

Et die 24 idem imper. schismati renunciavit, et absolutus fuit,

Nono vero kalend. augusti praefatus imperator, sicut tractatum fuerat et dispositum, venit ad ecclesiam B. Nicolai, quae per unum milliare distat a Venetiis, et ibi tam ipse quam archiepiscopi, episcopi, et alii principes Teuthonici regni, abrenunciantes schismati, per fratres nostros episcopos et cardinales de mandato nostro, praesentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt.

Obedientiamque huic Summo Pontifici exhibuit:

Deinde venerunt Venetias, et ibi ante ecclesiam B. Marci praedictus imperator, innumera multitudine virorum et mulierum praesente, et altâ voce reddente gratias et laudes Altissimo, nobis sicut Summo Pontifici obedientiam et reverentiam humiliter et reverenter exhibuit: et recepto a nobis pacis osculo, nos devote dextravit (1), et cum reverentia, qua decuit, et devotione, usque ad altare in ecclesiam introduxit.

Ac sub sequente die 25 idem Pontifex solemniter missam celebravit, et imperator adstitit, et reverentiam praestitit.

Sequenti vero die, in festo B. Iacobi, ab eodem imperatore rogati, ad praedictam ecclesiam S. Marci solemnia celebraturi Missarum accessimus. Et nobis illuc venientibus praefatus imperator extra ecclesiam obviam venit, et dextro latere nostro devote suscepto, nos in ecclesiam introduxit. Et peractis Missarum solemniis, nos usque ad ipsius ecclesiae portam dextravit. Et cum ascenderemus palefredum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam praedecessores eius nostris consueverunt antecessoribus.

De ea ergo zelatores Domus Dei congaudere, Deoque gratias agere debent.

Erit itaque solicitudinis vestrae, nobis et Ecclesiae in prosperis successibus congaudere, et effectum pacis aliis devotis Ecclesiae filiis aperire, ut hi, quos zelus Domus Domini tangit, de pacis munere

(1) *Dextrare*, idem est ac *ire a dextris*, seu *tegere latus dextrum*. (R. T.)

divinitus dato, in Domino gaudeant et exultent.

Dat. Venetiis in Rivoalto, VII kal. aug.
Dat. die 26 iulii anno Domini 1177.

XCI.

Decretum, quod moniales de Swina et de Cotum exemptae omnino sint a solutione decimarum (1).

SUMMARIUM

Decreti causa. — Decretum et explicatio huiusmodi privilegii: — Cum clausulis poenalibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Eboraceusi archiepiscopo et dilecto filio Lincolniensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Decreti causa. Significaverunt nobis dilectae filiae nostrae moniales de Swina et de Cotum, quod cum eis, sicut fratribus Cisterciensis ordinis indultum sit de clementia Sedis Apostolicae, ut de laboribus suis, quos propriis manibus vel sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur; quidam ecclesiastici viri capitulum ipsum prava et sinistra interpretatione perverterunt, asserentes, labores novalia intelligi; et sic contra privilegium Apostolicae Sedis prædictae moniales decimarum exactione gravantur. Quoniam igitur horum interpretatio ab intellectu nostro et aliorum, qui id sane intelligere volunt, est penitus aliena, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum, tam de terris, quas deduxerunt ad cultum, quam etiam de terris cultis, quas ipsae propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberae sint et immunes, fraternitati vestrae et discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus a praedictis monialibus, quae in episcopatibus vestris consistunt, de laboribus vel de terris suis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, decimas nullatenus exigatis: nec ab aliquibus exigi permittatis; quia non est conveniens nec honestum, ut contra privilegia Sedis Apostolicae veniatur, quæ obtinere debent inviolabilem firmitatem. Si qui autem clerici vel laici contra privilegia Sedis Apostolicae eas decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellatis: et clericos, contradictione et appellatione cessante, ab officio suspendatis, et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari.

Decretum et explicatio huiusmodi privilegii;

Cum clausulis poenalibus.

Dat. Venet. in Rivoalto, IV nonas aug.
Dat. die 2 augusti anno Domini 1177, pontif. anno XVIII.

(1) Ex tom. II Monast Anglic.

XCII.

Confirmatio bonorum omnium monasterii monialium S. Mariae de Moliano Tarvisinae dioecesis, ac nonnullorum privilegiorum atque immunitatum nova concessio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Moniales sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex. — Bona omnia ad monasterium spectantia confirmat. — In quibus nonnulla singillatim enumerat. — Nonnulla elargitur privilegia. — Immunitates omnes, ac episcopales imperialesque concessiones ratas habet. — Abbatissam a monialibus tantummodo eligi statuit. — Decretum roborationis huiusce privilegii. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus ..... abbatissae monasterii Sanctae Mariae de Moliano, eiusque sororibus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Exordium. Prudentibus virginibus, quae sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se praeparant ire obviam sponso, Sedes Apostolica debet praesidia impertiri, ne forte cuiuslibet

(1) Ex monast. huius tabulario edidit Nicolaus Coletus in nov. edit. Ital. Sac., tom. V, col. 327.

temeritatis incursus, aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium vestrum, in quo divino mancipatae estis obsequio, sub. B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et his, quae post vos successerint, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, curtem de Caurignaco cum capella ibi fundata et cum omnibus ad eamdem curtem pertinentibus, et cum terra, quae dicitur Agugnana, capellam Sancti Petri, quae sita est in strata, in loco qui dicebatur Sarmacia, cum tota terra, quae olim bo. mem. Rozo Tarvisinus quondam episcopus vobis in eleemosynam contulit, villam, quae vocatur Cavasagra, cum omnibus suis pertinentiis, capellam Sancti Viti de Pezzano cum omnibus suis pertinentiis, capellam Sancti Teunisti in Tarvisio cum omnibus pertinentiis suis, capellam Sancti Donati de Gardignano cum omnibus suis pertinentiis, capellam Sancti Teunisti de Campocrucis cum omnibus suis pertinentiis, capellam Sancti Georgii de Marcone cum omnibus suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas praesumat exigere. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Liceat praeterea vobis, personas liberas et absolutas e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere, et eas absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Ad haec libertates et immunitates, a Romanis imperatoribus et Tarvisinis episcopis monasterio vestro rationabiliter indultas, et antiquas et rationabiles consuetudines eiusdem monasterii integras et illibatas praesenti decreto manere sancimus; et ea, quae praefati imperatores et episcopi praescripto monasterio in perpetuam eleemosynam concesserunt, sicut ipsa iuste possidetis, eidem monasterio auctoritate apostolica duximus confirmanda. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel earum qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam praeviderint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, earum pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur *etc.*

Moniales sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Bona omnia ad monasterium spectantia confirmat,

In quibus nonnulla singillatim enumerat.

Nonnulla elargitur privilegia.

Immunitates omnes, ac episcopales imperialesque concessiones ratas habet.

Abbatissam a monialibus tantummodo eligi statuit.

Decretum roboratinnis huiusce privilegii

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli Sanctae Anastasiae ss.

Ego Boso presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris ss.

Ego Theodinus presb. card. S. Vitalis tit. Vestinae ss.

Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones

Ego Hugo diac. card. S. Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Venetiis in Rivoalto, per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii, VIII idus octobr., indict. XI, incarn. dom. an. MCLXXVII, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XIX.

Dat. die 8 octobris anno Domini 1177, pontif. anno XIX.

XCIII.

Confirmatio bonorum omnium Ecclesiarum, monasteriorum ad Aquileiensem Eccles. pertinentium, ac iurisdictionis in sexdecim ei subiectis episcopatibus (1).

SUMMARIUM

Quare inter ecclesiasticos diversi sint gradus. — Aquileiensis Ecclesia ex nobilioribus Occidentis. — Eidem ius super sexdecim episcopatus confirmat. — Iustinopolitanam vero et Tergestinam ad tempus unit; — Quo expleto, episcopum utrique instituendum a patriarcha Aquileiensi concedit. — Confirmat quoque eidem omnia monasteria, — Et pallii usum, — Ac crucis praelationem. — Caetera quoque bona, ac donationes omnes ratas habet.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Valrico Aquileiensis Ecclesiae patriarchae, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum.

Quare inter ecclesiasticos diversi sint gradus.

Licet omnium apostolorum par esset dilectio, et omnes ligandi et solvendi eamdem acceperint potestatem; iuxta verbum tamen beati Leonis, velut quaedam servata est iuxta eos distinctio dignitatis; et uni datum est, ut caeteris praesideret: inque eumdem utique modum in Ecclesia Dei officiorum facta est dignitatumque diversitas, et ad maiores sunt statutae personae, quae et praerogativa dignitatis eminerent, et aliarum curam habeant amplorem. Unam vero de dignioribus et nobilioribus Ecclesiis Occidentis ab antiquis temporibus Aquileiensem constat Ecclesiam extitisse, quae et excellentia dignitatis emicuit, et sacrosanctae Romanae Ecclesiae fideliter et devote noscitur adhaerere. Unde et Apostolica Sedes eidem Ecclesiae semper iura et dignitates suas conservavit attentius, et praelatos ipsius propensius honoravit, et iustas postulationes eorum benignius admittere consuevit. Eapropter, venerabilis in Christo frater Aquileiensis patriarcha, tibi, et per te sanctae Aquileiensi Ecclesiae, cui auctore Deo praesse dignosceris, ad exemplar praedecessoris nostri bonae memoriae Adriani Papae potestatem super sexdecim episcopatus, videlicet Polensem, Tergestinen., Parentinen., Petenen., Emoniensem, Concordien., Tarvisien., Cenetensem, Bellunen., Feltrenensem, Paduanensem, Vicentinensem, Tridentinen., Mantuanensem, Veronensem, Cumanensem, metropolitico iure concedimus. Item Iustinopolitanam vero Ecclesiam, quam tibi et Ecclesiae tuae nihilominus confirmamus, sedem episcopalem de omnium fratrum nostrorum consilio instituimus, ita quidem, ut venerabilis frater noster Bernardus nunc eiusdem loci episcopus tam illam quam Tergestinam Ecclesiam, nec non et totum episcopatum, quandiu vixerit, debeat obtinere; et eo defuncto, liceat tibi de consilio suffraganeorum tuorum cum Sedis Apostolicae auctoritate, in utraque, si volueris, et facultates earum ad hoc sufficientes agnoveris, sedem restituere pontificalem. Abbatias quoque Osciancen., Rosiaen., Velamanen., Mosiacen., Sextenien., Pritesen., Sanctae Mariae ad Organum, S. Euphemiae de Villanova, Siticen., Olvenburgen., Aquileiae unitum unum monasterium sanctimonialium, alterum in civitate Austriae constructum in honorem beatae Genetricis semper Virginis Mariae, tibi tuisque successoribus duximus roborandam. Nihilominus vobis et S. Michaelis de Lemine praeoosituras, Aquileiensem ci-

Aquileiensis Ecclesia ex nobilioribus Occidentis.

Eidem ius super sexdecim episcopatus confirmat.

Iustinopolitanam vero et Tergestinam ad tempus unit;

Quo expleto, episcopum utrique instituendum a patriarcha Aquileiensi concedit.

Confirmat quoque eidem omnia monasteria,

(1) Edidit Ughell., Ital. Sac., tom. v, ubi de hac Ecclesia.

vitatem, Taven., Sancti Stephani, S. Felicis, Sancti Oldarici, ecclesiam Sancti Georgii in urbe Venetiarum sitam iuxta episcopalem sedem cum omnibus pertinentiis suis. Pallii vero usum rationabili atque veraci, qui praedecessoribus tuis pro ipsius Ecclesiae dignitate a nostris antecessoribus est concessus, nos tam tibi quam tuis successoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui in Ecclesiae tuae privilegio continentur. Sane quocumque perrexeris, crucem ante te et tuos successores deferendi licentiam auctoritate beati Petri et nostra largimus. Porro comitatum, marchiam et ducatum regalibus seu imperialibus privilegiis Ecclesiae tuae concessa, nos quoque praesentis decreti sanctione nihilominus roboramus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quaecumque bona Aquileiensis Ecclesia impraesentiarum iuste ac legitime possidet, aut in futurum, praestante Deo, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: salvo nimirum in omnibus S. Romanae Ecclesiae iure et reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare *etc.* Si qua igitur *etc.* Cunctis autem *etc.* Amen, amen (1).

Et pallii usum.

Ac crucis praelationem.

Caetera quoque bona, ac donationes omnes ratas habet.

XCIV.

Indictio XI sacri et generalis concilii Lateranensis III.

SUMMARIUM

Si quae in Ecclesia mala suboriuntur, illa amputare necesse est: — Quod omnium rectorum Ecclesiarum est, maxime Romani Pontificis. — Hinc decernit evocare ad concilium ecclesiasticas personas ut bono Ecclesiae consulant. — Indictio concilii pro prima dominica quadragesimae (R. T.).

(1) Ughellius post allatum diploma: *Probabile*, inquit, *certe videtur, hocce privilegium ab Alexandro Ulrico concessum Venetiis anno* 1177, *cum idem Ulricus in gratiam Sedis Apostolicae redtiisset:* Octaviano enim antipapae adhaeserat, sacrisque innodatus ad Fridericum Ænobarbum desciverat. Sed anno 1177 Venetiis cum esset Alexander PP., ei cum suis suffraganeis accurrit, abiuratoque shismate, verum Christi Vicarium adoravit. Nonnisi post hoc tempus datum diploma, quisque sanus credet.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Pisano archiepiscopo, et universis episcopis et dilectis filiis abbatibus per Tusciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam in agro Domini, qui est Ecclesia, tamquam spinae et tribuli nascuntur quotidie, et pullulant germina vitiorum; cum videlicet, quia proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, tum quia inimicus homo de malitia sua zizania superseminare non cessat, et germen bonum nititur suffocare, necesse est diligentiam adesse cultorum, et nunc evellere et amputare iam nata, nunc etiam nascituris nocivis gravaminibus (1) proficiendi aditum observare; subsequenter autem, et inserere fructiferum germen, et seminare semen bonum, quod trigesimum, sexagesimum, et centesimum fructum foecundante Deo possit afferre. Nam et haec verba illa Dominica sonare videntur, quibus Hieremiam prophetam, et in eo evangelicum sacerdotem instruxit, dicens: Dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas, et disperdas, et dissipes, et aedifices, et plantes (*a*). Id autem licet universis Ecclesiarum rectoribus incumbat, multo tamen fortius imminet Romanae urbis Antistiti, qui a Domino Iesu Christo, ut caput esset Ecclesiae in B. Petro accepit, et de pascendis Dominicis ovibus, et fratribus confirmandis, expressum et speciale noscitur habuisse mandatum.

Si quae in Ecclesia mala suboriuntur, illa amputare necesse est:

Quod omnium rectorum Ecclesiarum est, maxime Romani Pontificis.

Inde siquidem est, quod nos, licet insufficientes meritis, ad providentiam Apostolicae Sedis, et ministerium universalis Ecclesiae a Deo (ut ipsi placuit) disponente vocati, quia in Ecclesia Dei cor-

Hinc decernit evocare ad concilium ecclesiasticas personas ut bono Ecclesiae consulant.

(1) Lege *germinibus*. (*a*) Ierem. I, 10. (R. T.)

rectione videmus quamplurima indigere, tam ad emendanda, quae digna emendatione videntur, quam ad promulganda, quae saluti fidelium visa fuerint expedire, de diversis partibus personas ecclesiasticas decrevimus evocandas; quarum praesentia et consilio, quae fuerint salubria, statuantur: et quod bonum, secundum consuetudinem antiquorum Patrum provideatur et firmetur a multis. Quod si particulariter fieret, non facile posset plenum robur habere.

Indictio concilii pro prima dominica quadragesimaae.

Quo circa per apost. vobis scripta mandamus, qualiter huic nostrae dispositioni plenis desideriis cooperari curetis, et prima dominica advenientis quadrages. ad urbem Romam ducente Domino veniatis, ut cooperante S. Spiritus gratia, tum in corrigendis enormitatibus, tum in statuendis, quae Deo grata fuerint, communi studio, quod fuerit agendum, agatur, et uno umero sublevemus Arcam Domini, atque uno ore honorificemus Deum et Patrem D. N. Iesu Christi (a).

Dat. Tusculani, XI kal. octob.

Dat. die 21 septembris.

XCV.

Confirmatio privilegiorum, ab Eugenio PP. III, monasterio Sancti Quirini Tegernee concessorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex; — Bona omnia ei confirmat. — Immunitates omnes ei pridem concessas ratas habet; — Novaque concedit privilegia. — Tempore interdicti, divina officia celebrandi facultatem facit. — Abbatem a solis monachis eligi iubet. — Decretum immunitatis, etc. — Solitae clausulae poenales. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

(a) Rom. XV, 6. (R. T.) (1) Ex Hundii Metrop. Salisburg., tom. III, pag. 277.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ruperto abbati monasterii Beati Quirini iuxta locum Tegernee, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Commissae nobis Apostolicae Sedis nos hortatur auctoritas, ut locis et personis ipsius, auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus. Quia sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima et iusta desiderantium nulla est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Deo deservire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus benignum impertientes assensum, praefatum monasterium, quod utique a nobilibus viris Adalberto et Occario germanis fratribus illustribusque comitibus in suo constructum est, et antiquis Romanorum imperatorum privilegiis, Pipini videlicet, Caroli et Ludovici decoratum, in quo denique corpus B. Quirini, a praedecessore nostro sanctae recordationis Zacharia Romano Pontifice impetratum, requiescere perhibetur, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monast. impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; praeterea libertates sive immunitates, ab episcopis vel regibus sive etiam principibus vestro monasterio rationabiliter concessas et scripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus, et ut nullus eas infringere seu inbeneficiare audeat, auctoritate apostolica prohibemus. Interdicimus insuper, ne liceat dioecesano episcopo, Ecclesias ad vestrum

Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex;

Bona omnia confirmat.

Immunitates omnes ei pridem concessas ratas habet;

Novaque concedit privilegia.

monasterium pertinentes aliquibus sine vestra voluntate conferre; sed fas vobis sit, ad Ecclesias ipsas vacantes presbyteros eidem episcopo praesentare: quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ita quidem, ut ei de plebis cura respondeant, vobis autem de temporalibus debitam subiectionem impendant. Nihilominus etiam arctius interdicimus, ne cui episcopo vel alii ecclesiasticae personae, vos vel monasterium vestrum sine manifesta et rationabili causa excommunicationi vel interdicto subiacere liceat. Sed cum generale interdictum terrae fuerit, fas vobis sit, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et ea gratis et absque pravitate symoniaca exhibere vobis voluerit; alioquin, liceat vobis catholicum, quem malueritis, antistitem adire, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Tempore interdicti divina officia celebrandi facultatem facit;

Abbatem a solis monachis eligi iubet.

Decretum immunitatis, etc

Solitae clausulae poenales.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss. Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episcopus ss. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tituli Pammachii ss.

Ego Ioannes presb. card. tit. Sanctae Anastasiae ss.

Ego Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci ss.

Ego Theodinus presbyter cardinalis S. Vitalis tituli Vest. ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae ss.

Ego Ugo presbyter cardinalis tituli S. Clementis ss.

Ego Iacintus S. Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis ss.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Rainerius diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Matthaeus S. Mariae Novae diac. cardinalis ss.

Ego Rainerius diac. card. S. Adriani ss.

Datum Laterani per manum Alberti presbyteri card. et cancellarii, IV idus martii, indictione XII, incarn. dominicae anno MCLXXIX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XX.

Dat. die 12 martii anno Domini 1179, pontif. anno XX.

XCVI.

Monasterio Sancti Nazarii Laurishamen. dioecesis, quod sub protectione Sedis Apost. suscipitur, bona omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub Sedis Apostolicae protectione suscipit PP. — Disciplinam monasticam inviolabiliter observari mandat. — Eidem bona omnia confirmat. — A decimarum solutione, — Et ab interdicto generali eximit. — Sepulturam ibi liberam esse decernit. — Aliqua privilegia benigne elargitur. — Abbatis electionem ad monachos spectare definit. — Decretum immunitatis ab omni molestia; — Cum solitis poenalibus conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sigehardo abbati monasterii Sancti Nazarii Laurishamensi, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam in vestro monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praescriptum monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis, vetus monasterium cum pertinentiis suis, capellam cum pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas vel primitias exigere praesumat. Liceat quoque vobis, clericos et laicos e saeculo fugientes liberos et absolutos recipere ad conversionem, et in vestro monasterio absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, de eodem loco absque licentia abbatis sui nisi obtentu arctioris religionis discedere; discedentem vero sine communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis et excommunicatis, suppressa voce officia divina celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad haec vobis ex benignitate Sedis Apostolicae indulgemus, ut sine damno vicinarum Ecclesiarum cellas in locis vestris, vel oratoria construendi cum assensu dioecesani episcopi licentiam habeatis. Prohibemus insuper, ne tu, fili abbas, vel alius, possessiones, decimas, oblationes, seu alia bona ipsius monasterii ad mensam abbatis, sive ad victualia fratrum, iustitias obedientiarum, aut ad praepositurae pertinentia, inbeneficare, vendere, locare, vel alio modo quolibet sine communi fratrum consensu vel ma-

Monast. sub Sedis Apostolicae protectione suscipit PP.

Disciplinam monasticam inviolabiliter observari mandat:

Eidem bona omnia confirmat.

A decimarum solutione,

Et ab interdicto generali eximit.

Sepulturam ibi liberam esse decernit.

Aliqua privilegia benigne elargitur.

(1) Edidit Freherus, Orig. Palatin., pag. 183.

ioris et sanioris partis alienare praesumat: quod si factum fuerit, iuribus carere sancimus. Praeposituras cellarum vestrarum, et obedientias monasterii tantum monachis capituli vestri sapientibus, salvis earum rebus, statuimus committendas. Advocatis etiam ipsius monasterii sub interminatione anathematis prohibemus, ne cuiquam liceat, in possessionibus ipsius monasterii castella vel munitiones alias construere; familiamque sive colonos Ecclesiae novis et indebitis exactionibus fatigare, vel abbati in iustitiis Ecclesiae requirendis seu obtinendis ausu temerario contraire. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra et illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, sub cuius iure et patrocinio consistunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et in futuro praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Abbatis electionem ad monachos spectare decernit.

[illegible] ab [illegible] molestia.

Cum solitis poenalibus conclusionibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss. Alexandri PP

Ego Ubaldus Ostiensis episc. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptionos

Ego Conradus Salisburgensis Eccl. humilis minister, et Sabinensis episc. *etc.*

Dat. Laterani per manum Alberti S. Romanae Ecclesiae presb. card. et cancell., VII idus aprilis, indict. XII, incarn. dom. anno MCLXXIX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XX.

Dat. die 7 aprilis anno Domini 1179, pontif. anno XX.

XCVII.

Lunensibus episcopis confirmatur ius benedicendi abbatem S. Caprasii Arelensis monasterii (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Lucii PP. de huiusmodi subiectione sententiam ratam habet. — Series facti. — Haec causa ab Alexandro Papa adhibitis Rom. Ecclesiae presbyteris cognita: — Ac definita favore Lunensis epicopi. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Lunensis Ecclesiae episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Cum universae, quae a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus decisae sunt, et scripti munimine roboratae, nostra quoque debeant authoritate firmari, ut recidivum imposterum pati non possit a Sede Apostolica controversia iam sopita; eapropter, ven. in Christo frater, Petre episcope, sententiam a praedecessore nostro felicis memoriae Lucio Papa super controversia, quae inter praedecessorem tuum bonae memoriae Gotfredum Lunensem episcopum et monachos Sancti Caprasii Arelensis de subiectione eiusdem ab-

Exordium.

Lucii PP. de huiusmodi subiectione sententiam ratam habet.

(1) Ex authentico Codice edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I, col. 847.

batiae, atque benedictione abbatis et consecratione monasterii promulgata est, authoritate apostolica confirmamus, et ratam (1) habemus perpetuis temporibus decernimus permanere; quae utique talis noscitur extitisse. Monachi quidem Sancti Caprasii de Arela electum suum bo. mem. Coelestino praesentaverunt, et occasione cuiusdam privilegii, quod a felicis recordationis PP. Innocentio noviter adquisierant, ipsum ab eo in abbatem instanter postularunt, quod tu audiens, frater episcope, in eiusdem praedecessoris nostri praesentia adseruisti, monasterium ipsum Lunensi Ecclesiae et tibi subiectum hactenus extitisse; et abbates, qui decesserant, praedecessorem tuum Philippum, qui gravi corporis infirmitate depressus, episcopale officium explere non poterat, a Bernardo tunc Parmensi episcopo benedictum, monasterium ipsum consecratum est. Quod cum quidem iidem monachi denegabant, et tu ad agendum super hoc imparatus veneras, idem praedecessor noster electum ipsum benedicere noluit, sed tam tibi quam eisdem monachis diem praefecit, ut tunc utraque pars sanctae Apostolicae Sedis conspectui se praesentaret, et iustitiam suam per idoneos testes, sive per authentica instrumenta ostenderet; iterum ab eodem praedecessore nostro, sicut Domino placuit, viam..... ingressa; nos, qui, licet indigni, Domino disponente, sibi successimus..... statuto termino, utraque pars nostro se conspectui praesentasset, causam ipsam hinc hinde indulgenter audivimus, et per fratres nostros studiose examinavimus. Monachi siquidem nec scripta nec testamenta nec aliquid, quod ratione subnixium foret, nisi praefatum privilegium praetendebant; tu vero, frater episcope, duos nobis testes idoneos, archipresbyt. S. Moderni de Sato Sechetinum nomine, et abbatem Cepperanae eodem nomine nuncupatum, nobis repraesentasti, iurare paratos, quod praefatus D. Parmensis episcopus, rogante et postulante Philippo Lunensi episcopo, monasterium ipsum consecravit, et abbatem benedixit. Habito itaque fratrum nostrorum consilio, iuramentum eorum recepimus, atque benedictionem abbatis, et consecrationem monasterii tibi tuisque successoribus, et Ecclesiae Lunensi adiudicavimus, et contra, quae idem Philippus et alii praedecessores tui in eodem monasterio habuisse noscuntur. Si vero ipsi monachi quolibet tempore libertatem suam per alia authentica privilegia, vel alias evidentes rationes ostendere poterunt, silentium eis nos imponimus. Apostolica igitur authoritate statuimus, ut nulli de caetero liceat, te vel successores tuos super hac ipsius adiudicatione temere inquietare, seu quamlibet molestiam vel iniuriam inrogare. De benedictione sane abbatis praedicti loci, quam et dum venerit, annuimus et impendimus, privilegio eidem indulto, nullum tibi et Ecclesiae tuae imposterum volumus praeindicium provenire. Si quis autem *etc.* Amen. Amen. Amen.

Series facti.

Hoc causa ab Alexandro Papa adhibitis Rom. Ecclesiae presbyteris cognita:

Ac definita favore Lunensis episcopi.

Roboratio sententiae

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episc.

Alexandri PP.

Ubaldus Ostiensis episcopus.

Iacintus card. S. Mariae in Cosmedin.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Laborans diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Portieu.

Rainerius diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Gratianus diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani.

Io. diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Raynerius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Matthaeus S. Mariae Novae diaconus cardinalis.

Bernardus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tull.

Ioannes presbyter cardinalis Ss. Ioann. et Pauli tit. Pamm.

Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Anastasiae.

(1) Forsitan omittendum *habemus*. (n. T.)

Ioannes presbyter cardinalis tituli S. Marci.

Theodinus presbyter cardinalis Sancti Vitalis tituli Vest.

Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae.

Petrus presbyter cardinalis tituli Sancti Chrysogoni.

Cinthius presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae.

Ugo presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis.

Arduinus presbyter cardinalis Sanctae Crucis in Hierusalem.

Matthaeus presbyter cardinalis Sancti Marcelli.

Datum Laterani per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et cancell., VII kalendas maii, indictione XII, incarnationis dominicae anno MCLXXIX, pontificatus vero domni Alexandri PP. III anno eius XX.

Dat. die 25 aprilis anno Domini 1179, pontif. anno XX.

XCVIII.

Privilegium confirmationis bonorum omnium ad capitulum et canonicos Concordiensis Ecclesiae pertinentium (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apost. recipit. — Eius bona omnia confirmat, — Nonnullaque enumerat: — Cum solitis clausulis (*quae omitt*). — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, canonicis Ecclesiae Concordien. tam praesentibus quam futuris canonice instituendis, in perpetuum.

Exordium. Quoniam decorem domus Dei diligere, et studiose procurare nos convenit; nec aliquis eius decentior est ornatus, quam si ministrantes in ea decretis et statutis canonicis informentur ad mores, et ad usum vitae perpetuis necessariis stipendiis fulciantur, oportet, nos, quae in Ecclesia Dei pastorali providentia statuitur tam in venustate morum quam in stipendiorum firmitate, scripto Sedis Apostolicae communire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exponenda vocabulis: plebem S. Georgii cum cappellis et aliis pertinentiis suis, plebem de Concordia cum cappellis et aliis pertinentiis suis, et cappellam S. Petri. Ad haec ordinationem, quam de communi vita fratrum cum assensu venerab. fratris nostri Gerardi episcopi vestri rationabiliter statuistis, auctoritate apostolica confirmamus, et ratam futuris temporibus permanere sancimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum *etc.* Si qua igitur *etc.* Cunctis autem *etc.*

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apost. recipit.

Eius bona omnia confirmat.

Nonnullaque enumerat.

Cum solitis clausulis (quae omitt.).

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episc.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episc. ss.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinae episcopus ss.

Ego Petrus Tusculanus episc. ss.

Ego Henricus Albanensis episc. ss.

Ego Io. presb. cardinalis Sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Ioannes presb. cardinalis tit. S. Anastasiae ss.

Ego Petrus presb. cardinalis tit. S. Susannae ss.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Edidit Nicolaus Coletus in nov. edit. Ital Sac., tom. v, col. 331

Ego Vivianus presb. card. tit. S. Stephani in Coelio monte ss.

Ego Ugo presb. cardinalis tit. Sancti Clementis ss.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin ss.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori ss.

Ego Bernardus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. presb. card. et cancellarii, IV nonas maii, incarn. Dom. anno MCLXXIX, pontif. SS. D. Alexandri anno XX.

Dat. die 4 maii anno Domini 1179, pontif. anno XX.

XCIX.

Confirmatio bonorum, iurium ac privilegiorum S. Coloniensis Ecclesiae; cuius canonicis dalmaticae ac mitrae usus conceditur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex: — Eique bona omnia, ac privilegia, archiepiscopis ab antecessoribus Pontificibus concessa, confirmat. — Septem canonicis maiori huius altari ministrantibus dalmaticae et mitrae usum concedit. — In synodis inibi a Summis Pontificibus, vel eius de latere legatis habendis secundum archiepisc. locum asserit. — Regum consecrationem archiepiscopo; — Archiepiscop. electionem canonicis concedit. — Ecclesiasticam ac temporalem potestatem in ipsa civitate, ecclesiis, monasteriisque subiectis etiam cum iure cudendi monetas confirmat. — Archiepiscopum a cuiuscumque primatis subiectione eximit. — Decretum immunitatis ab omni molestia; — Ad cuius robur solitas poenales clausulas Pontifex adiicit. — Alexandri PP. et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

(1) Ex tom. XIII Concil., col. 108.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Philippo Coloniensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Etsi teneamur omnibus fratribus et coepiscopis nostris ex administratione suscepti regiminis apostolicum patrocinium exhibere; his tamen specialiter adesse compellimur, qui sicut dignitate, ita praeeminent et virtute: cum nostrae solicitudinis debeat, et circumspectionis existere, ut universos iuxta qualitates personarum et merita respicere videamur. Eapropter, venerabilis in Christo frater archiepiscope, prudentiam et devotionem tuam diligentius attendentes, et tuis petitionibus nostrum facile praebentes assensum, Coloniensem Ecclesiam, cui Deo authore praeesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Praeterea, tua, frater archiepiscope, prudentia et devotione pensata, confirmamus tibi ea, quae in privilegiis patrum et praedecessorum nostrorum habentur: videlicet crucem et pallium, suo tempore suoque loco ferendum. Concedimus etiam, et apostolica authoritate statuimus, ut maius altare ecclesiae tuae uni et vero Deo, in memoriam beatae Mariae Virginis, et alterum in memoriam beati Petri apostolorum principis dedicatum, reverenter ministrando procurent septem canonici cardinales presbyteri, induti dalmaticis, et mitris ornatis, quibus etiam cum totidem diaconibus et subdiaconibus, ad hoc ministerium prudenter electis, ut utantur sandalibus indulgemus, sicut a patribus et praedecessoribus nostris iam praedictae Ecclesiae concessum est per authentica

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex.

Eique bona omnia, ac privilegia, archiepiscopis ab antecessor. Pontificibus concessa confirmat.

Septem canonicis maiori huius altari ministrantibus dalmaticae et mitrae usum concedit.

In synodis inibi a Summis Pontificibus, vel eius de latere legatis habendis secundum archiepisc. locum asserit.

privilegia, et hactenus observatum. Insuper etiam authoritatem et honorem, quem Ecclesia tua hactenus habuisse dignoscitur, apostolici favoris patrocinio confirmamus: videlicet ut, si quando synodus infra tuam dioecesim a Romano Pontifice, aut a legato ab eius latere destinato, fuerit congregata, priorem locum post ipsum Coloniensis archiepiscopus in synodo teneat, et in proferenda sacrorum canonum authoritate prior existat; ita tamen, ut sicut est prior in hac probabili dignitate, ita etiam prior polleat honestate vitae et gratia meritorum, et cuius annunciaverit verba, imitetur exempla. Consecrationem quoque regum infra limites tuae dioecesis fiendam, praesentis scripti authoritate censemus: et ut electio archiepiscopi secundum statuta canonum a filiis praescriptae Ecclesiae celebretur, per huius scripti paginam duximus statuendum. Ad haec monasteria, ecclesias, Coloniae positas, et omnia sacra loca, infra et circa urbem Coloniae, ad iurisdictionem Coloniensis Ecclesiae pertinentia, monetam praedictae civitatis, telonium, forum, et omne ius civile sub potestate tua et successorum tuorum: abbatias per diversa loca, villas, vicos, et castella cum omnibus eorum pertinentiis, servis videlicet, ancillis, terris cultis et incultis, aquis, pratis, campis, silvis, forestis, nec non etiam comitia in Westphalia, quae vulgariter Gograrhophae dicuntur, et alodia, Dulberg, Hachen, Marchau, Wassemberg, sicut haec omnia rationabiliter possides, tibi tuisque successoribus authoritate apostolica confirmamus. Illud quoque statuimus, ut sicut nullus coarchiepiscoporum tuorum est tibi subiectus, ita etiam tu sub nullo primate debeas esse: salva tamen nobis in te, sicut in caeteris archiepiscopis, subiectione, quae apostolicae authoritati debetur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, nec ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis authoritate. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua id emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Regum consecrationem archiepiscopo:

Archiepiscop. electionem canonicis concedit.

Ecclesiasticam ac temporalem potestatem in ipsa civitate, ecclesiis, monasteriisque subiectis etiam cum iure cudendi monetas confirmat.

Archiepiscopum a cuiuscumque primatis subiectione eximit.

Decretum immunitatis ab omni molestia;

Ad eius robur sollitas poenales clausulas Pontifex adiicit.

Ego Alexander cathol. Eccl. episc.

Ego Ubaldus Ostien. episc.

Ego Ioannes presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Boso presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae tit. Past.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctæ Mariae in Cosmedin.

Ego Arditio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Cintius diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Ugo diaconus cardin. S. Angeli.

Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Laterani, per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, XIII kalendas iulii, indictione XI (1), incarnationis dominicae anno MCLXXIX, pontificatus vero D. Alexand. PP. III anno XIX (2).

Dat. die 19 iunii anno Domini 1179, pontif. anno XX.

(1) Lege XII. (2) Lege XX.

C.

Assignatio nonnullorum (1) pro substentatione Lombardi, qui Beneventanum archiepiscopatum dimisit (2).

SUMMARIUM

Decreti causa. — Assignatio bonorum nonnullorum — Cum aliis privilegiis et favoribus; — Quae omnia decreto immunitatis, solitis clausulis additis, roborat. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, ven. fratri Lombardo quondam archiepisc. Beneventano, salutem et apostolicam benedictionem.

Decreti causa. Venientibus ad praesentiam nostram quibusdam de maioribus Beneventanae Ecclesiae canonicis, et pro parte sua et aliorum nobiscum de ordinatione ipsius Ecclesiae diligentem tractatum habentibus, nos volentes necessitati tuae secundum facultatem eiusdem Ecclesiae honeste prospicere, de communi fratrum nostrorum consilio tibi molendinum in pede Suburbii situm, de quo sex coscinos frumenti unoquoque mense, et alia quaedam proveniunt, ita quod de cellario vel aliunde, si quid defuerit de sex coscinis, suppleatur, et sexaginta saumas puri vini per annum cum vegitibus (3), in quibus possit reponi: quadraginta et octo romanatos (4) de Paradiso et de Altari tantum, quod viginti quatuor unciarum auri compleat, de consensu ipsorum canonicorum concessimus, toto vitae tuae tempore annuatim cum integritate habenda. Addimus postea, praedictis canonicis praesentibus, ut saumario, quem habueris pro lignis ferendis, annona de Ecclesia ministretur. Indulgemus etiam tibi, ut de libris tuis et indumentis disponendi quidquid volueris in vita et morte plenam habeas potestatem. Statuimus etiam, ut domus de Turricella tibi ad habitandum ibi, quandiu vixeris, assignetur. Ut autem haec nostra concessio et dispositio firma et illibata permaneat, eam apostolicam auctoritate confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis seu confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Amen. Amen. Amen.

Assignatio bonorum nonnullorum.

Cum aliis privilegiis et favoribus;

Quae omnia decreto immunitatis, solitis clausulis additis, roborat.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Alexandri PP.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.
Ego Petrus Tusculan. episc.
Ego Arduinus presb. card. S. Crucis in Hierusalem.
Ego Matthaeus presbyter cardinalis tituli S. Marcelli.
Ego Laborans diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu.
Ego Gratianus diac. card. Sanctorum Cosmae et Damiani.
Ego Io. diac. card. S. Angeli.
Ego Matthaeus diaconus card. Sanctae Mariae Novae.
Ego Bernardus diac. card. S. Nicolai in Carc. Tulliano.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Datum Signiae, per manum Alberici S. R. E. presb. card. et cancell., VI kal. aug., ind. XII, incarn. Dom. ann. MCLXXIX, pont. vero dom. Alex. PP. III anno XX.

Dat. die 27 iulii anno Domini 1179, pontif. anno XX.

(1) Supple *bonorum*. (R. T.) (2) Ex Biblioth. Benev. edidit Ughellius, Ital. Sac., tom. VIII. (3) *Veges*, vas vinarium, modius, dolium. (R. T.) (4) *Romanatus*, nummus aureus Romani Diogeni imperatoris CP. imagine signatus. (R. T.)

CI.

Privilegium archipresbytero, praeposito, et canonicis Ecclesiae Ferrariensis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Ferrariensem Eccl. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex: — Bonaque omnia eius confirmat canonicis:

(1) Ex archiv. canonic. edidit Ughell., Ital. Sac., tom. II.

— Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat cum omnibus iuribus et pertinentiis; — Cum iure decimarum aliisque iurisdictionibus. — Clericos Ecclesiae huius soli capitulo subiectos declarat. — Sacra, quae peragere, eodem inconsulto, interdicit. — Nonnulla concedit privilegia, — Addito immunitatis decreto, cum solitis clausulis. — Alexandri PP. subscriptio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Widoni archipresbytero, praeposito et universis canonicis Ferrariensis Ecclesiae, tam praesentibus quam futuris canonice institnendis, in perpetuum.

Exordium.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Ferrariensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, et quaecumque bona, vos et eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam videlicet, quae dicitur Quartisanae, fundum contra Padum, locum Cucula, caput Redae, villam quae dicitur Baniolum, fundum Burduragum, villam quae dicitur Quartiatica, fundum Pecorile, et villam quae dicitur Fossa-Nova, capellam Sancti Marci ibidem sitam, Pilearitiam, quae dicitur Mortitium, ecclesiam Sancti Michaelis cum suis pertinentiis, cappellam Sancti Stephani cum pertinentiis suis: in burgo Ferrariae, cappellam Sancti Iacobi in civitate Ferrariae, cappellam Sancti Petri et S. Salvatoris sitas in castro eiusdem Ferrariae cum omnibus pertinentiis suis, cappellam Sanctae Mariae Magdalenae et Sancti Viti, quae est in Mercato Ferrariae, Sancti Leonardi, Corrigium Stadii totum, medietatem Lendenariae maioris et minoris, Cocolariam Lami piscaritiam, Zemedellae mansum in capite Sandali positum, mansum de portu Vetrariae, mansum Gamolagae, medietatem fundi Bucentulae, fundum Bagnoli, Lamas communes, medietatem fundi Gallinarii, medietatem fundi Purpurariae, portum Capitis Redae, terram quoque, quae fuit de Aiacha, positam in villa quae dicitur Zuccula, mansum unum in fundo, qui dicitur Duce: insuper etiam medietatem totius decimationis plebis Sancti Georgii in episcopio Ferrariae, medietatem omnium rerum, quae pro animabus fidelium defunctorum eidem Ecclesiae relinquuntur tam mobilium quam immobilium, totam decimam villae, quae dicitur Cocomarium, et caetera, quae eidem canonicae iuste pertinent in terris, vineis, pratis, agris cultis et incultis, acquis, in piscationibus, venationes etiam, et molendina, servos et ancillas, et duodecim homines illius loci, qui vos navigio ferant, quocumque usus vester fuerit absque omni pretio. Ad haec adiicientes statuimus, et auctoritate apostolica prohibemus, ne cui liceat, clericos cappellarum, quae ad iurisdictionem vestram tantummodo pertinent, vobis invitis, interdicto vel excommunicationi subiicere, aut alias indebita molestatione gravare; sed vos liberam dispositionem, ordinationem, et correptionem cappellarum et clericorum ipsorum sine contradictione qualibet habeatis, sicut usque ad tempora praesentis episc. vestri habuistis. Praeterea praesenti pagina duximus statuendum, ut nullus extra voluntatem vestram infra civitatem vel suburbia vestrae civitatis baptizare, ungere, secundum institutionem ab Azone olim Romanae Ecclesiae cardinali, et tunc Apostolicae Sedis legato, cum consilio et assensu Laud. quondam episcopi factam, et hactenus observatam, vel publicas poenitentias dare praesumat Quartam vero

Ferrariensem Eccl. sub protectione Sedis Apostolicae recipit Pontifex:

Bonaque omnia eius confirmat canonicis.

Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat cum omnibus iuribus et pertinentiis;

Cum iure decimarum aliisque iurisdictionibus.

Clericos Ecclesiae huius soli capitulo subiectos declarat.

Sacra, quae peragere, eodem inconsulto, interdicit.

partem decimarum, quae in parochia vestra vobis noscitur de iure competere, nullus vobis subtrahere, vel violenter detinere praesumat. Nihilominus etiam auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis parochianos vestros, quos cum auctoritate episcopi vestri excommunicationi vel interdicto canonice subiecceritis, ad divina officia vel sepulturam ante absolutionem recipere audeat. Ad haec vobis duximus indulgendum, ut si episcopus vester humiliter requisitus, invasores, perturbatores aut detentores possessionum vestrarum infra triginta dies noluerit ecclesiastica sententia coercere, nisi manifesta et rationabilis causa praepediat, liceat vobis, in eosdem auctoritate nostra, secundum qualitatem et quantitatem excessus, excommunicationis vel interdicti sententia promulgare. Constitutionem autem, quam praedictus cardinalis cum consilio et assensu praedicti episcopi super testamentis defunctorum rationabiliter fecisse dignoscitur, et venerabilis frater noster Am. vester episcopus approbasse, ratam et firmam habemus, et eam perpetuis temporibus inconcussam manere sancimus. Decernimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam canonicam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, vestris et aliorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Ferrariensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur *etc.* Cunctis autem *etc.* Amen. Amen.

Nonnulla concedit privilegia:

Addito immunitatis decreto, cum solitis clausulis.

Alexandri PP. subscriptio.

ALEXANDER catholicae Ecclesiae episc.
Ego Ubaldus Ostiensis episc.
Ego Gualterius Sabinensis episcopus.
Datum Venetiis III kal..... anno dom. incarnationis MCLXXIX..... manum..... gerentis..... domni Alexandri Papae III anno..... indict.....

Dat. anno Domini 1179, pontif. anno XX.

CII.

Alphonso Portugallensi duci regius titulus conceditur, eiusque regnum sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — Regem Portugallensem cum eiusdem regno sub Sedis Apostolicae protectione suscipit: — Cum annuo censu duarum marcharum auri. — Decretum immunitatis pro supradictis. — Cum solitis poenalibus conclusionibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Alphonso illustri Portugallensium regi, eiusque haeredibus, in perpetuum.

Proœmium.

Manifestis comprobatum est argumentis, quod per sudores bellicos et certamina militaria inimicorum christiani nominis intrepidus extirpator, et propugnator diligens fidei christianae, sicut bonus filius et princeps catholicus, multimoda obsequia matri tuae sacrosanctae Ecclesiae impendisti, dignum memoria nomen et exemplum imitabile posteris derelinquens. Aequum est autem, quod quem ad regnum et salutem populi ab alto dispensatio caelestis elegit, Apostolica Sedis affectione sincera diligat, et iustis postulationibus studeat efficaciter exaudire. Proinde nos attendentes personam tuam prudentia ornatam, iustitia praeditam, atque ad populi regimen idoneam, eam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; et regnum Portugallense cum integritate honoris, regni dignitate, quae ad reges pertinet, necnon et omnia loca, quae cum auxilio caelestis gratiae de Sarracenorum manibus eripueris, in quibus sibi non possunt christiani principes circumpositi vendicare, excellentiae tuae concedimus, et auctoritate apostolica confirmamus. Ut autem ad obsequium beati Petri apostolorum principis, et sacrosanctae Romanae Ec-

Regem Portugallensem cum eiusdem regno sub Sedis Apostolicae protectione suscipit.

(1) Philip. Pruden., Disputat. I, lib. V.

clesiae vehementius accendaris, haec ipsa praefatis haeredibus tuis duximus concedenda: eosque super his, quae concessa sunt, Deo propitio, pro iniuncti nobis apostolatus officio defendemus. Tua itaque intererit, fili charissime, ita circa honorem et obsequium matris tuae sacrosanctae Romanae Ecclesiae humilem et devotum existere, et sic te ipsum eius opportunitatibus, et dilatandis christianae Fidei finibus exercere, ut de tam devoto et glorioso filio Sedes Apostolica gratuletur, et in eius amore quiescat. In iudicium autem, quod praescriptum regnum beati Petri iuris existat, pro amplioris reverentiae argumento statuisti duas marchas auri annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvendas: quem utique censum ad utilitatem nostram et successorum nostrorum Bracharensi archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, tu et successores tui curabitis assignare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, personam tuam aut tuorum haeredum, vel etiam praefatum regnum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit: secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem regno sua iura servantibus sit pax Domini Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Cum annuo censu duarum marcharum auri.

Decretum immunitatis pro supradictis.

Cum solitis poenalibus conclusionibus.

Alexandri PP. Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Ubaldus Ostiensis episc.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctae Rufinae episc.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Petrus Tusculanus episc.

Ego Ioan. presbyter cardinalis Ss. Io. et Pauli tit. Pamm.

Ego Ioannes presb. card. S. Anastasiae.

Ego Ioannes presbyter cardinalis S. Marci.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Susannae.

Ego Vivian. presbyter card. S. Steph. in Coelio monte.

Ego Cintius presbyter card. tit. Sanctae Caeciliae.

Ego Ugo presb. card. tit. S. Clementis.

Ego Arduinus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Matthaeus presbyter cardinalis S. Marcelli.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Ardicius card. Sancti Theodori.

Ego Laborans diaconus cardinalis S. Mariae in Porticu.

Ego Raynerius diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus dictus Ss. Cosmae et Damiani.

Ego Ioannes dictus card. S. Angeli.

Ego Rainerius dictus card. S. Adriani.

Ego Matthaeus dictus card. Sanctae Mariae Novae.

Ego Bernard. Sancti Nicolai in Carc. Tull. dictus cardinalis etc. (1).

(1) Baronius circa finem anni 1179 de hoc diplomate sic disserit: Hoc eodem anno Alphonsus primus rex Portugalliae ab Alexandro Papa titulum regis accepit ob res adversus Arabes praeclare gestas *etc. etc.* Post nonnulla subiicit: Extat de his diploma eiusdem Alexandri Papae in Tauri de Tombo dicta, in qua asservantur monimenta regum. Auctor autem Dissertationum, quibus Philippus Prudens (secundus Hispaniae rex) Lusitaniae rex legitimus demonstrari contenditur, idem diploma laudatum in Turre asservatum ab Antonio Brandaone, in Monarch. Lusit. 3 parte, fol. 295, publicatum asserit. Quam decorum christianis principibus aeque ac Sedi Apost. si huius generis monumenta colligere possemus!

CIII.

Privilegium Monopolitanae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monopolitanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Bona omnia ac donationes eidem confirmat: — Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat: — Cum omnibus iuribus, iurisdictionibus Ecclesiis pertinentibus; — Quas singillatim cum omnibus sibi adnexis numerans, — Privilegiis insuper variis cumulat. — Eam soli Apostolicae Sedi subiectam; — Episcopum vero a clero et populo eligendum declarat. — Immunitatis decretum — Solitis clausulis roboratur. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerab. fratri Stephano Monopolitano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ex iniuncto nobis apostolatus officio fratres et coepiscopos nostros, tam vicinos quam longe positos, sincero cordis affectu diligere debemus, et Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam dignitatem et iustitiam conservare. Æquum tamen et rationabile est, ut qui B. Petro eiusque vicariis devotiores esse noscuntur, et S. R. E. patrocinio cupiunt confoveri, eiusdem piae matris uberibus foveantur, et in suis rationabilibus petitionibus exaudiantur. Quapropter, ven. in Christo fr. episcope, tuis instis postulationibus clementer annuimus, et Monopolitanam Ecclesiam, cui auctore Deo praesse dignosceris, quae iuris et proprietatis B. Petri apostoli existit, ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Urbani, Paschalis, Calixti, Honorii et Eugenii, Romanorum Pontificum, sub eiusdem Apostoli tutela et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, in quo praefata Ecclesia constructa est, cum omnibus, appenditiis, et omnibus tenimentis suis, cum hominibus quoque affidatis, iudaeis, et certis iustitiis, quas in eadem civitate habet: in eadem civitate ecclesiam S. Leonis cum omnibus pertinentiis suis, eccl. S. Petri mediae civitatis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Salvatoris cum vineis et certis pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri de Palatrolo cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Thomae cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Damiani cum omnibus pertinentiis suis, item ecclesiam S. Scholasticae, ecclesiam S. Nicolai de Pinna, ecclesiam S. Benedicti de Graecis, ecclesiam S. Angeli Monialium cum iure parochiali et canonico cathedratico: extra vero civitatem ecclesiam S. Basilii cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Angeli S. Crucis cum omnibus pertinentiis suis, et aliam ecclesiam Crucis cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Angeli in suburbio cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Zachariae cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Luciae cum casali suo, ecclesiam Sancti Cataldi cum casali suo, ecclesiam Sancti Simonis cum casali suo, ecclesiam Sanctae Mariae de Sermitito cum casali suo, ecclesiam S. Nicolai de Cisternino cum casali suo, ecclesiam S. Mariae de Bernis cum casali suo, casale quod dicitur Talona, ecclesiam S. Petri de Ottava cum casali suo, et hominibus, domibus, vineis, olivis, terris cultis et incultis, cum pla-

Monopolitanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Bona omnia ac donationes eidem confirmat:

Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat:

(1) Quae laudantur hic privilegia, ab antecess. Pontificibus huic Ecclesiae concessa, suis locis reddidimus. Ex authographo in archiv. huiusce civitatis edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Cum omnibus iuribus, iurisdictionibus Ecclesiis pertinentibus;

citis, et cunctis iustitiis et pertinentiis ipsorum casalium, cum iure etiam parochiali, et canon. cathedratico eorumdem; ius quoque parochiale et canonicum cathedraticum in Barseneo, castro Frangesto, Fagiano de S. Ioanne, et in alio Fagiano de S. Maria in Subiceto, Stunachia, in S. Ilario, in S. Petro Vetrano, in omnibus Ecclesiis, eorum feudis pertinentibus, cum iudicio clericorum et debita reverentia, et caeteris ecclesiasticis iustitiis, tibi et tuis successoribus apostolica authoritate confirmamus: item ecclesiam S. Petri de Trovica cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Simeonis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Matthaei de Portanova cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Iuliani in eodem Vico cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Crucis in eodem Vico cum omnibus pertinentiis suis: praeterea ecclesiam S. Mariae in Portu Mansano, ecclesiam S. Petri de Bonochio, ecclesiam S. Procopii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Angeli de Sofilacto, ecclesiam S. Angeli de Moralditio, ecclesiam S. Stephani de Bulno, ecclesiam S. Martini de Turricella, ecclesiam Sanctae Mariae in eodem territorio, ecclesiam S. Nicolai de Vergaro, ecclesiam S. Basilii Maioris de Gaudio, ecclesiam S. Marini de Eturnillo, ecclesiam S. Stephani de Cornolo, ecclesiam S. Angeli de Senelo, ecclesiam S. Mariae de Sibelliso, ecclesiam S. Angeli de Lamatraderi,

Quas singillatim cum omnibus sibi adnexis numerans,

ecclesiam S. Petri Vetroni, ecclesiam S. Petri Titti, ecclesiam S. Andreae de Burgo, ecclesiam S. Mariae de Poma, ecclesiam S. Aventii, ecclesiam S. Ioannis de Stancta, ecclesiam S. Orontii, ecclesiam Trinitatis in Paterno, ecclesiam S. Nastasii de Curte, ecclesiam S. Ioannis de Baliano, ecclesiam S. Caeciliae, eccl. S. Eustachii, ecclesiam S. Banati, eccl. S. Caesarii, ecclesiam S. Nicolai de monte Ioae, ecclesiam S. Ioannis de Taramanno, ecclesiam S. Lucae, ecclesiam S. Mariae de Bagone, ecclesiam S. Ioannis de Fugiano, ecclesiam S. Nicolai eiusdem loci, ecclesiam S. Mariae de Faiano Maradicii, ecclesiam S. Sepulchri, ecclesiam Sancti Ilarii, ecclesiam S. Angeli de Frangesto, ecclesiam S. Vincentii, ecclesiam Sancti Eustachii de Campomore, ecclesiam S. Cypriani, ecclesiam S. Andreae de parochialis, ecclesiam Sancti Potiti, ecclesiam Sancti Barbati, ecclesiam S. Bartholomaei de Palude, ecclesiam S. Stephani de Palude, ecclesiam Sancti Martini de Palude, ecclesiam Sanctae Luciae de Vertensi, ecclesiam S. Eufemiae, ecclesiam Omnium Sanctorum de Carnara cum omnibus tenimentis et eorum pertinentiis, ecclesiam Sanctae Catharinae, ecclesiam S. Clementis, ecclesiam S. Nicolai de Portu-Aspro, ecclesiam Sancti Martini de Clurleone, et caeteras ecclesias parochiae Monopolitanae cum canonico cathedratico, et iure parochiali; vineas quoque, quae sunt inter viam Bari et Cupersani, vineas, quas habetis in territorio S. Eufemiae, vineas apud Paludem, vineas et olivas ac terras de Mauha de Casa: Bened. quoque abb. S. Ioannis de Caiano, et abbatissarum ecclesiae S. Sepulchri, et S. Angeli de Frangesto cum canonico cathedratico, ac debita reverentia: nec non libertates a Romanis Pontificibus et regibus atque principibus Monopolitanae Ecclesiae indultas, sicut de antiqua consuetudine praedecessores tui habuisse noscuntur, et ut canonice possides et quiete, tibi tuisque successoribus authoritate apostolica confirmamus. Statuimus quoque, ut eadem Ecclesia nulli alii, praeter Apostolicam Sedem, subiectionis reverentiam debeat. Te igitur tuosque successores huius libertatis gratia perfruentes, sub solius Apost. Sedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obeunte vero te, nunc eiusdem civitatis episcopo, vel tuorum quolibet successorum, clero populoque Monopolitano facultas sit, remota omni pravitate, antistitem canonice eligendi; electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Decernimus ergo, ut

Privilegiis insuper variis cumulat.

Eam soli Apostolicae Sedi subiectam;

Episcopum vero a clero et populo eligendum declarat.

Immunitatis decretum

nulli omnino hominum liceat praefatam Monopolitanam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet perturbationibus fatigare; sed omnia integra et illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione aut substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate.

Cum solitis clausulis roboratur.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis etc. Amen.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ubaldus Ostien. episc.

Theodinus Portuensis, et Sancate Rufinae sedis episc.

Bernardus Praenestinus episc.

Ioan. presb. card. Ss. Ioannis et Pauli tit. Pamm.

Vivianus presb. card. Sancti Stephani in Coelio monte.

Cintius presb. card. eccl. S. Caeciliae.

Laborans presbyter cardinalis S. Mariae Transtyb. Callixti.

Ugo presbyter cardinalis S. Clementis.

Iacintus diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmedin.

Raynerius diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ioannes diaconus cardinalis S. Angeli.

Datum Velet., per manum Alberti S. R. E. presb. card. et cancell., IV kal. martii, ind. XIII, incarnat. dominicae anno MCLXXX, pontificatus vero D. Alexandri Papae III anno XXI.

Dat. die 27 februarii anno Domini 1180, pontif. anno XXI.

CIV.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii monialium S. Zachariae Venetiarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monasterium hoc sub Sedis Apostolicae protectione suscipit. — Monasticum ordinem servari mandat: — Eidem bona omnia confirmat; — Quorum nonnulla hic enumerat. — Ius decimarum ratum habet. — Sorores proprietatem praesumentes habere prohibet. — Eiusdem loci sepulturam liberam esse decernit. — Immunitatis decretum pro personis rebusque: — Quod roborat solitis claus. poenal.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Casotae abbatissae monasterii Sancti Zachariae de Venetiis, eiusque sororibus, tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Apostolici moderaminis clementiae convenit, religiosas personas diligere, et earum loca piae protectionis munimine defensare. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et beati Benedicti regulam atque institutionem, et Cluniacensium fratrum observantiam ibi noscitur institutus, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter observetur; praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et eis, quae post vos succecesserint, et illibata perma-

Monasterium hoc sub Sedis Apostol. protectione suscipit.

Monasticum ordinem servari mandat.

Eidem bona omnia confirmat;

(1) Edidit Bozzonus in Hist. monasterii huius, in collect. Monument.

Quorum nonnulla hic enumerat.

neant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet curtem sitam in loco, qui Petriolo vocatur, cum ecclesia Sancti Thomae et omnibus pertinentiis suis, curtem positam in loco, qui dicitur Cona, cum ecclesia Sanctae Mariae et omnibus pertinentiis suis, curtem positam in loco, qui dicitur Runco, cum ecclesia Sanctae Mariae et omnibus pertinentiis suis, curtem sitam in loco, qui dicitur Clugia, cum omnibus pertinentiis suis: mansos, qui positi sunt in loco, qui dicitur Runcaletro, cum omnibus pertinentiis suis, mansos, qui positi sunt in comitatu Tarvisino, et pertinentiis Tarvisii, et possessiones, quas habetis in episcopatu Civitatis Novae, et omnibus pertinentiis suis, et quidquid habetis in Sacco et Lupa, et in Paduano districtu, et in Levenza, et in Laurentiaca, atque earum appendiciis. Decimas quoque omnium colonorum et terrarum, quas in praedictis locis et curtibus rationabiliter et secundum antiquam possessionem possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Prohibemus autem, ut nulla deinceps soror in eodem monasterio admittatur, quae proprietatem modis quibuslibet hinc praesumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ius decimarum ratum habet.

Sorores proprietatem praesumentes habere prohibet.

Eiusdem loci sepulturam liberam esse decernit.

Immunitatis decretum pro personis rebusque:

Quod roborat solitis clausulis pocoalibus.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

Locus ✝ signi.

Ego Ubaldus Ostiensis et Velitrensis episcopus.

Ego Paulus Praenestinus episcopus.

Ego Petrus presb. card. tituli Sanctae Susannae.

Ego Vivianus tit. Sancti Stephani in monte Coelio presb. card.

Ego Cintius presbyter cardinalis tituli Sanctae Caeciliae.

Ego Ugo presbyter cardinalis tituli S. Clementis.

Ego Arduinus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Matthaeus presbyter cardinalis tit. S. Marcelli.

Ego Laborans presbyter card. Sanctae Mariae Transtyberim tit. Calixti.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Cosm.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Raynerius diaconus card. Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmae et Damiani diac. card.

Ego Ioannes diac. card. S. Angeli.

Ego Raynerius Sancti Adriani diac. cardinalis.

Ego Matthaeus Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis.

Datum Tusculani per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae presb. card. et cancellarii, VII kal. aprilis, indict. XIII, incarnationis dominicae anno MCLXXX, pontificatus vero D. Alexandri Papae III anno XXI.

Dat. die 26 martii anno Domini 1180, pontif. anno XXI.

CV.

Rescriptum confirmationis Papae statutorum regni Poloniae (1).

SUMMARIUM

Casimirus Poloniae dux cum consilio episcoporum, defunctorum episcoporum spolia rapi prohibet. — Alia statuta. — Confirmatio pontificia. — Conclusiones consuetae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Casimiro duci Poloniae, salutem et apostolicam benedictionem.

Casimirus Poloniae dux cum consilio episcoporum, defunctorum episcoporum spolia rapi prohibet.

Ex parte tuae magnitudinis nobis relatum est, quod de consilio archiepiscopi et episcoporum Poloniae, et principum terrae, quasdam abusiones et solitas iniurias ab Ecclesiis et personis ecclesiasticis amputasti, constituendo, ne bona decedentium episcoporum amplius confiscarentur. Constitutum est etiam, ut si quispiam in res defuncti episcopi manus iniecerit, vinculis anathematis teneatur: nec praesumat ullus raptorum defuncto episcopo succedere, donec absolutionis beneficium assequatur, ablatis restitutis, vel ablatorum congrua aestimatione praemissa. Consuetudinem autem, quae a principibus terrae servabatur, videlicet, ut quocumque pergerent pompatice, invadentes horrea pauperum evacuarent; et si inter absentes aliquod negotioli quandoque contingeret, impii satellites discurrentes, raptos quoscumque caballos vel enervarent incursu, vel omnino destruerent, de ecclesiasticorum et saecularium consilio emendasti. Unde quoniam constitutionem tuam iustam pariter et honestam auctoritate nostra postulas confirmari; nos iustis postulationibus annuentes, constitutionem praescriptam, sicut in scripto authentico super hoc habetur, apostolica auctoritate confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus; sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua ratione praesumat.

Alia statuta.

Confirmatio pontificia.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Conclusiones consuetae.

Datum Tusculani, V kalendas aprilis.

Dat. die 28 martii anno Domini 1180, pontif. anno XXI.

CVI.

Ecclesia S. Petri Iscen. Tiphernatis dioecesis (nunc Urbanensis) *a Tiphernatis episcopi iurisdictione eximitur* (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Bona omnia confirmat Ecclesiae S. Petri Iscen.; — Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat: — Nonnullaque concedit privilegia. — Sepulturam ibi liberam esse decernit. — Immunitatis decretum cum solitis clausulis poenalibus. — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Raynerio archipresbytero S. Petri Iscen., eiusque successoribus canonice substituendis. A. P. R. M.

Exordium.

Licet omnibus Ecclesiis apost. debeamus patrocinium impertiri, specialius tamen protectione debent apostolica gaudere, quae in patrocinio sacrosanctae R. Ecclesiae surrexerant. Eapropter, dilecte

(1) Ex Baron., ad ann. 1180.

(1) Ex originali edidit Ughell., Ital. Sac., tom. I.

Bona omnia confirmat Ecclesiae S. Petri Iscen.;

in Domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam plebem sub S. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem plebs impraesentiarum rite et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo praefata plebs constructa est, cum omnibus pertinentiis suis, capellam S. Mariae in Paritiole, capellam Sancti Florani, capellam S. Angeli, capellam S. Salvatoris, capellam S. Leonis, capellam S. Felicitatis, capellam Sanctae Mariae in Spongia, capellam S. Simeonis, capellam S. Christofori in Scaulo, capellam S. Stephani in Felcina, capellam S. Crucis, capellam S. Pauli, capellam S. Fortunati, capellam S. Ioannis Castriplebis, capellam Sancti Iustini in Monione, capellam Sanctae Barbarae de Castellione, capellam S. Caeciliae, capellam Sanctae Mariae in Pressaioli, capellam S. Leonis in Ruccle, capellam S. Silvestri, capellam Sancti Benedicti, capellam S. Laurentii, capellam S. Io. de Monterio, capellam S. Christofori de Monte Pavonis, capellam Sancti Thomae, capellam Sancti Martini Arsivoli, capellam Sancti Sixti in Caresto, capellam Sancti Andreæ in Valle Casuli, capellam S. Stephani in Camenate, capellam S. Mariae de Castello Metulae, capellam S. Bartholomaei in Terenzano, capellam S. Donati in Ficcareto, capellam S. Andreæ Planelli, capellam Sanctae Mariae de Valle-Cupa, capellam S. Marini, capellam S. Bartholomaei in Valle-Bona, capellam Sancti Arduini, capellam Sancti Angeli in Valle Bovonis capellam S. Christofori in Formeulo, capellam S. Andreæ in Protulo, capellam Sanctae Mariae in Iuvito, capellam S. Angeli in Pereto, capellam S. Laurentii de Vinza, capellam Sanctae Marinae in Valle Cocorana, capellam S. Marini in Valle Petrosa, capellam Sanctae Mariae in Furca Unguis, capellam Sancti Angeli in Cerbello: de coniugiis vero discernendis, officium criminaliter peccantibus poenitentiam imponendi; omnes capellas ad praescriptam plebem pertinentes, decimas omnes et mortuaria eiusdem plebis; praeterea renunciationem omnis consuetudinis praeter quinque denarios, quos nomini cathedratici accipiebat e bonae memoriae Davizo castellanus episcopus de mandato bonae recordationis Giliberti S. R. E. cardinalis, tunc Apostolicae Sedis legati factam, et a felicis memoriae praedecessore nostro Coelestino Papa postmodum confirmatam, auctoritate apostolica confirmamus. Ad haec auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus praeter Rom. Pontificem, vel legatum eius, nisi mandato ipsius per interdicti sententiam praescriptam plebem de caetero aliqua molestatione gravare praesumat. Interdicimus etiam, ut non liceat castellano episcopo, qui quo tempore fuerit, praescriptae plebi, vel capellis ipsius aliquam exactionem imponere, vel ab eis quicquam exigere, nisi nummos, quos nomine cathedratici solitus est habere. Sepulturam quoque parochianorum eiusdem plebis praescriptae plebi liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat: salva quidem iustitia capellarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam plebem temere perturbare, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva tamen Sedis Apostolicae auctoritate et castellani episcopi subscripta iustitia. Si qua ergo in futurum

Quorum nonnulla propriis vocabulis enumerat.

Nonnullaque concedit privilegia.

Sepultur mihi liberam esse decernit.

Immunitatis decretum,

Cum solitis clausulis poenalibus.

ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus.

et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

Ego Vivian. presbyter cardinalis Sancti Stephani in Coelio Monte.

Ego Ugo presb. card. tit. S. Clementis.

Ego Ubaldus Ostien. epis.

Ego Matthaeus presb. card. tit. Sancti Marcelli.

Ego Theodinus Portuen. et S. Ruf. episcopus.

Ego Laborans presb. card. S. Mariae in Transt. tit. Calixti.

Ego Iacintus diaconus cardinalis Sanctae Mariae.

Ego Rayner. diac. cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus diac. card. S. Cosmae et Damiani.

Datum Veletri per manum Deiferi S. R. E. subdiaconi, XVIII kal. maii, indictione XIII, incarnationis dominicae anno MCLXXX, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XXI.

Dat. die 14 aprilis, anno Domini 1180, pontif. anno XXI.

CVII.

Confirmatio Ecclesiae Diniensis, bonorumque ad illam spectantium, ac assignatio duodecim tantum canonicorum, qui ei inserviant (1).

SUMMARIUM

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit: — Bonaque omnia ei confirmat: — Quorum plurima enumerat cum omnibus suis iuribus ac iurisdictionibus. — Numerum canonicorum duodenarium statuit: — Praepositum et episcopum a canonicis eligendum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ugoni praeposito, et canonicis Sanctae Mariae Dignensis, eorumque successoribus canonice instituendis etc.

(*Deest initium*).

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipit:

Bonaque omnia ei confirmat:

Quorum plurima enumerat cum omnibus suis iuribus ac iurisdictionibus.

Praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, dante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: burgum Dignense, in quo Ecclesia vestra consistit, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Vincentii supra Burgum, ecclesias de Valle Marculfi cum pertinentiis suis, videlicet Sancti Stephani, Sancti Marcellini, Sancti Martini, Sanctae Mariae de Mannano, S. Mariae de Neuserias, S. Mauritii, S. Andreæ ecclesias: ecclesiam insuper de Antragilis, et de Becoieiuno cum decimis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Mariæ de Goralberio cum omni iure suo, ecclesias de Aglegnio cum omni iure suo, ecclesias de Ceis, ecclesiam S. Eugeniae cum omni iure suo, ecclesiam Sancti Vincentii

(1) Ex Gall. Christ. nov. edit., inter Instrum. Eccles. huius, tom. III.

de Garbesia et Sancti Pontii de Rubina: salvo iure episcopi Dignensis in ecclesia Sancti Pontii, ecclesiam Sanctae Mariae de Salloe, domum eleemosynariam burgi Dignensis, tertiam partem Mortalagii totius episcopatus, procurationem, quam habetis in ecclesia de Bligerio, medietatem synodalium nummorum, castrum de Heuseria, et villam Sancti Andreae cum pertinentiis suis, quicquid habetis in castro Dignensi, et castro Marculfi et eorum territoriis tam in ecclesiasticis quam mundanis, quidquid iuris habetis in castro de Dromone et tenimento ipsius, quidquid possidetis in castro Barles, et in castro Belioco et eius tenimento, quidquid possidetis in rocca dominorum de Gavea, quidquid habetis in castro Campi Ursini, et in Canola, quidquid habetis in castro de Durbis, tam in decimis quam in aliis, quidquid in castro de Rocca-Sirana, et de Ceis, ex dono Petri Isnardi. Statuimus insuper, ut numerum canonicorum vestrorum duodenarium non excedat; sed semper duodecim, praeter praepositum, in eadem Ecclesia statuantur, qui debeant in ipsa Domino famulari, nisi tantum excreverint facultates ipsius, ut plures decenter de bonis eiusdem valeant substentari. Obeunte vero episcopo vestro vel te, fili praeposite, vel quolibet eorum, qui vobis successerint, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quos fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum providerint eligendum *etc.*

Numerum canonicorum duodenarium statuit:

Praepositum et episcopum a canonicis eligendum.

Dat. dicitur anno 1180.

CVIII.

Privilegium confirmationis bonorum omnium Capituli et canonicorum Tarvisinae Ecclesiae, et cuiusdam novae constitutionis pro illorum indemnitate, ab eis editae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Canonic. sub tutela Sedis Apostolicae recipit. — Concessiones omnes, ac bona confirmat: — Quorum nonnulla, ut moris est, propriis nominibus exprimit, cum omnibus iuribus ad ipsa spectantibus. — Item et constitutionem ab eis factam de eligendo singulis annis vice-praeposito, qui indemnitati bonorum huiusmodi invigilet. — Solitae clausulae (*omissae*). — Alexandri PP. et S. R. Eccl. cardinalium subscriptiones.

(1) Edidit Nic. Coletus, It. Sac., tom. v, col. 529.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Dodoni decano Canonicae Tarvisin., eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et Ecclesiam vestram, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancti Michaelis de Melma cum villa et molendinis, mansos de Lugugnano, mansos de Seura, mansos de Rivarotta, mansos de Casale, mansos de Burbilago, mansos de Godenzago, mansos de Cancellada, ecclesiam S. Andreae de Silvarosa cum villa, mansos de Vedelago, mansos de Monte Belluna, mansos de Montel, mansos de Malzago, mansos de Petra Rubea, mansos de Fener, mansos de Duno, mansos de Manzagello, mansos de Paderno, possessiones de Gonzano, ecclesiam S. Pelagii de Aurine cum mansis ipsius villae. Ecclesiam S. Bonae cum molendinis, mansos de Cormelino; mansos de Quinto, mansos

Exordium.

Canonicos sub tutela Sedis Apostolicae recipit.

Concessiones omnes, ac bona confirmat:

Quorum nonnulla, ut moris est, propriis nominibus exprimit cum omnibus iuribus ad ipsa spectantibus.

de S. Christina, ecclesiam S. Mariae de Pratogatzol cum mansis ipsius villae, mansos de Ger, ecclesiam S. Vitalis cum mansis ipsius villae, ecclesiam S. Gervasii cum mansis ipsius villae, mansos de Canizano, mansos de Gel cum nemore, possessiones de Bassano et de Romano et de Tor, mansos de Asylo, mansos de Braida, quidquid habetis Mestre, ecclesias, quas habetis infra civitatem, videl. S. Io. Baptistæ, S. Bartholomæi, S. Andreæ, S. Io. de Ripa, et ecclesiam S. Sophiae sitam extra muros civitatis Tarvisinae; possessiones, quas habetis in civitate, et decimas quas habetis circa ipsam civitatem. Sane quoniam per quosdam praepositos, qui curam bonorum canonicae vestrae gerebant, usque adeo distrahebantur bona praedicta, quod vix poteratis ex eis congrue substentari, ad tantum incommodum removendum cum venerab. fratre nostro Conrado episcopo vestro communiter statuistis, ut unus ex vobis annis singulis assumatur, qui vice praepositi ad commodum vestrum eiusdem canonicae bona dispenset; nos vestris postulationibus annuentes, constitutionem ipsam auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo *etc.* Si qua igitur *etc. etc.*

Item et constitutionem ab eis factam de eligendo singulis annis vicepraeposito, qui indemnitati bonorum huiusmodi invigilet.

Solitae clausulae (omissae).

Alexandri PP.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episc. ss.

et S. R. Ecclesiae cardinalium subscriptiones.

Ego Paulus Praenestinus episc. ss.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannae ss.

Ego Ard..... presb. card. tit. S. Crucis in Ier. ss.

Ego Laborans presb. card. S. Mariae Transtyberim tit. Callisti ss.

Ego Iacintus S. Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis ss.

Ego Ioannes diaconus cardinalis Sancti Angeli ss.

Ego Matthaeus S. Mariae Novae cardinalis ss.

Datum Viterbii per manum Alberti S. R. E. presb. card. et cancell., XIV kal. augusti, indict. XIV, incarn. Dom. anno MCLXXXI, pontificatus vero domni Alexandri Papae III anno XXII.

Dat. die 19 iulii anno Domini 1181, pontif. anno XXII.

CIX.

Monasterio S. Petri de Certeseya Wintoniens. dioecesis bona omnia atque immunitates confirmantur: nonnullaque conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — Monasticum ordinem inibi servari mandat in perpetuum. — Bona omnia ad illud pertinentia confirmat. — Eorum enumeratio propriis vocabulis facta, cum iure decimarum, cumque omnibus pertinentiis. — Indebitas decimas ab eo exigi vetat. — Privilegia nonnulla tribuit. — Dioecesano in spiritualibus subiicit: — Sine cuius consensu nec ulla parochia intra monast. construi possit. — Alia privilegia elargitur. — Abbatem a solis monachis eligendum statuit; — Omnesque immunitates a praedecessoribus concessas, ratas habet: — Novoque decreto corroborat: — Sub poena excommunicationis pro temeratoribus privilegii huius: — Benedictionem observantibus tribuens.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii Sancti Petri de Certeseya, eiusdemque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Petri de Certeseya Wintoniensis dioecesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

(1) Ex Monast. Anglic., tom. II.

nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, prioratum de Cardigan cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sanctae Trinitatis sitam in loco, qui appellatur Lando, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri de Beremyke cum omnibus pertinentiis suis, cappellam Sancti Petri de Cardigan cum omnibus pertinentiis suis, cappellam Sancti Michaelis de Tresman cum omnibus pertinentiis suis, decimas quas habetis in locis, qui Certesey et Thorp nominantur, medietatem decimarum, quam habetis in loco qui dicitur Cgham, medietatem decimarum in loco qui dicitur Chabeham, medietatem decimarum in loco, qui dicitur Sutthone, medietatem decimarum in loco qui dicitur Cheffam, medietatem decimarum in loco qui dicitur Botham, decimam quam habetis in molendinis sitis in maneriis Certesey, Thorp, Cgham, et Chabeham vulgariter nuncupatis, cum terris, vineis, nemoribus, usuagiis, pratis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, liberos et absolutos, e saeculo fugientes, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliena retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem fas sit, sine abbatis licentia, de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, a dioecesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem sacrosanctae Romanae Sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochiae vestrae nullus sine assensu dioecesani episcopi et vestro, cappellam seu oratorium de novo construere audeat: salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad haec, novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis saecularibusve personis vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas praeterea et possessiones, ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quae a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci ab-

Monasticum ordinem inibi servari mandat in perpetuum.

Bona omnia ad illud pertinentia confirmat.

Eorum enumeratio propriis vocabulis facta.

Cum iure decimarum, cumque omnibus pertinentiis.

Indebitas decimas ab eo exigi vetat.

Privilegia nonnulla elargitur.

Dioecesano in spiritualibus subiicit;

Sine cuius consensu nec ulla parochia intra monast. construi possit.

Alia privilegia tribuit.

Abbatem a sotis monachis eligendum statuit:

bate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna imposterum solicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea, omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, monast. vestro concessas, necnon libertates et exemptiones saecularium exactionum, a regibus et principibus et aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sive quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, et diœcesani episcopi canonica iustitia, et in praedictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverint, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni; cunctis autem sua iura eidem loco servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Omnesque immunitates a praedecessoribus concessas, ratas habet:

Novoque decreto corroborat:

Sub poena excommunicationis pro temeratoribus privilegii huius:

Benedictionem observantibus tribuens.

CX.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, libertatum, et consuetudinum monasterii monialium S. Mariae de Ettona (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Sub protectione Sedis Apostolicae hocce monast. recipit: — Monasticamque inibi disciplinam servari mandans, — Bona omnia confirmat: — Quae suis vocabulis exprimens, iura et iurisdictiones illis adnexas nominat. — Libertates quoque, ac rationabiles consuetudines ratas habet. — Sepulturam liberam declarat. — Solitae clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Aeliz priorissae monasterii Sanctae Mariae de Ettona, eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino estis mancipatae obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dominum, et beati Benedicti regulam in vestro monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus conservetur. Praeterea, quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant; in quibus haec

Exordium.

Sub protectione Sedis Apostolicae hocce monast. recipit.

Monasticamque inibi disciplinam servari mandans,

Bona omnia confirmat:

(1) Ex Monast. Anglic., tom. II.

propriis duximus exprimenda vocabulis: ex dono Roberti, comitis Legrec et Amiciae comitissae, consentiente Roberto filio suo, totam Eatonam cum omnibus pertinentiis suis, in qua ipsa abbatia fundata est: in Henetebria xxv libratas (1) terrae: ex dono eiusdem, totum redditum suum de anguillis et steilingis, quem habebat in Welles, excepta decima earum anguillarum, quae pertinet Ecclesiae S. Mariae de Prato Legrec: ex dono Isabellae comitissae duas carucatas (2) terrae in Waltam: ex dono Adae comitissae Scotiae redditum xx sol. singulis annis habendum: ex dono Galfridi l'Abbè et Emnuae uxoris eius, medietatem villae de Burthon: ex dono Gervasii Paganelli, molendinum de Ingepenna cum prato et crofto (3) et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Chantona, ecclesiam de Burtona, ecclesiam de Petresfelda cum cappella de Dapeldresham, ecclesiam de Suthburi, ecclesiam de Derton cum omnibus supradictarum Ecclesiarum pertinentiis: ex dono Ricardi de Burtona villam de Dodenhul cum omnibus pertinentiis suis: libertates etiam ab abbatissa et conventu Fontis Ebraldi rationabiliter vobis concessas, sicut in authentico scripto exinde noscitur contineri, vobis et Ecclesiae vestrae auctoritate apostolica confirmamus. Praeterea rationabiles consuetudines, immunitates atque libertates a glorioso rege Henrico et ab episcopis vel principibus, seu aliis fidelibus legitime vobis concessas, ratas manere censemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salva tamen canonica iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare *etc.*

Quae suis vocabulis exprimens, iura et iurisdictiones illis adnexas nominat.

Libertates quoque, ac rationabiles consuetudines ratas habet.

Sepulturam liberam declarat.

Solitae clausulae.

Dat..... (1).

(1) Quid sit *libra* seu *librata terrae*, dissident eruditi; quidam volunt esse modum agri ac praedii ad valorem annuum pecuniarii reditus, et ad certum librarum monetae currentis numerum exactum et aestimatum; quorum sententiae accedimus. (R. T.) (2) Vide superius, pag. 673. (R. T.) (3) *Croftum*, *croftus* et *crofta*, agellus inclusus pro animalibus rusticis. (R. T.)

CXI.

Templum, quod situm est Ierosolymis, variis communit privilegiis, prohibens, ne quis eum locum, bonaque ad Templarios pertinentia, perturbet (2).

SUMMARIUM

Milites Templi laudat quod, relictis saeculi vanitatibus, viam vitae elegerint, Evangelii praecepta sequentes: — Quod caritate ducti animas suas ponant pro fratribus, quos a paganis defendunt: — Eos hortatur ad tuendam Catholicam Ecclesiam contra paganos. — Bona et possessiones domus eorum sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens, — Decernit eam caput esse et magistram omnium locorum ad eam pertinentium. — Vetat ne aliquis consuetudines Ordinis audeat infringere. — Ad stabilitatem in suscepta religione adhortatur: — Ac prohibet ne aliquis e fratribus post factam professionem, aut dimisso habitu religionis, ad saeculum redeat; aut inconsultis fratribus, ad alium locum transeat. — Eorum bona ab omni decimarum iure eximit. — Sacerdotes pro sacris faciendis habendi, facultatem concedit. — Contra inutiles et turbatores, quomodo incedendum. — Pro eorum ordinatione, liberum sit quemcumque adire catholicum episcopum. — Clerici istiusmodi vivant in collegio militum, emissis votis stabilitatis, morum conversionis et obedientiae magistro Templi. — Decernit insuper ut sacramenta possint accipere milites Templi ubicumque a catholicis sacerdotibus: — Cum aliis privilegiis et favoribus, — Quae omnia corroborat, proposita excommunicationis poena pro inobservantibus, — Benedictione et pace pro observantibus (R. T.).

(1) Sine notis chronologicis. (2) Ex archiv. Angl., Rymer., tom. I, pag. 30

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Odoni magistro religiosae Militiae Templi, quod Ierosolymis situm est, eiusque successoribus et fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio *(a)*; proinde, dilecti in Domino filii, de nobis et pro vobis omnipotentem Dominum collaudamus, quoniam in universo mundo vestra religio et veneranda institutio nuntiatur. Cum enim natura essetis filii irae, et saeculi voluptatibus dediti, nunc per aspirantem gratiam, Evangelii non surdi auditores effecti, relictis pompis saecularibus et rebus propriis, dimissa etiam spatiosa via, quae ducit ad mortem, arduum iter quod ducit ad vitam, humiliter elegistis; atque ad comprobandum, quod in Dei militia specialiter computemini, signum vivificae Crucis in vestro pectore assidue circumfertis. Accedit ad hoc, quod tamquam viri Israelitae, atque instructissimi divini praelii bellatores, verae charitatis flamma succensi, dictum Evangelium operibus adimpletis, quo dicitur: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam, ut animam suam ponat quis pro amicis suis *(b)*. Unde etiam iuxta summi Pastoris vocem, animas vestras pro fratribus ponere, eosque ab incursibus paganorum defensare minime formidatis; et cum nomine censeamini milites Templi, constitutis estis a Domino catholicae Ecclesiae defensores, et inimicorum Christi impugnatores. Licet autem vestrum studium et laudanda devotio in tam sacro opere toto corde et tota mente desudet, nihilominus tamen universitatem vestram exhortamur in Domino, atque in peccatorum remissionem auctoritate Dei et beati Petri apostolorum principis tam vobis quam servitoribus vestris iniungimus, ut pro tuenda catholica Ecclesia, et ea, quae est sub paganorum tirannide, de ipsorum spurcitia eruenda, expugnando inimicos Crucis, invocato Christi nomine, intrepide laboretis. Ea etiam, quae de eorum spoliis coeperitis, fidenter in usus vestros convertatis; et, ne de his contra velle vestrum portionem alicui dare cogamini, prohibemus; statuentes, ut Domus seu Templum, in quo estis ad Dei laudem et gloriam atque defensionem suorum fidelium, et liberandam Dei Ecclesiam congregati, cum omnibus possessionibus et bonis suis, quae impraesentiarum legitime habere cognoscitur, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, perpetuis futuris temporibus sub Apostolicae Sedis tutela et protectione consistant. Praesenti quoque decreto sancimus, ut vita religiosa, quae in Domo vestra est, divina inspirante gratia instituta, ibidem inviolabiliter observetur; et fratres inibi omnipotenti Domino servientes caste et sine proprio vivant, et professionem suam dictis et moribus comprobantes, magistro suo, aut quibus ipse praeceperit, in omnibus, et per omnia subiecti et obedientes existant. Praeterea, quemadmodum Domus ipsa huius sacrae institutionis vestrae et ordinis fons et origo esse promeruit, ita nihilominus omnium locorum ad eam pertinentium caput et magistra in perpetuum habeatur. Ad haec adiicientes praecipimus, ut obeunte te, dilecte in Domino fili Oddo, vel tuorum quolibet successorum, nullus eiusdem Domus fratribus praeponatur, nisi militaris et religiosa persona, quae vestrae conversationis habitum sit professa: nec ab aliis, nisi ab omnibus fratribus insimul vel a saniori parte, qui praeponendus fuerit, eligatur. Porro consuetudines, ad vestrae religionis et officii observantiam a magistro et fratribus communiter institutas, nulli ecclesiasticae saecularive personae infringere vel minuere sit licitum; easdem quoque consuetudines, a vobis aliquanto tempore observatas et scripto firmatas, nonnisi ab eo,

Milites Templi laudat quod, relictis saeculi vanitatibus, viam vitae elegerint, Evangelii praecepta sequentes:

Quod caritate ducti animas suas ponant pro fratribus, quos a paganis defendunt.

Eos hortatur ad tuendam catholicam Ecclesiam contra paganos.

Bona et possessiones domus eorum sub Sedis Apostolicae protectione suscipiens,

Decernit eam caput esse et magistram omnium locorum ad eam pertinentium.

Vetat ne aliquis consuetudines Ordinis audeat infringere.

(a) Iacob. I, 17. (b) Ioan. XV, 13. (A. T.)

qui magister est, consentiente tamen saniori parte capituli, liceat immutari. Prohibemus siquidem et omnimodis interdicimus, ut fidelitates, hominia, sive iuramenta, vel reliquas securitates, quae a saecularibus frequentantur, nulla ecclesiastica saecularisve persona a magistro et fratribus eiusdem Domus exigere audeat. Illud autem scitote, quoniam sicut vestra sacra institutio et religiosa Militia divina est providentia stabilita, ita nihilominus nullius vitae religiosioris obtentu ad locum alium vos convenit transvolare; Deus enim, qui est incommutabilis et aeternus, mutabilia corda non approbat, sed potius sacrum propositum semel inceptum perduci vult usque in finem debitae actionis. Quot et quanti sub militari cingulo et clamide terreni imperii Domino placuerunt, sibique memoriale perpetuum reliquerunt? Quot et quanti in armis bellicis constituti pro testamento Dei, et paternarum legum defensione suis temporibus fortiter dimicarunt, atque manus suas in sanguine infidelium Domino consecrantes, post bellicos sudores aeternae vitae bravium sunt adepti? Videte itaque vocationem vestram tam milites quam servientes, atque iuxta Apostolum unusquisque vestrum, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat *(a)*. Ideoque fratres vestros semel devotos, atque in sacro collegio vestro receptos, post factam in vestra Militia professionem et habitum vestrae religionis assumptum, revertendi ad saeculum, nullam habere praecipimus facultatem; nec alicui eorum fas sit, post factam professionem, semel assumptam crucem Dominicam et habitum vestrae religionis abiicere, vel ad alium locum seu etiam monasterium, maioris sive minoris religionis obtentu, invitis sive inconsultis fratribus, aut eo, qui magister extiterit, liceat transmigrare: nullique ecclesiasticae saecularive personae ipsos suscipiendi aut retinendi licentia pateat. Et quoniam, qui sunt Ecclesiae defensores de bonis Ecclesiae debent vivere ac sustentari, de rebus mobilibus vel se moventibus, seu de quibuslibet, quae ad vestram venerabilem Domum pertinent, a vobis decimas exigi contra voluntatem vestram, omnimodis prohibemus. Ut autem ad plenitudinem salutis, et curam animarum vestrarum nihil vobis desit, et ecclesiastica sacramenta, et divina officia vestro sacro collegio commodius exhibeantur, simili modo sancimus, ut liceat vobis, honestos clericos et sacerdotes secundum Deum, quantum ad vestram conscientiam, ordinatos, undecumque ad vos venientes suscipere, et tam in principali domo vestra, quam etiam in obedientiis et locis sibi subditis, vobiscum habere; dummodo, si e vicino sunt, eos a propriis episcopis expetatis, iidemque nulli alii professioni vel ordini teneantur obnoxii: quod si episcopi eosdem vobis forte concedere noluerint, nihilominus tamen eos suscipiendi et retinendi auctoritate sanctae Romanae Ecclesiae licentiam habeatis. Si vero aliqui horum, post factam professionem, turbatores religionis vestrae aut Domus, vel etiam inutiles apparuerint, liceat vobis eos cum saniori parte capituli amovere; eisque transeundi ad alium ordinem, ubi secundum Deum vivere voluerint, licentiam dare, et loco ipsorum alios idoneos substituere, qui etiam unius anni spatio in vestra societate probentur: quo peracto, si mores eorum hoc exegerint, tunc demum professionem faciant regulariter vivendi, et magistro suo obediendi: ita tamen, ut eumdem victum et vestitum vobiscum habeant, necnon lectisternia: excepto eo, quod clausa vestimenta portabunt. Sed nec ipsis liceat, de capitulo vel cura Domus vestrae se temere intromittere, nisi quantum a vobis fuerit iniunctum. Curam quoque animarum tantum habeant, quantum a vobis fuerint requisiti. Praeterea nulli personae extra vestrum capitulum sint subiecti; tibique, dilecte in Domino fili Oddo, tuisque successoribus, tamquam magistro et praelato

Ad stabilitatem in suscepta religione adhortatur:

Ac prohibet ne aliquis e fratribus post factam professionem, aut dimissu habitu religionis, ad saeculum redeat; aut inconsultis fratribus, ad alium locum transeat.

Eorum bona ab omni decimarum iure eximit.

Sacerdotes pro sacris faciendis habendi, facultatem concedit.

Contra inutiles et turbatores, quomodo incedendum.

(*a*) I Cor. VII, 20 (B. T.)

suo in omnibus et per omnia obedientiam deferant. Praecipimus insuper, ordinationes eorumdem clericorum, qui ad sacros gradus fuerint promovendi, a quacumque maluerit catholico suscipietis episcopo, si quidem gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Eosdem autem pro pecunia praedicare aut lucro, vosque pro eiusmodi causa eos ad praedicandum mittere, prohibemus; nisi forte magister Templi, qui pro tempore fuerit, certis ex causis id faciendum esse providerit. Quicumque sane ex his in vestro collegio suscipientur, stabilitatem loci, conversionem morum, seque militaturos Domino diebus vitae suae sub obedientia magistri Templi, posito scripto super altare, in quo contineantur ista, promittant; salvo quoque episcopis iure episcopali, tam in decimis quam in oblationibus et sepulturis. Nihilominus vobis concedimus facultatem, in locis sacro Templo collatis, ubi familia vestra habitat, oratoria construere, in quibus utique ipsa familia divina officia audiat; ibique, si quis ex vobis vel ex eadem familia mortuus fuerit, tumuletur; indecens enim est, et animarum periculo proximum, religiosos fratres occasione adeundae ecclesiae se virorum turbis et mulierum frequentiae immiscere. Caeterum decimas, quas consilio et consensu episcoporum de manu clericorum vel laicorum studio vestro extrahere poteritis; illas etiam, quas consentientibus episcopis et eorum clericis, acquiretis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus insuper, auctoritate apostolica, ut ad quemcumque locum vos venire contigerit, ab honestis atque catholicis sacerdotibus poenitentiam, unctiones, seu alia quaelibet sacramenta ecclesiastica vobis suscipere liceat; ne forte ad perceptionem spiritualium bonorum vobis quippiam deesse valeat. Quia vero in Christo omnes unum sumus, et non est personarum differentia apud Deum, tam remissionis peccatorum quam alterius beneficentiae, atque apostolicae benedictionis, quae vobis indulta est, etiam familiam vestram et servientes vestros volumus esse participes. Cum autem fratres vestri, qui ad suscipiendas collectas destinati fuerint, in civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille interdictus sit, in iocundo eorum adventu, pro Templi honore et eorumdem militum reverentia semel in anno aperiantur ecclesiae, et exclusis excommunicatis, divina officia celebrentur. Nulli ergo omnino hominum liceat, praedictum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, vestris et aliorum Dei fidelium usibus omnimodis profutura. Si quis igitur huius nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; conservantes autem haec, omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius benedictionem et gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.

Pro eorum ordinatione, liberum sit quemcumque adire catholicum episcopum.

Clerici istiusmodi vivant in collegio militum, emissis votis stabilitatis, morum conversionis et obedientiae magistro Templi.

Decernit insuper ut sacramenta possint accipere milites Templi ubicumque a catholicis sacerdotibus:

Cum aliis privilegiis et favoribus:

Quae omnia corroborat, proposita excommunicationis poena pro inobservantibus;

Benedictione et pace pro observantibus.

CXII.

Confirmatio constitutionum Ordinis Cisterciensis: cui nonnulla conceduntur privilegia (1).

SUMMARIUM

Exordium. — Regulas Ordinis confirmat. — De regula S. Benedicti in singulis Ordinis monast. interpretanda literaliter. — De exactionibus subiectis sibi Ecclesiis non imponendis. — Quod omnes abbates singulis annis ad capitulum generale acce-

(1) Ex Concil., tom. XIII, pag. 155.

dere teneantur decernitur, exceptis legitime impeditis, qui alterum delegare debebunt — De delinquentibus abbatibus iudicandis. — De dimissionibus abbatum; — Et abbatibus graviter peccantibus dimittendis. — Abbatiae defuncto abbate, per abbatem domus, ex qua illae exiverint, administrandae. — Quid agendum, si abbas monast. Cistercien. delinquens fuerit vel privandus. — Sententia ecclesiasticae severitatis in depositum recalcitrantem proferenda. — Ad quos spectet illius monast. administratio, si vacaverit. — Quod liceat monasterii matribus, de caeteris a se deductis Ecclesiis, abbatem sibi seligere: non autem de exteris. — Omnimoda exemptio ab episcopali iurisdictione. — Caetera quoque statuta confirmantur. — Totalis immunitas a quacumque molestia, vi etc. — Praesentis privilegii firmitas.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Gisleberto Cisterciensi, et caeteris abbatibus et monachis, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam et instituta Cisterciensis Ordinis professis, in perpetuum.

Exordium.

Sacrosancta Romana Ecclesia, sicut in B. Petro apostolorum principe a Domino promissionem obtinuit, quod universalis Ecclesiae fundamentum existeret; et praeceptum accepit, ut christianae fidei professores in fide et religione omnique sanctimonia confirmaret: ita pro universarum Ecclesiarum profectibus solicitam se semper exhibuit, et de instituendo, confirmando et provehendo in omnibus Ecclesiis cultu sacrae religionis, fuit omni tempore studiosa: ita ut ab ea, sicut a fonte, ad universos Ecclesiae filios sit religio derivata: et quod ab aliis, qui spiritus primitia acceperunt, religiose ac salubriter institutum est, per eamdem immutabilem acceperit firmitatem. Inde est, dilecti in Domino filii, quod sacrae religionis vestrae opinione, tamquam agri pleni, cui benedixit Dominus, provocati, religiosis precibus vestris benignum impertimur assensum, et regulares institutiones vestras auctoritate apostolica confirmamus: in quibus quaedam sub certis capitulis, quae inferius annexa sunt, decrevimus exprimenda. Primum quidem, ut in omnibus monasteriis vestris, sicut in Cisterciensi Ecclesia, B. Benedicti regula perpetuis temporibus observetur, et in lectionem eius nullus de ordine vestro praeter simplicem et communem intelligentiam quemlibet alium sensum inducat, sed uniformiter, et sicut quaeque cat, sed uniformiter, et sicut quaeque diffinita noscuntur, intelligantur ab omnibus, et inviolabiliter observentur; et eadem penitus observantia, idem cantus et iidem libri, qui ad ecclesiasticum officium pertinent, per omnes Ecclesias vestri ordinis teneantur. Nec aliqua omnino Ecclesia vel persona ordinis vestri adversus communia ipsius ordinis instituta privilegium aliquod postulare audeat, vel obtentum quomodolibet retinere. Deinde, ut nulla Ecclesiarum vestrarum ei, quam genuit, aliquam terrenae commoditatis seu rerum temporalium exactionem imponat; nil quod eam gravet, nil quod eius substantiam minuat, erga eam agere disponat: ne, dum abundare de alterius paupertate cupit, avaritiae malum, quod secundum Apostolum idolorum servitus comprobatur (1), evitare non possit. Curam tamen animarum abbas matris Ecclesiae in ea gratia charitatis sibi retineat: ut si quando a sancto proposito et observantia sanctae regulae declinare, quod absit, tentaverit, per eius solicitudinem ad rectitudinem vitae redire possit. Item, ut omnes abbates ordinis vestri singulis annis ad generale capitulum Cisterciense, postposita omni occasione, conveniant: illis solis exceptis, quos a labore viae infirmitas corporis retardaverit, qui tamen idoneum nuncium delegare debebunt, per quem necessitas remorationis eorum capitulo valeat nunciari: et illis item exceptis, qui, in remotioribus partibus habitantes, sine grandi et evidenti difficultate singulis annis se nequiverint capitulo praesentare: qui nimirum eo tempore veniant, quod in ipso eis capitulo fuerit institutum. Quod si

Regulas ordinis confirmat.

De regula S. Benedicti in singulis ordinis monast. interpretanda literaliter.

De exactionibus subiectis sibi Eccl. non imponendis.

Quod omnes abbates singulis annis ad capitulum generale accedere teneantur decernitur, exceptis legitime impeditis, qui alterum delegare debebunt.

(a) Ephes. v, 5. (B. T.)

De delinquentibus abbatibus iudicandis.

aliqua controversia inter aliquos abbates ordinis vestri emerserit, vel de aliquo eorum tam gravis culpa fuerit prolata, ut suspensionem vel etiam depositionem mereatur, quidquid exinde a capitulo fuerit secundum vestrum ordinem diffinitum, sine retractatione aliqua observetur. Si vero pro diversitate sententiarum in discordiam causa devenerit, illud irrefragabiliter teneatur, quod abbas Cisterciensis, qui pro tempore fuerit, cum his, qui sanioris consilii et magis idonei apparuerint, iudicabit. Hoc observato, ut nemo eorum, ad quos specialiter causa respexerit, diffinitioni debeat interesse. Si quis autem abbas pro inutilitate vel pusillanimitate sua se viderit ab abbatiae suae ordine relaxandum, ab abbate domus illius, unde sua processit, humiliter postulet relaxari. Qui tamen petitioni eius non leviter adquiescet, nec quicquam sua auctoritate efficiet; sed congregatis aliquantis abbatibus ordinis vestri, cum eorum consilio peraget, quod inde pariter viderint adimplendum. Si quis autem abbatum, ordinis contemptor vel ordinis praevaricator, aut commissorum sibi fratrum vitiis consentiens apparuerit: abbas matris Ecclesiae per se ipsum, vel priorem suum, vel quomodo melius noverit expedire, eum, ut corrigatur, admoneat usque quater. Quod si culpam suam corrigere, vel a susceptae provisionis officio cedere forte noluerit, aliquanti abbates ordinis vestri in nomine Domini aggregentur, et communicato consilio, si viderint opportunum, eum a regimine submoveant abbatiae; ac postmodum alter, qui dignus sit, consilio et voluntate patris abbatis, a monachis domus illius cum abbatibus, si qui ad eam pertinent, eligatur. Si autem, qui deponitur, vel monachi eius, datae in eum sententiae contumaciter decreverint reluctandum, abbas matris Ecclesiae caeterique abbates plenam habeant potestatem, censura eos districtionis ecclesiasticae coercendi: de quibus sane, si quis reversus ad cor, et de sua contumacia resipiscens, matris suae misericordiam postulaverit humiliter, sicut filius poenitens recipiatur. Quandiu autem aliqua Ecclesiarum vestrarum abbate proprio fuerit destituta, pater abbas, de cuius domo domus illa exivit, omnem curam habeat ordinationis domus illius, donec in ea abbas illius eligatur: electus autem nulli archiepiscoporum vel episcoporum emancipatus, vel quasi absolutus tradatur; sed nec post factam archiepiscopo vel episcopo suo professionem, occasione eius, ordinis sui constitutiones transgrediatur, vel in aliquo praevaricator eius existat. Praeterea, si forte abbates ordinis vestri matrem vestram Cisterciensem Ecclesiam a sacrae religionis observantia exorbitare perspexerint, ipsius loci abbatem per quatuor primos abbates, de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, et de Murimundo, ut corrigatur, et subditos suos corrigere laboret, admoneant; et omnia, quae de aliis abbatibus supra diximus, circa eum adimpleant: excepto, quod si sponte cedere noluerit, nec deponere eum, nec si contumax apparuerit, excommunicationis sententia poterunt innodare; donec vel in generali capitulo, vel si illud visum fuerit sine grandi periculo expectari non posse, convocatis abbatibus, qui de Cistercio exierunt, et aliquibus etiam aliorum, virum inutilem ab officio abbatis amoveant; et tam ipsi quam abbates et monachi Cistercienses alium idoneum abbatem ei studeant subrogare. In illum porro, qui depositus fuerit, et monachos eius, si recalcitrare praesumpserint, sententiam severitatis ecclesiasticae non dubitent promulgare: de quibus post haec si aliquis culpam suae contumaciae recognoscens, ad aliquam quatuor praedictarum Ecclesiarum se salutis causa contulerit, sicut domesticus recipiatur, quoadusque, prout conveniens fuerit, suae restituatur Ecclesiae. Interim autem annuus abbatum conventus non apud Cistercium, sed ubi a quatuor praenominatis abbatibus praevi-

De dimissionibus abbatum;

De abbatibus graviter peccantibus dimittendis.

Abbatiae defuncto abbate, per abbatem domus, ex qua illae exiverint, administrandae.

Quid agendum, si abbas monast. Cisterciensis delinquens fuerit vel privandus.

Sententia ecclesiasticae severitatis in depositum recalcitrantem proferenda.

sum fuerit, celebretur. Quoniam autem Cisterciensis Ecclesia mater est omnium vestrum, et alium patrem abbatem super se non habet, sicut ad cautelam et ordinis custodiam statuistis, per eosdem abbates annua ibi fiat visitatio, et ad suggestionem eorum secundum ordinem vestrum corrigatur, si quid invenerint corrigendum. Sed et quoties sine abbate proprio domus Cisterciensis exstiterit, ad ipsos quatuor eius cura respiciat, et tam ab eis quam ab aliis abbatibus ad Cistercium pertinentibus, qui per dies ad minus xv fuerint convocati, et a monachis Cistercii, persona idonea eligatur. Liceat autem unicuique matri Ecclesiae ordinis vestri, tam de monachis quam de ipsis abbatibus Ecclesiarum, quae ab ipso processisse noscuntur, sibi quemcumque voluerit, si tamen dignus extiterit, assumere in abbatem. Personam autem de alio ordine nulla Ecclesiarum vestrarum sibi eligat in pastorem, sicut nec vestri ordinis aliquis in abbatem alicui alterius ordinis monasterio ordinetur. Haec igitur de multis institutionibus ordinis vestri excerpsimus, et propriis curavimus capitulis designare; adiicientes, ut nullus episcoporum abbatis vel grangiis vestris aliqua religiosorum seu saecularium habitatione (1), unde vobis inquietatio possit provenire, superaedificari permittat, sed eos, qui superaedificare tentaverint, ne id faciant, ab episcopis, quorum dioecesani sunt, sub anathematis interminatione prohibeant. Nemo etiam professos vestros, monachos vel conversos, sine licentia abbatum suorum recipiat, aut susceptos audeat retinere. Quia vero singula, quae ad religionis profectum et animarum salutem regulariter ordinastis, praesenti abbreviationi nequiverunt annecti, nos cum his, quae praescripta sunt, omnia, quae continentur in Carta vestra, quae appellatur Charitatis, et quaecumque inter vos religionis intuitu regulariter statuistis, auctoritate apostolica roboramus, et vobis vestrisque successoribus, et omnibus qui ordinem vestrum professi fuerint, inviolabiliter perpetuis temporibus decernimus observanda. De caetero, quia propositum firmum habetis habitationi vestrae loca extra conversationem saecularium eligendi, grangias vestras sicut ecclesias a pravorum incursu ac violentia liberas ac quietas fore statuimus, et ut nullus ibi hominem capere, spoliare, verberare, aut rapinam exercere praesumat, in virtute Spiritus Sancti inhibemus: sancientes etiam, ut propter communia interdicta terrarum, nulla Ecclesiarum vestrarum a divinis compellatur officiis abstinere. Interdicimus iterum, ne aliqua omnino persona fratres ordinis vestri audeat ad saecularia iudicia provocare: sed quisquis sibi adversus eos aliquid crediderit de iure competere, sub ecclesiastici iudicis examine experiendi habeat facultatem: salva in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel praescriptas institutiones vestras ausu temerario violare. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini nostri Redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni; servantibus autem haec sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ad quos spectet illius monast. administratio, si vacaverit.

Quod liceat monasterii matribus, de caeteris a se deductis Ecclesiis, abbatem sibi eligere: non autem de exteris.

Omnimoda exemptio ab episcopali iurisdictione.

Caetera quoque statuta confirmantur.

Totalis immunitas a quacumque molestia, vi etc.

Praesentis privilegii firmitas.

(1) Lege: *Abbatiis vel grangiis vestris aliquam religiosorum vel saecularium habitationem* (ex Cocq. *Add. et Corr.*).

CXIII.

Canonizatio S. Theobaldi eremitae (1).

SUMMARIUM

Religiosus vir Theobaldus sancte vixit. — Miracula merita ipsius commendant; — Quibus rite probatis, inter sanctos annumerat, et memoriam solemniter celebrari mandat (R. T.).

Alexander episcopus servus servorum Dei, omnibus fidem Christi colentibus, gratiam et apostolicam benedictionem.

Religiosus vir Theobaldus sancte vixit.

Multa praeclara et admiratione digna de quodam eremita religioso viro, Theobaldo nomine, celebris fama divulgat, quam sancte et religiose vixerit: et exutus omnibus, Dominica praecepta secutus sit, cum impraesentiarum fuisset, manifeste patet. Miraculorum vero indicia indubitata fide eius merita commendant, multis religiosis viris super his, cognita, et vera referentibus: quapropter vitae eius conversatione cognita, et miraculorum indiciis probatis per non fallacia testimonia, suggerentibus nobis de eo, Mainardo et Damiano episcopis, et Vincentiae populo, illum celebri memoria dignum Romana decrevit Ecclesia. Et quia procul dubio cum electis coronatur in coelis, ut eius memoria, sicuti aliorum Sanctorum, praecipimus, solemniter celebretur in terris (1).

Miracula merita ipsius commendant;

Quibus rite probatis, inter sanctos annumerat,

Et memoriam solemniter celebrari mandat.

(1) Ex Archiv. Vatic.

(1) Mabillonius, qui saec. VI, part. II, Act. Sanctorum Ordinis S. Benedicti hasce literas refert, X Theobaldum hunc, vita functum anno 1066, ab Alexandro III post centum circiter annos sanctorum cathalogo adscriptum asserit: quae rei fidem quidem faciunt; sed nihil praestant ad tempus datarum a Pontifice literarum adstruendum.

FINIS TOMI SECUNDI

INDEX

NOMINUM ET RERUM PRÆCIPUARUM

NUMERUS PAGINAM INDICAT. — *a* PRIMAM COLUMNAM — *b* SECUNDAM DESIGNANT.

A

Abaelardi Petri errores in concilio Senonensi cogniti et damnati, *pag.* 449 *a*. Damnantur etiam ab Innocentio II PP. cum eorumdem auctore et sectatoribus, *ibid.*

Albaeripae monasterio Lingonen. dioecesis bona omnia ac donationes confirmantur, 426 *b* et *seq.*

Acheruntina Ecclesia Salernitanae suffraganea declarantur, 191 *a*. Eius archiepiscopus consilio Salernitani eligendus, *ibid.* Conceditur ei usus palii, 243 *b*, 570 *b*, 750 *a*. Huic Ecclesiae confirmantur et renovantur bona et iura omnia, 243 *b*, 750 *a* et *seq.*

Adalbertus comes Hirsaugiensis construit monasterium Hirsaugiense Spiriensis dioecesis, 153 *a*. Eius diploma ratum habetur, *ibid. b*. Eiusque filius perpetuus monasterii eiusdem advocatus declaratur, *ibid.*

Adelaides comitissa Patruis donationes factas monasterio Burrhonensi auget, 195 *b* et *seq.*

Adelaides imperatrix bona nonnulla concedit monasterio S. Salvatoris Papien. dioecesis, quae eidem confirmantur, 511 *b*. et *seq.*

Adelasia comitissa nonnulla bona elargitur Squillacensi Ecclesiae pro redemptione animae eius filii, comitis Rogerii, 259 *a*.

Adelbertus de Calb confirmationem obtinet bonorum et immunitatum monasterio Hirsaugiensi a progenitoribus suis antiquitus fundato, 117 *b*.

Adelbertus et Occarius Boiariae comites construunt monasterium Tegernseense, 560 *b*.

Admontensi Salisburgensis dioecesis monasterio bona omnia et possessiones confirmantur, 239 *b* et *seq.* Sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, variisque donatur privilegiis, 434 *b* et *seq.* Bona omnia iterum ei confirmantur, 722 *a* et *seq.*

Ægidii (S.) in Septimiana monasterio confirmatur restitutio oblationum facta per Raymundum comitem Tolosanum, 152 *a* et *b*. Ab omni episcopali iure exemptum declaratur, et soli R. E. subditum declaratur, 176 *a*. Eius abbatis concordia facta cum abbate Cluniacensi confirmatur, 370 *a*.

Æmiliae provinciae Ecclesiae et exarchatus Ravennae, Gualterio archiepiscopo et successoribus eius in perpetuum confirmantur, 354 *b* et *seq*.

Affligimiensi monasterio dioecesis Cameracensis Bernhomiense unitur, 312 *b* et *seq*. Sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, cique bona omnia confirmantur, 547 *a* et *seq*.

Agnes imperatrix, 83 *b*. Quid agendum de iuramento ei praestito, *ibid*.

Aimericus vicecomes Narbonensis ad obediendum et ad solvendas decimas archiepiscopo Narbonensi excitatur, 155 *a*. *V*. not. ad calc. eiusd. col.

Albana Ecclesia, quae et Vivarium dicitur, Viennensi subiecta, 208 *a*.

Albae Ripae monasterium, 426 *b*. Bona ei confirmata, *ibid*.

Albini (S.) Andegaven. ac Vindocinensium monachorum controversia super Ecclesia S. Mariae Credonen. definitur et componitur, 138 *b*, 139 *a*.

Alcherius archiepiscopus Panormitanus pallii exornatur a Gregorio VII PP., 116 *b*, et 117 *a*.

Alexander II PP., 17 *a*. In concilio Romano incestuosorum errorem damnat in gradibus consanguineitatis supputandis, 18 *a* et *seq*.

Alexander III PP., 656 *b*. Octavianum Victoris nomine antipapam iterato percutit anathemate, 657 *a*. Paschalem quoque III, et excommunicat, *ibid*. Circulares ad Bononienses de sui electione literas dat, 658 *a*. Schisma sub illo, 658 *b*. Detentus, populus clamat pro eo liberando, 659 *a*. Tandem a senatoribus circumdatus, consecratur et coronatur, *ibid*. *b*. Pacem cum Friderico imperatore init, 801 *a*.

Alexandri (S.) Bergomensis civitatis et S. Vincentii civitatis eiusdem canonicorum controversia de capellanis Ecclesiarum, de prima sede praeposito in sinistra parte chori *etc*., definitur ac componitur, 403 *b* et *seq*.

Alphonsus Portugalliae rex, regnum suum tributarium offert Lucio II PP., 507 *b*, 508 *b*. *V*. not. ad calcem col. eiusdem. Regius titulus ei confirmatur, 816, *b*.

Alphonso Portugallensi duci regius titulus conceditur, eiusque regnum sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 816 *b* et *seq*.

Althae inferioris monasterium. *V*. Altahense monasterium.

Altahense monasterium Salisburg. dioecesis privilegium obtinet confirmationis bonorum omnium cum decreto immunitatis, 555 *b* et *seq*.

Altmannus Pataviensis episcopus ecclesiam in territorio Pataviensi construit ad regularem canonicorum vitam, et fundationis suae confirmationem obtinet, 47 *a* et *seq*.

Amantii (S.) Ecclesia. *V*. Massiliensium monachorum ac Ruthenensium canonicorum controversia *etc*.

Ambitus in suscipiendo habitu monachali damnatur, 24 *b*.

Ambrosii (S.) de Petra Plana Floren. dioecesis monasterio monialium confirmantur donationes a Godefrido episcopo factae, caeteraeque omnes, cum decreto immunitatis, 452 *b* et *seq*.

Amedei comitis et Arducii episcopi Gebennensium controversia iam composita confirmatur, 642 *a* et *seq*.

Anacletus antipapa, 364 .

Anagninus episcopus ecclesias aliquas concedit monasterio Cassinensi, 621 *a*.
Ananiensi monasterio adiudicatur cella S. Mariae de Gordiano adversus Arelatensem archiepiscopum et monachos Casae Dei, 296 *b*.
Anastasius IV PP., 596 *b*.
Andaginense monasterium S. Huberti in Arduenna in tutelam Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur a Gregorio VII PP., 58 *b* et *seq*.
Andreae (S.) foeminarum abbatia, et altera virorum Viennensi Ecclesiae subiiciuntur, 86 *b*.
Andreas episcopus Spoletanus canonicam in cathedrali Ecclesia erigit et dotat, 54 *b* et *seq*.
Anfosi comitis Tolosani transactio inita cum Raimundo Arelatensi archiepiscopo super nonnullis bonis confirmatur, 605 *a*.
Angliae episcopis investiturae beneficiorum ecclesiasticorum a laicis usurpatae, irritae, nullaeque declarantur, 710 *b* et *seq*.
Angliae regum inunctio et coronatio ad Cantuariensem archiepiscopum pertinere declaratur, 728 *a*.
Aniciensis Ecclesia a quodam Stephano simoniaco invaditur, 79 *b*. Invasor excommunicatur, *ibid*.
Anima pro fratribus ponenda, 62 *a*.
Ansa regina, 555 *a*.
Anselmo episcopo Astensi monasterium de Caramagna committitur, 628 *b*.
Antonini (S.) canonicis Placentinae civitatis bona omnia ac iura confirmantur, 586 *b* et *seq*. Confirmatur quoque eisdem ecclesia in villa Ronchalia ab episcopo constructa et eis donata, 599 *b* et *seq*. Restituitur eis terra de Bruneto, 697 *b* et *seq*.
Ansalda comitissa cum filiis suis Lanfranco, Arduino et Magnifredo fundat et ditat monasterium S. Stephani Lauden. dioecesis, 245 *a*.
Anthimi (S.) Montis Ilcini monasterio privilegium immunitatis, omnimodaeque exemptionis datur, confirmantur quoque ei bona omnia ac privilegia, 600 *b*.
Aprutinae Ecclesiae iura omnia confirmantur, eiusque fines designantur, 610 *b* et *seq*.
Aptensi Ecclesiae bona omnia confirmantur, eiusque canonicis nonnulla concedunntur privilegia, 275 *b* et *seq*.
Aquensis Ecclesia Narbonensi prout primati subiecta, 255 *b*.
Apulia urbs Lucaniae, 159 *a*. V. not. ad calc. col. eiusd.
Aquileiensi Ecclesiae bona omnia confirmantur, eiusque patriarchis pallii usus et crucis praelatio confirmatur, 572 *b*, 804 *b*. Sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, et donationes omnes factae favore eius Capituli confirmantur cum decreto immunitatis, 796 *a* et *seq*. Ecclesia ex nobilioribus Occidentis declaratur, 804 *b*. Ius super sexdecim episcopatus et monasteria omnia cum bonis ei confirmantur, *ibid*.
Aragoniae regum beneficia et donationes factae Oscitanae civitati, 187 *a*.
Arausicana Ecclesia Tricastinae pontificio decreto unitur, 159 *a* et *seq*. Bona omnia ei confirmantur, 422 *a*. Sedes episcopalis in ea confirmatur et assignantur confines eius, *ibid*.
Archangeli (S.) ad Morfisam in civitate Neapoli monasterium sub Apostolicae Sedis protectione et tutela suscipitur, 281 *b* et *seq*.
Arducius episcopus Gebennensis, eique commissa Ecclesia, sub B. Petri et Hadriani IV PP. protectione suscipiuntur, 642 *a* et *seq*. Eius controversia cum Amedeo comite definitur ac componitur, *ibid*.

Arelatenses archiepiscopi perpetui vicarii Apostolicae Sedis in Galliis, 100 *b*. Ea dignitate privati, *ibid.*

Arelatensi concilio invitantur universi Galliae episcopi, 205 *b*.

Arelatensis Ecclesia primaeva dignitate illustris, 602 *b*. Eidem confirmantur bona omnia, *ibid.*

Aretina Ecclesia privilegiorum pontificiorum confirmationem obtinet ab Alexandro II PP., 58 *a* et *seq.*

Argentoliense monasterium per Stephanum Parisien. episcop. fundatur, 563 *b*. Abbati S. Dionysii conceditur in synodo, *ibid.* Eidem ab Honorio II PP. confirmatur, *ibid.*

Arius in Nicaena synodo damnatus, 449 *b*.

Ariminensis Ecclesia soli Romanae, eiusque Pontificibus subiecta declaratur, confirmatis ei bonis omnibus, 496 *b* et *seq.*

Arnaldus tamquam schismaticus devitandus, 552 *a* et *b*.

Asculanae Ecclesiae archidiaconum et canonicos sub protectione Apostolicae Sedis suscipiens Alexander III PP., eisdem bona omnia confirmat, multaque largitur privilegia, 773 *b* et *seq.*

Astense capitulum sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia ac iura confirmantur, 712 *b* et *seq.*

Astensi Ecclesiae bona omnia ac iura confirmantur, et eorum directum dominium soli episcopo conceditur, 590 *b* et *seq.*

Athanacense monasterium Lugdunen. dioecesis sub Apostolicae Sedis auctoritate recipitur, eique bona omnia confirmantur, atque ab omni vexatione immunia decernuntur, 249 *b* et *seq.*

Atrebatensis Ecclesiae calamitates, 150 *a*. Redintegratur et episcopus ei restituitur, *ibid.* Limites eius assignantur, *ibid.* *b*. A subiectione Cameracensis vindicatur, 151 *a* et *b*.

Atrebatensis episcopatus confirmatur, eique distincti a Cameracensi dioecesi limites constituuntur, 216 *a* et *seq.*

Atto episcopus Trecensis Cluniacensi monasterio donat ecclesias S. Remigii de Plaiotro, de Barbona, de Lintis, de Lintellis, et de S. Silvestro, donatioque eius confirmatur ab Innocentio II PP., 467 *a* et *b*.

Aubechiensis in dioecesi Cameracensi monasterii fundatio ac rerum omnium ad illud spectantium possessio confirmatur, 162 *a* et *seq.*

Audagiense monasterium sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, eique bona nonnulla oblata confirmantur, 118 *b* et *seq.*

Augiense monasterium bonis spoliatur a Roberto simoniaco, eiusque bona detinentes excommunicantur, 64 *a* et *seq.*

Augustini (S.) Lemovicensis abbatia sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique bona omnia ac iura confirmantur, 652 *a* et *seq.*

Augustini (S.) ordinis regularibus canonicis perpetuo conceditur sacrosancta Lateranensis Ecclesia, 246 *b* et *seq.* Ecclesia haec cum gratiarum elargitione eis confirmatur, 616 *b*.

Augustini (S.) ordo canonicorum regularium, recens introductus in Steinfeldense coenobium Coloniens. dioecesis confirmatur, 416 *b*, 417 *a*. Confirmantur quoque ei libertates et bona omnia elargita et in futurum elargienda, *ibid.*

Augustodunensi Ecclesiae iura ac bona omnia confirmantur, 279 *a* et *seq.*

Aulam sequi, a peccatis non immune, 265 *b*.

Aureliacense monasterium iuris S. Petri, 110 *b*. Beneficiorum bonorumque omnium confirmationem obtinet, 111 *a*.
Avenionensis (S.) Ecclesiae canonici cum bonis omnibus ad canonicam ipsam spectantibus sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur et confirmantur in professione regularis disciplinae, 161 *a* et *seq*. Concessum ius eligendi episcopos, *ibid*.
Averbodiensis abbatia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 436 *a* et *seq*.
Avesianum monasterium. V. Rigaldi (S.) de Avesia *etc*.
Azo canonicus absolutionem postulat a vinculis excommunicationis, qua ab archiepiscopo Remensi aligatus fuerat, 88 *a*.

B

Balduini regis Hierosolymitani cruciatus, 719 *b*.
Balmense monasterium, 624 *b*. Cluniacensibus committitur regendum, *ibid*. In eo non abbates, sed priores eligendi, *ibid*. Bona ei confirmata, *ibid*.
Balneolensi monasterio S. protomart. Stephani bona confirmantur, eique nonnulla immunitatis ac exemptionis privilegia conceduntur, 172 *a* et *seq*. Sub protectione Apost. Sedis suscipitur cum confirmatione bonorum, 778 *b* et *seq*.
Bambergensis dioecesis monasteria ab Ottone episcopo eius constructa sub Apostolicae Sedis protectione suscipiuntur, 344 *b*. Bona eisdem collata confirmantur, *ibid*. Cura vero rerum ipsarum episcopo Bambergensi demandatur, *ibid*. et 345 *a*.
Bambergensis Ecclesiae Romanae specialis filia, 71 *b*. Eius episcopus propter simoniam deponitur, *ibid*. Confirmantur ei bona et dispositiones ab Ottone episcopo factae, 345 *b*. Eius bona non alienanda, *ibid*.
Bandusino monasterio invalidantur privilegia omnia ei concessa in praeiudicium Cassinen., 235 *a*.
Bantino monasterio ab Urbano II consecrato nonnulla privilegia atque exemptiones conceduntur ab eod. Pontifice, 123 *a*. Sub protectione Sedis Apost. idem monasterium recipitur, eique bona omnia confirmantur, 227 *b* et *seq*.
Baptisma ab haereticis vel etiam schismaticis more ecclesiastico datum, ratum esse declaratur, 206 *a* et *b*.
Barchgetesgad. Ecclesia, 322 *b*. Eius canonici regularem vitam professi, *ibid*. Eius privilegia, 323 *a*.
Barensis archiepiscopatus confirmatur cum suis bonis ab Urbano II PP., 125 *b* et *seq*.
Barensis Ecclesia corpore B. Nicolai decorata, 125 *b*. Bona ad eius episcopos spectantia confirmantur, 126 *a*. Pallium Heliae eius archiepiscopo conceditur, *ibid*. *b*.
Bartholomaei (S.) Fesulanae dioecesis monasterio bona omnia confirmantur, eique nonnulla conceduntur privilegia, 455 *b* et *seq*.
Bavariae duces perpetui canonicae S. Mariae in Rettenbac patroni, 131 *a*.
Beccensi monasterio confirmatur possessio Ecclesiae S. Trinitatis de Bellomonte, 593 *b* et *seq*.

Bellunenses canonici sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur, bonaque omnia ad eosdem pertinentia confirmantur, 626 *b* et *seq.*
Benedicti (S.) Cupersanen. monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 261 *b* et *seq.*
Benedicti (S.) monasterium super Padum situm Mantuan. dioecesis in Apostolicae Sedis defensionem suscipitur, eique iura, privilegia et bona omnia confirmantur, 236 *a* et *seq.* Decretum libertatis et exemptionis obtinet, 252 *b* et *seq.* Eius dependentia ab abbate Cluniacensi, 453 *b.*
Benedicti (S.) de Saxo Laterone Clusinae dioecesis monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 593 *a.*
Benedicti (S.) regula in singulis ordinis monasteriis literaliter est interpretanda, 833 *b.*
Beneficia ecclesiastica per investituras a laicis obtenta, in episcoporum manibus dimittenda, 710 *b* et *seq.*
Beneventana Ecclesia sub tuitione B. Petri suscipitur; pallii usum eius archiepiscopis conceditur, ipsaque in bonis, iuribus, caeterisque omnibus debita frui tranquillitate decernitur, 599 *a.*
Benigni (S.) Fructuariense monasterium. *V.* Fructuariense monasterium.
Berengarii instrumentum donationis factae de civitate Tarraconensi Romanae Ecclesiae, 136 *b.* *V.* not. ad calc. colum. eiusd.
Berhardus Toletanus archiepiscopus pallio exornatur, 215 *a.*
Bernardi (S.) Claraevallensis abbatis merita in Sedem Apostolicam, 426 *b.* Eius canonizatio et relatio in numerum sanctorum confessorum cum institutione suae festivitatis, 684 *a* et *seq.*
Bernardus abbas Massiliensis commissum habet ut obtineat securitatem itineris Gregorio VII PP. in Germaniam ire volenti, 80 *a.*
Bernhomiense monasterium Cameracens. dioecesis Affligimiensi unitur, 312 *b* et *seq.*
Bernriedensium canonicorum in Ecclesia S. Martini Augusten. dioecesis institutum regulare approbatur, eosque sub protectione sua suscipit Apostolica Sedes, 328 *a.*
Berta regina a Philippo I Galliae rege repudiatur, 147 *a.* *V.* not. ad calc. eiusd. col.
Bertrada uxor Folchi comitis Andegavensis nubit Philippum I Galliae regem, qui Bertam reginam repudiaverat, 147 *b.* *V.* not. ad calc. eiusd. col.
Bertrandus, antea episcopus Nemausensis, Ecclesiae Narbonensi praeficitur, 154 *b.* Pallio exornatur, 156 *a.*
Besuensi monasterio possessiones et iura confirmantur, 231 *a* et *seq.*
Bibonensis Ecclesia Militensi subiicitur, 329 *a.*
Bigami et viduarum mariti a sacris ordinibus sunt segregandi, 199 *a.*
Bisuntiuae Ecclesiae S. Stephani dignitas matricis adiudicatur, 280 *b.*
Bituricensis Ecclesia sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur; eidem confirmatur primatus in Bituricensem et Burdigalensem provincias; eius archiepiscopo pallii et crucis vexilli usum per dictas provincias conceditur, 594 *b* et *seq.*
Blaziliense monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique confirmantur bona omnia, 201 *a* et *b.*
Boamundus et frater eius Rogerius dux instant et obtinent ut Urbanus II PP. consecret ad Bantinum monasterium, 123 *a* et *seq.*
Bonaevallis monasterium. *V.* Ioannis et Andreae (Ss.) de Bonavalle *etc.*
Boni-Fontis Aduren. dioecesis monasterium sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 690 *a* et *seq.*

Bononiensem clerum et populum, quos de legitima sui in Pontificem electione certiores reddit, ad persistendum in sui obedientia ac fidelitate exhortatur Alexander III PP., 657 *b* et *seq.*
Boscodunense monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur cum exemptione decimarum, 795 *b* et *seq.*
Bragensis et Moraviensis episcopi controversia a Gregorio VII PP. in concilio, ambarum partium consensu, componitur, 68 *a* et *seq.*
Braida quid sit, 389 *b*. *V.* not. ad calcem colum. eiusdem.
Brufeningensi Ratisbonensis dioecesis monasterio bona omnia confirmantur, et in eo servari statuitur monasticum ordinem secundum regulam S. Benedicti, 432 *b* et *seq.*
Brugnatense monasterium in episcopalem sedem redigitur Ianuensi archiepiscopo suffraganeam, 378 *b* et *seq.*
Burdigalensi Ecclesiae confirmantur privilegia omnia ei concessa a Francorum regibus, 531 *a* et *seq.*
Burneti terra ab episcopo Placentino canonicis S. Antonini eiusd. civitatis ablata, eisdem restituitur, 697 *b* et *seq.*
Burrbonensi monasterio in dioecesi Constantiensi confirmantur donationes factae ab Adelaide comitissa patruisque eius, 195 *a* et *seq.*

C

Caesar-Augustanae Ecclesiae pro recuperatione militantibus, vel aliquid pro eius reparatione donantibus indulgentiae conceduntur, 291 *a* et *b*.
Calderia de Ledone. *V.* Willelmi comitis Matisconensis et Petri abbatis Cluniacensis transactio *etc.*
Calixtus II PP., 293 *a*. Antea Viennensis archiepiscopus, *ibid.* et 305 *a*. Ecclesiam Trenorciensem consecrat, 319 *a*. Henricum V imperatorem Ecclesiae reconciliat, 325 *a*. Eidem restituit regalia, *ibid. b*. Pacem init cum Henrico IV, 347 *a*.
Camaldulenses eremitae. *V.* Campi Amabilis, *etc.*
Camba, quid sit, 769 *a*. *V.* not. ad calcem colum. eiusd.
Camera, quid sit, 383 *a*. *V.* not. ad calcem colum. eiusdem.
Cameracensi Ecclesiae limites assignantur, 150 *b*. Distincti ab episcopatu Atrebatensi constituuntur, 216 *a* et *seq.*
Cameracenses quod hominem combusserint, quia simoniacos et fornicarios missas celebrare non debere assereret, excommunicantur, 89 *a*.
Campi Amabilis eremus congregationis monachorum eremitarum Camaldulensium confirmationem bonorum et privilegiorum suorum obtinet, 48 *a* et *seq.*
Canigonense monasterium sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 680 *a* et *seq.*
Canonici dignitate, vel praebenda ab episcopo non privandi sine capituli consensu, 287 *b*.
Canonizatio S. Petri Anagnini, 256 *a*. S. Godehardi Hildeisheimensis, 368 *b*. S. Sturnii abbatis Fuldensis, 437 *b*. S. Henrici I imper., 595 *b*. S. Eduardi

Angliae regis, 669 *a*. S. Bernardi abbatis Clarevall., 684 *a*. S. Thomae Cantuariensis, 759 *a*. S. Theobaldi eremitae, 836 *a*.

Cantuariensis Ecclesia, 46 *a*. Ex eius sinu monachi non expellendi, *ibid*. Eius primatus et dignitates omnes confirmantur, 695 *b* et *seq*. Anglorum reges ungendi et incoronandi possessionem habet, 745 *a* et *b*.

Caprasii (S.) Arelensis monasterii abbas a Lunensibus episcopis consecrandus decernitur, 809 *b* et *seq*.

Cappellani rectoribus Ecclesiarum obedientiam debent praestare, 552 *a*.

Capuana Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur, bonaque omnia ei confirmantur cum decreto immunitatis ab omni molestia, vi, *etc*., 765 *a* et *seq*.

Caramagna (de) monasterium, 628 *b*. Astensium episcoporum curae commissum, *ibid*.

Carnotensi in claustro domus existentes, ne laicis dentur aut locentur a canonicis, decretatur, 200 *b* et *seq*.

Carolus et Pipinus Sarlatense monasterium fundant, 588 *b*.

Carthusianorum ordo approbatur, sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, cum decreto immunitatis et indemnitatis bonorum, 798 *a* et *seq*.

Casae Dei monasterio perpetuum imponitur silentium in controversia super cella Gordianica, 269 *a* et *seq*.

Casae Marii Verulanae dioecesis monasterium ordinis Cisterciensis sub protectione Apost. Sedis recipitur, bona omnia ei confirmantur, multaque privilegia et immunitates conceduntur, 731 *a* et *seq*.

Casauriense monasterium S. Clementis corpore insigne, 317 *a*. Eius bona, *ibid*. Confirmantur, 317 *b*.

Casimirus Poloniae dux, cum consilio episcoporum, defunctorum episcoporum spolia rapi prohibet, 822 *a*. Hoc statutum et nonnulla alia a Pontifice confirmantur, *ibid*. et *b*.

Cassinensis monasterii dignitas asseritur, 233 *a*. Sub perpetuo S. R. E. iure esse declaratur, 182 *a*, 233 *a*, 264 *b*. Confirmantur ei omnia bona cum decreto immunitatis, 182 *a*, 233 *a*, 306 *b*, 340 *b*, 660 *b*. Eius controversia cum abbatissa de Capua super cella Cinglensi definitur, 217 *a*. Caeterorum monasteriorum per Occidentem caput declaratur, 264 *b*; et eius abbates caeteris abbatibus per Occidentem praecedere; uti posse chirothecis, dalmatica, mitra, solique Apost. Sedi subiectos esse, 233 *a*, 343 *a*. Decernitur insuper ut quoscumque clericos suscipere possint sine episcopi contradictione, et monachos sanctimonialesque foeminas eis subiectas iudicare, *ibid*. Palladii cella romana in hospitium eis conceditur, 233 *a*, 343 *a*, 663 *b*. Eorum electionem ad monachos, consecrationem vero ad Pontificem Romanum spectare decernitur, 343 *a*. Eis tribuitur ius excommunicandi raptores rerum ad monasteria eorum pertinentium si eos excommunicare episcopus noluerit, et datur quoque eis libertas sepulturae, 344 *a*. Ecclesia S. Nicolai in Beneventana urbe cum pertinentiis omnibus et ecclesiis ei subiectis ei donatur, 225 *a*. Alexander III PP. restituit ei tabulam auream sibi donatam ab episcopo Praenestino, 574 *a*. Confirmantur ei Ecclesiae a Verulano et Anagnino episcopis donatae, 621 *a* et *seq*. Primum totius Italiae monasterium declaratur, 660 *b* et *seq*. Eius transactio cum Fundano episcopo de nonnullis ecclesiis facta confirmatur, 754 *a*.

Castellionensis Ecclesiae S. Mariae statuta approbantur, illudque confirmatur, quo

statuitur ut obeuntibus canonicis saecularibus regulares substituantur; bona omnia ei confirmantur, 431 *b* et *seq.*
Castitas necessaria ecclesiasticis gradibus, 70 *b.*
Castrensis seu Lichefeldensis Ecclesia transfertur Conventriam, cuius monachis ibidem regulariter vivere statuitur, 219 *a* et *seq.*
Catholicae Ecclesiae firmitas in unitate fidei posita. *V.* Firmitas catholicae Ecclesiae.
Caturcensis Ecclesiae canonici cum bonis a Giraldo episcopo conlatis confirmantur in professione vitae regularis, 160 *a* et *seq.*
Cavense monasterium a Gregorio VII privilegiis munitum, 143 *a.* Haec omnia cum altero a Rogerio Salernitano comite confirmantur, 144 *b* et *seq.* Statuta nonnulla pro regimine monachorum, 145 *a* et *b.* Sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 703 *b* et *seq.*
Cephalaeditana Ecclesia in episcopatum erigitur, bonaque omnia et regiae immunitates ei confirmantur, 748 *b* et *seq.*
Cella quid sit, 171 *a.* *V.* not. ad calc. colum. eiusdem.
Certeseya (de) Wintoniense monasterium. *V.* Petri (S.) de Certeseya *etc.*
Chalcedonensis synodus ordinationum per pecuniam factarum interventores anathematizat, 204 *a* et *b.*
Charta charitatis seu constitutio ab ordine Cisterciensi monachorum S. Benedicti pro suo regimine edita confirmatur, 582 *a* et *seq.*, 584 *a* et *seq.*
Cheminon (de) monasterium ab ordine S. Nicolai de Aroasia translatum ad ordinem Cisterciensem, coenobio de Tribus Fontibus subditur, 424 *b* et *seq.*
Chorney (de) monasterium, 673 *a.* Eius bona, *ibid.* Exemptiones, 674 *b.*
Christifideles exhortantur ad succurrendum Orientalibus ab infidelibus invasis, 61 *b* et *seq.*
Cinglensis cella monasterio Montis Casini asscritur, iniuncta lege, ut semper illic ancillarum Dei congregatio renunciet, 192 *a* et *seq.* Cassinensibus restituta ab Urbano II PP., 217 *b.* Eisdem confirmatur a Paschali II PP., *ibid.*
Cismarina terra regis Angliae propter vim illatam S. Thomae Cantuariensi archiep. a delegatis Apost. interdicitur; sententia eorum confirmatur, 750 *a* et *seq.*
Cistercii monasterium monachorum S. Benedicti in dioecesi Cabilonen. institutum sub Apostolicae Sedis protectione suscipitur, 209 *b.* Eius concordia cum Molismense monasterio confirmatur, *ibid.*
Cisterciensium monachorum capitula ad observantiam regulae S. Benedicti confirmantur, 300 *a* et *b*, 852 *b* et *seq.* Sine sui abbatis consensu caeteris in monasteriis recipi non possunt, *ibid.*
Claromontana synodus agit de primatu Lugdunensis Ecclesiae, 163 *a.* De eo decretum Urbani II, 164 *a.*
Clarevallense Columbanum monasterium. *V.* Columbano Clarevallensi monasterio.
Clarevallensium fratrum encomia, 425 *a.*
Clausi monasterio Placent. dioecesis decimam collatam ab Arduino et aliis Placent. episcopis violenter subtrahit Hugo episcopus, praecipiturque ei illam restituere, 761 *b* et *seq.*
Clementia, Flandriensium comitissa, 313 *b.*
Clerici castitatem servantes, iuxta Ecclesias quibus ordinati sunt simul manducent, et quiquid eis ab Ecclesia competit, communiter habeant, 24 *a.* Concubinarii sacro ministerio priventur, 68 *a.* Simoniace ordinati omnino depo-

nentur, 69 *a*, 199 *a*. Eorum libido refraenanda, 71 *a*. Episcopis suis infesti, praebendis et officio priventur, 106 *b*. Sine consensu episcopi et priorum Ecclesiae matricis non sunt eligendi, 287 *a*. Eorum percussores excommunicationis poenam incurrunt, 739 *b*.

Cluniacense monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, 27 *a*, 121 *b*, 498 *b*, 527 *b*. Bona ei et immunitates confirmantur, 121 *b*, 157 *a*, 176 *a*, 211 *b*, 248 *a*, 256 *b*, 276 *a*, 284 *b*, 302 *b*, 351 *a*, 367 *b*, 498 *b*, 527 *b*. Eius abbatibus conceditur omnimoda iurisdictio super monachis et abbate monasterii S. Benedicti ad Padum eiusd. ordinis, 119 *a* et *seq*. Conceditur quoque eis ius cudendi monetas, 302 *b*. Datur eis obedientia de Limans, 370 *a*. Bona eius auferentes excommunicantur, 37 *a* et *seq*. Confirmatur ei cella S. Dionysii de Nongento, 250 *a*. Ecclesia S. Theodori de Rochia Bovicorit, 329 *b*. Ecclesia de Rochabovecurt, 406 *b*. Ecclesia Montis Desiderii, 407 *b*. Domus Montis Pessulani, monasteria S. Gervasii, Ss. Domitiani et Ragueberti cum pertinentiis omnibus. 429 *a*. Subiicitur ei monasterium S. Benedicti ad Padum, 453 *b* et *seq*. Monasterium de Letcumba, 461 *a* et *seq*. Locum de Prins a Girino ei donatum confirmatur ei, 463 *a*; et ecclesiae S. Remigii de Plaiotru, de Barbona, de Lintis, de Lintellis et de S. Silvestro, 467 *a* et *b*.

Clusino episcopo quarta decimarum pars, medietas primitiarum et tertia pars oblationum adiudicatur, 33 *a* et *seq*.

Coadiutor ob morbum episcopi potest constitui in iurisdictione exercenda, 67 *a*.

Coelestinus II PP., 468 *b*. Bona nonnulla elargitur Ferrariensi Ecclesiae, 475 *b* et *seq*.

Coloniensis metropolitanae Ecclesiae in Apost. Sedem devotio, 69 *b*. Sub beati Petri protectione suscipitur, et eidem bona omnia confirmantur, exemptionesque conceduntur, 564 *b* et *seq*., 812 *a* et *seq*. Eius canonicis dalmaticae et mitrae usus conceditur, *ibid*.

Columba (de) abbas in episcopum Placentinum eligitur, 554 *b* et *seq*.

Columbani (S.) Bobiens. dioecesis ordinis Cassinen. monasterium sub protectione B. Petri recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 464 *b* et *seq*., 478 *a*.

Columbano Claraevallensi monasterio confirmantur donationes ab episcopo, clero et populo Placentino factae, cum decreto immunitatis ab omni perturbatione vel alienatione, 418 *b* et *seq*.

Complutensis Ecclesia Toletanae subiicitur, 496 *a*.

Conchenses monachi controversiam habent cum Figiacensibus, quae componitur ab Urbano PP. II, 169 *b* et *seq*.

Concilium Romanum I, 23 *a*. Eius decreta contra simoniacos, *ibid*.

Concilium Lateranense III indicitur, 805 *a*.

Concordiensis Ecclesiae sub protectione Apost. Sedis suscipitur, 811 *a*. Eius canonicis bona omnia confirmantur, *ibid*.

Condomiense monasterium. *V*. Petri (S.) Condomiense monasterium.

Concubinarii notorii missa non est audienda, 24 *a*. A divinis suspenduntur, *ibid*. Concubinam non dimittentes sacro ministerio et beneficiis privandi, 70 *b*.

Conradus archiepiscopus Salisburgen. ecclesiam S. Zenonis in Hallen. fundat, fundatioque eius confirmatur ab Eugenio III PP., 525 *b*.

Conradus III Romanorum rex privilegia nonnulla concedit Ultraiectinae Ecclesiae, 509 *a*.

Consana Ecclesia Salernitanae subiecta, 190 *a*. Eius archiepiscopus consilio Salernitani eligendus, 191 *a*.
Consanguinea usque ad septimum gradum in uxorem non est ducenda, 24 *b*.
Constantii (S.) de Urbe Veteri Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur, canonicisque eius confirmantur bona omnia, 654 *b* et *seq*.
Conventriam Lichefeldensis, seu Castrensis Ecclesia transfertur, cuius monachis ibidem regulariter vivere statuitur, 219 *a* et *seq*.
Conventriense coenobium obtinet confirmationem donationum et privilegiorum ab Edwardo rege concessorum, 22 *b*. Exemptum ab Ordinarii iurisdictione, *ibid*. Sedes episcopalis efficitur, 210 *a*.
Conventriensi Ecclesiae decretum datur immunitatis ab omni molestia, vi *etc*., 220 *a*.
Corbiniacense coenobium eximitur a subiectione Flaviniacensis, 251 *a* et *seq*.
Cormeriacensis abbas baculum pastorale sumere debet ex sepulcro B. Martini vi decreti Urbani II PP., 167 *b* et *seq*.
Corsica insula quo iure Apost. Sedi pertinens, 141 *a*.
Corsicani episcopi Pisano subiiciuntur, 141 *a*. Soli Apostolicae Sedi subiecti declarantur, 310 *b*. Eorum consecratio archiepiscopis Pisanis conceditur ab Urbano II PP., postmodum ad se revocat Pontifex, 334 *a*. Motus illo exemplo Paschalis PP. eosdem episcopos suis manibus consecrat, *ibid*. Gelasius vero datum Pisis privilegium Romae cassat, *ibid*. Hoc postea facit Calixtus, *ibid*. *b*. Episcoporum Corsicae consecratio tandem Sedi Apost. reservatur, 335 *a*.
Corsicae episcopatus Ianuensi Ecclesiae iam subiecti, eidem confirmantur, 670 *a*.
Cosmae (S.) de Taliacotio monasterium ordinis Casinen. sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, bonaque omnia ei confirmantur, 747 *a* et *seq*.
Cotum (de) moniales. *V*. Swina (de) et de Cotum *etc*.
Cremonensis Ecclesia confirmationem obtinet privilegiorum suorum ab Henrico IV Germaniae rege, aliisque imperatoribus concessorum, 26 *a* et *seq*. Bona ac iura ei confirmantur, 486 *a*.
Cremonensis urbis ac dioecesis Ecclesiae et pars clericorum Ecclesiae S. Mariae, ad obedientiam, debitamque reverentiam in spiritualibus et temporalibus ipso episcopo praestandam invitantur, 549 *b* et *seq*.
Cruces seu oblationes fidelium occasione peregrinationis et processionis, 524 *b*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.
Cruciata indicitur ab Eugenio III PP. pro defensione Terrae Sanctae Hierusalem cum indulgentiarum et privilegiorum concessione pro cruce signatis, 521 *b* et *seq*.
Crucis (S.) ordinis S. Benedicti Burdigalensis dioecesis monasterio, monasterium S. Macharii subiectum declaratur, 331 *b*. Sub Apostolicae Sedis protectione suscipitur, eique bona omnia confirmantur et privilegia nonnulla conceduntur, 685 *a*.
Crucis (S.) in Werda monasterio antiqua iura, privilegia ac bona omnia confirmantur, 412 *b* et *seq*.
Croftum, croftus, crofta, quid sit, 829 *a*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.
Cucuphatis (S.) Octoviense monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia ac privilegia concessa confirmantur, 193 *a* et *seq*., 313 *b*.
Cumbertus Taurinensis episcopus et abbas S. Michaelis declarationem habent concordiae factae inter ipsos ex praecepto Sedis Apostolicae, 101 *a* et *seq*.
Curta, curte, curtis, cortis, quid sit, 396 *a*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Cuthberti (S.) de Kadeferd Ecclesiae bona omnia ac libertates confirmantur, 667 *a* et *seq.*
Cuxanense monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eiusque bona omnia et privilegia confirmantur, 365 *b.*

D

Daciae episcoporum contumacia in refragando mandatis Hamburgen. metropolitani. Eidem subiiciuntur iterum, 379 *b* et *seq.*
Daiberti episcopi Pisanorum erga Romanam Ecclesiam merita, 141 *b.* Pallio exornatur, 142 *a.*
Damiani (S.) de Donaria monialium monasterium. *V.* Fabiani (S.) de Farinate *etc.*
Decimae a laicis Ecclesiis debitae fideliter sunt persolvendae, 739 *a.*
Dei ira super simoniacos, 205 *a.*
Denegeldum vel danegeldum quid sit, 666 *b. V.* notam ad calcem colum. eiusd.
Dextrare quid sit, 801 *b. V.* not. ad calcem colum. eiusd.
Diana Ecclesia Viennensi subiecta, 208 *a.*
Dignitatum gradus in Ecclesia necessarii, 622 *b.*
Diniensis Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 824 *b* et *seq.* Duodecim canonici ei inservientes, *ibid.*
Dionysii (S.) abbati mandatur ut abbatem et monachos constituat in Ecclesia S. Genovefae, et eorum substentationi providetur, 541 *b* et *seq.*
Dionysii (S.) de Nongento cella Cluniacensibus monachis adiudicatur adversus Guillelmum abbatem S. Petri Carnutensis, 250 *a* et *seq.*
Dioscorus in synodo Chalcedonensi damnatus, 449 *b.*
Dolensis et Turonensis Ecclesiae controversia definitur, 109 *b* et *seq.*
Domicellus Gunnari et uxor eius Helena B. Petro ecclesias aliquas in Sardinia conferunt, 307 *a.*
Dominicata, quid sit, 639 *b. V.* not. ad calcem colum. eiusd.
Dominicatura, quid sit, 171 *a. V.* not. ad calcem colum. eiusd.
Domitiani et Ragueberti (Ss.) monasterium Cluniacensi monasterio confirmatur, 429 *b.*
Donati (S.) Ecclesia in Viennensi archiepiscopatu, Gratianopolitanae Ecclesiae in perpetuum adiudicatur, 132 *b.*
Donati (S.) de Scovilla monasterium Papiensi episcopo subiicitur, 238 *b.*
Donationes Ecclesiae factae non sunt revocandae vel subtrahendae, 739 *b.*
Dunelmensis archiepiscopus quod pusillanimis consuetudines iniquas receperit et iuramento firmaverit arguitur; quod vero Henrici regis filium absque iuramenti praestatione contra Pontif. prohibitionem coronaverit, ab omni episcopali dignitate suspenditur, 740 *a* et *seq.*

E

Eboracensis archiepiscopus quod pusillanimis consuetudines iniquas receperit et iuramento firmaverit arguitur; quod vero Henrici regis filium absque iura-

menti praestatione contra Pontif. prohibitionem coronaverit, ab omni episcopali dignitate suspenditur, 740 *a* et *seq.*

Ecclesia Romana. *V.* Romana Ecclesia.

Ecclesiae Catholicae. *V.* Catholicae Ecclesiae.

Ecclesiae duae non retinendae, 24 *b*. Quibus de causis uniendae, vel alio transferendae, 428 *a*.

Ecclesiarum bona pretium peccatorum et pauperum patrimonia, 345 *a*. Non alienanda, *ibid. b*.

Ecclesiasticos saeculi curis implicari quam contrarium sit sacris canonibus, 263 *b*.

Edmundi (S.) monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona confirmantur, 40 *b* et *seq.*

Eduardi (S.) Angliae regis canonizatio, eiusque adscriptio in numerum Ss. confessorum, 668 *b*.

Eduensi Ecclesiae bona confirmantur, 209 *a*. Datur ei decretum immunitatis, *ibid.* Nonnulla ei conceduntur privilegia, *ibid.*

Episcopalis muneris quid sit proprium, 147 *b*.

Episcopi simoniaci a sacris officiis removendi, 199 *a*. In villis et castellis ordinandi episcopi non sunt, 220 *a*. Neque ab una ad aliam ecclesiam transferendi, *ibid.* 222 *a*. Investituras accipere a laicis prohibentur, 263. Aliena iura invadere non debent, 488 *b*.

Episcopus beneficia Ecclesiae pretio conferre non debet, 53 *b*. Eius munia quae sint, 147 *b*. Quibus civitatibus dandus, 150 *a*.

Ermengarda comitissa Arveniae Blaziliensis monasterii fundatrix, 201 *a*.

Eugenius III PP., 508 *b*.

Eugubina Ecclesia sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique bona omnia ac iura confirmantur, 743 *a* et *seq.*

Eusebii (B.) canonicorum Vercellen. Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 460 *a* et *seq.*

Eustachius comes Bononiensis, 252 *a*.

Eustorgius monasterii Avesiani fundator, 39 *b* et *seq.*

Eutyches in Chalcedonensi synodo damnatus, 449 *b*.

Excommunicatum iuste a quolibet episcopo alii absolvere, ipsi quidem metropolitani, prohibentur, 202 *b*.

Exoldunense concilium, 251 *b*.

F

Fabiani (S.) de Farinate ac S. Damiani de Donaria Lauden. dioecesis monialium monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur et privilegia nonnulla conceduntur, 714 *b* et *seq.*

Facundi et Primitivi (Ss.) monasterium in Hispania, a monastica disciplina delapsum, abbatibus Cluniacensibus regendum committitur, 392 *b* et *seq.*

Faustini et Iovitae (Ss.) Brixiensis dioecesis ordinis Cassinen. monasterii bona omnia confirmantur, 389 *a* et *seq.*

Faventina matrix Ecclesia sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique bona omnia, iura ac privilegia confirmantur, 502 *a* et *seq.*

Faventinae Ecclesiae canonicis bona omnia et immunitates confirmantur, 362 *b* et *seq.*

Felicis et Fortunati (Ss.) monasterio Vicentinae civitatis bona omnia et donationes confirmantur, 700 *a* et *seq.*

Feretrana Ecclesia sub protectione S. Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 353 *a* et *seq.*

Ferrariensi Ecclesiae bona omnia confirmantur, 241 *b* et *seq.*, 375 *a*, 480 *b*. Assignantur limites eius, eique donantur undecim minores massae de patrimonio Romanae Ecclesiae, 242 *b*. Specialis Ecclesiae Romanae filia, 475 *b*; eiusque comitatus S. Petri patrimonium declaratur, 438 *b* et *seq.* Eius episcopus a Summis Pontificibus eligendus et consecrandus declaratur, 242. Eiusque clerus liber ab omni laicali functione, 441 *b*. Capitulum eius cum bonis omnibus ad canonicam pertinentibus sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, 29 *a* et *seq.*, 441 *b*, 636 *a*, 815 *a* et *seq.*

Ferrariensi populo offensas in decessores Pontifices factas remittit Innocentius II PP., et illum perpetuum Sedis Apostolicae auditorem et defensorem fore praecipit, 376 *b*.

Fesulanae Ecclesiae bona omnia confirmantur cum decreto immunitatis, 226 *a*, 397 *b*, 474 *a*. Sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia iterum confirmantur, 605 *a*.

Figiacensium monachorum controversia cum Conchensibus componitur ab Urbano PP. II, 169 *b* et *seq.* Eidem monasterio proprius datur abbas, *ibid.*

Filii presbyterorum ab altaris ministerio sunt removendi, nisi prius in coenobiis se se probaverint, 198 *b*.

Filios in somno opprimentes qua poena afficiendi, 734 *b*.

Firmitas catholicae Ecclesiae in unitate fidei posita, 449 *a*. Haec ab apostolis proprio firmata sanguine, *ibid. b*. A Romanis Pontificibus, damnatis haeresum auctoribus, vindicata, *ibid.*

Florae et Lucillae (Ss.) monasterio ordinis Cassinensis Aretinae dioecesis confirmantur bona cum decreto immunitatis ab omni iurisdictione, molestia, *etc.*, salvo dioecesani episcopi iure, 401 *a* et *seq.*

Florentinae Ecclesiae donationes omnes confirmatae, 77 *a*.

Florentino monasterio bona omnia confirmata, 254 *b*. Florentinis episcopis subiectum, *ibid.*

Floriacense monasterium bonorum et privilegiorum suorum confirmationem obtinet, 42 *a* et *seq.*

Forcalquerii comitis controversia super castro de Mamesca. *V.* Hierosolymitani hospitalis magistri, *etc.*

Francorum fretus auxilio Urbanus II, magno promoto exercitu, Hierusalem et alias civitates expugnat, 522 *a*.

Francorum reges privilegia aliqua concedunt Burdigalensi Ecclesiae, 531 *b*.

Fraternitas, quid sit, 619 *b*. *V.* not. ad calcem colum. eiusd.

Friderici Tullensis comitis concordia cum Henrico Leuchorum episcopo coram legato Apost. Sedis facta confirmatur, 410 *a*. Definitur modus hospitandi comitem, et perpetuum silentium futuris comitibus Tullen. imponitur, *ibid. b*.

Fridericus imperator firmat pacem cum principibus, 801 *a*. Schismati renunciat

et absolvitur, *ibid. b.* Obedientiam Pontifici exhibet, et inter missarum solemnia ei reverentiam praestat, *ibid.*

Frigdiani (S.) Ecclesiae Lucensi canonicorum regularium confirmantur iura omnia et privilegia, 288 *a.*

Fructuariense monasterium sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, 17 *b.* Confirmatur ei permutatio terrae cuiusdam, inter abbatem et Albertum Yporegiensem episcopum inita, *ibid.* et 18 *a.*

Fulco comes Andegavensis divortium illiciti matrimonii filiae suae a legato iudicatum servare contemnit, 350 *b.* Legati nuntios durius recipit, *ibid.* Sententia excommunicationis in eum, et interdictionis in terram eius confirmatur, *ibid.*

Fuldensi monasterio privilegia omnia confirmantur, ac eiusdem abbatibus primatus inter alios Galliae et Germaniae, usus dalmaticae et sandaliorum, et mitrae et anuli conceditur, 382 *a* et *seq.*, 566 *a* et *seq.* Sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, confirmatis eius privilegiis, 556 *a* et *seq.*

Fulgentinae Ecclesiae fines assignantur, eiusque bona omnia confirmantur, 430 *a* et *seq.*

Fundani episcopi et Cassinensium monachorum transactio de nonnullis Ecclesiis facta confirmatur, 754 *a.*

G

Galliae episcopi ad comitium Arelatense invitantur, 203 *b.*

Garba, quid sit, 674 *a* *V.* not. ad calcem colum. eiusd.

Gebehardus. *V.* Ghicardus.

Gebennensi Ecclesiae confirmantur bona omnia et largitiones eidem factae a Friderico Ænobardo imperatore, 645 *b* et *seq.*

Gebhardus Salzburgensis episcopus Admontense monasterium fundat, 239 *b.*

Gelasius II PP., 282 *b.*

Genevensis Ecclesia Viennensi subiecta, 208 *a.*

Genovefae (S.) Ecclesia. *V.* Dionysii (S.) abbati.

Georgii (S.) in Prufeningen. dioecesi monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eique donationes omnes factae vel faciendae confirmantur, 414 *a*, 444 *a*, 538 *b* et *seq.*

Georgii (S.) in partibus Venetiarum monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur; eiusque bona omnia confirmantur, 337 *b* et *seq.*

Geraldus fundator coenobii Aureliacensis, 110 *b.*

Gerardus episcopus, postea Nicolaus II, dona aliqua et privilegia elargitur Florentinae Ecclesiae, 77 *a.* Haec omnia confirmantur a Gregorio VII PP., *ibid.*

Gerardus electus episcopus Cameracensis investituram ab Henrico Rege accipit, ignorans regem excommunicatum esse et huiusmodi investituram a Pontifice prohibitam, 89 *b.* Eius causa synodo discutienda remittitur, 90 *a.* Monasterium Aubechiense bonis cumulat, 162 *b.*

Gerundensis Ecclesiae limites assignantur, confirmatisque bonis omnibus ad eam pertinentibus, statuitur, ne clerici, ad quamcumque dignitatem promoti, clericales praebendas inibi retinere possint, 277 *a* et *seq.*

Geruntii (S.) Callien. dioecesis monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, bonaque eius omnia confirmantur, 730 *b* et *seq.*

Gervasii (S.) monasterium Cluniacensi monasterio confirmatur, 429 *b*.

Ghicardus, vel potius Gebehardus, constitutionem habet ab Urbano II PP., qua excommunicatio in Henricum regem et Ravennatem hæresiarcham a Gregorio VII lata, confirmatur, et in eorum sectarios, 127 *a* et *seq*.

Giraldus episcopus Arausicanus postremus Ecclesiae Arausicanae praesul declaratur, 159 *a* et *seq*.

Giraldus episcopus Caturcensis nonnulla bona concedit canonicis Ecclesiae suae, 160 *b*.

Girinus locum de Prins donat Cluniacensibus monachis, 433 *a*.

Glannafoliense in Gallia monasterium a S. Mauro constructum fuit, 178 *b*. Ab ipso Cassinatibus regendum datum, 179 *a*. A barbaris destructum, *ibid*. Fossatensibus adiudicatum, *ibid*. Cassinatium ditioni restitutum, 180 *a*.

Glannafoliense monasterium S. Mauri Antisiodoren. dioecesis Apostolicae Sedi immediate subiicitur cum bonis suis omnibus, sub obedientia tamen monasterii Cassinensis, 606 *b*.

Godefridus episcopus Florentinus bona nonnulla concedit monasterio S. Ambrosii suae dioecesis, 453 *a*. Eius donatio confirmatur, *ibid*.

Godehardus Hildeisheimensis in Saxonia episcopus, in vita et post mortem miraculis clarus, sanctorum numero adscribitur, 368 *b* et *seq*.

Godifredus Florentinus episcopus innocens probatur, 214 *a*. Falsi eius accusatores condemnantur, *ibid*. *b*.

Goffridus Andegaven. comes Vindocinense monasterium construit, 299 *a*.

Gordiania cella Anianensi monasterio confirmatur decreto pontificio, 269 *a* et *seq*.

Gotefredus Mediolanensis Ecclesiae usurpator deponitur et excommunicatur a Gregorio VII PP., 60 *a* et *seq*.

Gotfredus Carnotensis episcopus in proprium gradum restituitur, 98 *a*.

Gradensi Ecclesiae dignitas sedis patriarchalis confirmatur cum usu pallii et delationis crucis ante patriarcham, 411 *a* et *seq*. Sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia, ac praecipue illa quae Constantinopoli, in Histria et Venetiis legitime possidet, confirmantur, 490 *b*. Eius patriarchae patriarchalis dignitas confirmatur, et primatus super Indestinum archiepiscopum, 647 *a*. Eidem conceditur ut Constantinopoli et in aliis urbibus imperii Constantinopolitani, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, episcopos ordinare et consecrare possit, 648 *b*.

Gradus in Ecclesia quare diversi sint, 105 *b*, 623 *b*, 804 *a*. Suus cuique Ecclesiae servandus, 380 *a*.

Gratianopolitana Ecclesia cum bonis omnibus ad eam pertinentibus Hugoni episcopo confirmatur, salvo iure S. R. E., 132 *a* et *seq*. Viennensi subiicitur, 208 *a*.

Gregorius VII PP. Breviter eius vita describitur, 57 *a*. et *seq*. Dum in Romana Sancta Ecclesia archidiaconatus officio fungitur, Cavense coenobium a Gisulfo Salernitano principe, in cuius manu erat, postulat et obtinet, 143 *a*. Abbas Cavensis, renuntiatus, monasterium suum cum universis subiectis, seu personis singulariter diligit, fovit, tuetur, et mox Pontifex factus, eorum libertatem decreto, seu pagina, confirmat, *ibid*. *b*. Gotefredum simoniacum et Mediolanensis Ecclesiae usurpatorem excommunicat, 60 *a* et *seq*. Christifideles ad succurrendum Orientalibus ab infidelibus invasis hortatur, 61 *b* et *seq*. Hispaniae reges et episcopos ut Officium Romanum recipiant admonet, 62 *a* et *seq*. Augensis monasterii bona detinentes excommunicat, 64 *a* et *seq*. Herimannum episcopum Bambergensem

propter simoniam deponit, 71 *b*. Anathematizat et sacerdotali quoque privat officio, quia iudicio Sedis Apostolicae se subtrahit, 72 *a*. Ottonem Constantiensem episcopum inobedientem et rebellem deponit, absoluto clero et populo ab obedientia ei praestanda, 73 *a*. Henricum IV imperatorem deponit, excommunicat, eiusque vassallos absolvit a iuramento fidelitatis, 74 *a* et *seq*. Tedaldum, in Mediolanensem Ecclesiam intrusum ab Henrico IV rege, ad sacros ordines non promovendum pronunciat, 75 *a* et *seq*. Iter sibi in Germaniam ire volenti ad pacem componendam parat, 80 *a* et *seq*. Totis viribus incumbit ut Henricum IV ad bonam frugem reducat, 81 *b*. Monet et hortatur episcopos et alios ut eum ad resipiscendum inducant, *ibid*. *b* et 82 *b* et *seq*. Henricum tandem ad obedientiam S. R. E. revertentem et publice poenitentem absolvit, 84 *a* et *seq*. Conventum episcoporum et laicorum ordinat pro examinando iure Henrici et Rodulphi in Theutonicorum regno, 98 *b* et *seq*. Ravennatem episcopum pluribus flagitiis pollutum, superbiae fastu elatum et in inobedientia perseverantem deponit, 101 *b* et *seq*. Henricum IV regem alias humiliatum et absolutum, sed promissa non observantem, regnum desolantem, iterum excommunicat, deponit regno, solutis a iuramento vassallis, 107 *b* et *seq*. Electionem Rodulphi ducis in regem Theutonicorum confirmat, 109 *a*. Roberto duci Apuliae, Calabriae et Siciliae investituram concedit, 112 *b* et *seq*.

Griphon S. R. E. card. Ferrariensi Ecclesiae praeficitur, 439 *a*.

Grossetum transfertur sedes episcopalis Rossellanae Ecclesiae praedonum infestationibus agitatae et desolatae, 427 *b* et *seq*.

Gualterii Ravennatis archiepiscopi electio, post schisma eiuratum a Ravennatibus, confirmatur, eique pallium cum aliis iuribus conceditur, 285 *b* et *seq*. Singularia eius merita in Sedem Apostolicam, 355 *a*.

Guarinus Ambianensis et Simon Noviomensis episcopi Ecclesiam Montis-Desiderii donant monasterio Cluniacensi, 407 *b* et *seq*. Donatio eorum confirmatur, *ibid*.

Guiberti antipapae acta in praeiudicium civitatis Veliternensis irrita declarantur, 218 *a*. Ab episcopatu deponitur, 101 *a*. Excommunicatur, 127 *b*.

Guidoni archiepiscopo Viennensi pallium conceditur, 208 *a*.

Guillelmus archiepiscopus bona nonnulla dat cathedrali Ecclesiae S. Laurentii Ianuen., 312 *a*.

Guillelmus filius Tancredae cum militibus suis Ecclesiae Salernitanae haereditates invadit et postea reddit, 32 *a*.

Guillelmus abbas Sancti Petri Carnutensis, 250 *a*. Adversus eum monachis Cluniacensibus adiudicatur cella S. Dionysii de Xongento, *ibid*. et *seq*.

Guillelmus II, Siciliae rex, monasterium Montis-Regalis ordinis S. Benedicti fundat, 775 *b*.

Guixalense monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur, eique confirmatur privilegium ab Urbano PP. II concessum, 682 *b* et *seq*.

H

Hadrianus IV PP., 622 *a*.

Haereticorum et schismaticorum sacramenta formam habere, sed non virtutis effectum declaratur, 206 *a*.

Halbercanum collegium canonicorum in Noviomensi dioecesi confirmationem obtinet institutionis suae, 35 *b* et *seq.*

Hallense monasterium, 525 *b*. Bona ei concessa, *ibid.* et 535 *a*, 711 *b*. Privilegia, 525 *b*, 535 *a*, 711 *b*. Statuta pro regulari disciplina, 632 *a*, 711 *b*.

Hallensis Ecclesia sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 494 *a* et *seq.*

Hamburgensi archiepiscopo tamquam metropolitano subiiciuntur denuo episcopi Daciae, Norvegiae, Islandiae, *etc.*, 380 *a*.

Helena uxor Domicelli Gunnari una cum marito Ecclesias aliquas Sardiniae confert B. Petro, 307 *a*.

Helias archiepiscopus Barensis pallio exornatur, 126 *b*.

Hemmerodense coenobium recens fundatum, una cum rebus ac possessionibus suis in Sedis Apostolicae protectionem suscipitur, 446 *a* et *seq.*

Henricus comes de Stein monasterium S. Lamberti ordinis S. Benedicti in dioecesi Salisburgensi fundat, 433 *b*.

Henrici II regis Angliae encomium, 627 *b*. Ei conceditur privilegium occupandi Hiberniam et adiacentes insulas, salvo iure Romanae Ecclesiae, *etc.*, *ibid.* et *seq.*

Henrici Leuchorum episcopi concordia cum comite Tullense Friderico coram legato Apost. Sedis facta confirmatur, 410 *a*. Definitur modus hospitandi comitem, et perpetuum silentium futuris comitibus Tullen. imponitur, *ibid.* *b*.

Henricus Anglorum rex monasterio Cluniacensi donat centum marchas annuas, eiusque donatio confirmatur a Pontifice, 367 *b* et *seq.* Bona quoque nonnulla concedit monasterio S. Mariae de Rievalle, 664 *a*. Preces eius et praelatorum regni pro canonizatione S. Eduardi, 669 *a*. Causa eius et Thomae Cantuariensis archiepiscopi indicatur a legatis pontificibus, 718 *a*. Filium eius coronari et in regem inungi vetat Pontifex, nisi prius iuramentum solitum praestet et Anglos a sacramentis absolvat, quae ab eis extorta fuerunt, 727 *b*. Inunctionem eius et coronationem ad Cantuariensem episcopum pertinere declaratur, et ab aliis inunctionem et coronationem fieri vetatur, cum clausulis poenalibus, 728 *a*. In suis iniquis constitutionibus immobilis perseverat, 740 *a*. Eius filius absque iuramenti praestatione et contra Pontificis prohibitionem coronatur, 741 *a*, 744 *b* et *seq.* Interdicitur ei terra Cismarina propter vim illatam S. Thomae Cantuariensi archiepiscopo, 750 *a* et *seq.*

Henricus Ratisbonensis episcopus Ecclesiae Rorensi bona nonnulla donat, 575 *b*.

Henrici I (S.) Romanorum imperatoris canonizatio, 595 *b* et *seq.*

Henrici imperatores praedecessores coronam romanae urbis consequuti, 262 *b*. Ei praerogativa haec conceditur, *ibid.* Ius ei datur investiturae, virgae et anuli; episcoporum et abbatum postea consecrandorum, 263 *a*.

Henricus IV imperator deponitur, 74 *a*. Eius vassalli absolvuntur a iuramento fidelitatis; excommunicatur, *ibid.* *b*. Damna per eum Ecclesiae illata, et quam sollicite eum ad bonam frugem reducere curaverit Gregorius VII, 81 *b*. Monentur episcopi et alii ut studeant conversioni eius, et interim abstineant ab eius absolutione, *ibid.* et 83 *a*. Eo ad Ecclesiam non redeunte, alter rex idoneus eligatur, *ibid.* *b*. Quem confirmaturum promittit Pontifex, *ibid.* Ad obedientiam tandem redit S. R. E., 84 *a*. Quae fuerit eius poenitentia, *ibid.* *b*. Absolvitur, *ibid.* Eius promissio, 85 *a*. Eius et Rodulphi ius in Theutonicorum regno examinatur, 98 *b*, 99 *a*. Causa devolvitur ad Papam, 108 *b*. Alias humiliatum Pontifex absolvit, *ibid.* Promissa non observans iterum excommunicatur, deponitur

regno, solutis a iuramento vassallis eius, 109 *a*. Excommunicatio eius confirmatur ab Urbano II PP., 127 *a* et *seq*.

Henricus V rex. Praecipitur ei regalia ecclesiasticis dimittere; ecclesiasticis vero ea non invadere, 264 *a*. Cum sancta et catholica Ecclesia Romana reconciliatur et restituit investituras et possessiones ablatas Ecclesiis, 325 *a*. Summ S. R. E. prômittit auxilium et restituuntur ei regalia, 326 *a*. Dimittit omnem investituram per anulum et baculum, 347, *a*. Possessiones et regalia restituit; quaeque non habet ut restituantur curabit; pacem veram dat Pontifici, *ibid*. Conceditur ut regalia per sceptrum electus ab imperatore recipiat, pacemque ei reddit Pontifex, 348 *a*.

Henrico Bavariae duci, loco imperatoris Lotharii, conceditur investitura allodii terrarum a comitissa Mathilde Sedi Apost. concessarum, 467 *b* et *seq*.

Herimannus episcopus Bambergensis propter simoniam deponitur, 71 *b*. Iudicio Sedis Apostolicae se subtrahit, 72 *a*. Ecclesiam tirannice occupat, *ibid*. *b*. Anathematizatur et sacerdotali privatur officio, *ibid*.

Hiberniam et adiacentes insulas, salvo iure Romanae Ecclesiae et caeterarum Ecclesiarum, occupandi privilegium Henrico II Angliae regi datur, 627 *b* et *seq*.

Hida et hyda quid sit, 673 *b*. *V*. notam ad calcem colum. eiusd.

Hierarchia ecclesiastica diversos habet gradus, et quare, 623 *b*. Iustitia distributiva in eadem necessaria, *ibid*.

Hierosolymitani hospitalis magistri et comitis Forcalquerii super castro de Manussa controversia componitur, 573 *a* et *seq*.

Hierosolymitani Sepulchri (S.) fratres recipiuntur sub protectione Sedis Apost., eisque bona et iura omnia confirmantur, 471 *a* et *seq*.

Hilarii (S.) Pictaviensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 63 *a* et *seq*.

Hirsaugiense Spirensis dioecesis monasterium ab Adalberto comite costructum sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, bonaque omnia eidem confirmantur, 117 *b*, 152 *b* et *seq*.

Hispaniae regnum ab antiquo iuris S. Petri, 58 *a*.

Hispaniae cum Romana Ecclesia consensus ante Priscillianum et Arium, 62 *a*.

Hispaniae reges et episcopos exhortatur Gregorius VII ut Officium Romanum recipiant, 62 *b*.

Hispaniarum Ecclesia quanta mala experta sit a paganorum oppressione, 323 *b*.

Hominium seu servitium, 531 *b*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Honorius II PP., 349 *a*.

Hugo abbas Cluniacensis monasterii capellam construit S. Odonis, 157 *b*. Usus mitrae *etc*. conceditur ei et abbatibus successuris, 158 *b*.

Hugo Aginnensis episcopus Condomiense monasterium fundat. *V*. Petri (S.) Condomiense monasterium.

Hugo episcopus Gratianopolitanus. *V*. Gratianopolitana Ecclesia.

Hugo comes Vitmacensis monasterium S. Walarici in comitatu suo fundat, 241 *a*.

Hugo episcopus Placentinus violenter subtrahit monasterio Clausi decimam collatam ab Arduino et ab aliis Placent. episcopis; praecipitur ei illam restituere, 761 *b* et *seq*.

Hugonis Rutenensis archiepiscopi statuta pro ordine et quiete suae dioecesis confirmantur, 671 *a* et *seq*.

I et K

Iacobi (S.) de Spata in Hispania militia approbatur, eiusque instituta, 780 *b* et *seq.*

Iadertinus archiepiscopus eiusque suffraganei episcopi Gradensibus patriarchis subiiciuntur, 622 *a*, 647 *b*.

Ianuensis civitas de Alexandro PP. optime merita, 670 *a*.

Ianuensi Ecclesiae confirmantur bona ei data a Mariano indice Calaritano et Guillelmo archiep., 311 *b*. Ecclesia haec in archiepiscopatum erigitur ab Innocentio II PP., 377 *a*. Episcopatus Corsicae, iam eidem subiecti, confirmantur, 670 *a*.

Ianuenses archiepiscopi a solo Rom. Pontifice dependentes et consecrandi declarantur, 378 *a*. A suffraganeis episcopis consecrandi, pallium a Sede Apostolica accepturi, 670 *b*. Perpetua eis transmarina legatio conceditur cum praelatione crucis ac pallii usu, *ibid.*

Ierosolymitani milites laudantur, 830 *a*. Bona ac possessiones domus eorum sub Apostolicae Sedis protectione suscipiuntur, *ibid.* A iure decimarum eximuntur, 831 *b*. Variis privilegiis et favoribus exornantur, 832 *b*.

Ierosolymitanum templum variis communitur privilegiis, 830 *a* et *seq.*

Ildephonsus rex Hispaniarum de Saracenorum manibus vindicat Toletanam Ecclesiam, quae a Summis Pontificibus pristinae dignitati restituitur et a Calixto PP. antiquis donatur privilegiis, cum declaratione iuris primatialis, 215 *a*, 327 *a*.

Illegitimi ad Ecclesias non sunt promovendi, 66 *b*.

Illidii (S.) monasterium, eiusque possessiones omnes Claromonten. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur, 691 *b* et *seq.*

Imolensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 571 *b* et *seq.*

Incestuosi damnati ab Alexandro II PP., 18 *a* et *seq.*

Incestus foedaque libido a sacris reprobatur canonibus, 734 *a*. Contra quos severe incedendum statuitur, *ibid. b.*

Innocentius II PP., 364 *a*. Cluniacense monasterium visitat, 374 *a*. Eius Ecclesiam dedicat, *ibid. b.* Rogerio Siciliae regi investituram confirmat, 441 *b*.

Inobedientia, quale peccatum sit, 74 *a*.

Investiturae beneficiorum ecclesiasticorum a laicis usurpatae, irritae nullaeque declarantur, 710 *b* et *seq.*

Investituras episcopos a laicis accipere, interdicere semper conati sunt Romani Pontifices, 263 *b*.

Ioannis (S.) Ecclesiae Bisunt. dioecesis maternitas confirmatur, cassato privilegio Paschalis PP., 320 *a* et *seq.*

Ioannis et Andreae (Ss.) de Bonavalle Pictavien. dioecesis monasterio bona omnia confirmantur, eiusque monialibus conceditur ius praesentandi presbyteros pro parochiis eidem monasterio subiectis, 716 *b* et *seq.*

Ioannis (S.) Hierosolymitani hospitale et religio sub Sedis Apostolicae protectione suscipiuntur, cum privilegiorum elargitione. Ioannis (S.) Hierosolymitani fratres, qui semel habitum sumpserint, ad saeculum revertere non posse declaratur, 619 *a*.

Ioannis (S.) in Venere Teatinae dioecesis monasterium sub Apost. Sedis protectione suscipitur, eique privilegia omnia pontificia confirmantur, 791 *a* et *seq.*

Ioannis (S.) in Viculo Ecclesia canonicis Placentinae matricis Ecclesiae adiudicatur sub annuo censu Sedi Apostolicae persolvendo, 408 *b* et *seq.*

Ioannis (S.) Parmensis dioecesis ord. S. Benedicti monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 484 *a* et *seq.*, 519 *b* et *seq.*

Ioannis (S.) et S. Stephani Bisuntinae civitatis canonicorum controversia componitur, et monitorium datur contra canonicos S. Stephani, ut privilegium per eosdem a Paschali PP. obreptitie extortum, reddant sub poena excommunicationis, 336 *a* et *b*, 337 *a* et *b*.

Iuliae (S.) Brixien. dioecesis ordinis Cassinensis monialium monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique privilegia nonnulla cum confirmatione bonorum conceduntur, 390 *b* et *seq.*

Iuliae (S.) et S. Salvatoris monasteriorum controversia. *V.* Reginensis episcopi, *etc.*

Iusti (S.) plebani et canonicorum Pratensis Ecclesiae controversia super mortuorum sepultura componitur, 755 *a* et *seq.*

Iustinopolitana Tergestinae Ecclesiae unitur ad tempus, 804 *b*.

Iustitia distributiva necessaria in ecclesiastica hierarchia, 623 *b*.

Iuviniacense monasterium sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 174 *a* et *seq.*

Iuviniensis monasterii abbatissae et Michaelis ad Mosam monasterii abbatis controversia super Ecclesia Tyriaci definitur ac componitur, 438 *a* et *b*.

Khorney (de) monasterium. *V.* Chorney.

L

Laici repente ad gradum ecclesiasticum non sunt promovendi, 25 *a*.

Lama vel lamum, quid sit, 636 *b*. *V.* not. ad calcem colum. eiusd.

Lambertus episcopus electus Atrebatensis Ecclesiae confirmatur et consecratur, 151 *b*.

Lamberti (S.) monachi qui extraneo abbati et simoniaco obedire noluerant, ab excommunicationis vinculo relaxantur, 88 *b*.

Lamberti (S.) in valle Sein Salisburgensis dioecesis ordinis S. Benedicti monasterio bona omnia confirmantur, illudque liberum ab omni perturbatione declaratur, 433 *b* et *seq.*

Lambertus (S.) martyr, 433 *b*.

Landulphus episcopus Ecclesiae Pisanae confirmatur, 102 *a*.

Landulphus episcopus Ferrariensis. *V.* Ferrariensi Ecclesiae.

Lapsorum reconciliatio, 139 *b*.

Lateranense III sacrum et generale concilium indicitur ab Alexandro III PP., 805 *a*.

Lateranensis sacrosancta Ecclesia et paroecia canonicis regularibus ordinis S. Augustini perpetuo conceditur, cum privilegiorum elargitione, 246 *b* et *seq.* Locus venerabilis declaratur, 247 *a*.

Laugerius episcopus Aptensis nonnulla bona elargitur Ecclesiae Aptensi, 273 *b*.

Laurentii (S.) Januen. cathedrali Ecclesiae bona omnia confirmantur data a Mariano iudice Calaritano et Guilielmo archiepiscopo, 311 *b* et *seq.*

Laurentii (S.) et S. Alexandri Bergomensis civitatis canonicorum controversia iam ab Eugenio III PP. definita ac composita, iterum definitur ac componitur, 615 *a* et *seq.*

Lavellanum oppidum Melphiensi Ecclesiae subiicitur, 222 *a*.

Leodiensis Ecclesiae prava consuetudo recipiendi pecuniam pro rebus ecclesiasticis damnatur, 362 *a*.

Leofridus dux Conventriense monasterium fundat, 22 *b*.

Legati apostolici a Gregorio VII PP. designantur ad pacem conciliandam in regno Theutonicorum, 96 *b*.

Leges antiquae non infirmandae, 216 *b*.

Letcumba (de) monasterium a Stephano Anglorum rege Cluniacensi monasterio donatum, eidem confirmatur, 461 *a* et *seq*., 462 *a* et *seq*.

Lex de non tractandis materiis in synodis definitis, 449 *b*.

Liberalitas principium in dotandis monasteriis, 367 *b*.

Libra seu librata terrae quid sit, 829 *a*. V. not. ad calcem colum. eiusd.

Lichefeldensis, seu Castrensis Ecclesia, transfertur Conventriam, cuius monachis ibidem regulariter vivere iniungitur, 219 *a* et *seq*.

Limanz (de) obedientia datur Cluniacensi abbati, 370 *a* et *seq*.

Lingonensis Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur; bona omnia ei confirmantur, eiusque canonicis privilegia nonnulla conceduntur, 729 *a* et *seq*. Eius episcoporum donationes factae Besuensi coenobio confirmantur, 231 *a*.

Liprandus presbyter Mediolanensis fundat Ecclesiam SS. Trinitatis ad Pontem Guinzelmi, 201 *b* et *seq*.

Locorum Sanctorum in Ierusalem dignitas, 471, *a*.

Lombardo, qui Beneventanum archiepiscopatum dimiserat, nonnulla assignantur bona pro eius substentatione, 814 *a* et *seq*.

Londoniensis archiepiscopus si coronationi Henrici regis filii factae absque praestatione iuramenti interfuerit, excommunicatur tamquam Ecclesiae Cantuariens. invasor, 741 *b*. Poena ei infligitur, quod sine consensu archiepiscopi Cantuariensis regem coronaverit, 745 *a* et *b*.

Lothario imperatori, et eius loco, Henrico Bavariae duci, conceditur investitura allodii terrarum a comitissa Mathilde Sedi Apostolicae concessarum, 467 *b* et *seq*.

Lucanae Ecclesiae maternitas confirmatur, eique nonnulla conceduntur privilegia ad id spectantia, 287 *a* et *seq*.

Lucensi in Ecclesia qualis ordo tenendus sit in collationibus beneficiorum, 54 *a*. et *seq*. Eius bona non alienanda, 56 *a*. Clerici officio et praebendis privantur propter simoniam, 107 *a*.

Lucius II PP., 478 *a*. Regnum Portogalliae Rom. Ecclesiae tributarium recipit, 607 *b* et *seq*.

Ludovicus Francorum rex a Samsone archiep. Remensi contra ius archiepiscopi Bituricensis, in Bituricensi civitate coronatur, 518 *b*.

Lugdunensis Ecclesiae primatus super quatuor provincias, Lugdunensem scilicet, Rothomagensem, Turonensem et Senonensem, confirmatur, 104 *a*.

Lunensis Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur, bonaque omnia ac iura ei confirmantur cum decreto immunitatis, 557 *a* et *seq*. Eius episcopis confirmatur ius benedicendi abbatem S. Caprasii Arelensis monasterii, 809 *b*.

M

Macharii (S.) et S. Crucis Burdigalen. monachorum controversia super subiectione alterutrius, 331 *b*. Monachi S. Macharii a Burdigalens. archiep. vocati et

inobedientes excommunicantur, *ibid.* A legato Sedis Apostolicae subreptione virgam pastoralem obtinent, *ibid.* et 332 *a.* Citantur ad concilium, *ibid.* Causaque cognita, monasterio S. Crucis subiiciuntur cum decreto restitutionis virgae, *ibid.*

Madelmus abbas monasterii S. Sophiae intra Beneventum siti privilegium obtinet quo bona omnia coenobio illi confirmantur, 222 *b* et *seq.*

Magnerici filius ab episcopo Arduino ablatus, 643 *b.*

Malachinus vel molachinus, quid sit, 785 *a* V. not. ad calcem colum. eiusd.

Mamiliani (S.) monasterio in Monte Christi posito confirmantur bona omnia cum decreto perpetuae immunitatis ab omni perturbatione, vi, molestia etc., 289 *b.* et *seq.*

Manassis Remensis archiepiscopus in proprium gradum restituitur, 87 *b.* Eius iuramentum, 98 *a.*

Mangoldus nobilis vir de Werde monasterium S. Crucis in castro suo construit, 412 *b.*

Manichaeus in synodo Constantinopolitana damnatus, 449 *b.*

Mansus, mansa vel mansum, quid sit, 726 *a.* V. not. ad calcem colum. eiusd.

Mannascae castrum. V. Hierosolymitani hospitalis magistri *etc.*

Marciani imperatoris ad Ioannem PP. litterae adversus sacrorum profanatores, 449 b.

Margaritae (S.) in Osterhoven. ordinis Praemonstraten. Bambergen. dioecesis coenobium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 537 *a* et *seq.*

Mariani (S.) Ecclesiae canonicis Eugubinae sedis cathedralis confirmantur bona omnia a principibus, regibus, vel Summis Pontificibus donata, 425 *b* et *seq.* 468 *b.*

Mariae (B.) de Shyrbone monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 678 *a* et *seq.*

Mariae (S.) canonica in Spoletana cathedrali erecta ab Andrea eiusdem Ecclesiae episcopo obtinet confirmationem erectionis et dotationis suae, 34 *a* et *seq.*

Mariae (S.) Castellionensis Ecclesia. V. Castellionensis Ecclesiae *etc.*

Mariae (S.) de Alderspach ordinis Cistercien. Salisburgen. dioecesis monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, et privilegia nonnulla conceduntur, 543 *b* et *seq.*

Mariae (S.) de Aquistris Burdigalensis dioecesis monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, bonaque ei omnia confirmantur, 751 *a* et *seq.*

Mariae (S.) de Belliioco collegiata in dioecesi Matisconensi in protectionem Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia et privilegia confirmantur, 37 *b* et *seq.*

Mariae (S.) de Campo in pago Ruscinonensi prioratus confirmationem privilegiorum suorum obtinet, 675 *a.*

Mariae (S.) de Capua abbatissae et coenobii Cassinensis controversia super cella Cinglensi definitur a Paschali II PP., 217 *a* et *seq.*

Mariae (S.) de Caramagna Asten. dioecesis monasterii administratio huiusce Ecclesiae episcopo committitur, 628 *b* et *seq.*

Mariae (S.) de Casali Plano ecclesia cum omnibus pertinentiis suis abbatibus Cassinensibus adiudicatur, perpetuo indicto silentio monachis Terrae maioris, 267 *b* et *seq.*

Mariae (S.) de Ettona monasterium, 828 *b.*

Mariae (S.) de Florentia ord. Cassinen. monasterio bona et iura omnia confirmantur, eique quam plurima conceduntur privilegia et exemptiones, 789 *a* et *seq.*

Mariae (S.) de Gordiano cella Ananensi monasterio adiudicatur adversus Arelatensem archiepiscopum et monachos Casae Dei, 296 *b* et *seq.*

Maria (S.) de Luffelde Ecclesia sub protectione Apost. Sedis suscipitur, bonaque omnia ei confirmantur cum decreto immunitatis, 767 *a* et *seq.*

Mariae (S.) de Moliano moniales sub protectione Apost. Sedis recipiuntur, eisque bona omnia confirmantur, 802 *b*.

Mariae (S.) de Rievalle ordinis Cisterciencis monasterio bona omnia ac privilegia confirmantur, 664 *b* et *seq.*

Mariae (S.) de Synningtmayte monialium monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique bona omnia ac privilegia confirmantur, 756 *a* et *seq.*

Mariae (S.) Florentinae dioecesis monasterio bona omnia confirmantur cum omnimoda subiectione ab episcopo Florentino, 254 *b* et *seq.*

Mariae (S.) Fontis Ebraldi in Ecclesia professi recipi nequeant ab abbatibus aut prioribus aliorum monasteriorum, 290 *b* et *seq.*

Mariae (S.) Glastonien. dioecesis monasterium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, 339 *a*. Confirmantur ei donationes omnes tum factae, tum faciendae, *ibid.* Omnimodaque conceditur ei exemptio ab omni molestia, *ibid.*

Mariae (S.) in Cairate monasterium Papiensi episcopo subiicitur, 238 *b*.

Mariae (B.) in Raitenbach Frisingen. dioecesis Ecclesia canonicorum sub regula S. Augustini regularem vitam profitentium sub Apostolicae Sedis protectione suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 562 *a* et *seq.*

Mariae (S.) in Rettenbach canonicae erectio confirmatur, 130 *a* et *b*: illa sub tutela Apostolicae Sedis suscipitur, *ibid.*; confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus, nonnulla conceduntur privilegia, *ibid.* et *seq.*

Mariae (S.) in Undesdorf Ecclesiae bona omnia confirmantur, 473 *a* et *seq.*

Mariae (S.) Narbon. monasterium iuris Apostolicae Sedis declaratur, 114 *b*. Abbati Massiliensi vice Sedis eiusdem regendum committitur, *ibid.*

Marianus iudex Calaritanus bona nonnulla dat Ecclesiae cathedrali S. Laurentii Ianuen., 312 *a*.

Marsanensis Ecclesia prope Traiectum Mosae monasterio B. Remigii confirmatur, cum decreto ut clericis saecularibus substituantur monachi, 415 *b*.

Marsorum Ecclesiae bona et possessiones confirmantur, eiusque confinia describuntur, 274 *a* et *seq.*

Martini (S.) Augusten. dioecesis Ecclesia et canonici Berriedenses sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur, 328 *a*. Bona omnia ad eos spectantia confirmantur, cum decreto omnimodae exemptionis a quacumque molestia, *ibid.*

Martini (S.) Ecclesiae in Barchgetesgaden Salisburg. dioecesis approbatur institutum regulare canonicorum, 322 *b* et *seq.*

Martini (S.) Lucensis Ecclesiae canonici interdicuntur ab ingressu maioris ecclesiae quia canonicatus et praebendas emerunt, 92 *b* et *seq.*

Martini (S.) tumulum Urbanus II PP. invisit, 166 *a*.

Martini (S.) Turonen. Ecclesiae bona omnia, privilegia ac libertates confirmantur, 166 *a* et *seq.* Urbanus II PP. visitat illam, 164 *a*.

Massiliense S. Victoris monasterium. *V.* Victoris (S.) monasterium.

Massiliensis Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 603 *b* et *seq.*

Massiliensium monachorum ac Ruthenensium canonicorum controversia super Ec-

clesia S. Amantii et sepultura civium Ruthenensium definitur ac componitur, 489, *b* et *seq.*

Mathildes comitissa allodium terrarum donat Sedi Apostolicae, 458 *a*.

Maticonensis dioecesis. *V.* Mariae (S.) de Belliioco collegiata, *etc.*

Matrimonia clandestina et sine sacerdotali benedictione contrahi nequeunt, 734 *b*, 755 *a*.

Mauriacense monasterium cum ecclesiis et pertinentiis suis Aureliacensi monasterio restituitur, 111 *a*. Sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 692 *b* et *seq.*

Mauricius episcopus Bracarensis antipapa, 282 *b*. Excommunicatur, *ibid.* Ad monasterium Cavense delegatur, *ibid.*

Mauriennensis Ecclesia Viennensi subiecta, 208 *a*.

Maurus (S.) sancti Benedicti discipulus monasterium Glannafoliense in Gallia construit, et Cassinatibus regendum dat, 178 *b*.

Maxentii (S.) monasterium in tutelam Sedis Apostolicae recipitur, eique bona et privilegia omnia confirmantur, 259 *b* et *seq.*

Maziacense monasterium, 693 *a*. Bona ei confirmata, *ibid.* Statuta pro regimine monachorum, *ibid. b*.

Melitense monasterium SS. Trinitatis et S. Michaelis Archangeli sub protectione Sedis Apost. suscipitur, eique bona omnia ac iura confirmantur, 558 *a* et *seq.*

Melphyensis synodus habita sub Alexandro II PP., 31 *b*. Res in eo gestae pro Salernitana Ecclesia, 32 *a* et *seq.*

Melphyensi Ecclesiae oppidum Lavellanum subiicitur: confirmantur bona ac praecipuae donationes Rogerii ducis, cum decreto ut episcopi eius a Rom. Pontif. consecrentur, 222 *a*.

Menatensis abbatia abbatibus Cluniacensibus subiicitur in perpetuum, 252 *a*.

Messanensis archimandritatus approbatur, 785 *b* et *seq.* Bona omnia ei confirmantur et privilegia nonnulla conceduntur, *ibid.*

Metensis episcopus delegatus a Gregorio VII PP. pro cognoscenda causa quae inter Tullensem episcopum et quemdam eius clericum versatur, 65 *a* et *seq.*

Michaelis (S.) abbas et Cumbertus Taurinensis episcopus declarationem habent concordiae factae inter ipsos ex praecepto Sedis Apostolicae, 101.

Michaelis (S.) ad Mosam monasterii abbatis et abbatissae monasterii Iuviniensis super Ecclesiae Tyriaci controversia definitur et componitur, 438 *a* et *b*.

Michaelis (S.) de Monte Caveoso monasterium, cuius abbati mitrae et anuli usus statutis diebus conceditur, sub Apost. Sedis protectione suscipitur, cum confirmatione bonorum et privilegio, interdicti tempore, divina officia recitandi, 771 *b* et *seq.*

Michaelis (S.) in Burgo Pisarum monasterium, nunc iuris ordinis Camaldulensium, sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 91 *b* et *seq.*

Militensis Ecclesia ab archiepiscopi iurisdictione eximitur, Sanctaeque Sedi immediate subiicitur, 329 *a*. Eius episcopi a solo Romano Pontifice consecrandi, eisque Bibonensis et Tauronensis Ecclesiae subiiciuntur, *ibid.*

Militia S. Iacobi de Spata in Hispania, eius historia, institutio, approbatio, *etc.* *V.* Iacobi (S.) de Spata, *etc.*

Ministeria Ecclesiae non ditioribus, sed probatioribus danda, 53 *b*.

Miseraici Bituricen. Ecclesia S. Nicolai sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 448 *a* et *seq*.

Misericordia (de) hospitale Placentinae civitatis. *V*. Placentinae civitatis Hospitale de Misericordia.

Missa cum sicca faece vini et micis panis vino intinctis celebrata altissime reprobatur, 734 *b*. Solum panem et vinum aqua mixtum offerri in sacrificio Missae deberi ex apostolica auctoritate, 735 *a*.

Monte Caveoso (de) monasterium, 772 *a*. Bona ei confirmata, *ibid*. *b*. Privilegia concessa, *ibid*. Usus mitrae et anuli pro eius abbate, *ibid*.

Moysiacense monasterium magnae famae propter regularem disciplinam, 168 *b*. Suo ex splendore lapsum, *ibid*. Cluniac. abbatum industria restitutum, *ibid*. et 169 *a*. Pro restitutione bonorum, eius immunitate et regimine nonnulla decernuntur, *ibid*.

Molismensis monasterii et Cisterciensis concordia confirmatur, 210 *a*.

Monomachia sacris canonibus contraria, 739 *a*.

Monopolitana Ecclesia ab omni metropolico iure, libera immediateque S. Apostolicae Sedi subiecta declaratur, 135 *a* et *seq*., 330 *b*, 563 *a*, 818 *a*.

Montis Bonizi Ecclesia. *V*. Raynerio Senensi episcopo, *etc*.

Montis Desiderii Ecclesia, Cluniacensi monasterio a Guarino Amburnensi et Simone Novismensi episcopis donata, accedente quoque consensu Ludovici Francorum regis, eidem confirmatur, cum decreto exemptionis a quacumque molestia, 408 *b* et *seq*.

Montis Maioris monasterium iuris Apostolicae Sedis declaratur, 114 *b*. Abbati Massiliensi, vice Sedis eiusdem regendum committitur, *ibid*.

Montis-Pessulani domus confirmatur Cluniacensi monasterio, 429 *a*.

Montis-Regalis monasterium ordinis S. Benedicti a Guillelmo II Siciliae rege constructum, Apostolicae Sedi immediate subiectum declaratur, 775 *b*. Bona omnia praesentia et futura ei confirmantur, 776 *a*. Eius abbati usus mitrae, sandaliorum, tunicae, dalmaticae, *etc*., conceditur, *ibid*. *b*.

Morabatinum quid sit, 195 *b*. *V*. not. ad calc. colum. eiusdem.

Morviensis et Bragensis episcoporum controversia a Gregorio VII PP. in concilio, ambarum partium consensu componitur, 68 *a* et *seq*.

Morimundense monasterium ordinis Cistercien. Mediolanen. dioecesis sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 752 *b* et *seq*.

Mulier, quae se expurgare vult ab obiecto fornicationis crimine, est audienda, et si innocens sit, a viro nullatenus separanda, 61 *a* et *b*.

Munus episcopale, 147 *b*.

Munus Summi Pontificis quod sit, 81 *a*.

Mutinensi Ecclesiae assignantur fines et bona omnia confirmantur, additis decretis nonnullis ad episcopalem iurisdictionem tuendam, 346 *a* et *seq*.

N

Naccum et nactum quid sit, 373 *a*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Nantuacense monasterium sub apostolica protectione suscipitur, bona ac libertates ei confirmantur, ipsumque Cluniacensi abbati subiicitur, 526 *b* et *seq*.

Narbonensi Ecclesiae primatus asseritur in Duas Narbonas, quarum Ecclesiae metropolico iure eidem subiiciuntur, 154 *a* et *seq*. Possessiones et iura omnia confirmantur ei, 253 *b*.

Narniensis Ecclesiae canonici obtinent privilegium confirmationis et immunitatis bonorum ad ipsos spectantium, 35 *a* et *seq*.

Naulum quid sit, 167 *a*. *V*. not. ad calc. colum. eiusdem.

Nazarii et Celsi (Ss.) Veronensis dioecesis monasterio bona omnia confirmantur, salvo censu annuo palatio apostolico solvendo, eiusque monachis abbatis sui electio committitur, 655 *a* et *seq*.

Nazarii (S.) Laurishamen. dioecesis monasterium sub Apostolicae Sedis protectione suscipitur, bona omnia ei confirmantur, et privilegia nonnulla conceduntur, 808 *a*.

Nemausensi in concilio Urbanus II PP. controversiam componit inter Conchenses et Figiacenses monachos, 169 *b* et *seq*.

Nestorius in Ephesina synodo damnatus, 449 *b*.

Niciensis Ecclesiae canonicorum regularis disciplina approbatur, 423 *b*. Confirmanturque bona ad eam pertinentia, 423 *b*.

Nicolai (S.) abbatialis Ecclesiae in Barensi civitate bona omnia confirmantur, 245 *b*. Sub tutela Apostolicae Sedis recipitur, 246 *a*. Privilegiaque nonnulla ei conceduntur, *ibid*. et *seq*.

Nicolai (S.) corpus ex Graecorum partibus transmarinis in Barensem Ecclesiam advectum fuit, 125 *b*.

Nicolai (S.) de Miseriaco Ecclesia. *V*. Miseriaci Bituricen. Ecclesia.

Nicolai (S.) in Beneventana urbe Ecclesia cum pertinentiis omnibus et ecclesiis ei subiectis, Cassinensibus donatur, 225 *a* et *seq*.

Ninivensis abbatia ordinis Praemonstratensis in protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 546 *a* et *seq*.

Norsham monasterium. *V*. Rorsham.

Noviomensis dioecesis. *V*. Halbercanum collegium, *etc*.

Nummularii qui sint, 52 *b*.

O

Obedientia, quid sit, 70 *a*.

Obedientia a caeteris Ecclesiis Romanae tamquam capiti est praestanda, 354 *b*.

Obediendum praepositis nostris, et quibus in rebus, 205 *a*.

Occarius et Adalbertus Boiariae comites construunt Tegernseense monasterium, 560 *b*.

Octaviani nefandum in Alexandrum facinus, 658 *b*. Mantum pontificale vi usurpare contendit, *ibid*. Ridiculum factum inde secutum, 659 *a*. Tumultus et scelera, *ibid*. Detento Alexandro, populus clamat pro eo liberando, *ibid*. Tandem a senatoribus honorifice circumductus, consecratur et coronatur, *ibid*. *b*. Octavianus pertinax excommunicatur, 660 *a*.

Octoviense monasterium. *V*. Cucuphatis (S.) Octoviense monasterium.

Officium Romanum in Hispania recipiendum, 62 *b*.

Oldegarius Barchinonensis episcopus ad Tarraconensem Ecclesiam transfertur; confirmatur ei Barcinonensis Ecclesia. Adiicitur ei dioecesis Dertosana, donec

proprium habeat episcopum. Iusque metropolitanum ei conceditur et usus pallii, 283 *b*.

Oldegarius, Tarraconensis archiepiscopus, legatus Sedis Apostolicae ad exercitum contra Saracenos in Hispaniis paratum constituitur, 323 *b* et *seq*.

Olivolensi Ecclesiae iura omnia, immunitates et bona confirmantur, 488 *a* et *seq*.

Omnium Sanctorum monasterio confirmantur immunitates omnes ab episcopi Baren. concessae, eique a Calisto II PP. nonnulla alia dantur privilegia, 339 *b* et *seq*., 503 *b*.

Ordinationes gratis per simoniacos factae, tolerandae, sed in posterum non admittendae, 23 *b*. Per saltum non sunt faciendae, 54 *b*.

Osca civitas per Petrum Aragoniae regem a Saracenorum tyrannide liberatur, 187 *a*. Episcopalis dignitas ei restituitur cum confirmatione bonorum, *ibid*.

Osterhovensis Ecclesia, 537 *a*.

Otto Bambergensis episcopus propriis sumptibus in dioecesi sua monasteria fundat, 344 *b*. Haec sub Apostolicae Sedis protectione suscipiuntur, *ibid*. Bona eisdem confirmantur, et eorum cura episcopo Bambergensi demandantur, 345 *a*, 414 *a*. Decretum obtinet ut in monasteriis ab ipso fundatis idem semper ordo conservetur, 466 *b*.

Otto comes Palatinus Ecclesiam S. Petri in Undesdorf Frisingensis dioecesis construit, 367 *a*.

Otto Constantiensis episcopus propter inobedientiam et rebellionem deponitur, eiusque clerus et populus ab obedientia ei praestanda absolvitur, 73 *a* et *b*.

Ottoni de Castro Iringi facultas datur aedificandae Ecclesiae in praedio suo Puribergh, et construendi monasterii sub certis conditionibus, 318 *a* et *b*.

P

Pagii iunioris notitia de diplomate investiturae regni Siciliae Rogerio datae ab Innocentio II PP., 443 *b*. V. not. ad calc. colum. eiusdem.

Palladii cella Romae abbatibus Cassinensibus in hospitium datur, 184 *b*, 235 *b*, 343 *b*.

Pallii usus et significatio, 283 *b* et *seq*. Eius dignitas, 333 *a*.

Pancratii (S.) Ecclesia in Ronshoven. sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 540 *a* et *seq*. Dioecesano episcopo subiecta declaratur, 637 *b*.

Pannagium, quid sit, 665 *b*. V. not. ad calcem colum. eiusdem.

Panormitana Ecclesia a Saracenorum manibus vindicata, 116 *b*. Restituuntur ei suffraganeae Ecclesiae, *ibid*. Regia omnia privilegia confirmantur, *ibid*. Eiusque archiepiscopus pallio exornatur, *ibid*. et 117 *a*. Confirmantur ei bona et privilegia, 332 *b*.

Papiensi episcopo pallii et crucis usus confirmatur, 238 *b*. Confirmantur quoque ei plurima alia privilegia, *ibid*. et *seq*.

Parisiense concilium, 363 *a*.

Parisiensis Ecclesiae capitulo bona omnia, consuetudines ac praecipue praebendae S. Genovefae confirmantur, 742 *b*. Decretum concessum pro residentia canonicorum forinsecorum, 745 *b*.

Parisiensis episcopus commissionem habet a Gregorio VII absolvendi nonnullos a sententia excommunicationis, 87 *b* et *seq.*

Paschalis II PP., 206 *b*.

Pastor quis sit, quis fur, quis latro, 76 *a*.

Pauli (S.) monasterii rector controversiam habet cum abbate Vindocinense de ecclesia S. Priscae, quae Vindocinensibus abbatibus adiudicatur, 25 *a* et *seq.*

Pennensi Ecclesiae bona omnia et iura confirmantur cum decreto immunitatis a quacumque molestia et violentia, 450 *a* et *seq.*

Percussores clericorum poenam excommunicationis incurrunt, 739 *b*.

Personatus, quid sit, 547 *b*. V. not. ad calcem col. eiusdem.

Petri abbatis Cluniacensis et Willelmi comitis Matisconensis transactio super Calderia de Ledone confirmatur, 544 *a* et *seq.*

Petri Damiani ecclesia, sive potius oratorium, sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur, 49 *b* et *seq.*

Petri (S.) abbatia foris portam Viennae sita, Ecclesiae Viennensi subiicitur, 86 *b*.

Petri (S.) basilicae in Vaticano canonicis conceditur quarta pars oblationum omnium, quae in eadem Ecclesia fiunt, 587 *b* et *seq.*

Petri (S.) Blaziliense monasterium monialium sub iure Sedis Apostolicae suscipitur, confirmatisque bonis omnibus, quidquam auferre aut alienare interdicitur, 201 *a* et *b*.

Petri (S.) Condomiense monasterium confirmationem obtinet fundationis et donationum ab Hugone Agianensi episcopo factarum, 78 *a* et *seq.*

Petri (S.) de Certeseya Wintoniens. dioecesis monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, 826 *b*. Bona omnia ei confirmantur, 827 *a*. Privilegiaque alia conceduntur, *ibid. b*.

Petri (S.) de Nanto Vabren. dioecesis prioratus in abbatiam erigitur, et sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 402 *a* et *b*. Confirmatisque bonis omnibus ad eum quomodolibet pertinentibus, ei plures Ecclesiae uniuntur, *ibid.* et 403 *a*.

Petri (S.) Ecclesia in villa Maschara sita et tutelae Sedis Apostolicae commissa, privilegia obtinet a Gregorio VII PP., 115 *b* et *seq.*

Petri (S.) Ecclesia in Undesdorf Frisingensis dioecesis ab Ottone comite Palatino constructa, apostolico munitur privilegio, eiusque bona omnia confirmantur, 366 *b* et *seq.*

Petri (S.) episcopi civitatis Anagninae in provincia Campaniae canonizatio, eiusque adscriptio in numerum Ss. Confess., 256 *a*.

Petri et Pauli Ss. Apost. merita recitantur, 587 *b*.

Petri (S.) Iscen. Ecclesia Tiphernatis dioecesis (nunc Urbanensis) a Tiphernatis episcopi iurisdictione eximitur, eique bona omnia confirmantur, 822 *b* et *seq.*

Petri (S.) monasterium in Monte Maiori Apostolicae Sedi speciali iure subiectum, 103 *b*.

Petri (S.) monasterium obtinet approbationem privilegii a Petro Florentinae Ecclesiae archiepiscopo ei concessi, nec non confirmationem bonorum, 28 *b*, 29 *a*.

Petri (S.). Perusinae civitatis ordinis Cassinensis monasterio conferuntur privilegia aliqua, eiusque bona omnia ac iura confirmantur, 420 *a* et *seq.*, 483 *a*, 512 *b*.

Petro data potestas summa a Christo, 207 *b*. Et mandatum de confirmandis in fide fratribus, *ibid.*

Petro Panormitano archiepiscopo pallium conceditur cum gravi adhortatione ex materia ipsa, et dignitate pallii desumpta, 333 *a*.

Petrus archiepiscopus Acheruntinus pallio exornatur, 244 *a*.

Petrus Abaelardus. *V.* Abaelardi Petri.

Petrus Aragoniae rex a Saracenorum tyrannide liberat Oscam civitatem, 187 *a*.

Petrus Florentinae Ecclesiae archiepiscopus privilegium concedit monasterio S. Petri, quod approbatur ab Alexandro II PP., 28 *b* et 29 *a*.

Philippus I Galliae rex Bertam reginam repudiat, atque Bertradam uxorem Folchi comitis Andegavensis ducit, 147 *b*. *V.* not. ad calc. huius col. Admonentur episcopi, ut illum a polygamia desistere compellant, 148 *a*. Excommunicatus, ab aliquibus episcopis Galliae non evitatur, 202 *b*. Ei, donec Deo ac Sanctae Romanae Ecclesiae satisfaciat, communicantes excommunicantur, 203 *b*.

Pipinus et Carolus principes Sarlatense monasterium fundant, 589 *a*.

Pisana Ecclesia B. Mariae Virginis sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia et privilegia confirmantur, 22 *a*, 102 *a*, 596 *b* et *seq*.

Pisanae Ecclesiae et archiepiscoporum eius merita in Rom. Pontifices, 395 *b*. Iura omnia ac bona eidem confirmantur, *ibid*. et *seq*.

Pisanis episcopis Apostolicae Sedis vices in insula Corsica conceduntur, 103 *a*.

Pisanorum archiepiscoporum privilegium de consecratione episcoporum insulae Corsicae iam ab Urbano II, qui illud concesserat, a Paschali II et Gelasio cassatur, 309 *b*. Iterum a Calixto II PP. irritatur et invalidatur, 334 *a* et *seq*. Praerogativa haec eisdem restituitur cum iure metropolitano et usu pallii, 359 *b*.

Pisanorum erga Romanam Ecclesiam merita, 141 *b*.

Pistoriensis Ecclesiae dignitas, eiusque episcoporum virtutes, 393 *b*. Ei confirmantur bona omnia, *ibid*. et *seq*.

Pito Tullensis episcopus responsiones habet ad quaesitum super simoniacis et illicitis ordinationibus, 198 *a* et *seq*.

Placentinae civitatis hospitale de Misericordia sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique confirmantur bona omnia, donationes et privilegia, 613 *b*.

Placentinae Ecclesiae matricis privilegium datur, quo confirmantur omnia eius bona, 387 *b* et *seq*. Eius fides pro Alexandro III PP. contra pseudopapam, 682 *a*. Confirmatur ei institutio Canonicae, cuius archipresbyter a canonicis solummodo eligendus decernitur, *ibid*.

Placentinae matricis Ecclesiae canonicis, sub annuo censu Sedi Apostolicae persolvendo, adiudicatur ecclesia S. Ioannis in Viculo, 409 *a* et *seq*.

Placentini episcopi ab episcopo Ravennate consecrationem accipere debent, 554 *b* et *seq*.

Placentini et Parmensis episcoporum controversia super Ecclesia Castri Spencli et Ecclesia S. Christinae a Brixiensi episcopo definitur; sententia eius confirmatur, et supradictae Ecclesiae Placentino episcopo adiudicantur, 764 *b* et *seq*.

Placentino episcopo mandatur ut usurpatam terram de Burneto canonicis S. Antonini eiusdem civitatis restituat, plenamque iustitiam exhibeat, 697 *b* et *seq*.

Plenosiaci ecclesia Trenorciensi monasterio confirmatur, 447 *a* et *seq*.

Podius Bonitius, in dioecesi Florentina positus, Senensibus episcopis adiudicatur, 794 *a* et *seq*.

Polygamis benedictio non est danda, 147 *b*.

Poloniae regni statuta confirmantur ab Alexandro III PP., 822 *a* et *b*.

Pontificum Romanorum munus quod sit, 81 *a*. Potestatem habent mittendi ad quamcumque synodum legatos suos, 99 *b*. Beatum Petrum in fide debent aemulari, 208 *b*. Summa cura, summoque divini honoris zelo investituras per episcopos

a laicis accipi interdicere conati sunt, 263 *b*. Pro liberatione Orientalis Ecclesiae multum laborarunt, 522 *a*. Cura eorum de exteris Ecclesiis, 733 *a*. Eorum est Ecclesiae mala amputare, 805 *a*.

Populonia urbs antiqua Hetruriae, 470 *b*. *V.* not. ad calc. col. eiusd.

Populonensis Ecclesia. *V.* Rossellana.

Portense monasterium ordinis Cistercien. Nuenburgen. dioecesis decretum obtinet ne in eius districtu venationes a quoquam fiant, 417 *b* et *seq*.

Portugalliae regnum ab Alphonso rege oblatum Lucio Papae II, ab eodem Pontifice tamquam Romanae Ecclesiae tributarium recipitur sub annuo censu quatuor unciarum auri, 507 *b* et *seq*.

Potestas ligandi et solvendi in Romanos Pontifices derivata per B. Petrum, 121 *a*, 130 *a*, 207 *b*, 208 *b*, 576 *b*.

Pratensis Ecclesiae canonicorum et plebani S. Iusti eiusdem territorii controversia super mortuorum sepultura definitur, 755 *a* et *seq*.

Praebendae Ecclesiae ab episcopis gratis sunt dandae, 198 *a*.

Praenestinus episcopus Alexandro III PP. donat tabulam auream, quam idem Pontifex Cassinensi monasterio restituit, 757 *b*.

Praepositis obediendum, et quibus in rebus, 205 *a*.

Presbyteri fornicarii ab altaribus removendi, 89 *a*. Eorum quoque filii, nisi prius in coenobiis se se probaverint, 198 *a*. Ad parrochias per abbates electi, animarum curam, nonnisi praevio episcopi consensu, suscipere non debent, 346 *b*.

Primates sunt ad hoc constituti ut ad eos episcopi in necessitatibus confugiant, 106 *a*.

Principum liberalitas in dotandis monasteriis, 367 *b*.

Prins (de) locus cum suis pertinentiis a Girino donatus monachis Cluniacensibus, eisdem confirmatur cum decreto immunitatis, 463 *a*.

Priores et clerici sine consensu episcopi et priorum Ecclesiae matricis non eligendi, 287 *a*.

Priscae (S.) de Urbe ecclesia Vindocinensibus abbatibus adiudicatur, 25 *a*.

Professi in Ecclesia S. Mariae Fontis Ebraldi nequeunt recipi ab abbatibus aut prioribus aliorum monasteriorum, 290 *b* et *seq*.

Prosperi (S.) monasterium (deinde S. Petri) Regiensis, ordinis Cassinensis, in protectionem Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona confirmantur, novaque eidem conceduntur privilegia, 43 *b* et *seq*.

Provinciae, multo ante Christi adventum tempore divisae, 106 *a*. Ab Apostolis et B. Clemente earum divisio renovata fuit, *ibid*.

Prufeningense monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 654 *a* et *seq*.

Prumiense coenobium Treviren. dioecesis nec non universae eiusdem possessiones in Sedis Apostolicae protectionem suscipiuntur, 384 *a* et *b*.

Q

Quinciacensi monasterio Linganen. dioecesis praedia, caeteraque bona confirmantur et ab omni externa perturbatione libera declarantur, 405 *b* et *seq*. Eius monachi Pontiniacensis coenobii filii, *ibid*. Eorumdem laus, 406 *a*.

Quirini (S.) Tergenee monasterium sub Apostolicae Sedis protectione suscipitur, 806 *a* et *b*. Bona omnia et immunitates ei confirmantur, *ibid*. et *seq*.

R

Raymundus archiepiscopus Toletanus pallio exornatur, 496 *a*.

Raymundi Arelatensis archiepiscopo transactio inita cum Anfoso comite Tholosano confirmatur, 602 *a*.

Raymundus comes Narbonensis ad obediendum, et ad solvendas decimas archiepiscopo Narbonensi excitatur, 155 *a*. *V*. not. ad calc. eiusd. col.

Raymundus comes Tholosanus restituit oblationes monasterio S. Ægidii in Septimiana, 152. Eidem monasterio bona nonnulla elargitur, et elargitio eius confirmatur in concilio Nemausensi, 175 *a*.

Raynerius episcopus Aurelianensis, 94 *b*. Quae patraverit, *ibid*. Eius causa Senonensi archiepiscopo cognoscenda committitur, 95 *a*.

Raynerius S. R. E. cardinalis et legatus ad tuendam Narbonensis Ecclesiae dignitatem, eiusque auctoritatem in episcopos provinciae Tarraconensis, 155 *b*. *V*. not. ad calc. eiusd. col.

Raynerio Senensi episcopo facultas datur ecclesiam construendi in fundo Montis Bonizi sub annuo censu unius bizantii, Lateranensi patriarchio persolvendo, 625 *b*. et *seq*.

Rambertus episcopus Brixiensis fundat monasterium Ss. Faustini et Iovitae, 389 *a*.

Ranschovensis Ecclesia, 540 *a*. Bona et privilegia ei confirmata, *ibid*.

Ravellensis Ecclesia confirmationem obtinet bonorum omnium ad ipsam pertinentium, 121 *a*. Sub protectione Apost. Sedis suscipitur, denuo confirmatis eius bonis, 641.

Ravennatis Ecclesiae in Romanam Sedem perpetua obedientia atque observantia, 102 *a*. Eius episcopus deponitur, eique obedientiam nullam praestandam esse in posterum declaratur, *ibid*.

Ravennatium Ecclesia, eiurato schismate, in pristinam dignitatem restituitur, 285 *b*. et *seq*.

Ravennae exarchatus Gualterio archiepiscopo et successoribus eius confirmatur in perpetuum, 354 *b* et *seq*.

Reatina Ecclesia sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 608 *b*. Redditus ecclesiastici in quatuor partes dividendi, 52 *a*.

Regalia ecclesiasticis dimittenda Henrico regi, ecclesiasticis vero ea non invadendi praecipitur, 264 *a*.

Regii Lepidi Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 492 *b* et *seq*.

Reginensis episcopi sententia lata in controversia inter monasterium Ss. Salvatoris et Iuliae super dependentia quatuor villarum ad hoc monasterium pertinentium invalidatur, 580 *a* et *seq*.

Reicherspergense monasterium sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, confirmatisque bonis omnibus, plura monachis et praeposito conceduntur privilegia, 457 *a* et *seq*.

Reicherspergensis Ecclesia ordinis canonicorum S. Augustini sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia ac possessiones confirmantur, 532 *b* et *seq*.

Remensis archiepiscopus a nemine praeter Sedem Apostolicam iudicari potest, 99 *a*.

Remensis Ecclesia metropolis, 150 *a*.

Remigii (B.) monasterio confirmatur Ecclesia Marsanensis prope Traiectum Mosae, 415 *b*.

Remigii (S.) de Borbona Ecclesia Cluniacensi monasterio ab Attone Trecensi episcopo donata, eidem confirmatur, 467 *a* et *b*.

Remigii (S.) de Lintellis Ecclesia Cluniacensi monasterio ab Attone Trecensi episcopo donata, eidem confirmatur, 467 *a* et *b*.

Remigii (S.) de Lintis Ecclesia Cluniacensi monasterio ab Attone Trecensi episcopo donata, eidem confirmatur, 467 *a* et *b*.

Remigii (S.) de Plaiotro Ecclesia Cluniacensi monasterio donata ab Attone Trecensi episcopo, eidem confirmatur, 467 *a* et *b*.

Reparatae (S.) de Marradio ordinis Vallis-Umbrosae Faventinae dioecesis monasterium sub protectione Sedis Apost. suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 701 *b*.

Rettenbach. V. Mariae (S.) in Rettenbach canonicae, *etc.*

Richardus Bituricensis archiepiscopus in proprium gradum restituitur, 98 *a*.

Richerius Senonensis archiepiscopus in proprium gradum restituitur, 98 *a*.

Rigaldi (S.) de Avesia monasterium in Matisconensi dioecesi sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, remota quacumque laicali vel ecclesiastica iurisdictione, 39 *b* et *seq.*

Ripas (ad) Ecclesiae Salisburgen. dioecesis bona omnia confirmantur cum decreto immunitatis, 445 *a* et *seq.*

Ripensis Ecclesia canonicorum S. Augustini Ratisponen. dioecesis sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique confirmantur bona omnia ac immunitates, 505 *a* et *seq.*

Rivipollense monasterium obtinet ab Alexandro II PP. bullam pro stabilitate bonorum suorum contra cuiuscumque personae infestationem, 21 *a* et *seq.*, 170 *b*, 697 *a*, 702 *b*.

Roberti comitis de Loretello et Tassione fratrum donationes factae Ecclesiae Teatinae confirmantur, 277 *b* et *seq.*

Robertus simoniacus bona aufert Augiensis monasterii, 64 *b*. Anathemate feritur ab Alexandro II PP., *ibid.*

Robertus declaratur dux Apuliae, Calabriae et Siciliae, 112 *b*. Formula investiturae, *ibid.* Promittit fidelitatem et annuum censum Pontifici, *ibid.* et 113 *a*.

Roceius comes obtinet a Gregorio VII PP. sub quadam conditione eam Hispaniae partem, quam a Saracenorum manibus eriperet, 58 *a* et *seq.*

Rochabovecurt (de) Ecclesia a Willelmo Petragoricensi episcopo Cluniacensi monasterio donata, eidem confirmatur cum decreto omnimodae exemptionis a quacumque molestia, vi, *etc.*, 406 *b* et *seq.*

Rodulphi et Henrici ius in Theutonicorum regno examinatum, 98 *b*, 99 *a* et *seq.* Eorum causa ad Papam devolvitur, 108 *b*. Rodulphi electio confirmatur, 109 *a*.

Rodulphus Turonensis archiepiscopus in proprium gradum restituitur, 98 *a*.

Rogerius comes Salernitanus privilegia concedit Cavensi monasterio, quae ab Urbano II PP. confirmantur, 145 *a* et *seq.*

Rogerius comes Siciliae insulam liberat a Saracenis, 148 *b*. Syracusanam Ecclesiam restituit, bonisque auget, *ibid.* Melitense monasterium SS. Trinitatis et Michaelis Archangeli construit, 558 *a*.

Rogerii ducis donationes factae Melphiensi Ecclesiae confirmantur, 221 *b*.

Rogerius dux et frater eius Boamundus instant et obtinent ut Urbanus II PP. consecret Bantinum monasterium, 123 *a* et *seq*.

Rogerio Siciliae regi titulus regius ab Honorio PP. II concessus et investitura regni Siciliae eidem confirmantur ab Innocentio II PP., 442 *a* et *seq*. Eius bellica laus et merita in christianam religionem, *ibid*.

Romana abbatia super fluvium Iseram constituta, privilegia aliqua obtinet a Gregorio VII PP., 67 *b* et *seq*.

Romana Ecclesia caeterarum caput et magistra, 649 *a*. Eius est caeteris Ecclesiis providere, *ibid*.

Romanatus, quid sit, 814 *a*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Romanae Ecclesiae tamquam capiti a caeteris aliis obedientia est praestanda, 354 *b*.

Romanensis Ecclesia Viennensi Ecclesiae subiicitur, 86 *b*.

Ronchaliae villae Ecclesia ab episcopo Placentino costructa et canonicis S. Antonini donata, eisdem confirmatur, 399 *b* et *seq*.

Rorensi monasterio canonicorum regularium S. Augustini Ratisbonens. dioecesis bona omnia confirmantur, 575 *b* et *seq*.

Rorsham (de) monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, bonaque omnia eidem confirmantur, 676 *b* et *seq*.

Rossellana et Populoniensis Ecclesiae causam habentes super nonnullis possessionibus, ad concordiam revocantur, 76 *a* et *b*.

Rossellanae Ecclesiae sedes episcopalis, praedonum infestationibus agitatae et desolatae, Grossetum transfertur, 427 *b* et *seq*.

Rotense monasterium ordinis S. Benedicti sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, liberumque ab omni laicali potestate declaratur, 463 *b* et *seq*., 568 *b*.

Rothomagensis Ecclesia Lugdunensi subiicitur, 163 *b*.

Rothomagensis provincia Ecclesiae Lugdunensi subdita, 105 *a* et *b*.

Rothonense monasterium in Britannia constitutum confirmationem obtinet privilegiorum suorum, 93 *a* et *seq*. Sub protectione Apost. Sedis suscipitur et nonnulla ei conceduntur privilegia, 542 *a*.

Ruthenensis consessus, 671 *b*. Statuta eius pro ordine et quiete cleri Ruthenae dioecesis confirmantur, *ibid*. et *seq*.

Ruthenensis Ecclesiae canonicorum regularis vitae institutum confirmatur, eisque nonnulla conceduntur privilegia, 199 *b* et *seq*.

Ruthenensium canonicorum et monachorum Massiliensum controversia super ecclesia S. Amantii et sepultura civium Ruthenensium definitur ac componitur, 489 *b* et *seq*.

R

Sacerdotes fornicarii ab altaribus omnino removendi, 89 *a*.

Sacramenta a criminosis conlata, 205 *b*. Utrum illis uti possint fideles, *ibid*.

Sacrum Cereris, sive Sacrum Caesarianum, quid sit, 687 *a*. *V*. notam ad calcem colum. eiusd.

Saeculi curis ecclesiasticos implicari quam contrarium sit sacris canonibus, 263 *b*.

Saysel (apud) componitur controversia inter Arduinum episcopum et Amedeum comitem Gebennenses, 643 *b*.

Salernitana Ecclesia confirmationem rerum omnium ac privilegiorum suorum obtinet ab Alexandro II PP., 30 *a* et *seq.*.; nec non confirmationem honorum a Guillelmo Tancredae filio ei oblatorum et restitutorum, 31 *b* et *seq.* Eius decus, 190 *a*. Eius primatus super Consanam et Acheruntinam Ecclesias, 191 *a*. Illarum archiepiscopi semper cum consilio Salernitani archiepiscopi eligendi, *ibid.*

Salmoriacensis archidiaconia Ecclesiae Viennensi subiicitur, 86 *a*.

Salvatoris (S.) Constantien. monasterium confirmationem obtinet libertatum suarum ac solutionem census Romanae Ecclesiae debiti, 111 *b* et *seq.*

Salvatoris (S.) Ecclesia canonicorum oppidi S. Pauli sub protectione Apost. Sedis suscipitur, bonaque omnia ei confirmantur, 768 *b*.

Salvatoris (S.) et S. Iuliae martyris Brixien. dioecesis ord. Cassinen. monasterio bona omnia confirmantur, omnimodaque ei exemptio datur cum aliis privilegiis, 552 *b* et *seq.* Eius controversia cum episcopo Reginensi. *V.* Reginensis episcopi *etc.*

Salvatoris (S.) et S. Quirici Populionen. monasterio privilegium datur, quo sub protectione B. Petri suscipitur, et bona omnia ei confirmantur, 470 *a* et *seq.*

Salvatoris (S.) Papien. dioecesis ordinis Cistercien. monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 380 *b* et *seq.*, 510 *b*.

Salzburgensi archiepiscopo conceditur ut episcopatum in sua parochia constituat, qui ab eodem omnino pendeat, 36 *b* et *seq.*

Samso Remensis archiepiscopus graviter obiurgatur ab Eugenio III PP., quod Francorum regem, contra ius episcopi Bituricensis, in Bituricensi civitate coronare praesumpserit, ipsique propterea usus pallii interdicitur, 518 *a* et *seq.*

Sancii Hispaniarum regis in Sedem Apostolicam devotio, 66 *b*.

Saracenorum in Sicilia contra christianos persecutio, 148 *b*.

Saresbiriensis archiepiscopus si coronationi Henrici regis filii absque praestatione iuramenti factae interfuerit, excommunicatur tamquam Ecclesiae Cantuarien. invasor, 741 *b*. Poena ei infligitur, quod sine consensu archiepiscopi Cantuariensis regem coronaverit, 745 *a* et *b*.

Sarlatense monasterium a Pipino et Carolo principibus fundatum, sub S. Petri tuitione recipitur, eique bona omnia confirmantur, 588 *b* et *seq.*

Satyri (S.) Bituricensis dioecesis monasterium sub protectione Apost. Sedis suscipitur, eique bona omnia et immunitates confirmantur, 687 *a* et *seq.*

Satyri (S.) Bituricens. in Ecclesia ordo regularis S. Augustini instituendus, servandus, et canonicis saecularibus regulares substituendi decernitur, cum confirmatione bonorum eius, 369 *a* et *seq.*

Saturnini (S.) in pago Urgellensi monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique privilegia et donationes omnes confirmantur, 196 *b* et *seq.*

Savario de Maloleone crucesignato ius cudendi monetam ab Angliae rege ei concessum, ab Honorio II PP. confirmatur, cum annuo censu aureae marchae, 356 *b*.

Savigniensi monasterio Eboracens. dioecesis bona omnia confirmantur, et libera a cuiuscumque personae molestia sub excommunicationis poena declarantur, 356 *a*, 548 *b*, 612 *a*.

Savinae (S.) martyris Ecclesia Marsorum cathedralis declaratur, 275 *a*.

Savini (S.) monachi inobedientes et post excommunicationem divina officia celebrantes, ad monasterium Massiliense mittuntur, ut ibi poenitentiam agant de tanto excessu, 754 *b* et *seq.*

Savini (S.) Placentinae dioecesis monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, bona ei omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur privilegia, 759 *b.*

Savini (S.) Tarbien. dioecesis monasterio bona omnia confirmantur, 694 *b* et *seq.*

Schiphati et schyphati, quid sint, 443 *a.* *V* not. ad calcem colum. eiusd.

Schisma sub Alexandro III PP., 658 *a.*

Schismaticorum et haereticorum sacramenta formam habere, sed non virtutis effectum declaratur, 206 *a.*

Schyrense in Bavaria monasterium sub protectione Apost. Sedis recipitur, eique bona omnia ac donationes factae a proceribus, episcopis, caeterisque confirmantur, 514 *b* et *seq.*

Scotiae episcopis antiquae libertates et consuetudines confirmantur, causaeque graves Sedi Apostolicae reservantur, 746 *b* et *seq.*

Sedes Apostolica sola, non synodo praecedente, valet suo statui restituere quos synodus inique damnaverit, 202 *b.* Eius iudicia nemini licet retrahere, *ibid.* Potestatem habet novas erigendi, innctas separandi, dissitas uniendi Ecclesias, 748 *b.* Sedes Apost. prava tolerat, sed a canonicis constitutionibus non discedit, 66 *b.* Sola potest a synodo prave damnatum absolvere, 202 *b.*

Senonensis archiep. contumacia, 163 *b.* Officio privatur, *ibid.* Ipse et successores eius Lugdunensi archiepiscopo tamquam primati subiiciuntur, *ibid.*

Senonensis provincia Lugdunensi Ecclesiae subdita, 105 *b.*

Septimianum monasterium S. Salvatoris in tutelam Sedis Apostolicae recipitur, et privilegia alia obtinet, 95 *a* et *seq.*

Sepulchri (S.) Ecclesia et fratres. *V.* Hierosolymitani sepulchri *etc.*

Siciliae insula a Saracenis vastata, 148 *b.*

Sigefredi Placentini episcopi institutio confirmatur, 682 *a.*

Silvestri (S.) Ecclesia ab Attone Trecensi episcopo Cluniacensi monasterio donata, eidem confirmatur, 467 *a* et *b.*

Simon Noviomensis et Guarinus Ambianensis episcopi Ecclesiam Montis Desiderii donant monasterio Cluniacensi, 407 *b* et *seq.* Donatio eorum confirmatur, *ibid.*

Simonia damnatur ab Alexandro II PP. in concilio Romano I, 23 *a* et *seq.* Per simoniam nullus est ordinandus, 24 *b.* In Lucensem Ecclesiam invecta, 51 *a.* Triplex eius species: a manu, ab obsequio, a lingua, 104 *b.* Quam grave peccatum, 737 *b.* Ei subiectum esse declaratur dantem simul et accipientem, *ibid.*

Simoniaci a sacris sunt removendi, 70 *b*, 199 *a.* Gravis peccati rei, et ira Dei super illos, 205 *a.*

Simoniacum est rem ecclesiasticam vendere vel adipisci munere linguae, vel indebiti officii, vel pecunia, 204 *a.*

Siracusana Ecclesia a Rogerio comite Agarenis restituta, bonisque aucta confirmatur, indicta poena excommunicationis contra eam quomodolibet perturbantes, 148 *a* et *seq.* Confirmantur ei bona; episcopus eius pallio exornatur; Apostolicae Sedi immediate subiicitur, 707 *b.*

Sixti (S.) Placentinae dioecesis monasterium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 384 *b*, 608 *b.*

Synodus. Materiae in ea definitae non amplius tractandae sunt, 449 *b*.

Syrus episcopus Ianuensis diuturnas inter Pisanos et Ianuenses discordias componit, qua re, archiepiscopali honore ornatur, 377 *a* et *seq*.

Sophiae (S.) Beneventanae dioecesis monasterium confirmationem honorum ac privilegiorum obtinet, eiusque abbati quinquies in anno chirothecarum usus conceditur, 139 *b* et *seq*. Bona omnia iterum ei confirmantur, 222 *b* et *seq*., 235 *a*. Soli Apost. Sedi subiectum declaratur, 307 *b*.

Sophiae (S.) Capuanae dioecesis monasterio facultas datur ducendi aquam ex fluvio Caloris, confirmaturque ei concambium, 285 *a* et *seq*.

Soranae (S.) Ecclesiae limites describuntur, eiusque bona omnia confirmantur, 257 *b* et *seq*.

Spei vis in Deum, 71 *a*.

Spoletanae cathedrali Ecclesiae bona confirmantur, 34 *a* et *seq*.

Sponheimense monasterium Moguntin. dioecesis sub protectione Apost. Sedis recipitur, bonaque omnia ei data confirmantur, 361 *a* et *seq*.

Squillacensis Ecclesia sub speciali Sedis Apostolicae iure recipitur, eique bona omnia, et ea, quae ab Adelasia comitissa donata sunt, confirmantur, cum decreto immunitatis et libertatis, 258 *b* et *seq*.

Staingaden (de) Ecclesiae S. Ioannis Baptistae canonicorum ordinis Praemonstratens. confirmantur bona, eique privilegia nonnulla conceduntur, 633 *a* et *seq*.

Stephani (S.) Ecclesiae Bisunt. dignitas matricis adiudicatur, 280 *b*.

Stephani (S.) Ecclesiae consuetudines favore monachorum Trenorciensis monasterii confirmantur, 301 *b*.

Stephani (S.) et S. Ioannis Baptistae Bisuntinae Ecclesiae canonicorum controversia definitur, 280 *a* et *seq*. A iuramentis per eos factis liberi et soluti declarantur, 295 *b* et *seq*. S. Stephani canonici obreptitie privilegium maternitatis Ecclesiae eorum in damnum Ecclesiae S. Ioannis a Paschali PP. II extorquent, 320 *a*. Res a Calixto dum legationis munere fungeretur in Galliis examinatur, *ibid*. Sententia fertur, qua maternitas Ecclesiae S. Ioannis adiudicatur, *ibid*. *b*. Canonici S. Stephani, obtenta frandolenter dilatione, Paschalem PP. adeunt, sparsisque per urbem figmentis, privilegium pro se extorquent, 321 *a*. Non multo post fraus ab eodem Paschali detegitur, *ibid*. Reasumpta causa a Calixto successore eius, privilegium Paschalis cassatur, et maternitas Ecclesiae S. Ioannis adiudicatur, cum decreto ut ecclesia S. Stephani consuetudines illi omnes persolvat, quas priscis temporibus solvere solebat, *ibid*. *b*. Bisuntino demum archiep. ius conceditur animadvertendi in canonicos S. Stephani, nisi huic decreto acquieverint, 322 *a*. Haec controversia tandem componitur, et monitorium datur contra canonicos S. Stephani, ut privilegium per eosdem a Paschali PP. obreptitie extortum, reddant sub poena excommunicationis, 336 *a* et *b*, 337 *a* et *b*.

Stephani (S.) Lauden. dioecesis monasterio bona omnia ac donationes confirmantur, 244 *b* et *seq*.

Stephanus Ecclesiae Aniciensis invasor, 79 *b*. Promittit illam dimissurum, 87 *a*. Id non praestat, *ibid*. Sententia excommunicationis cum suis fautoribus punitur, *ibid*.

Stephanus Anglorum rex donat monasterio Cluniacensi monasterium de Letcumba et donatio eius confirmatur, 461 *a* et *seq*., 462 *a* et *seq*.

Stephanus Parisiens. episcopus Argentoliense monasterium fundat, 363 *b*.

Steinfeldense monasterium ordini canonicorum Regularium Sancti Augustini datur, 416 *b*. Regulae in eo observandae, 417 *a*.

Stokes (de) Ecclesia et monasticus ordo in eodem loco institutus, sub protectione Apost. Sedis recipiuntur, bonaque omnia confirmantur, 769 *b*.

Sturmii (B.) abbatis Fuldensis canonizatio, eiusque adscriptio in numerum sanctorum confessorum, 437 *b*.

Subdiaconi uxoribus vacantes a sacro Ordine et beneficio sunt removendi, 198 *a*.

Sublacensi monasterio monasterium S. Erasmi Romae in Monte Coelio in perpetuum conceditur, 191 *a* et *b*. Statutum ei datur, ne cuilibet abbati illius bona dilapidare liceat; quod si contingat, ad Sedem Apostolicam esse reclamandum, 742 *a*.

Succentor, quid sit, 280 *b*. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Suffocatio prolis delictum cuius atrocitas Scriptura et Patribus declaratur, 734 *a*.

Svetia simonia et ecclesiasticae disciplinae inobservantia labefactata, 736 *a*. Exhortantur Svetiae episcopi ad mala haec impedienda et eradicanda, *ibid. b*.

Swina (de) et de Cotum moniales exemptae declarantur a solutione decimarum, 802 *a*.

T

Taliacozo (de) Bartholomaeus recusat consuetudines male exactas, et recusatio eius rata habetur, 747 *b*.

Tarentasiensis Ecclesia Viennensi subiicitur, 86 *a*, 208 *a*.

Tarracona inter nobiliores Hispaniae urbes a Berengario Romanae Ecclesiae donatur, 136 *a*. Instrumentum huius donationis. *V*. not. ad calcem colum. eiusd.

Tarraconensis Ecclesia reparanda, 124 *b* et *seq*. Ab Agarenorum manibus vindicata Ausonensi episcopo committitur, usquedum pristino statui ac splendori reddatur, 136 *a* et *seq*. Episcopus pallio exornatur, 137 *b*. Eius dignitas, 283 *a*.

Tarvisina Ecclesia sub tutela Sedis Apostolicae suscipitur, 725 *b*, 825 *b* et *seq*. Concessiones et bona omnia ei confirmantur, *ibid*. Novaque approbatur constitutio pro canonicorum eius indemnitate, 826 *a*.

Tassionis et Roberti comitis de Loretello fratrum donationes factae Ecclesiae Teatinae confirmantur, 277 *b* et *seq*.

Taurinensis episcopus. *V*. Cumbertus.

Tauronensis Ecclesiae Militensi subiicitur, 329 *a*.

Teatinae Ecclesiae confirmantur donationes factae a Roberto comite de Loretello et Tassione fratribus, 277 *b* et *seq*. Sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur cum confirmatione bonorum, assignatione finium, decreto immunitatis, 762 *b*.

Tedaldus ab Henrico rege in Mediolanensem Ecclesiam intruditur, 75 *b*. Ad limina apostolorum vocatur ad probandam legitimam sui promotionem, *ibid*.

Tegerneseense monasterium confirmationem bonorum omnium, donationum et exemptionum obtinet, illudque ordinario episcopo subiectum in spiritualibus declaratur, 560 *a* et *seq*.

Teloneum, quid sit, 167 *a*. *V*. not ad calc. colum. eiusd.

Tergestina Iustinopolitanae Ecclesiae unitur ad tempus, 804 *b*.

Terrae Maioris monachis perpetuum indicitur silentium, et Ecclesiae de Casali Plano S. Mariae Cassinensibus abbatibus adiudicatur, 267 *b* et *seq*.

Terrae Sanctae, sub Balduino rege, miserabilis status, 719 *b*. A Paganis devastata, 720 *a*. Excitantur reges, principes et omnes alii ad eius subsidium, *ibid.* lique ad facinus incitantur modis omnibus, *ibid. b*, 721 *a* et *seq.*

Theobaldus vir religiosus sancte vixit, 836 *a*. Miracula et merita ipsius commendantur, *ibid. b*. Vita et miraculis eius probatis, inter sanctos annumeratur, et memoria eius solemniter celebrari mandatur, *ibid.*

Theodori (S.) abbatia Viennensi Ecclesiae subiicitur, 86 *b*.

Theodori (S.) de Rocha Bovicorit Ecclesia a Willelmo Petragoriensi episcopo donata monasterio Cluniacensi, eidem confirmatur, 329 *b* et *seq.*

Theutonicorum regnum. V. Legati apostolici a Gregorio VII PP. designantur ad pacem conciliandam in regno Theutonicorum.

Thomae archiepiscopi Cantuariensis et Henrici Angliae regis causa dignoscitur et iudicatur a legatis pontificibus, 718 *a* et *seq.* Pro tuenda Ecclesiae libertate cum clericis et consanguineis suis in exilium pulsus, 740 *b*, 741 *a*, 745 *a*. Eius merita in vita et gloriosa passio, 758 *a*, 759 *a*. Insignia patrata miracula ab eo post mortem, 758 *a*. Canonizatio eius et adscriptio in cathalogo Ss. Martyrum, *ibid.* 759 *a*. Eius corpus sub altari Cantuariensis Ecclesiae recondi praecipitur, 758 *a*, 759 *a*; eiusque implorari patrocinium mandatur, *ibid.*

Toletana urbs ab Ildefonso rege ex Maurorum servitute vindicata, prima Hispaniarum sedes declaratur, 215 *a*.

Toletanae Ecclesiae primatus super caeteras omnes Hispaniarum Ecclesias, 214 *b*, 326 *b*, 495 *b*, 576 *b*, 215 *a*, 630 *a*. Eidem subiiciuntur Hispaniarum Ecclesiae omnes, quae suos amiserant pastores post Saracenorum incursiones, 326 *b* et *seq.* Eius archiepiscopus pallio exornatur, 214 *b*, 495 *b*, 630 *b*. Aliorum episcoporum causae cognoscendae eidem archiep. traduntur, 214 *b*. A Saracenis occupata, ab eorum manibus vindicatur per Ildefonsum regem, 630 *a*. Complutensis Ecclesia ei subiicitur; archiepiscopus eius Hispaniarum primas declaratur, eique palii usus confirmatur, *ibid.*

Tolosana Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, quae nullo modo auferri, vel alienari posse statuitur, 458 *b* et *seq.*

Tolla (de) monasterium sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 550 *b* et *seq.*

Tornacensis Ecclesia, paucis clericis instructa cum magna possessionum copia, 728 *b*. Alexander III PP. indulget ut quadraginta canonici instituantur ex triginta praebendis, dummodo canonici honestam habeant substentationem, *ibid.*

Tosta, tofta, tostum, quid sit, 674 *a*. V. not. ad calcem colum. eiusd.

Traiani episcopi a Summo Pontifice consecrari, omnibus et singulis eorum Ecclesiae bonis frui, absque ullius personae vi, sive molestia statuitur, 211 *a*.

Trenorciense monasterium in tutelam Apostolicae Sedis recipitur, eique confirmantur bona omnia, iura ac consuetudines, 165 *a*, 293 *a*, 300 *b*, 523 *b*. Monachis eius conceditur facultas eligendi abbatem de gremio eorum, 293 *a*. Eius Ecclesia Ss. Valeriani et Philiberti a Calisto PP. consecrata, patrocinio Sedis Apostolicae communitur, liberaque ab omni decimarum vel alterius oneris solutione et ab omni episcopali iure declaratur, 318 *b*, 371 *b*. Ecclesiae nonnullae adiudicantur ei, indicto silentio monachis S. Florentii, 165 *b*, 166 *a*. Confirmantur

ei Ecclesiae de Pleniasco et de Tusilliano Lugdunen. et Claromonten. dioecesis, 447 *a*.

Tresilliaci Ecclesia Trenorciensi monasterio confirmatur, 447 *a* et *seq*.

Trevirensis archiepiscopus commissionem habet a Gregorio VII PP. pro cognoscenda causa, quae inter Tullensem episcopum et quemdam eius clericum versatur, 65 *a* et *seq*.

Tribus Fontibus (de) coenobio monasterium Cheminon ab ordine S. Nicolai de Aroasia translatum ad ordinem Cisterciensem subditur, 424 *b* et *seq*.

Tricastinae Ecclesiae iura, 159 *b*. Ei unitur Arausicana Ecclesia, 160 *a*.

Trinitatis (SS.) Ecclesia a Liprando presbytero Mediolanensi fundata ad pontem Guinzelmi, bullam exemptionis obtinet ab Urbano II PP., 201 *b* et *seq*.

Trinitatis (SS.) et Michaelis Archangeli de Mileto dioecesis Militen. monasterium. *V.* Melitense monasterium.

Trinitatis (SS.) de Bello Monte Ecclesia monasterio Benensi confirmatur, 593 *b*, 594 *a*.

Trinitatis (SS.) de Cava monasterio, caeterisque in dioecesis Salernitanae constitutis monasteriis privilegia concessa in praeiudicium archiepiscopi irritantur, cum decreto, quae ab iisdem monasteriis post mortem Gregorii VII sunt acquisita, suis reddendi Ecclesiis, 188 *a* et *seq*.

Trinitatis (SS.) de Monte Sacro ordinis Cassinen. Sipontinae dioecesis monasterio; confirmatis bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia, 650 *a* et *seq*.

Troianae Ecclesiae privilegium datur, 210 *b*.

Tulbae coenobium sanctimonialium noviter constructum sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 451 *b* et *seq*.

Tullensis episcopus causam habet cum quodam clerico, pro qua cognoscenda adhibentur archiepiscopus Trevirensis et episcopus Metensis, 65 *a* et *seq*.

Turonensis Ecclesiae cum Dolensi controversia definitur, 109 *b*. Lugdunensi subiicitur, 163 *b*. Confirmantur ei privilegia omnia, ac praesertim ut in gravioribus causis a solo Romani Pontificis iudicio dependeant eius canonici, 164 *a* et *seq*.

Turonensis provincia Ecclesiae Lugdunensi subdita, 105 *a*.

Tussiacensis synodus, 167 *a*.

U

Ugo Bisuntinus archiepiscopus in proprium gradum restituitur, 98 *a*.

Ultraiectinae Ecclesiae confirmantur ab Eugenio III PP. privilegia omnia ei concessa a Conrado III, aliisque regibus ac imperatoribus, 508 *b* et *seq*.

Undesdorf Frinsingensis dioecesis Ecclesia. *V.* Petri (S.) Ecclesia in Undesdorf.

Unitas cum capite religionis, 363 *a*.

Urbanus II PP., 121 *b*. Ecclesiam Cavensis monasterii dedicat, 143 *b*. B. Martini Turonen. Ecclesiam invisit, 164 *b*, 166 *a*. Totis viribus incumbit ad servandam dignitatem et ad tuenda bona Ecclesiae Narbonensis, 155 *a*. *V.* not. ad calcem col. eiusdem. Eius simbolum, 166 *a*. In concilio Nemausensi controversiam inter Conchenses monachos et Figiacenses componit, et utrique monasterio proprium abbatem indulget, 169 *b* et *seq*. Magno comparato exercitu,

Hierusalem et alias civitates expugnat, Francorum praesertim fretus auxilio, 522 *a*.

Urgellensi (S.) Ecclesiae bona omnia confirmantur, 189 *a* et *seq*.

Ursus episcopus Barensis nonnulla bona monasterio Omnium Sanctorum donat, 504 *a*.

V

Valciodorense monasterium supra fluvium Mosam, sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eidemque bona omnia confirmantur, 574 *b* et *seq*.

Valentina Ecclesia Viennensi subiecta, 208 *a*.

Valeriani martyris et Philiberti confessoris (Ss.) Ecclesia monasterii Trenorciensis libera ab omni saeculari et ecclesiastico iure declaratur, 294 *b*, 319 *a*, 372 *a*, 524 *a*.

Vallis Umbrosae coenobium monasteriorum omnium Vallis Umbrosae caput constituitur, 133 *b*. Congregatio monachorum eius approbatur et sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, *ibid.*, 364 *b*, 787 *b*. Bona omnia, indulta et privilegia confirmantur ei et aliis monasteriis eiusdem ordinis, quae recipiuntur quoque sub protectione Apostolicae Sedis, 364 *b*, 787 *b*.

Vaticanae basilicae S. Petri canonicis conceditur quarta pars oblationum omnium, quae in eadem Ecclesia fiunt, 587 *b* et *seq*.

Veges, quid sit, 814 *a*. V. not. ad calcem colum. eiusdem.

Veliternensi civitati, abolitis omnibus actibus a Guiberto antipapa in praeiudicium eius, confirmantur privilegia, 218 *b*. Describuntur fines territorii eius, 219 *a*.

Venditores columbarum, qui sint, 52 *b*.

Vercellensis Ecclesia canonicorum B. Eusebii sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 460 et *seq*.

Veronensis Ecclesiae bona omnia confirmantur cum decreto immunitatis, 324 *a*. Sub protectione apostolica suscipitur cum nova confirmatione bonorum, 516 *a*, 799 *a*. Eius capitulo confirmantur bona omnia, cum decreto, quod absque sanioris partis consensu alienari non possint, *ibid. b*.

Verulanus episcopus Ecclesias aliquas concedit monasterio Cassinensi, 621 *a*.

Verulensi Ecclesiae confirmantur donationes factae, vel in posterum faciendae, cum decreto immunitatis eiusdem ecclesiae ac bonorum eius, 185 *a* et *seq*.

Vezeliacensis monasterii bona omnia a cuiuscumque personae iurisdictione atque molestia libera declarantur, 229 *b* et *seq*.

Viacense monasterium Aureliacensi confirmatur, 111 *a*.

Victor antipapa, 364 *b*.

Victor III PP., 120 *b*.

Victorini (S.) monasterium monialium in civitate Beneventana, Apostolicae Sedi immediate subiicitur, nonnullisque augetur privilegiis, 698 *a* et *seq*.

Victoris (S.) Massilien. dioecesis monasterio bona omnia ac privilegia confirmantur, 270 *a* et *seq*.

Viduarum mariti et bigami a sacris ordinibus sunt segregandi, 199 *a*.

Viennensis Ecclesia primatum habet super septem provincias, 85 *b*. Ab Apostolis fundata fuit, 86 *a*. Ecclesiae ei suffraganeae enumerantur; bona, donationes, privilegia, iura omnia ei confirmantur, et Guidoni eius archiepiscopo pallium

conceditur, 208 *a*. Confirmantur ei privilegia omnia pontificia, imperialia et regia, 305. Primatus eius asseritur super septem civitates, sex aliae civitates ei subiiciuntur, et Tarantasiae archiepiscopus tamquam primati, *ibid.* Soli Romano Pontifici et eius *de latere* legatis subiecta declaratur, 306 *a*.

Villelmus abbas curam suscipit monasterii S. Salvatoris de Scapusta, 111 *b*. Laudatur et vicarius Gregorii VII PP. constituitur, *ibid.*

Vincentii (S.) Bergomensis civitatis canonicorum collegium sub protectione Apostolicae Sedis suscipitur, bona omnia confirmantur ei cum decreto omnimodae exemptionis ab omni perturbatione, 349 *b*. Eius controversia cum canonicis S. Alexandri eiusdem civitatis de prima sede praeposito in sinistra parte chori definitur ac componitur, 403 *b* et *seq.*

Vindocensis abbas controversiam habet cum rectore monasterii S. Pauli de ecclesia S. Priscae, quae Vindocinensibus abbatibus adiudicatur, 25 *a* et *seq.*

Vindocinensi monasterio ecclesia S. Priscae adiudicatur, 25 *a*. Eius controversia cum S. Albini Andegaven. monachis super ecclesia S. Mariae Credonen. definitur et componitur, 138 *b*. Privilegia omnia et praecipue totale dominium in Ecclesia S. Priscae confirmantur ei, solique Apostolicae Sedi subiectum declaratur, 298 *b* et *seq.*

Vitalis (S.) ordinis Cassinensis Ravennatens. dioecesis monasterium sub protectione Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia confirmantur, 639 *a* et *seq.*

Vitmacense monasterium soli Apostolicae Sedi subiectum, 240 *b*.

Vivarium. V. Albana Ecclesia.

Vizeliacensi monasterio a Gerardo comite et Berta uxore eius constructo confirmantur et renovantur privilegia omnia iam ei concessa a Nicolao PP. II, 229 *b*.

W

Walarici (S.) monasterium in comitatu Vitmacensi situm, sub Apostolicae Sedis tutela et iure recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 240 *b* et *seq.*

Walterus de Duaro, vel Duaco absolutionem postulat a Gregorio VII excommunicationis qua ligatus fuerat ab archiepiscopo Remensi, 87 *b*.

Welfon Bavariae dux canonicam erigit in Rettenbach, 130 *a* et *b*.

Welphon Spoleti dux ecclesiam S. Ioannis Baptistae de Staingaden fundat, 633 *b*.

Werdense monasterium, 412 *b*.

Widberg Ecclesia ordinis Praemostraten. Bamberg. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, eique bona omnia, principumque oblationes confirmantur, 535 *b* et *seq.*

Willelmi comitis Matisconensis et Petri abbatis Cluniacensis transactio super Calderia de Ledone confirmatur, 544 *a* et *seq.*

Willelmi Marvallensis dominium a comite Gebennensi Amedeo indebite acceptum, 643 *a*.

Willelmus (S.) Disionensis abbas monasterium Fructuariense fundat, 17 *b*.

Willermus Petragoriensis episcopus monasterio Cluniacensi donat ecclesiam Sancti Theodori de Rocha Bovicorit, 329 *b*. Eidem monasterio donat Ecclesiam de Rochabovecurt, et donatio eius a Pontifice confirmatur, 407 *a*.

Wisegradensis Ecclesia Boemiae caput et metropolis declaratur, 50 *a*.

Wlmeri (S.) monasterium abbatibus Cluniacensibus in perpetuum subiicitur, 252 *a*.
Wormacense concilium, 347 *a*.
Wratislaus dux Ecclesiam Wisegradensem fundat, 50 *b*.

Z

Zachariae (S.) Venetiarum monasterio bona omnia et privilegia confirmantur, 820 *b* et *seq*.
Zenonis (S.) Halensis Ecclesiae fundatio confirmatur, bonaque omnia ei data, et quae in futurum poterit acquirere confirmantur, 525 *a*. Ordo canonicus in ea confirmatur, 534 *b*. Bona eius omnia ac privilegia iterum confirmantur, 631 *a*. Sub Apost. Sedis protectione suscipitur cum nova confirmatione bonorum et privilegiorum eius, 711 *a*.
Zenonis (S.) monasterium in Pisana urbe constitutum sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 113. Confirmantur ei bona, et privilegia nonnulla conceduntur, *ibid*.

INDEX ALPHABETICUS PONTIFICUM

QUORUM BULLÆ IN HOC II TOMO CONTINENTUR

Alexander II	habet Constit.	XXXIII.	
Alexander III	»	CXIII.	
Anastasius IV	»	XIV.	
Callistus II	»	XL.	
Coelestinus II	»	VI.	
Eugenius III	»	LVIII.	
Gelasius II	»	X.	
Gregorius (S.) VII	»	LXI.	
Hadrianus IV	habet Constit.	XXII.	
Honorius II	»	XII.	
Innocentius II	»	LXXXIII.	
Lucius II	»	XVIII.	
Paschalis II	»	LVII.	
Victor III	»	I.	
Urbanus II	»	LVIII.	

INDEX CHRONOLOGICUS

PONTIFICUM OMNIUM

Quorum Bullae, Privilegia et Diplomata in hoc secundo volumine continentur.

Alexander II	Anno	1061	*pag.*	17
Gregorius (S.) VII	»	1073	»	57
Victor III	»	1086	»	120
Urbanus II	»	1088	»	121
Paschalis II	»	1099	»	206
Gelasius II	»	1118	»	282
Callistus II	»	1119	»	293
Honorius II	»	1124	»	349
Innocentius II	Anno	1130	*pag.*	364
Coelestinus II	»	1143	»	468
Lucius II	»	1144	»	478
Eugenius III	»	1145	»	508
Anastasius IV	»	1153	»	596
Hadrianus IV	»	1154	»	622
Alexander III	»	1156	»	656

INDEX INITIALIS

BULLARUM OMNIUM, QUÆ IN HOC II TOMO HABENTUR

ordine alphabetico dispositae.

A

Accepimus a quibusdam, *pag.* 46.
Actorum synodalium, 215.
Ad Apostolicae Sedis, 22.
Ad audientiam apostolatus, 754.
Ad audientiam nostram, 710.
Ad haec nos, 201.
Ad hoc in Apostolicae Sedis, 249, 300, 349, 375, 438, 461, 475, 480, 502.
Ad hoc in beati Petri, 380.
Ad hoc in sancta Matre Ecclesia, 357.
Ad hoc in sede iustitiae, 580.
Ad hoc nobis, 356, 367, 381, 511.
Ad hoc sancti Patres, 550.
Ad hoc universalis Ecclesia, 453.
Ad hoc universalis Ecclesiae, 364, 385, 389, 538, 540, 654.
Ad hoc universalium Ecclesiarum, 715.
Ad praesentium notitiam, 159.
Admonere te, frater, 65.
Admonet nos, 746.
Ad Sedem Apostolicam, 18.
Æquitatis et iustitiae, 460.
Æquum et rationabile, 488, 490.
Æterna et incommutabilis, 658.
Anno dominicae incarnationis MXCII, 138.
Antiqua sanctorum Patrum, 104.
Apostolicae officium dignitatis, 647.
Apostolicae Sedis, 151, 170, 172, 174, 258, 269, 270, 276, 317, 402, 433, 548, 577, 612, 785.
Apostolici moderaminis, 526, 574, 820.
Arelatensem metropolim, 602.
Atrebatensis Ecclesia, 151.
Audistis, fratres, 75.
Auditum est apud nos, 202.
Audivimus et audientes, 200.
Austri terram, 239.

B

Beate Petre, 74, 107.
Beatorum Petri et Pauli, 587.
Benedictus Deus, 781.
Bonae memoriae, 757.
Bonis fratrum, 344.
Bonis saecularium studiis, 312.
Bonorum omnium Largitori, 166.
Bonus et diligens, 406.

C

Charitatis bonum est, 287.
Charitatis est donum, 253.
Christianae fidei religio, 618.
Clamor abbatis Aureliacensis, 110.
Clericorum vestrae Ecclesiae causam, 106.
Cluniacensis monasterii, 284.
Cognoscentes quod Fructuariense, 17.
Commissa nobis, 447.
Commissae nobis, 560, 562, 704, 806.
Communi et speciali debito, 794.
Constat Ecclesiam Coloniensem, 69.
Constituti a Domino, 735.
Contigit olim, 684.

Convenit apostolico moderamini, 23, 35, 38, 47, 91.
Cor nostrum, 719.
Cum beatus apostolus Paulus, 62.
Cum divina Providentia, 51.
Cum divini dispensatione iudicii, 208.
Cum ex Apostolicae Sedis moderamine, 85.
Cum ex iniuncto nobis, 625, 645, 765.
Cum nostrae sollicitudinis, 697.
Cum omnes Ecclesiae filios, 613.
Cum omnibus ecclesiasticis personis, 552, 558, 566.
Cum omnibus Ecclesiis, 435, 601.
Cum omnibus Sanctae Ecclesiae filiis, 157, 528.
Cum omnibus sanctae filiis Ecclesiae, 122.
Cum omnium Ecclesiarum, 789.
Cum omnium Ecclesiae filiorum, 117.
Cum omnium fidelium, 27, 176.
Cum Orientalis terra, 721.
Cum pro beati patris, 225.
Cum pro negotiis, 170.
Cum universae, 809.
Cum universis Sanctae Ecclesiae filiis, 133, 141, 143, 153, 228, 299, 523.
Cum vos ea a Sede Apostolica, 99.
Cum vos per Dei gratiam, 798.

D

Decessorum statuta, 320.
Desiderium, quod, 210, 252, 366, 445, 451, 455, 465, 469, 473, 483, 494, 504, 513, 532, 536, 542, 547, 687, 787, 828.
Devotionem tuam, 318, 507.
Dignum valde, 437.
Dilecti filii, 554.
Dilectissimus et reverentissimus frater, 124.
Discordiam, quae inter vos, 336.
Discretioni nostrae, 139.
Discretionis vestrae, 702.
Divinae legis institutionibus, 263.
Divinae miserationis intuitu, 123.
Divinis praeceptis, 244.
Docente nos Apostolo, 288.
Dominum excelsum, 256.
Domus Domini, 372.
Donationes et beneficia, 367.

E

Ea, quae ad incrementum, 746, 754.
Ea quae Dominus, 50.
Ea quae iudicio, 754.
Ecclesiae filios, 252.
Effectum insta postulantibus, 626, 667, 693, 725, 675.
Ego Gregorius, 112.
Ego Henricus, 347.
Et charitatis debito, 608.
Et commissi nobis officii, 306.
Et iustitiae ratio, 563.
Et prava corrigere, 218.
Et religio Cluniacensis, 256.
Etsi Ecclesiarum, 305, 506.
Etsi teneamur omnibus, 812.
Ex administratione officii, 409.
Ex Apostolicae Sedis, 163, 391, 463.
Ex commissi vobis officii, 727.
Ex commisso nobis, 474, 490, 492.
Ex consideratione, 30, 39.
Ex debito suscepti, 775.
Ex iniuncto nobis, 459, 708, 818.
Ex litteris, 764.
Ex officii nostri debito, 192.
Ex praedecessoris nostri, 278.
Ex parte tuae magnitudinis, 822.
Ex transmissa conquestione, 698.
Exigunt gratissimae devotionis, 801.

F

Fallax et invidus, 552.
Fidei et devotionis, 682.
Fidelitatis ac devotionis vestrae, 67.
Fraternitatis tuae prudentiam, 69.
Fraternitatem vestram, 168.

G

Gaudendum est universitati, 759.
Gerardus Cameracensis electus, ad nos veniens, 89.
Gloriosa et admirabilis, 623.
Gratias agimus omnipotenti Deo, 81.

I

Iamdudum apud nos, 213.
Igitur ob reverentiam, 63.
Ignem semper, 291.
Ignem venit Dominus, 392.
Illius devotionis, 669.
In Apostolicae Sedis, 308, 369, 426, 696, 750.
In eminenti Sedis Apostolicae, 570, 571, 591, 609, 762.
In beati Petri cathedra, 422.
In eminenti Apostolicae Sedis, 397, 496, 557, 564, 604.
In eminenti universalis Ecclesiae, 599.
In monasticae legis, 233.
In primis locorum, 716.
Incomprehensibilis et ineffabilis, 351, 430.
Intelligentes errorem vestrum, 61.
Inter omnia coeli sidera, 648.
Inter primas Hispaniarum urbes, 156.
Inter Sancti Stephani, 280.
Inter universas Ecclesias, 621.
Inter vestram, 295.
Inter vos et monachos, 331.
Invicta fides et devotio, 356.
Iustis fratrum nostrorum, 578.
Iustis petentium desideriis, 742.
Iustis religiosorum desideriis, 673, 730,
Iustis votis assensum, 185, 189, 226, 236, 279, 293, 332.
Iustis votis consensum, 211.
Iustitiae ac rationis, 404.
Iustus Dominus, 377.

L

Laudabiliter et fructuose, 627.
Laudes et gratias, 425.
Legimus, Iosue, 71.
Liberalitatis laudabile genus est, 374, 462.
Licet apostolicis nos apicis una, 114.
Licet omnibus Ecclesiis, 822.
Licet omnium Apostolorum, 804.
Licet omnium Ecclesiarum, 661.
Liquet sanctorum canonum institutis, 149.
Litteras devotionis vestrae, 291.
Litteras quas Poppo praepositus, 72.
Locorum venerabilium, 399, 415.

M

Magnificentiae tuae nuntios, 718.
Manifestis comprobatum est, 816.
Meminisse debetis, 92.
Memores divinae gratiae, 95.
Memores esse debetis, 290.
Miserationibus Domini, 186.
Misimus fratri nostro, 73.
Multa praeclara, 833, 836.

N

Ne passim et indiscrete, 622.
Nec facilitati, 309.
Non ignorat santa vestra devotio, 49.
Non latere vos credimus, 58.
Nos, qui disponente Domino, 289.
Notum esse volumus, 87, 109.
Notum est pene omnibus, 71.
Notum est vobis, 79.
Notum fieri vobis volumus, 80.
Notum fore volumus, 164.
Notum omnibus vobis, 152.
Notum sit omnibus, 31.
Notum sit vobis, 115.
Notum tam praesentibus, 101.
Notum vobis esse volumus, 61, 75.
Notum vobis fieri volumus, 96.
Notum vobis omnibus, 103.
Nulli fidelium, 48, 59, 118.

O

Officii nos, 251.
Officii nostri, 162, 217, 242, 273, 329, 353, 382, 386, 388, 414, 423, 470, 541, 593, 595, 605, 636, 713, 722, 729, 759, 799.
Omne datum optimum, 830.
Omnipotenti Deo, 341.
Omnipotenti Domino, 325.
Oportuerat vos, 740.

P

Pastoralis officii, 323, 362.
Pastorali solicitudine, 26.
Pater et princeps, 178.
Per apostoli Petri, 221.
Per Petri apostoli, 220.
Pia postulatio, 165, 579.
Piae postulatio voluntatis, 28, 160, 161, 193, 197, 199, 221, 222, 255, 259, 261, 281, 338, 416, 417, 419, 420, 425, 436, 457, 478, 641, 682, 685, 731, 815.
Piae postulationis, *etc.*, 516.
Pisanorum Ecclesia, 395.
Pistoriensis Ecclesia, 393.
Postquam nos, 337.
Postquam supernae miserationis, 327.
Potestatem ligandi, 130, 132, 139, 154, 207, 243, 576, 617.
Praeceptum Domini, 322.
Praedecessoris nostri, 245.
Praeter generale charitatis, 182.
Privilegia, 531.
Prudentibus virginibus, 802.

Q

Quae a partibus, 216.
Quae a praedecessoribus, 629.
Quae ab Ecclesia Dei, 544.
Quae ad pacem, 370, 438.
Quae et quanta cura, 98.
Quae religionis intuitu, 312.
Quae semel iuste, 250.
Quae vobis et fratribus, 467.
Quam fideliter, 102.
Quamquam ad propulsandas, 64.
Quamquam Sedes Apostolica, 41.
Quamvis circa omnes Ecclesias, 56.
Quamvis curae pastoralis, 744.
Quamvis ecclesiasticae, 54.
Quando inter religiosas, 594.
Quandoquidem divinae providentiae, 36.
Quandoquidem, superna disponente clementia, 121.
Quanta cordi nostro, 405.
Quantae dignitatis, 630.
Quanto fervorem devotionis vestrae, 742.
Quanto inter religiosos, 594.
Quanto Lateranensis Ecclesia, 247.
Quantum praedecessores nostri, 522.
Quantum sancta Romana Ecclesia, 518.
Quatenus devotionis sinceritas, 635.
Quemadmodum aequitatis, 755.
Quemadmodum ex gestis, 412.
Quemadmodum regi, 44.
Quemadmodum Sedes Apostolica, 378.
Querelam, 167.
Quia consuetudo S. R. E., 97.
Quia documentis, 229.
Quia monasterio SS. Trinitatis, 188.
Quia nostris temporibus, 125.
Quia officii nostri est, 76.
Quia te speciale, 127.
Quia unius veri Regis, 584.
Qui religiosos fovet, 448.
Quod per aspirantem gratiam, 431.
Quoniam ad audientiam, 728.
Quoniam ad memoriam, 68.
Quoniam decorem, 811.
Quoniam divina favente clementia, 21.
Quoniam divinae miserationis clementia, 34.
Quoniam divinae miserationis respectu, 33.
Quoniam erga reverentiam, 66.
Quoniam in agro Domini, 805.
Quoniam pervenit ad nos, 111.
Quoniam pro amore iustitiae, 84.
Quoniam sicut rerum, 748.
Quoniam sine verae cultu religionis, 446, 485, 519, 534, 537, 550, 631, 711.
Quos dispensatio, 442.
Quos omnipotens Dominus, 429.
Quot mutationes, 334.
Quotiens a nobis, 466, 769, 825.
Quotiens, *etc.*, 655.
Quotiens illud a nobis, 384, 401, 556, 606, 652, 680, 692, 698, 747, 756, 773, 796, 808.
Quoties a fratribus nostri, 642.
Quoties a nobis petitur, 466, 825.
Quoties ea nobis petuntur, 36, 37.
Quoties ea, quae ad pacem, 671.

Quoties illud, 525, 546, 568, 694, 702, 743.
Quotiescumque illud, 371.

R

Redolet Anglia, 758.
Regnum vestrum, 262.
Relatione fratrum, 362.
Religioni vestrae, 248.
Religionis desideriis, 231, 751.
Religionis monasticae, 303, 330, 499.
Religiosa loca, 285.
Religiosam vitam eligentibus, 314, 633, 637, 639, 650, 700, 676, 678, 752, 767, 778, 828.
Religiosis desideriis, 39, 328, 339, 361, 463, 514, 543, 575, 593, 770.
Religiosis votis, 664, 690.
Rerum gestarum, 267.

S

Sacrorum canonum, 135.
Sacrosancta Romana Apostolica Ecclesia, 354.
Sacrosancta Romana Ecclesia, 427, 441, 582.
Sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, 495.
Salvator praedicit, 203.
Sanctorum Patrum, 345.
Scire vos volo, 60.
Scriptorum vestrorum, 22.
Scriptum est, 264.
Si auctoritas sacra, 467.
Sicut boni et humiles, 350.
Sicut aequum est, 615.
Sicut iniusta petentibus, 257, 274, 432, 450.
Sicut iniusta poscentibus, 175, 238, 240, 277, 301, 324, 330, 340, 346, 444, 486, 610.
Sicut irrationabilia, 196.
Sicut nostri administratione, 573.
Sicut novit, 105.
Sicut per litteras, 596.
Sicut quorumdam, 94.
Significantibus nobis, 761.
Significatum est nobis, 728.
Significaverunt nobis, 802.
Si in Apostolica Sede, 42.
Si iustis servorum Dei petitionibus, 29, 70
Si litteras, 83.
Si mansuetudo, 471.
Singulare semper, 190.
Si quando a devotis, 772.
Si religiosorum petitiones, 505.
Si sacerdotale, 147.
Statuimus Ecclesiam, 201.
Statuta fratrum, 410.
Summae Sedis Apostolicae, 116.
Super cella, 296.
Super quaestionibus, 198.
Superna et ineffabilis, 669.
Supernae miserationis respectu, 78, 93, 102, 113.
Supplicatio, 509.
Suscepti nos officii, 119.

T

Tarraconensis civitas, 283.
Testante Apostolo, 449.
Tunc Apostolicae Sedi, 411.
Tunc religionis amor, 363.

U

Unitati Divinae Trinitatis, 285.
Universis fere per orbem, 148.

V

Venerabilia et Deo dicata, 319.
Veniens ad nos, 369.
Venientibus ad apostolicam, 454.
Venientibus ad praesentiam, 814.
Vice beati Petri, 733.
Vigilantia universalis, 23.
Vir iste, 87.
Vox clamantis in deserto, 791.

Z

Zelus Domini, 212.

INDEX RUBRICARUM

BULLARUM ET PRIVILEGIORUM OMNIUM

Quae in hoc secundo volumine continentur.

ALEXANDER II.

I. Monasterium Fructuariense sub Apostolicae Sedis protectione recipitur; confirmaturque permutatio terrae cuiusdam, inter abbatem et Albertum Yporegiensem episcopum inita, *pag.* 17.

II. Alexander PP. in concilio Romano incestuosorum errorem damnat, 18.

III. Bulla pro stabilitate bonorum Rivipollensis monasterii contra cuiuscumque personae infestationem, 21.

IV. Confirmatio canonicae in Pisana Ecclesia erectae, et bonorum ad eam pertinentium, 22.

V. Confirmatio donationum et privilegiorum, Conventriensi coenobio ab Edwardo rege concessorum, 22.

VI. Declaratio decretorum editorum in concilio Romano I sub Alexandro PP. II contra simoniacos habito, 23.

VII. Confirmatio concordiae initae inter rectorem monasterii S. Pauli, et abbatem Vindocinensem, cui ecclesia S. Priscae de Urbe adiudicatur, 25.

VIII. Confirmatio privilegiorum, ab Henrico IV Germaniae rege, aliisque imperatoribus, Cremonensi Ecclesiae concessorum, 26.

IX. Declaratio, quod nemo sine apostolico iudicio possit excommunicare monachos Cluniacenses, vel eos sacris interdicere, 27.

X. Approbatio privilegii, a Petro Florentinae Ecclesiae archiepiscopo monasterio Sancti Petri concessi; et bonorum ad hoc spectantium confirmatio, 28.

XI. Ferrarienses canonici cum bonis omnibus ad eorum canonicam pertinentibus, sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur, 29.

XII. Confirmatio rerum omnium, ac privilegiorum S. Salernitanae Ecclesiae, 30.

XIII. Confirmatio bonorum a Guillelmo Tancredae filio eidem Salernitanae Ecclesiae oblatorum et restitutorum, 31.

XIV. Confirmatio sententiae latae in controversia quadam inter clerum et episcopum Clusinum, 33.

XV. Confirmatio erectionis et dotationis Canonicae S. Mariae in Spoletana cathedrali erectae ab Andrea episcopo eiusdem Ecclesiae, 34.

XVI. Privilegium confirmationis et immunitatis bonorum ad canonicos Narniensis Ecclesiae spectantium, 35.

XXII. Confirmatio institutionis Harlebecani collegii canonicorum in Noviomensi dioecesi, 35.

XVIII. Concessio Salzburgensi archiepiscopo, ut episcopatum unum in sua parochia constituat, 36.

XIX. Ecclesia collegiata S. Mariae de Belliioco in dioecesi Matisconensi in protectionem Apostolicae Sedis recipitur, eique bona omnia et privilegia confirmantur, 37.

XX. Confirmatio privilegiorum Aretinae Ecclesiae ab antecessoribus Pontificibus concessorum, 38.

XXI. Confirmatio privilegiorum abbatiae S. Benigni Fructuariensis, 39.

XXII. Privilegium monasterio Sancti Rigaldi de Avesia in Matisconensi dioecesi, 39.

XXIII. Monasterium Sancti Edmundi sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 40.

XXIV. Concessio privilegiorum monasterio Floriacensi, bonorumque ad illud spectantium confirmatio, 42.

XXV. Monasterium S. Prosperi (deinde S. Petri) Regiensis, ordinis Cassinensis, in protectionem Sedis Apostolicae recipitur, eius bona confirmantur, novaque eidem conceduntur privilegia, 43.

XXVI. De monachis ex Cantuariensi Ecclesia non expellendis, 46.

XXVII. Ecclesia ab Altmanno Pataviensi episcopo ad regularem canonicorum vitam in territorio Pataviensi constructa, confirmatur, 47.

XXVIII. Confirmatio bonorum, ac privilegiorum concessio eremo Campi Amabilis congregationis monachorum eremitarum Camaldulensium, 48.

XXIX. Privilegium Ecclesiae Petri Damiani, 49.

XXX. Confirmatio erectionis Ecclesiae in Wisegrad, quae totius Bohemiae caput et metropolis declaratur, 50.

XXXI. Bulla contra simoniam in Lucensem Ecclesiam invectam in collationibus beneficiorum, 51.

XXXII. Decreta circa collationem beneficiorum in Lucensi Ecclesia, et sacrum ministerium inibi peragendum, 54.

XXXIII. Decretum de non alienandis bonis, ad Ecclesiam Lucensem spectantibus, 56.

S. GREGORIUS VII.

I. Significat comiti de Roceio sub quadam conditione eam Hispaniae partem concessam, quam a Saracenorum manibus eriperet: proibet alios principes iure eamdem regionem cum copiis ingredi, partemque illam illius provinciae sibi vindicare, nisi interveniat aequa pactio persolvendi iura S. Petri, 58.

II. Monasterium Andaginense Sancti Huberti in Arduenna in tutelam Apostolicae Sedis suscipitur, eique bona omnia confirmantur, 58.

III. Excommunicatum a se denunciat Gotefredum Mediolanensis Ecclesiae usurpatorem, 60.

IV. Commissio episcopo Genuensi, ut virum uxorem suam dimittere non permittat, quae vult ab obiecto fornicationis crimine se expurgare, 61.

V. Exhortatio ad omnes Christifideles ad succurrendum Orientalibus ab infidelibus invasis, 61.

VI. Admonitio ad Hispaniae reges et episcopos, ut Officium Romanum recipiant: nec non confirmatio excommunicationis, et depositionis cuiusdam simoniaci, per legatos factae, 62.

VII. Privilegium pro Ecclesia S. Hilarii Pictaviensis, quae sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 63.

VIII. Excommunicationis denunciatio contra omnes, qui detinent bona Augiensis monasterii, quae Robertus simoniacus ab illo abstulit, 64.

IX. Commissio Trevirensi archiepiscopo

et Metensi episcopo pro cognoscenda causa, quae inter Tullensem episcopum, et quemdam eius clericum versabatur, 65.

X. De illegitimis ad Ecclesias non promovendis, et de constituendis coadiutoribus, 66.

XI. Privilegium Abbatiae Romanae, super fluvium Iseram constitutae, 67.

XII. Concordia super controversia inter Moravensem et Bragensem episcopos a Gregorio PP. in concilio, ambarum partium consensu, composita, 68.

XIII. Declaratio suspensionis in synodo habita contra clericos concubinarios et simoniacos, 69.

XIV. De servandis in Coloniensi dioecesi decretis Romani concilii super clericorum castitate, et contra simoniacos editis, 69.

XV. Eiusdem fere argumenti ad archiepiscopum Magdeburgensem, 70.

XVI. Declaratio depositionis Bambergensis episcopi propter simoniam, 71.

XVII. Confirmatio sententiae eiusdem, 72.

XVIII. Depositio Ottonis Constantiensis episcopi, et cleri populique absolutio ab obedientia ei praestanda, 73.

XIX. Depositio, iterataque excommunicatio Henrici quarti imperatoris : absolutioque vassallorum a iuramento fidelitatis, 74.

XX. De huiusmodi anathematizatione ad omnes Christifideles, 74.

XXI. De Tedaldo, in Mediolanensem Ecclesiam intruso, ad sacros ordines non promovendo, 75.

XXII. Expositio sententiae latae in causa, quae versabatur inter Ecclesiam Rossellanam et Populoniensem super nonnullis possessionibus, 76.

XXIII. Confirmatio donationum Florentinae Ecclesiae a Gerardo episcopo, postea Nicolao PP. II, caeterisque factarum, 76.

XXIV. Confirmatio fundationis et donationum ab Hugone Aginnensi episcopo monasterio Sancti Petri Condomiensi factarum, 78.

XXV. Confirmatio sententiae excommunicationis latae a Diensi episcopo legato apostolico in Aniciensis Ecclesiae invasorem, 79.

XXVI. Commissum datum Bernardo S. R. E. diacono et Bernardo abbati Massiliensi, ut obtineant tutum iter sibi in Germaniam ire volenti, ad pacem componendam ; praecipitque non communicandum cum eo rege, qui apostolicis mandatis non obedierit, 80.

XXVII. Adhortatio ad universos tam ecclesiasticos quam saeculares in romano imperio constitutos, ut imperatorem, eiusque consiliarios ad resipiscentiam inducant ; quod si aliter nolint, cum eis non communicent, 81.

XXVIII. Sequitur in idem argumentum, 82.

XXIX. Absolutio regis Henrici, 84.

XXX. Confirmatio primatus Ecclesiae Viennensis, et concessio privilegiorum, confirmatis iis, quae praedecessoribus Pontificibus eidem concessa sunt, 85.

XXXI. Confirmatio excommunicationis a legato apostolico latae contra Aniciensis Ecclesiae invasorem, 87.

XXXII. Commissio episcopo Parisiensi absolvendi nonnullos a sententia excommunicationis, 87.

XXXIII. Commissio Diensi episcopo, ut congregata synodo episcoporum Franciae, causa Cameracensis electi discutiatur, qui post sui legitimam electionem investituram ab Henrico rege per inscitiam acceperat. Insuper praeceptum de promulgando decreto ut investiturae a laicis non accipiantur, 89.

XXXIV. Privilegium confirmationis atque immunitatis bonorum monasterii S. Michaelis in Burgo Pisarum,

nunc iuris ordinis Camaldulensium, 91.

XXXV. Interdictio canonicis S. Martini Lucensis Ecclesiae ab introitu maioris Ecclesiae, quia canonicatus et praebendas emerant, quarum retentionem prohibet, 92.

XXXVI. Confirmatio privilegiorum monasterii Rothonensis in Britannia, 93.

XXXVII. Commissio Senonensi archiepiscopo et Bituricensi, ut examinatis Aurelianensis episcopi sceleribus, nisi se ab obiectis purgaverit, depositum privatumque declarent, 94.

XXXVIII. Privilegium Septimiano monasterio S. Salvatoris, 95.

XXXIX. Designatos legatos apostolicos ait ad conciliandam pacem in regno Theutonicorum, eosque impedire conantem excommunicat, 96.

XL. De causis episcoporum Franciae et Burgundiae a Gregorio PP. discussis, 97.

XLI. Admonitio de non communicando cum iis, qui, contra interdictum Sedis Apostolicae, impedire conantur conventum episcoporum et laicorum habendum pro examinando iure Henrici et Rodulphi in Theutonicorum regno, 98.

XLII. De potestate Romani Pontificis mittendi ad quascumque synodos legatos suos: privilegia Ecclesiarum pro necessitate vel utilitate commutandi: ac insuper de legatorum Sedis Apostolicae facultatibus, 99.

XLIII. Declaratio concordiae ex praecepto Sedis Apostolicae factae inter episcopum Taurinensem et abbatem S. Michaelis, 101.

XLIV. Declaratio depositionis episcopi Ravennatis, in Romana synodo factae, cui nullam praestare obedientiam monentur Ravennates, 101.

XLV. Landulpho episcopo Pisanam Ecclesiam cum omnibus illi concessis et concedendis confirmat: vicem suam ei et successoribus committit in insula Corsica, ad Ecclesiae Romanae dominium per eum reducenda, 102.

XLVI. Praeceptum omnibus in Provincia commorantibus, ut bona, monasterio S. Petri in Monte Maiori ablata, sub excommunicationis poena restituant, 103.

XLVII. Confirmatio primatus Ecclesiae Lugdunensis super quatuor provincias, Lugdunensem scilicet, Rothomagensem, Turonensem et Senonensem, 104.

XLVIII. Eiusdem argumenti: ratio quoque, et origo diversorum in Ecclesia graduum declaratur, 105.

XLIX. Confirmatio decretorum Summorum Pontificum contra clericos episcopis suis infestos: privatio praebendarum et officii clericorum Lucensis Ecclesiae, huiusmodi decretis refragantium, 106.

L. Iterata excommunicatio Henrici regis, 107.

LI. Declaratio definitionis synodalis super controversia inter Ecclesiam Turonensem et Dolensem, 109.

LII. Comminatio poenarum contra detinentes bona monasterii Aureliacensis, nisi ea restituant, cuius favore confirmatur refutatio monasterii Viacensis, ab eius principibus in manu abbatis facta, 110.

LIII. Confirmatio libertatum monasterii Sancti Salvatoris Constantien. ac solutionis census Romanae Ecclesiae debiti, 111.

LIV. Investitura domini Gregorii Papae, qua Robertum ducem de Apulia, Calabria et Sicilia investivit, 112.

LV. Monasterium S. Zenonis in Pisana urbe in Apostolicae Sedis clientelam suscipitur, 113.

LVI. Commissio reformationis duorum monasteriorum, scilicet Montis Maioris in provincia Sancti Petri et Sanctae Mariae in dioecesi Narbonensi, cum facultate, quatenus in

eisdem personae idoneae ad gubernium repertae non fuerint, desumendi abbates ex aliis monasteriis eiusdem ordinis; et repetendi quidquid, ad eadem monasteria pertinens, ab aliis iniuste detineatur, 114.

LVII. Privilegium pro Ecclesia S. Petri in villa Maschara sita, et tutelae Sedis Apostolicae commissa, 115.

LVIII. Confirmatio privilegiorum omnium Panormitanae Ecclesiae, 116.

LIX. Privilegium confirmationis bonorum atque immunitatum monasterii Hirsaugiensis, quod sub Apostolicae Sedis protectione recipitur, iniuncto onere annui census, 117.

LX. Andaginense monasterium sub Sedis Apostolicae protectione recipitur, eique nonnulla oblata dona confirmantur, 118.

LXI. Abbatibus Cluniacensibus conceditur omnimoda iurisdictio super monachis et abbate monasterii Sancti Benedicti ad Padum eiusdem ordinis, 119.

VICTOR III.

I. Confirmatio bonorum omnium ad Ravellensem Ecclesiam spectantium, 121.

URBANUS II.

I. Confirmatio bonorum ac privilegiorum omnium Cluniacensis monasterii, quod soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur: eiusque abbati mitrae, chyrothecarum et sandaliorum usus conceditur, 121.

II. Bantino monasterio a se consecrato nonnulla Urbanus PP. concedit privilegia, atque exemptiones, 123.

III. De reparatione Ecclesiae Tarraconensis, cuius favore ea impendi conceditur, quae necessaria forent ituris in Hierusalem, vel in alias partes, 124.

IV. Confirmatio Barensis archiepiscopatus, bonorumque ad eam Ecclesiam spectantium, 125.

V. Constitutio ad Ghicardum episcopum Constantiensem, qua excommunicationem in Henricum regem et Ravennatem haeresiarcham, a Gregorio VII latam, confirmat, et in eorum sectarios; inde quae agenda in clericos ab episcopis excommunicatis ordinatos, constituit, 127.

VI. Confirmatio erectionis canonicae Sanctae Mariae in Rettenbach, quae sub Apostolicae Sedis protectione recipitur: confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia, 130.

VII. Privilegium, seu decreta nonnulla pro Ecclesia Gratianopolitana, bonisque ad eam pertinentibus, 132.

VIII. Approbatio congregationis monachorum Vallis Umbrosae ord. Sancti Benedicti, quae sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 133.

IX. Monopolitana Ecclesia, ab omni metropolico iure libera, immediateque S. Apostolicae Sedi subiecta declaratur, 135.

X. Tarraconensis Ecclesia, civitate nuper ab Agarenorum manibus vindicata, Ausonen. episcopis committitur, usquedum pristino statui ac splendori reddatur, 136.

XI. Decretum de controversia inter monachos S. Albini Andegaven. et Vindocinenses super ecclesia S. Mariae Credonen., 138.

XII. Ad Anselmum Mediolanen. archiepiscopum de reconciliatione lapsorum, 139.

XIII. Confirmatio bonorum omnium ac privilegiorum monasterii S. Sophiae Beneventanae dioecesis, cuius abbati quinquies in anno chyrothecarum usus conceditur, 139.

XIV. Corsicanae insulae episcopatus Pisano subiiciuntur, 141.

XV. Confirmatio bonorum, iurium et immunitatum omnium Cavensis mona-

sterii, ac praesertim privilegii a Rogerio Salernitano comite eidem coram Papa nonnullisque episcopis concessi, 142.

XVI. Constitutio ad Rainoldum archiepiscopum Remensem et suffraganeos eius contra polygamos, eosve, qui foeminarum rite promiscua haberent connubia, 147.

XVII. Syracusana Ecclesia, a Rogerio comite eiectis Agarensis restituta, bonisque aucta, confirmatur, indicta poena excommunicationis contra eam quomodolibet perturbantes, 148.

XVIII. Restitutio Atrebatensis Ecclesiae, cui proprium praeesse episcopum decernitur, 149.

XIX. Sequitur ad populum et clerum Atrebatenses ut episcopum sibi eligant; electo vero onus detrectare interdicitur, 151.

XX. Sequitur adiudicatio Atrebatensis et Ostrevannensis archidiaconiarum pro substentatione Atrebatensis episcopi, 151.

XXI. Confirmatio restitutionis oblationum monasterio S. Aegidii in Septimiana, factae per Raymundum comitem Tolosanum, 152.

XXII. Monasterium Hirsaugiense Spirensis dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; bonaque omnia eidem confirmantur, 152.

XXIII. Narbonensi Ecclesiae primatus asseritur in Duas Narbonas, quarum Ecclesiae metropolico iure eidem subiiciuntur, 154.

XXIV. Confirmatio immunitatum et privilegiorum omnium Cluniacensis monasterii, et caeterorum monasteriorum eidem subiectorum, 157.

XXV. Decretum, ut mortuo Giraldo episcopo Arausicano, nullus in eius locum eligatur; sed haec Ecclesia in pristinam redeat unitatem, et ab episcopo Tricastino regatur, 159.

XXVI. Caturcensis Ecclesiae canonici confirmantur in professione vitae regularis, quam recens professi erant, 160.

XXVII. Confirmatio regularis disciplinae canonicorum S. Avenionensis Ecclesiae, qui cum bonis omnibus ad Canonicam ipsam spectantibus sub protectione Sedis Apostolicae suscipiuntur, 161.

XXVIII. Confirmatio monasterii Aubechiensis in dioecesi Cameracensi, et rerum omnium ad illud spectantium, 162.

XXIX. Decretum Urbani II et synodi Claromontanae de primatu Lugdunensi, 163.

XXX. Confirmatio privilegiorum omnium Turonen. Ecclesiae, ac praesertim, ut in gravioribus causis a solo Romani Pontificis iudicio dependeant canonici, 164.

XXXI. Trenorciensis monasterii bona, iuraque omnia in tutelam Apostolicae Sedis recipiuntur, 166.

XXXII. Confirmatio bonorum omnium, privilegiorum ac libertatum Ecclesiae S. Martini Turonen., 166.

XXXIII. Decretum, ut abbas Cormeriacensis sumat baculum pastoralem ex sepulchro B. Martini, 167.

XXXIV. Ad Tolosanum, Agennensem, Caturcensem, et Lactoratensem episcopos, ut restitui curent ecclesias et bona Moysiacensi ablata monasterio, pro cuius immunitate et regimine nonnulla decernuntur, 168.

XXXV. Urbanus PP. II in concilio Nemausensi controversiam inter Conchenses monachos et Figiacenses componit, et utrique monasterio proprium abbatem indulget, 169.

XXXVI. Confirmatio bonorum monasterii Rivipollensis, cui nonnulla immunitatis, ac exemptionis privilegia conceduntur, 170.

XXXVII. Idem omnino privilegium pro monasterio Balneolensi, 172.

XXXVIII. Confirmatio bonorum, et donationum omnium, factarum vel in

posterum faciendarum Iuviniacensi monasterio, cui privilegia immunitatis ac Apostolicae Sedis protectionis conceduntur, 174.

XXXIX. Confirmata in concilio Nemausensi donatione Raymundi comitis Tholosani, monasterium S. Aegidii subditur S. R. Ecclesiae, 175.

XL. Confirmatio libertatum omnium Cluniacensi monasterio a Summis Pontificibus concessarum; quibus nonnulla alia privilegia exemptionis adiunguntur, 176.

XLI. Monasterium S. Mauri Glannafoliense in Gallia Fossatensibus adiudicatum, Cassinatium ditioni restituitur, 178.

XLII. Confirmatio bonorum omnium ac privilegiorum Cassinen. monasterii: cum declaratione, quod nullum eidem praeiudicium inferatur ex privilegiis monasteriis S. Sophiae Beneventano et Bandusino nuper concessis, 182.

XLIII. Privilegium Verulensi Eccl., 185.

XLIV. Oscitanae civitati episcopalis dignitas restituitur; ac bona omnia, Ecclesiae huic ab Aragoniae regibus concessa, confirmantur, 186.

XLV. Privilegia monasterio SS. Trinitatis de Cava, caeterisque in dioecesi Salernitana constitutis monasteriis, concessa in praeiudicium archiepiscopi, irritantur cum decreto, ut quae ab eisdem monasteriis post mortem Gregorii VII sunt acquisita, suis reddantur Ecclesiis, 188.

XLVI. Confirmatio S. Urgellensis Ecclesiae, bonorumque ad eam spectantium, 189.

XLVII. Salernitanis archiepiscopis primatus super Consanam et Acheruntinam Ecclesias confirmatur: cum decreto quod cum illorum consilio istarum archiepiscopi eligantur, obedientiam illis praestituri, 190.

XLVIII. Cella Cinglensis monasterio Montis Cassini asseritur, iniuncta tamen lege, ut semper illic ancillarum Dei congregatio remaneat, 192.

XLIX. Monasterium S. Cucuphatis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur: eique bona omnia ac privilegia hactenus concessa confirmantur, 193.

L. Confirmatio monasterii Burrhonensis in dioecesi Constantiensi, ac donationum omnium eidem ab Adelaide patruisque factarum, 195.

LI. Simile privilegium pro monasterio Sancti Saturnini in pago Urgellensi, 196.

LII. Responsiones ad consulta Pitonis Tullensis episcopi super simoniacis ac illicitis ordinationibus, 198.

LIII. Confirmatio regularis instituti canonicorum Ecclesiae Ruthenensis; quibus nonnulla conceduntur privilegia, 199.

LIV. Decretum, ne domus in claustro Carnotensi existentes laicis dentur, aut locentur a canonicis, 200.

LV. Privilegium pro monasterio monialium S. Petri Blazilien., 201.

LVI. Fragmentum bullae exemptionis Ecclesiae Sanctae Trinitatis, a Liprando presbytero Mediolanensi fundatae ad Pontem Guinzelmi, 201.

LVII. Constitutio ad Richerium Senonensem, et caeteros Francorum episcopos, qua regem excommunicatum absolvi vetat, eosque ad synodum Arelatensem invitat, 202.

LVIII. Decretalis epistola ad Lucium praepositum Sancti Iuventii Papien. civitatis contra simoniacos: et de ordinationibus ab haereticis acceptis, 203.

PASCHALIS II.

I. Concesso pallio Guidoni archiepiscopo Viennensi, eidem episcopatus et metropolitana iura confirmantur, 207.

II. Confirmatio bonorum omnium ac possessionum ad Eduensem Ecclesiam pertinentium, 208.

III. Monasterium Cistercii monachorum S. Benedicti, in dioecesi Cabilonen. nuper institutum, sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur, 209.
IV. Privilegium Troianae Ecclesiae, 210.
V. Privilegium, quo monasterii Cluniacensis bona omnia ac iura confirmantur, 211.
VI. Absolutio Godifredi Florentini episcopi, et damnatio accusatorum, 213.
VII. Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae supra caeteras omnes Hispaniarum Ecclesias, 214.
VIII. Confirmatio episcopatus Atrebatensis, cui distincti a Cameracensi dioecesi limites constituuntur, 216.
IX. Confirmatio sententiae ab Urbano PP. II editae in controversia inter coenobium Cassinense et abbatissam S. Mariae de Capua super cella Cinglensi, 217.
X. Descriptio et assignatio confinium territorii Veliternensis, 218.
XI. Lichefeldensis, seu Castrensis Ecclesiae translatio Conventriam, cuius monachis ibidem regulariter vivere statuitur, 219.
XII. Confirmatio limitum ac bonorum omnium S. Ravellensis Ecclesiae, quae sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 220.
XIII. Confirmatio donationum Melphiensi Ecclesiae a Rogerio duce factarum, 221.
XIV. Privilegium monasterio S. Sophiae intra Beneventum sito, cuius bona omnia confirmantur, 222.
XV. Ecclesia S. Nicolai in Beneventana urbe cum pertinentiis omnibus, et ecclesiis ei subiectis, Cassinensibus donatur, 225.
XVI. Confirmatio bonorum omnium ad sanctam Fesulanam Ecclesiam spectantium, 226.
XVII. Monasterium Bantinum in Apulia Acheruntin. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur, 227.
XVIII. Privilegium Vezeliacensi monasterio concessum, 229.
XIX. Besuensis coenobii possessiones et iura confirmantur, 231.
XX. Confirmatio bonorum omnium Cassinensis monasterii, cui immunitates, exemptiones et privilegia nonnulla conceduntur, 232.
XXI. Confirmatio iurium, privilegiorum et bonorum omnium ad monasterium S. Benedicti super Padum siti Mantuan. dioec. quomodolibet spectantium, 230.
XXII. Confirmatio privilegiorum pallii et crucis Papiensi episcopo cum aliis pluribus privilegiis a Romanis Pontificibus eidem et antecessoribus concessorum, 238.
XXIII. Monasterii Admontensis Salisburgen. dioecesis, bonorumque ad illud spectantium, confirmatio, 239.
XXIV. Monasterium S. Walarici, in comitatu Vitmacensi situm, sub Apostolicae Sedis tutela et iure recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 240.
XXV. Confirmatio bonorum ad Ferrariensem Ecclesiam spectantium, cui assignantur limites, et undecim minores massae de patrimonio Romanae Ecclesiae donantur, 241.
XXVI. Confirmatio et renovatio bonorum et iurium S. Acheruntinae Ecclesiae, cuius archiepiscopis conceditur pallii usus, 243.
XXVII. Confirmatio monasterii Sancti Stephani Lauden. dioecesis, et bonorum ad illud spectantium, 244.
XXVIII. Confirmatio abbatialis Ecclesiae S. Nicolai in Barensi civitate, et bonorum ad eamdem spectantium, 243.
XXIX. Sacrosancta Lateranensis Ecclesia et paroecia canonicis regularibus ordinis S. Augustini perpetuo conceditur, cum privilegiorum elargitione, 246.
XXX. Privilegium confirmationis monasteriorum omnium atque ecclesiarum

ad Cluniacense monasterium pertinentium, 248.

XXXI. Confirmatio ecclesiarum et possessionum monasterii Athanacensis Lugdunens. dioecesis, 249.

XXXII. Monachis Cluniacensibus adiudicatur cella Sancti Dionysii de Nongento adversus Guillelmum abbatem Sancti Petri Carnutensis, 250.

XXXIII. Confirmatio bullae Nicolai PP. secundi qua Corbiniacensi coenobio exemptio a subiectione Flaviniacensis conceditur, 251.

XXXIV. Abbatia Menatensis, et monasterium Sancti Wlmeri abbatibus Cluniacensibus subiiciuntur in perpetuum, 252.

XXXV. Decretum libertatis et exemptionis pro monasterio S. Benedicti ad Padum, 252.

XXXVI. Narbonensis Ecclesiae possessiones et iura confirmantur, 253.

XXXVII. Confirmatio bonorum monasterii S. Mariae Florentin. dioecesis, quod Florentinis episcopis in spiritualibus subiicitur, 254.

XXXVIII. Canonizatio S. Petri episcopi civitatis Anagninae in provincia Campaniae, eiusque adscriptio in numerum Ss. Confess.

XXXIX. Aliud privilegium, quo alia bona Cluniacensi monasterio confirmantur, 256.

XL. Descriptio limitum S. Soranae Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur, 257.

XLI. Confirmatio donationis ab Adalasia Siciliae comitissa factae Ecclesiae Squillacensi, et privilegiorum eidem ab Urbano II PP. concessorum, 258.

XLII. Monasterium Sancti Maxentii in tutelam sanctae Sedis Apostolicae recipitur, 259.

XLIII. Monasterium S. Benedicti Cupersanen. sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia confirmantur. 261.

XLIV. Privilegium Paschalis PP. quod facit imperatori Henrico de investituris episcopatuum et abbatiarum, 262.

XLV. Sequuntur aliae litterae ad eumdem Henricum contra investituras huiusmodi, et saecularia ministeria ecclesiasticis personis non conferenda, 263.

XLVI. Privilegium confirmationis bonorum omnium, privilegiorum et immunitatis Cassinensis monasterii, 264.

XLVII. Sententia super controversia inter abbates Cassinensem et monasterii Terrae Maioris, super ecclesia Sanctae Mariae de Casali Plano, quae Cassinen. adiudicatur, 267.

XLVIII. Confirmatio sententiae latae a iudicibus, a Sede Apostolica delegatis, in causa inter monasteria Anianiense et Casae Dei, super cella Gordianica, 269.

XLIX. Enumeratio et confirmatio bonorum monasterii Sancti Victoris Massilien. dioecesis, 270.

L. Confirmatio Canonicae Aptensi Ecclesiae, bonorumque ad eam pertinentium, cuius canonicis nonnulla conceduntur privilegia, 273.

LI. Confirmatio bonorum et possessionum Marsorum Ecclesiae, cuius confinia describuntur, 274.

LII. Confirmatio bonorum, quae Cluniacense monasterium possidet in Anglia, Normania et aliis provinciis, 276.

LIII. Gerundensis Ecclesiae limites assignantur, confirmatisque bonis omnibus ad eam pertinentibus, statuitur, ne clerici, ad quamcumque dignitatem promoti, clericales praebendas inibi retinere possint, 277.

LIV. Privilegium confirmationis donationum a Roberto comite de Loretello, et Tassione, fratribus, factarum Ecclesiae Teatinae, 277.

LV. Augustodunensi Ecclesiae iura ac bona omnia confirmantur, 279.

LVI. Declaratio maternitatis Ecclesiae S. Stephani Bisuntin. cum decreto, ut

ibi universa episcopalis ministerii officia peragantur, 280.

LVII. Monasterium Sancti Archangeli ad Morfisam in civitate Neapoli sub Apostolicae Sedis protectione et tutela suscipitur, 281.

GELASIUS II.

I. Oldegario Barchionensi episcopo, ad Tarraconensem Ecclesiam translato, archiepiscopatus et ius metropolicum confirmatur, palliumque conceditur, 283.

II. Bona omnia, ad Cluniacense monasterium spectantia, pacifice semper et quiete sub iure eiusdem monasterii fore, declaratur, 284.

III. Privilegium pro monasterio S. Sophiæ Capuanae dioecesis, 285.

IV. Gualterii Ravennatis archiepiscopi electionem, post schisma eiuratum a Ravennatibus, confirmat, eique pallium cum aliis iuribus concedit, 285.

V. Confirmatio maternitatis Ecclesiae Lucanae, cui nonnulla ad id spectantia conceduntur privilegia, 287.

VI. Confirmatio iurium omnium et privilegiorum canonicorum regularium Lucensis Ecclesiae S. Frigdiani, 288.

VII. Confirmatio monasterii S. Mamiliani, positi in Monte Christi, bonorumque omnium ad illud pertinentium, 289.

VIII. Prohibitio, ne professi in Ecclesia Sanctae Mariae Fontis Ebraldi recipiantur ab abbatibus aut prioribus aliorum monasteriorum, 290.

IX. Concessio indulgentiae militantibus pro recuperatione Ecclesiae Caesar-Augustanae, vel aliquid donantibus pro eiusdem reparatione, 291.

X. Confirmatio bonorum omnium, privilegiorum ac immunitatum monasterii Cluniacensis, cuius abbati dalmaticae et sandaliorum usus conceditur, 291.

CALLISTUS II.

I. Monasterii Trenorciensis bona omnia confirmantur, et cum caeteris privilegiis monachis abbatem de gremio eligendi conceditur facultas, 293.

II. Canonici S. Stephani et S. Ioannis Bisuntinae civitatis a iuramentis per eos facti liberi et soluti declarantur, 295.

III. Cella Sanctae Mariae de Gordiano Ananiensi monasterio adiudicatur adversus Arelatensem archiepiscopum et monachos Casae Dei, 296.

IV. Vindocinense monasterium, cui privilegia omnia, et praecipue totale dominium in Ecclesia S. Priscae confirmantur, soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, 298.

V. Confirmatio capitulorum, a monachis Cisterciensibus factorum, ad observantiam regulae S. Benedicti, 300.

VI. Confirmatio bonorum omnium, consuetudinum et iurium Trenorciensis monasterii, 300.

VII. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii Cluniacensis, cuius abbatibus conceditur ius cudendi monetas, 302.

VIII. Antiqua Viennensis Ecclesiae privilegia confirmantur, 305.

IX. Confirmatio donationum omnium, a Gunnario eiusque uxore factarum Cassinensi monasterio, addito annuo censu Lateranensi palatio per monachos persolvendo, 306.

X. Privilegium confirmationis immunitatum omnium ab antecessoribus Pontificibus monasterio S. Sophiae Beneventan. dioecesis assertarum, 307.

XI. Revocatio et irritatio privilegii archiepiscopis Pisanis ab Urbano PP. II, Gelasio II et alias ab eodem Callisto II concessi de consecratione episcoporum insulae Corsicae, 309.

XII. Confirmatio bonorum, a Mariano iudice Calaritano et Guilielmo ar-

chiepiscopo, cathedrali Ecclesiae S. Laurentii Ianuen. datorum, 311.

XIII. Confirmatio unionis monasteriorum Bernhomiensis et Affligimiensis Cameracen. dioecesis, quorum alter alteri subiectum omnino cum pertinentiis omnibus declaratur, 312.

XIV. Monasterium S. Cucuphatis in regione Vallensi, soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eiusque bona omnia cum pertinentiis, decimis, oblationibus etc. confirmantur, 313.

XV. Privilegium confirmationis bonorum omnium, ad Casauriense monasterium quomodolibet spectantium, 317.

XVI. Facultas Ottoni de Castro Iringhi aedificandae ecclesiae, et construendi monasterii sub certis conditionibus, 318.

XVII. Monasterii Trenorciensis privilegium exemptionis ab omni saeculari potestate et episcopali iurisdictione, 318.

XVIII. Privilegium maternitatis Ecclesiae S. Ioannis, quo sententia in concilio Trenorciensi lata confirmatur, 319.

XIX. Approbatio instituti regularis canonicorum Ecclesiae S. Martini in Barchgetesgaden. Salisburgen. dioecesis, 322.

XX. Oldegarius, Tarraconensis archiepiscopus, legatus Sedis Apostolicae ad exercitum, contra Saracenos in Hispaniis paratum, constituitur, 323.

XXI. Privilegium canonicis Veronensibus concessum, 324.

XXII. Reconciliatio Henrici V imperatoris cum sancta et catholica Ecclesia Romana, 325.

Sequitur restitutio investiturarum, ab Henrico imperatore facta, 325. Subsequitur Callisti Papae II restitutio regaliarum Henrico imperatori facta, 326.

XXIII. Confirmatio dignitatis primatialis Toletanae Ecclesiae, cum declaratione, ut eidem subiectae sint Hispaniarum Ecclesiae omnes, quae suos amiserunt episcopos post Saracenorum incursiones, 326.

XXIV. Approbatio instituti regularis canonicorum Bernriedensium in ecclesia Sancti Martini Augusten. dioecesis, 328.

XXV. Militensis Ecclesia ab archiepiscopi iurisdictione eximitur, Sanctaeque Sedi immediate subiicitur, 329.

XXVI. Ecclesia S. Theodori de Rocha Bovicorit. a Willermo Petragoriensi episcopo donata monasterio Cluniacensi, eidem confirmatur, 329.

XXVII. Monopolitana Ecclesia soli Apostolicae Sedi subiecta declaratur; eiusque episcopus clero populoque eligendus conceditur, 330.

XXVIII. Monasterium S. Macharii monasterio S. Crucis Burdigalen. subiectum, declaratur, 331.

XXIX. Confirmatio iurium omnium Panormitanae Ecclesiae, 332.

XXX. Confirmatio irritationis et invalidationis privilegiorum, Pisanis archiepiscopis concessorum, de consecratione episcoporum insulae Corsicae, 333.

XXXI. Compositio controversiarum vertentium inter canonicos S. Iohannis et S. Stephani Bisuntinae civitatis; et monitorium contra canonicos S. Stephani, ut privilegium, per eosdem a Paschali PP. obreptitie extortum, reddant sub poena excommunicationis, 336.

XXXII. In idem argumentum, 337.

XXXIII. Monasterium S. Georgii in partibus Venetiarum soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eiusque bona omnia confirmantur, 337.

XXXIV. Monasterium S. Mariae Glastonien. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eique bona omnia et donationes confirmantur, 339.

XXXV. Confirmatio immunitatum omnium, ab episcopis Baren. monasterio Omnium Sanctorum concessa-

rum, cui Calixtus PP. nonnulla elargitur privilegia, 339.

XXXVI. Confirmatio bonorum et iurium Cassinensis monasterii, cuius abbatibus nonnulla conceduntur privilegia, 340.

XXXVII. Confirmatio monasteriorum ab Ottone Bambergensi episcopo in sua dioecesi constructorum, 344.

XXXVIII. Confirmatio dispositionis, ab Ottone Bambergensi episcopo factae, de mansis illius Ecclesiae propriis, 345.

XXXIX. Assignatio finium Mutinensis Ecclesiae, cui bona omnia confirmantur: additis decretis nonnullis ad episcopalem iurisdictionem tuendam, 346.

XL. Instrumentum pacis initae inter Henricum IV imperatorem et Calixtum secundum PP. in concilio Wormacensi, 347.

HONORIUS II.

I. Bona canonicorum S. Vincentii Bergomen., quorum collegium sub tutela Sedis Apostolicae recipitur, eidem confirmantur, cum omnimoda libertate atque immunitate, 349.

II. Confirmatio excommunicationis latae in Fulconem comitem Andegavensem, 350.

III. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Cluniacensis monasterii, 351.

IV. Confirmatio bonorum omnium sanctae Feretranae Ecclesiae, 353.

V. Ecclesiae provinciae Æmiliae, et exarchatus Ravennae, Gualterio archiepiscopo et successoribus confirmantur in perpetuum, 354.

VI. Privilegium confirmationis bonorum omnium, ad Savigniense monasterium Eboracen. dioecesis spectantium, 356.

VII. Confirmatio cudendi monetam in terris sibi subiectis favore Savarii de Maloleone sub annuo censu unius marchae auri, 356.

VIII. Adempta a Calixto II Pisanis archiepiscopis consecrandorum in insula Corsica episcoporum praerogativa, eisdem restituitur, 357.

IX. Monasterium Sponheimense, nuper fundatum in Moguntin. dioecesi, sub protectione Sedis Apostolicae recipitur; bonaque omnia eidem data confirmantur, 361.

X. Damnatio pravae consuetudinis in Britannia exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in canonicos, 362.

XI. Confirmatio bonorum omnium ad canonicos Faventinae Ecclesiae spectantium, 362.

XII. Confirmatio decreti, editi in concilio Parisiensi, pro restitutione Argentoliensis monasterii, 363.

INNOCENTIUS II.

I. Monasteria congregationis Vallisumbrosae recipiuntur sub tutela Sedis Apostolicae cum aliarum gratiarum et indultorum confirmatione, 364.

II. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Cuxanensis monasterii, 365.

III. Privilegium pro ecclesia Sancti Petri in Undesdorf Frisingensis dioecesis, 366.

IV. Confirmatio donationis centum marcharum annuarum ab Henrico Anglorum rege in Anglia factae monasterio Cluniacensi, 367.

V. Canonizatio beati Godehardi Hildeisheimensis in Saxonia episcopi, 368.

VI. Privilegium de confirmatione et institutione ordinis S. Augustini in Ecclesia Sancti Satyri Bituricen., et de canonicis saecularibus subtrahendis, 369.

VII. Confirmatio concordiae initae inter abbatem Sancti Ægidii et abbatem Cluniacensem, cui pro compensatione expensarum ceditur obedientia de Limanz, 370.

VIII. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Trenorciensis monasterii, 371.

IX. Confirmatio veterum privilegiorum omnium, Aquileiensi Ecclesiae, eiusque patriarchis a Summis Romanis Pontificibus concessorum, 372.

X. Decretum excommunicationis latae sententiae contra auferentes bona ad Cluniacense monasterium vel ad monachorum eius usum pertinentia, 374.

XI. Diploma confirmationis bonorum Ecclesiae et comitatus Ferrariensis, quibus nonnulla conceduntur privilegia, 375.

XII. Ianuensis Ecclesia in archiepiscopatum erigitur cum assignatione quinque Ecclesiarum suffraganearum, 377.

XIII. Erectio monasterii Brugnaten. in episcopalem sedem, archiepiscopo Ianuen. suffraganeam, 378.

XIV. De obedientia ab episcopis Daciae, Norvegiae, Islandiae, *etc.*, Hamburgensi archiepiscopo tamquam metropolitano praestanda, 379.

XV. Concessio privilegiorum monasterii S. Salvatoris Papien. dioecesis ordinis Cistercien., cui bona omnia confirmantur, 380.

XVI. Cuncta monasterii Fuldensis privilegia confirmat, ac eiusdem abbatibus usum mitrae et anuli tribuit, 382.

XVII. Privilegium, quo Prumiense coenobium Treviren. dioecesis, necnon universae eiusdem possessiones in Sedis Apostolicae protectionem recipiuntur, 384.

XVIII. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii Sancti Sixti Placentinae dioecesis, 384.

XIX. Canonicis Ecclesiae S. Antonini in urbe Placentiae bona, iura et privilegia omnia confirmantur, 386.

XX. Privilegium canonicis matricis Ecclesiae Placentinae, 387.

XXI. Confirmatio bonorum omnium monasterii Ss. Faustini et Iovitae Brixiensis dioecesis ordinis Cassinensis, 389.

XXII. Concessio privilegiorum monialibus monasterii S. Iuliae Brixien. dioecesis ordinis Cassinensis, cuius bona omnia confirmantur, 390.

XXIII. Monasterium Ss. Facundi et Primitivi in Hispania abbatibus Cluniacensibus regendum committitur, salvo iure S. R. E., 392.

XXIV. Confirmatio bonorum omnium ad S. Pistoriensem Ecclesiam pertinentium, 393.

XXV. Iura omnia ac bona Pisanae Ecclesiae confirmantur, 395.

XXVI. Confirmatio bonorum omnium ad sanctam Fesulanam Ecclesiam pertinentium, 397.

XXVII. Privilegium, quo ecclesia in villa Ronchalia, ab episcopo Placentino constructa et canonicis S. Antonini donata, eisdem confirmatur, 399.

XXVIII. Privilegium confirmationis bonorum monasterii Ss. Florae et Lucillae ordinis Cassinensis Aretinae dioecesis, 401.

XXIX. Erectio prioratus Sancti Petri de Nanto Vabren. dioecesis in abbatiam, cui plures uniuntur Ecclesiae, 402.

XXX. Compositio controversiarum vertentium inter S. Alexandri et Sancti Vincentii canonicos Bergomensis civitatis, 403.

XXXI. Quinciacensis monasterii Lingonen. dioecesis praedia, caeteraque bona, Alberico abbati et successoribus confirmantur, 405.

XXXII. Ecclesia de Rochabovecurt, a Willelmo Petragoricensi episcopo Cluniacensi monasterio donata, eidem confirmatur, 406.

XXXIII. Ecclesia Montis-Desiderii, Cluniacensi monasterio donata a Gua-

rino Ambianensi et Simone Noviomensi episcopis, eidem cum pertinentiis omnibus confirmatur, 407.

XXXIV. Ecclesia S. Ioannis in Viculo canonicis Placentinae matricis Ecclesiae adiudicatur sub censu annuo Sedi Apostolicae persolvendo, 408.

XXXV. Confirmatio concordiae initae inter Henricum Leuchorum episcopum et Fridericum comitem Tullensem, 410.

XXXVI. Confirmatio sedis patriarchalis in Gradu, usus pallii, et delationis crucis ante patriarcham, 411.

XXXVII. Elargitio privilegiorum monasterio S. Crucis in Werda, cuius antiqua iura, privilegia, ac bona omnia confirmantur, 412.

XXXVIII. Privilegium monasterio Georgii in Prufeningen. ordinis S. Benedicti Ratisbonen. dioecesis, 414.

XXXIX. Confirmatio immunitatum Ecclesiae Marsanensis prope Traiectum Mosae ad monasterium B. Remigii pertinentis, in qua canonicorum loco monachi substituuntur, 415.

XL. Confirmatio ordinis canonicorum regularium S. Augustini, recens introducti in Steinfeldense coenobium Colonien. dioecesis, 416.

XLI. Decretum, ne in districtu monasterii Portensis ordinis Cistercien. Nuenburgen. dioecesis, venationes a quoquam fiant, 417.

XLII. Confirmatio donationum, ab episcopo, clero et populo Placentino factarum monasterio Columbano Claraevallensi, 418.

XLIII. Elargitio privilegiorum monasterio S. Petri Perusinae civitatis ordinis Cassinensis, eiusque bonorum confirmatio, 420.

XLIV. Guillelmo Arausicano episcopo bona omnia et possessiones confirmantur, 421.

XLV. Approbatio instituti regularis vitae canonicorum Niciensis Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur, 423.

XLVI. Monasterium de Cheminon ab ordine S. Nicolai de Aroasia translatum ad ordinem Cisterciensem, coenobio de Tribus Fontibus subditur, 424.

XLVII. Confirmatio bonorum omnium praeposito et canonicis Ecclesiae S. Mariani Eugubinae sedis cathedralis, a principibus, regibus, vel Summis Pontificibus donatorum, 425.

XLVIII. Privilegium confirmationis donationum omnium, factarum monasterio Albaeripae Lingonensis dioecesis, 426.

XLIX. Sedes episcopalis Rossellanae Ecclesiae, praedonum infestationibus agitatae et desolatae, Grossetum transfertur, 427.

L. Domus Montis-Pessulani, et monasterium S. Gervasii et aliud monasterium Ss. Domitiani et Ragueberti, cum pertinentiis omnibus, Cluniacensi monasterio confirmantur, 429.

LI. Assignatio finium S. Fulginaten. Ecclesiae, cuius bona omnia confirmantur, 430.

LII. Confirmatio statuti, ut decedentibus canonicis saecularibus, totidem subrogentur regulares in ecclesia S. Mariae de Castellione, cuius bona omnia confirmantur, 431.

LIII. Confirmatio bonorum monasterii Prufeningensis Ratisbonensis dioecesis, 432.

LIV. Diploma pro monasterio S. Lamberti in Valle Sein Salisburgensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, 433.

LV. Confirmatio bonorum omnium Admontensis monasterii ordinis Benedictini Salisburgensis dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, variisque donatur privilegiis, 434.

LVI. Confirmatio fondationis abbatiae Averbodiensis, pro cuius regimine atque immunitate nonnulla statuuntur decreta, 436.

LVII. Canonizatio beati Sturmii abbatis Fuldensis, eiusque adscriptio in numerum sanctorum confessorum, 437.

LVIII. Confirmatio compositionis initae inter abbatem monasterii S. Michaelis ad Mosam et abbatissam monasterii Iuviniensis, super Ecclesia Tyrciaci, 438.

LIX. Diploma, quo Ferrariensis Ecclesia specialis Ecclesiae Romanae filia, eiusque comitatus Sancti Petri patrimonium declaratur, 438.

LX. Confirmatio statutorum, a Landulpho episcopo editorum pro conservatione et immunitate bonorum, ad canonicos Ferrariense pertinentium, 441.

LXI. Regius titulus, Rogerio Siciliae regi ab Honorio PP. II concessus, et investitura regni Siciliae eidem confirmatur, 442.

LXII. Privilegium immunitatis pro monasterio S. Georgii in Prufeningen. Ratisbonen. dioecesis, 444.

LXIII. Privilegium confirmationis bonorum, et concessionis immunitatum Ecclesiae ad Ripas Salisburgen. dioecesis, 445.

LXIV. Recens fundatum Hemmerodense coenobium, una cum rebus ac possessionibus eidem attinentibus, in Sedis Apostolicae protectione suscipitur, 446.

LXV. Monasterio Trenorciensi Ecclesiae de Planesiaco et de Tresilliaco Lugdunen. et Claromonten. dioecesum confirmantur, 447.

LXVI. Privilegium pro Ecclesia S. Nicolai de Miseraico Bituricen. 448.

LXVII. Damnatio errorum Petri Abaelardi, eiusque sectatorum, 449.

LXVIII. Confirmatio bonorum omnium et iurium ad S. Pennensem Ecclesiam spectantium, 450.

LXIX. Coenobium sanctimonialium, in Tulba noviter constructum, in protectione Sedis Apostolicae recipitur, 451.

LXX. Confirmatio donationis a Godefrido episcopo Florentino, caeterarumque donationum factarum monasterio monialium S. Ambrosii Florentin. dioecesis, 452.

LXXI. Confirmatio concordiae initae inter abbatem Cluniacensem et monachos S. Benedicti super Padum, in controversia, an, hoc monasterium illi subiaceat, in abbatis praesertim electione, 453.

LXXII. Confirmatio bonorum omnium monasterii S. Bartholomaei Fesulan. dioecesis, cui nonnulla conceduntur privilegia, 455.

LXXIII. Monasterium Reicherspergense sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, confirmatisque bonis omnibus, plura monachis et praeposito conceduntur privilegia, 457.

LXXIV. Confirmatio bonorum, ad Tolosanam Ecclesiam pertinentium, quae nullo modo auferri vel alienari posse, statuitur, 458.

LXXV. Eusebii canonicorum Vercellen. Ecclesia sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, cuius bona omnia confirmantur, 460.

LXXVI. Monasterium de Letdecumba, a Stephano Anglorum rege Cluniacensi monasterio donatum eidem confirmatur, 461.

LXXVII. Ad omnes archiepiscopos et episcopos in idem argumentum, 462.

LXXVIII. Item confirmatio donationis loci, cui nomen de Prins, cum suis pertinentiis, 463.

LXXIX. Privilegium confirmationis bonorum monasterii Rotensis ordinis S. Benedicti, quod sub protectione Sedis Apostolicae fore, liberumque ab omni laicali iurisdictione declaratur, 463.

LXXX. Privilegium confirmationis bonorum omnium monasterii S. Columbani Bobien. dioecesis ordinis Cassinen., quod sub protectione B. Petri recipitur, 464.

LXXXI. Decretum, ut in monasteriis ab Ottone Bambergen. episcopo fundatis idem semper ordo pro religionis et disciplinae spiritualis stabilitate atque immutabilitate conservetur, 466.

LXXXII. Confirmatio ecclesiarum Sancti Remigii de Plaiotro, de Barbona, de Lintis, de Lintellis et de Sancto Silvestro, ab Attone Trecensi episcopo Cluniac. monasterio donatarum, 467.

LXXXIII. Imperatori Lothario et, eius loco, Henrico Bavariae duci, concĕditur investitura allodii terrarum a comitissa Mathilde Sedi Apost. donatarum, 467.

COELESTINUS II.

I. Confirmatio bonorum omnium, ad canonicos Sancti Mariani Eugubinae civitatis pertinentium, cui privilegia nonnulla conceduntur, 168.

II. Privilegium pro monasterio Sanctissimi Salvatoris, et Sancti Quirici Populonien., 470.

III. Sancti Hierosolymitani Sepulchri fratres recipiuntur sub protectione Sedis Apostolicae, eisque bona et iura confirmantur, 471.

IV. Confirmatio Ecclesiae S. Mariae in Undesdorf, bonorumque omnium ad eamdem pertinentium, 473.

V. Privilegium confirmationis bonorum, ad S. Fesulanam Ecclesiam pertinentium, et iurium omnium, eiusdem episcopo spectantium, 474.

VI. Enumeratio et confirmatio iurium, privilegiorum ac bonorum Ferrariensis Ecclesiae, cui undecim massas minores de iure Sedis Apostolicae donat Coelestinus PP., 475.

LUCIUS II.

I. Privilegium confirmationis bonorum, iurium et exemptionum monasterii Sancti Columbani Bobien. dioecesis, 478.

II. Privilegium confirmationis bonorum omnium, et iurium sanctae Ferrariensis Ecclesiae, quae sub perpetuo iure Sedis Apostolicae cum pertinentiis omnibus esse et fore declaratur, 480.

III. Confirmatio bonorum et privilegiorum, a Summis Pontificibus monasterio S. Petri Perusii ord. S. Benedicti concessorum. Similia diplomata concessere monasterio huic Benedictus V anno 978, Silvester II, 1002, Leo IX, 1033, Nicolaus II, 1059, Alexander II, 1065, Paschalis II, 1115, Innoc. PP. I, 1137, *pag.* 483.

IV. Simile privilegium monasterio Sancti Ioannis Parmen. dioecesis ordinis S. Benedicti, 484.

V. Confirmatio bonorum omnium et iurium Sanctae Cremonensis Ecclesiae, 486.

VI. Confirmatio iurium omnium, immunitatum, et bonorum S. Olivolensis Ecclesiae, 488.

VII. Confirmatio concordiae initae inter canonicos Ruthenenses et monachos Massilienses, super ecclesia Sancti Amantii, et sepultura civium Ruthenensium, 489.

VIII. Confirmatio bonorum, quae Gradensis Ecclesia Constantinopoli, in Histria, et Venetiis potitur, 490.

IX. Confirmatio bonorum omnium et iurium ad Ecclesiam Regii Lepidi spectantium, cuius episcopis presbyteri in Regularium Ecclesiis curam animarum exercentium in spiritualibus subiiciuntur, 492.

X. Privilegium confirmationis Ecclesiae in Castro Halla canonicorum Regularium S. Augustini, bonorumque ad eam pertinentium, 494.

XI. Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae, 495.

XII. Confirmatio privilegiorum a Summis

decessoribus Pontificibus Ariminensi Ecclesiae, eiusque episcopis concessorum, 496.

XIII. Monasterium Cluniacense soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eique confirmantur bona omnia, iura atque immunitates, 498.

XIV. Confirmatio bonorum, iurium et privilegiorum matricis Ecclesiae Faventinae, 502.

XV. Monasterio Omnium Sanctorum Barensis dioecesis confirmatur privilegium Calixti PP. II, ac donationes omnes eidem a Barens. episcopis factae, 503.

XVI. Privilegium confirmationis bonorum et elargitionis immunitatum Ecclesiae ad Ripas, canonicorum S. Augustini Ratisbonen. dioecesis, 505.

XVII. Monasterium S. Sabae, ab antiquo splendore et monastica disciplina delapsum, abbatibus Cluniacensibus committitur regendum cum pertinentiis suis, 506.

Literae quibus Lucius Papa oblatum ab Alphonso Portugalliae rege regnum suum, tamquam Romanae Ecclesiae tributarium recipit sub annuo censu quatuor unciarum auri, 507.

EUGENIUS III.

I. Confirmatio privilegiorum a Conrado III aliisque regibus et imperatoribus Ultraiectinae Eccl. concessorum, 508.

II. Elargitio privilegiorum monasterio S. Salvatoris Papien. dioecesis ordinis Cassinen., quod S. R. E. subiectum tantummodo declaratur, 510.

III. Simile privilegium monasterio S. Petri Perusinae dioecesis eiusdem ordinis, 512.

IV. Confirmatio donationum, a Germaniae proceribus, episcopis caeterisque factarum monasterio Schyrensi in Bavaria, cui nonnulla conceduntur privilegia, 514.

V. Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Veronensis Eccl., 516.

VI. Samsonem Remensem archiepiscopum obiurgat quod Francorum regem, contra ius archiepiscopi Bituricensis, in Bituricensi civitate coronare praesumpserit, ipsique propterea usum pallii interdicit, 518.

VII. Confirmatio, sive renovatio, et nova concessio privilegiorum monasterio S. Ioannis evangelistae Parmen. dioecesis ordinis Cassinensis, 519.

VIII. Indictio belli et cruciatae contra paganos pro defensione Terrae Sanctae Hierusalem cum indulgentiarum et privilegiorum concessione pro cruce signatis, 521.

IX. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum, a Summis Romanis Pontificibus Trenorciensi monasterio concessorum, 523.

X. Confirmatio fundationis Ecclesiae Sancti Zenonis in Hallen. per Conradum archiepiscopum Salisburgen., bonorumque omnium ei datorum, et quae in futurum poterit acquirere, 525.

XI. Confirmatio bonorum omnium, ac libertatum monasterii Nantuacensis, quod Cluniacensi abbati subiectum declaratur, 526.

XII. Monasterium Cluniacense soli Apostolicae Sedi subiectum declaratur, eique confirmantur bona omnia, iura et immunitates, 527.

XIII. Confirmatio privilegiorum omnium, a regibus Francorum Burdigalensi Ecclesiae concessorum, 531.

XIV. Confirmatio Ecclesiae Reichersperensis ordinis canonicorum S. Augustini, 532.

XV. Sequitur aliud simile privilegium pro ecclesia Sancti Zenonis Hallen., 534.

XVI. Concessio privilegiorum Ecclesiae de Widberg ordinis Praemonstraten. Bambergen. dioecesis, 535.

XVII. Coenobio S. Margaritae in Osterhofen ordinis Praemonstraten. Bam-

bergen. dioecesis bona omnia confirmantur, privilegiaque nonnulla ad regularem disciplinam substinendam conceduntur, 537.

XVIII. Diploma pro monasterio S. Georgii in Prufeningen. dioecesi, 538.

XIX. Privilegium pro ecclesia S. Pancratii in Ranshoven, 540.

XX. De monachis in ecclesia Sanctae Genovefae constituendis, 541.

XXI. Monasterium Rothonense sub tuitione Sedis Apostolicae suscipitur; confirmatisque bonis omnibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia, 542.

XXII. Monasterium S. Mariae de Alderspach ordinis Cistercien. Salisburgen. dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 543.

XXIII. Confirmatio transactionis super Calderia de Ledone inter Willelmum comitem Matisconensem et Petrum abbatem Cluniacensem, 544.

XXIV. Confirmatio possessionum abbatiae Ninivensis ordinis Praemonstratensis, eiusque receptio in protectionem Sedis Apostolicae, 546.

XXV. Simile privilegium pro Affligemiensi monasterio Cameracen. dioecesis, 547.

XXVI. Saviniensi monasterio ordinis Cistercien. bona omnia, ac subiectae abbatiae confirmantur, 548.

XXVII. Decretum, ut Ecclesiae in urbe et dioecesi Cremonensi existentes, et pars clericorum Ecclesiae S. Mariae, obedientiam, debitamque reverentiam in spiritualibus et temporalibus ipsi episcopo praestare debeant, 549.

XXVIII. Confirmatio bonorum abbatiae de Tolla Placentinae dioec., cui nonnulla conceduntur privilegia, 550.

XXIX. Decretum, ut capellani promittant obedientiam rectoribus titulorum sive Ecclesiarum, et de Arnaldo tamquam schismatico devitando, 552.

XXX. Monasterio Ss. Salvatoris et Iuliae martyris Brixien. dioecesis ordinis Cassinen. bona omnia confirmantur, omnimodaque exemptio, aliaque conceduntur privilegia, 552.

XXXI. Decretum, ut imposterum Placentini episcopi ab archiepiscopo Ravennate consecrationem accipiant, 554.

XXXII. Privilegium confirmationis bonorum omnium monasterii Altahensis, seu *Althae inferioris*, Salisburgen. dioecesis, 555.

XXXIII. Omnia bona et iura Lunensis Ecclesiae sub B. Petri et sua protectione suscipit Eugenius PP. III, 557.

XXXIV. Privilegium confirmationis bonorum omnium et iurium ad monasterium SS. Trinitatis, et Michaelis Archangeli de Mileto Militen. dioecesis pertinentium, 558.

XXXV. Confirmatio bonorum omnium, donationum et exemptionum monasterii Tegernseensis, quod ordinario episcopo subiectum in spiritualibus declaratur, 560.

XXXVI. Privilegium Ecclesiae canonicorum B. Mariae in Raitenbuc Frisingen. dioecesis sub regula Sancti Augustini regularem vitam profitentium, 562.

XXXVII. Privilegium Monopolitanae Ecclesiae, 563.

XXXVIII. Confirmatio iurium omnium, ac privilegiorum metropolitanae Ecclesiae Coloniensis, 564.

XXXIX. Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum Fulden. monasterii, Sedi Apostolicae immediate subiecti, cuius abbati mitrae, annulique usus conceditur, 566.

XL. Confirmatio privilegiorum, ab Innocentio PP. II Rotensi monasterio ord. S. Benedicti concessorum, 568.

XLI. Confirmatio privilegii, a Paschale PP. II Acheruntinae Ecclesiae concessi, 570.

XLII. Privilegium confirmationis bono-

rum, ad sanctam Imolen. Ecclesiam pertinentium, 571.

XLIII. Confirmatio transactionis initae inter magistrum Hospitalis Hierosolymitani, et comitem Forcalquerii super castro de Manuasca, 573.

XLIV. Privilegium confirmationis bonorum monasterii Valciodorensis supra Mosam fluvium, 574.

XLV. Confirmatio bonorum omnium et libertatum monasterii Rorensis canonicorum regularium S. Augustini Ratisbonen. dioecesis, 575.

XLVI. Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae super caeteras Ecclesias Hispaniarum, 576.

XLVII. Sequitur ad Hispaniarum episcopos in idem argumentum, 577.

XLVIII. Privilegium confirmationis bonorum, spectantium ad Ecclesiam Tarvisinam, quae sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 578.

XLIX. Invalidatio sententiae ab episcopo Reginensi latae in controversia inter monasterium Ss. Salvatoris et Iuliae super dependentia quatuor villarum ad hoc monasterium pertinentium, 580.

L. Confirmatio constitutionum (quae *Charta Caritatis* appellantur) ab ordine Cisterciensi monachorum S. Benedicti pro suo bono regimine editarum, 582.

Subsequitur Charta Caritatis superius confirmata, 584.

LI. Canonicis basilicae S. Petri in Vaticano conceditur quarta pars oblationum omnium, quae in eadem Ecclesia fiunt, 587.

LII. Monasterium Sarlatense (nunc Ecclesia Sarlatensis), a Pipino et Carolo principibus fundatum, sub Sancti Petri tutela recipitur, 588.

LIII. Confirmatio bonorum omnium, et iurium sanctae Astensis Ecclesiae, quorum directum dominium soli episcopo conceditur, 590.

LIV. Monasterium S. Benedicti de Saxo Laterone Clusinae dioecesis sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, eiusque bona omnia confirmantur, 593.

LV. Monasterio Beccensi confirmatur possessio Ecclesiae Sanctae Trinitatis de Bello-Monte, 593.

LVI. Sequitur in idem argumentum, 594.

LVII. Bituricensi Ecclesiae primatus in Bituricensem et Burdigalensem provincias confirmatur, 594.

LVIII. Canonizatio S. Henrici I Romanorum imperatoris, 595.

ANASTASIUS IV.

I. Confirmatio praerogativarum omnium a Summis Romanis Pontificibus canonicis Pisanis concessarum, ac praecipue donationum eisdem ab Eugenio PP. III factarum, 596.

II. Privilegium Beneventanae Ecclesiae, eiusque archiepiscopis concessum ab Anastasio PP. IV, 599.

III. Privilegium immunitatis, omnimodaeque exemptionis monasterii S. Anthimi Montis Ilcini, rerumque omnium ad illud pertinentium confirmatio, 600.

IV. Confirmatio bonorum omnium, ad Arelatensem Ecclesiam spectantium, ac transactionis initae inter Raimundum archiepiscopum et Anfosum Comitem Tolosanum, 602.

V. Privilegium confirmationis bonorum omnium, et iurium S. Massiliensis Ecclesiae, 603.

VI. Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Fesulanae Ecclesiae, ac privilegiorum, eidem a Summis Romanis Pontificibus concessorum, 605.

VII. Decretum, ut monasterium Glannafoliense Sancti Mauri Antisiodoren. dioecesis Apostolicae Sedi immediate subiectum sit cum bonis suis omnibus, sub obedientia tamen monasterii Cassinensis, 606.

VIII. Mitrae usus abbati monasterii Sancti Sixti Placentinae dioecesis in solemnioribus festivitatibus conceditur, 608.

IX. Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Teatinae Ecclesiae, 608.

X. Confirmatio iurium omnium Aprutinae Eccl., cuius fines designantur, 610.

XI. Monasterio Savigniensi ordinis Cistercien. subiectae abbatiae omnes confirmantur, 612.

XII. Confirmatio bonorum, donationum et privilegiorum Hospitalis de Misericordia Placentinae civitatis, 613.

XIII. Confirmatio sententiae ab Eugenio PP. III latae in controversia quadam inter S. Laurentii ex una, et Sancti Alexandri altera ex parte, canonicos Bergomensis civitatis, 615.

XIV. Confirmatio canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini in sacrosancta Lateranen. Ecclesia, cum gratiarum elargitione, 616.

XV. Hospitale et religio S. Ioannis Hierosolymitani sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur cum privilegiorum elargitione, 618.

XVI. Cassinensi coenobio confirmantur ecclesiae a Verulano et Anagnino episcopis ei donatae, et tantum terrae in Pulliano territorio Anagnino dantur, quantum duobus paribus boum annuatim sufficere debeat ad arandum, 621.

HADRIANUS IV.

I. Gradensibus patriarchis primatus super Iadertinum archiepiscopum, eiusque suffraganeos episcopos conceditur: reservato tamen Romanis Pontificibus iure pallium eidem archiepiscopo elargiendi, 622.

II. Monasterium Balmense in archiepiscopatu Bisuntinensi, Cluniacensi abbati regendum committitur, cum decreto, ut illius rectores non abbates, sed priores tantummodo in futurum denominentur, 623.

III. Raynerio Senensi episcopo facultas conceditur ecclesiam construendi in fundo Montis Bonizi sub annuo censu unius bizantii, Lateranensi patriarchio persolvendo, 625.

IV. Bellunenses canonicos sub protectione Sedis Apostolicae suscipit, bonaque omnia ad eosdem pertinentia confirmat, 626.

V. Henrico II Angliae regi conceditur privilegium occupandi Hiberniam, et adiacentes insulas, salvo iure Romanae Ecclesiae, et caeterarum Ecclesiarum, 627.

VI. Monasterii S. Mariae de Caramagna Asten. dioecesis administratio huiusce Ecclesiae episcopo committitur, 628.

VII. Confirmatio primatus Toletanae Ecclesiae, cui Complutensis, et quae post Saracenorum invasionem proprios amisere metropolitas, subiiciuntur, 629.

VIII. Confirmatio bonorum, privilegiorum et exemptionum Ecclesiae Sancti Zenonis in Hallen. Salisburgensis dioecesis, 631.

IX. Confirmatio bonorum Ecclesiae in Staingaden canonicorum ordinis Praemonstratensis, et privilegiorum concessio, 633.

X. Confirmatio bonorum ad canonicos Ecclesiae S. Constantii de Urbe-Veteri pertinentium, 634.

XI. Confirmatio bonorum omnium, et iurium, ad canonicos Ferrariensis Ecclesiae pertinentium, 636.

XII. Ecclesia S. Pancratii in Ranshowen suis in bonis confirmatur, et dioecesano episcopo in spiritualibus subiecta declaratur, 637.

XIII. Confirmatio bonorum omnium monasterii Sancti Vitalis ordinis Cassinensis Ravennatensis dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 639.

XIV. Confirmatio bonorum, donationum et privilegiorum, a Summis Pontificibus Ravellensi Ecclesiae concessorum, 641.

XV. Confirmatio compositionis initae inter Arducium episcopum et Amedeum comitem Gebennenses, 642.

XVI. Confirmatio bonorum omnium Gebennensis Ecclesiae, et largitionum eidem factarum a Friderico, Ænobardo imperatore, 645.

XVII. Henrico Gradensi patriarchae patriarchalem dignitatem confirmat, et primatum super Iadertinum archiepiscopum, 647.

XVIII. Concessio patriarchae Gradensi, ut Constantinopoli, et in aliis urbibus imperii Constantinopolitani, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, episcopos ordinare et consecrare possit, 648.

XIX. Monasterio SS. Trinitatis de Monte Sacro ordinis Cassinen. Sipontinae dioecesis, confirmatis bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia, 650.

XX. Privilegium, quo confirmantur iura ac possessiones abbatiae S. Augustini Lemovicensis, 652.

XXI. Privilegium confirmationis donationum monasterio in Prufeningen factarum, cui nonnulla privilegia conceduntur, 654.

XXII. Monasterio Ss. Nazarii et Celsi Veronensis dioecesis bona omnia confirmantur, salvo censu annuo palatio apostolico solvendo, eiusque monachis abbatis sui electio committitur, 655.

ALEXANDER III.

I. Clerum ac populum Bononiensem, quos de legitima sui in Pontificem electione certiores reddit, ad persistendum in sui obedientia ac fidelitate exhortatur, 657.

II. Monasterio Cassinen., quod primum totius Italiae declarat, bona ac libertates omnes confirmat, novaque concedit privilegia, 660.

III. Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum concessio monasterio S. Mariae de Rievalle ordinis Cisterciensis, 664.

IV. Privilegium confirmationis bonorum ac libertatum Ecclesiae S. Cuthberti de Kadeferd, 667.

V. Canonizatio Sancti Eduardi regis Angliae, eiusque adscriptio in numerum Ss. Confessorum, 668.

VI. Privilegium confirmationis archiepiscopatus Ianuensis, ac bonorum omnium, ad eum spectantium; cui nonnulla monasteria atque ecclesiae conceduntur, 669.

VII. Confirmatio statutorum, ab Hugone Rutenense archiepiscopo pro ordine et quiete cleri suae dioecesis, 671.

VIII. Privilegium confirmationis donationum omnium factarum monasterio de Korney, 673.

IX. Confirmatio privilegiorum prioratus Sanctae Mariae de Campo in pago Ruscinonensi, 675.

X. Confirmatio bonorum omnium ac pertinentiarum monasterii de Rorsham, quod sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 676.

XI. Confirmatio bonorum omnium monasterii Beatae Mariae de Shyrborne, quod sub protectione Sedis Apostolicae recipitur, 678.

XII. Confirmatio privilegiorum monasterii Canigonensis, 680.

XIII. Confirmatio institutionis Canonicae in Placentina Ecclesia, in qua decernitur, ut archipresbyter a canonicis solummodo eligatur, 682.

XIV. Confirmatio cuiusdam privilegii, ab Urbano PP. II Guixalensi monasterio concessi, 682.

XV. Canonizatio S. Bernardi, primi abbatis Claraevallensis, et institutoris ordinis monachorum Cisterciensium S. Benedicti, eiusque relatio in nu-

merum sanctorum Confessorum, cum institutione suae festivitatis, 684.

XVI. Monasterio S. Crucis ordinis S. Benedicti Burdigalen. dioecesis, quod sub protectione suscipit Sedis Apostolicae, bona omnia confirmat, nonnullaque elargitur privilegia, 685.

XVII. Privilegium confirmationis bonorum, et concessionis immunitatum monasterio S. Satyri Bituricensis dioecesis, 686.

XVIII. Confirmatio monasterii Boni-Fontis Aduren. dioecesis, bonorumque omnium ad illud spectantium, quae diminui, aut quolibet modo molestari interdicitur, 690.

XIX. Monasterium S. Illidii, eiusque possessiones omnes Claromonten. dioecesis sub tutela Sedis Apostolicae suscipiuntur, 691.

XX. Simile privilegium pro monasterio Mauriacensi eiusdem dioecesis, 692.

XXI. Confirmatio bonorum omnium pertinentium ad monasterium S. Savini Tarbien. dioecesis, 694.

XXII. Confirmatio primatus Cantuariensis Ecclesiae, 695.

XXIII. Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum, a praedecessoribus Summis Pontificibus Rivipullensi monasterio concessorum, 697.

XXIV. Ad episcopum Placentinum, ut ablatam canonicis S. Antonini eiusdem civitatis terram de Burneto eisdem restituat, 697.

XXV. Monasterium monialium S. Victorini in civitate Beneventana Apostolicae Sedi immediate subiectum declaratur, nonnullisque augetur privilegiis, 698.

XXVI. Confirmatio bonorum ad monasterium Ss. Felicis et Fortunati Vicentinae civitatis, ac donationum omnium eidem a Vicentinis episcopis factarum, 700.

XXVII. Privilegium monasterio S. Reparatae de Marradio ordinis Vallis-Umbrosae Faventinae diocesis, 701.

XXVIII. Cuicumque personae, Rivipullensis monasterii monachos, eosque praesertim, qui ex Montanis victualia ad monasterium deferunt, molestare sub excommunicationis poena interdicitur, 702.

XXIX. Privilegium confirmationis bonorum omnium ac privilegiorum Cavensis monasterii, cui nonnulla alia de novo conceduntur, 703.

XXX. Episcopalis sedes Syracusanae civitati restituitur, eiusque episcopus pallio donatus, Apostolicae Sedi immediate subiicitur, 707.

XXXI. Ad episcopos Angliae contra investituras beneficiorum ecclesiasticorum a laicis usurpatas, quae irritae nullaeque declarantur, 710.

XXXII. Privilegium Ecclesiae Hallensi S. Zenonis, 711.

XXXIII. Confirmatio castrorum, bonorum ac iurium omnium Astensis capituli, 712.

XXXIV. Confirmatio bonorum, ac concessio nonnullorum privilegiorum atque immunitatum monasterio monialium S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Donaria Lauden. dioecesis, 714.

XXXV. Privilegium confirmationis bonorum monasterii Ss. Ioannis et Andreae de Bonavalle Pictavien. dioecesis, cuius monialibus conceditur ius praesentandi presbyteros pro parochiis, eidem monasterio subiectis, 716.

XXXVI. Destinatio legatorum in Angliam ad cognoscendum de causis inter regem et Thomam archiepiscopum Cantuariensem, 719.

XXXVII. Ad omnes principes et christifideles de subsidio ferendo in recuperationem Terrae Sanctae, 719.

XXXVIII. Sequitur in idem argumentum ad omnes Ecclesiarum praelatos, 721.

XXXIX. Monasterio Admontensi bona omnia confirmans, nonnulla privilegia ad monachorum quietem, indemnitatem et decorem elargitur, 722.

XL. Privilegium confirmationis bonorum omnium, ad canonicos Tarvisinae Ecclesiae pertinentium, 725.

XLI. Litterae ad episcopos Angliae, ne Henrici filius rex coronetur absque praestito iuramento de conservandis iuribus ecclesiasticis, 727.

XLII. Ad episcopos Angliae, ne quis Henrici filium coronet, cum hoc de iure pertineat archiep. Cantuariensi, 728.

XLIII. De instituendis quadraginta canonicis in Tornacensi Ecclesia ex triginta praebendis opulentioribus, 728.

XLIV. Confirmatio bonorum omnium Lingonensis Ecclesiae, ac consuetudinum Capituli eiusdem Ecclesiae, cuius canonicis nonnulla conceduntur privilegia, 728.

XLV. Monasterium S. Geruntii Callien. dioecesis ab Ordinarii iurisdictione exemptum, solique Apostolicae Sedi subiectum declaratur, 730.

XLVI. Privilegium confirmationis bonorum monasterii Casae Marii Verulanae dioecesis ordinis Cisterciensium, cui multa conceduntur privilegia et immunitates, 731.

XLVII. Contra nonnullos abusus, ac potius nefanda scelera, incestus, suffocationes prolis, celebrationes missae cum sicca faece vini, ac micis panis vino intinctis, ac matrimonia sine sacerdotali benedictione facta, 733.

XLVIII. Decretalis contra simoniacam labem, aliaque contra disciplinam ecclesiasticam perpetrata, 735.

XLIX. De suspensione archiepiscopi Eboracen. et Dunelmen., et excommunicatione Londonien. et Saresbirien. tamquam iurium Cantuarien. Ecclesiae invasorum, 740.

L. Statutum, ne cuilibet Sublacensis S. Benedicti monasterii abbati illius bona dilapidare liceat: quod si contingat, ad Sedem Apostolicam esse reclamandum, 742.

LI. Confirmatio bonorum et consuetudinum omnium capituli Ecclesiae Parisiensis, ac praecipue praebendae S. Genovefae, 742.

LII. Confirmatio bonorum omnium et iurium S. Eugubinae Ecclesiae, 743.

LIII. Londoniensi et Saresbirien. episcopis poenitentia infligitur, quod sine consensu archiepiscopi Cantuariensis regem coronarunt, 744.

LIV. Confirmatio cuiusdam decreti Capituli Parisiensis pro residentia canonicorum forinsecorum, 745.

LV. Confirmatio libertatum et consuetudinum Ecclesiarum regni Scotiae, 746.

LVI. Confirmatio monasterii S. Cosmae de Talliacotio ordinis Cassinen., bonorumque omnium ad illud pertinentium, 747.

LVII. Erectio novi episcopatus Cephaladitani, bonorumque omnium eidem a Messanensi episcopo datorum, et exemptionum a Siciliae regibus concessarum confirmatio, 748.

LVIII. Confirmatio sententiae interdicti latae a delegatis apostolicis in Cismarinam terram regis Angliae, propter vim illatam sancto Thomae Cantuariensi archiepiscopo, 750.

LIX. Confirmatio bonorum omnium, pertinentiarum, consuetudinum monasterii S. Mariae de Aquistris Burdigalen. dioec., quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 751.

LX. Privilegium pro monasterio Morimundensi ordinis Cistercen. Mediolanen. dioecesis, 752.

LXI. Transactionem quamdam de nonnullis Ecclesiis, inter Cassinenses monachos et Fundanum episcopum factam, apostolica roborat confirmatione, 754.

LXII. Ad archiepiscopum Auxitanum et abbatem Massilien. ut monachis inobedientibus poenitentiam congruam imponant, 754.

LXIII. Definitio controversiae inter canonicos Pratensis Ecclesiae, et plebanum S. Iusti eiusdem territorii super mortuorum sepultura, 755.

LXIV. Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum monasterii monialium S. Mariae de Synningthmayte, 756.

LXV. Tabulam auream, sibi donatam, Cassinensi coenobio restituit, ab eoque imposterum alienari sub anathemate prohibet, 757.

LXVI. Canonizatio S. Thomae Cantuariensis archiepiscopi, eiusque adscriptio in cathalogo Ss. Martyrum, 758.

LXVII. Ad monachos Cantuariensis Ecclesiae de canonizatione S. Thomae huius Ecclesiae archiepiscopi, cuius corpus sub altari recondi praecipitur, 758.

LXVIII. Monasterio S. Savini Placentinae dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, bona omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur privilegia, 759.

LXIX. Ut decimam Clausi monasterio Sancti Savini Placentinae dioecesis iniuste ab Hugone episcopo ablatam, eidem restituat, 761.

LXX. Confirmatio iurium ac bonorum omnium ad Teatinam Ecclesiam pertinentium, 762.

LXXI. Confirmatio sententiae latae a Brixiensi episcopo in controversia inter Placentinum episcopum et Parmensem super ecclesia Castri Speculi, et ecclesia S. Christinae, quae Placentino adiudicantur, 764.

LXXII. Privilegium confirmationis bonorum Capuanae Ecclesiae, quae enumerantur, 765.

LXXIII. Confirmatio universorum bonorum, ac privilegiorum concessio Ecclesiae S. Mariae de Luffelde, 767.

LXXIV. Privilegium confirmationis collegii Sancti Salvatoris canonicorum oppidi S. Pauli, bonorumque ad illud pertinentium; et concessionis nonnullarum immunitatum, 768.

LXXV. Confirmatio bonorum, ac privilegiorum concessio Ecclesiae de Stokes, 769.

LXXVI. Monasterio S. Michaelis de Monte Caveoso, cuius abbati mitrae et annuli usum statutis diebus concedit, bona omnia confirmans ac privilegia, interdicti tempore divina officia recitare elargitur, 771.

LXXVII. Archidiaconum et canonicos Asculanae Ecclesiae sub protectione Sedis Apostolicae suscipiens, eisdem bona omnia confirmat, multaque largitur privilegia, 773.

LXXVIII. Confirmatio monasterii Montis-Regalis ordinis S. Benedicti, a Villelmo II Siciliae rege nuper constructi, bonorumque ad illud pertinentium, 775.

LXXIX. Concessio privilegiorum, et confirmatio bonorum omnium Balneolen. monasterii, quod sub Sedis Apostolicae protectione suscipitur, 778.

LXXX. Approbatio instituti militiae S. Iacobi de Spatha in Hispania, 780.

LXXXI. Privilegium approbationis archimandritatus Messanensis, 785.

LXXXII. Privilegium confirmationis bonorum atque immunitatum monasterii Vallis-Umbrosae, 787.

LXXXIII. Bona et iura monasterii S. Mariae de Florentia ord. Cassinen. confirmans, quamplurima ei privilegia atque exemptiones concedit, 789.

LXXXIV. Confirmatio privilegiorum, a Summis Romanis Pontificibus concessorum monasterio Sancti Ioannis in Venere Teatinae dioecesis, ac omnimoda exemptio a iurisdictione Ordinarii, 791.

LXXXV. Podius Bonitius, in dioecesi Florentina positus, Senensibus episcopis adiudicatur, 794.

LXXXVI. Confirmatio monasterii de Boscoduno, bonorumque ad illud pertinentium: et inhibitio, ne quis de eius novalibus aut nutrimentis animalium decimas exigat, 795.

LXXXVII. Confirmatio donationum omnium, favore capituli et canonicorum Aquileiensis Ecclesiae factarum, 796.

LXXXVIII. Approbatio instituti ordinis Carthusianorum, 798.

LXXXIX. Bona omnia Veronensis Ecclesiae confirmantur Capitulo et canonicis: addito decreto, quod absque sanioris partis consensu alienari non possint, 799.

XC. De pace cum Friderico imperatore Venetiis inita, eiusque absolutione, 800.

XCI. Decretum, quod moniales de Swina et de Cotum exemptae omnino sint a solutione decimarum, 802.

XCII. Confirmatio bonorum omnium monasterii monialium S. Mariae de Moliano Tarvisinae dioecesis, ac nonnullorum privilegiorum atque immunitatum nova concessio, 802.

XCIII. Confirmatio bonorum omnium Ecclesiarum, monasteriorum ad Aquileiensem Eccles. pertinentium, ac iurisdictionis in sexdecim ei subiectis episcopatibus, 804.

XCIV. Indictio XI sacri et generalis concilii Lateranensis III, 805.

XCV. Confirmatio privilegiorum, ab Eugenio PP. III monasterio Sancti Quirini Tegernee concessorum, 806.

XCVI. Monasterio Sancti Nazarii Laurishamen. dioecesis, quod sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, bona omnia confirmantur, nonnullaque conceduntur privilegia, 808.

XCVII. Lunensibus episcopis confirmatur ius benedicendi abbatem S. Caprasii Arelensis monasterii, 809.

XCVIII. Privilegium confirmationis bonorum omnium ad capitulum et canonicos Concordiensis Ecclesiae pertinentium, 811.

XCIX. Confirmatio bonorum, iurium ac privilegiorum S. Coloniensis Ecclesiae; cuius canonicis dalmaticae ac mitrae usus conceditur, 812.

C. Assignatio nonnullorum bonorum pro substentatione Lombardi, qui Beneventanum archiepiscopatum dimisit, 814.

CI. Privilegium archipresbytero, praeposito, et canonicis Ecclesiae Ferrariensis, 814.

CII. Alphonso Portugallensi duci regius titulus conceditur, eiusque regnum sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur, 816.

CIII. Privilegium Monopolitanae Ecclesiae, 818.

CIV. Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum monasterii monialium S. Zachariae Venetiarum, 820.

CV. Descriptum confirmations Papae statutorum regni Poloniae, 822.

CVI. Ecclesia S. Petri Iscen. Tiphernatis dioecesis *(nunc Urbanensis)* a Tiphernatis episcopi iurisdictione eximitur, 822.

CVII. Confirmatio Ecclesiae Diniensis, bonorumque ad illam spectantium, ac assignatio duodecim tantum canonicorum, qui ei inserviant, 824.

CVIII. Privilegium confirmationis bonorum omnium capituli et canonicorum Tarvisinae Ecclesiae, et cuiusdam novae constitutionis pro illorum indemnitate, ab eis editae, 825.

CIX. Monasterio S. Petri de Certeseya Wintoniens. dioecesis bona omnia atque immunitates confirmantur:

nonnullaque conceduntur privilegia, 826.

CX. Privilegium confirmationis bonorum omnium, libertatum et consuetudinum monasterii monialium S. Mariae de Ettona, 828.

CXI. Templum, quod situm est Ierosolymis, variis communit privilegiis, prohibens, ne quis eum locum, bonaque ad Templarios pertinentia, perturbet, 829.

CXII. Confirmatio constitutionum Ordinis Cisterciensis: cui nonnulla conceduntur privilegia, 832.

CXIII. Canonizatio S. Theobaldi eremitae, 836.





PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

BX
850
A37
1857
v.2
c.1
ROBA